


1230

N. 26. L. E.

49  
28

H



IOANNIS OSORII  
E SOCIETATE IESV  
SYLVA VARIARVM  
CONCIONVM.

Divini verbi predicatoribus extra ordinem Dominicarum, & festorum  
pasim occurrentium. In quibus & populi singularis expectatio est,  
& argumenti inueniendi magna difficultas.

Ad D. Franciscum Sarmiento, Episcopum Giennensem.



CVM PRIVILEGIO.  
METHYMNAE A CAMPO.

Excudebat hæredes Iacobi à Canto.

M. D. C. III.

10 ANNI 12020  
E SOCIEDATIBUS  
MUTUALIA  
CONGIONALIA

...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...



METHYMINA A CAMPO.  
EXCEGEPERI PATEREGI SCOPIS CANTO.

W. D. C. III

## Errata sic corrige.

F Otto r. pagina 2. linea 20. Vbi di. it,dan,lege. den. 21. 1. 22. ab. ad. 35. 2. 22.  
ca. la. 29. 1. 29. ria. tia. 34. 2. 24. tre. tu. 97. 1. 20. fue. fine. 76. 2. 5. cieli. cie. 79.  
2. 7. vos. nos. 89. 2. 13. spe. expe. 91. 2. 28. tem. te. 94. 1. 31. tre. met. 97. 1. 37. tem. re.  
208. 1. 21. mus. mis. 110. 2. 3. rat. ret. 112. 2. 20. grati. grati. 21. 2. 31. mortem. in.  
in mortem. 1. 9. 1. 4. quo. equo. 143. 1. 21. pe. per. 14. ro. tu. 15. 1. 16. liberos. li.  
bros. 156. 2. 9. cen. cun. 160. 1. 5. cum. eum. 165. 1. 18. iam. sum. 20. 1. 2. cura. 266.  
2. 14. quem. quam. 170. 2. 23. muta. nun. 174. 1. 21. uis. bis. 177. 2. 16. Chilli. ser.  
uisto. Christo. seruisti. 31. tiam. 189. 2. 28. greban. gregaban. 190. 1. 2. cre. cri.  
191. 2. 19. imbu. imbue. 210. 2. 16. hos. fors. 212. 2. 26. stra. stram. 215. 2. 23. ple. pla.  
221. 2. 23. pifex. præfe. 226. 1. 15. mas. nos. 227. 1. 24. cen. non. 233. 2. 6. libi. libidi.  
255. 2. 2. nio. trö. 257. 2. 6. ma. mä. 2. 8. 1. 31. atte. uten. 259. 1. 31. am. a. 2. 61. 1. 24.  
re. ten. 261. 2. 17. ai. ait. 271. 1. 30. li. lim. 279. 1. 30. cus. co. 281. 2. 9. vidi. dud. 282.  
2. 17. fi. si. 285. 1. 24. ra. ra. 2. 30. si. fru. si. 302. 2. 1. lis. les. 303. 1. 35. Del. Del via.  
2. 6. tus. tis. 304. 1. 13. lo. fro. 308. 1. 12. ti. 13. ceu. ten. 23. hac. hanc. 312. 2. 30.  
nis. ncs. 315. 1. 9. Præ eo quas. Præcoquas. 316. 1. 22. mun. nu. 320. 1. 36. mat. ma.  
te. 2. 1. de. ne. 23. ci. ce. 317. 2. 28. da. ta. 323. 1. 12. ni. ui. 26. nita. nitam. 326. 1. 17.  
lon. iorem. 2. 1. ccc. cci. 327. 1. 7. tua. tua. exte. 328. 1. 23. etum. etu. 330. 1. 22. tas.  
tati. 333. 1. 10. t. vt. 334. 2. 32. fi. ful. 33. 72. 29 mon. men. 339. 1. 26. bra. brat. 340.  
1. 21. illios. illas. 343. 1. 48. ar. at. 347. 1. 37. bam. bit. 348. 1. 30. aspi. api. 350. 2. 34.  
tus. tur. 36. tut. tus. 353. 2. 4. & & catena. 355. 1. 11. nen. nan. 2. 22. eoium. eo vero.  
356. 2. 5. iant. lant. 358. 1. 15. aper. aper. 360. 1. 1. cia. clia. 362. 1. 26. vos. nos. Valli.  
soliti. xvij. Kalendis Augusti. Anni C13. J13. XCIIII.

Vi este libro intitulado *Sylua variarum Concionum*, el qual está bien  
y fielmente impreso, y con las emiendas que lleva sacadas, concuerda  
con su original. En Valladolid a 17. dias del mes de Julio 1603.

Doctor Alphonsus Vacca de Santiago.

## T A S S A.

YO Alonso de Vallejo escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo, doy fe, que aviendose visto por los señores del vn libro que compuso Iuan Osorio de la Compañía de IESVS, intitulado *Sylua variarum*, que con su licēcia fue impreso, le tasclaron a tres maravedis y medio cada pliego en papel. Y mandaron que esta tassa se ponga al principio de cada volumen del dicho libro, para que se sepay entienda lo que por el se ha de llevar, y sin ella no se pueda veder. Y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores, y pedimiento de la parte de la Compañía de IESVS, di esta fe, que es fecha en Madrid a 30. de Agosto, de 1594.

Alonso de Vallejo.

¶ 2

LICENCI

LOS



## LICENCIA DEL PROVINCIAL.

O Francisco de Galarça Prouincial de la Compañía de Iesus, en la Prouincia de Castilla, por particular comission que tengo de nuestro padre General Claudio Aquaviua, doy licencia que se imprima la *Sylva variarum concionum*, que compuso el padre Iuan Osorio de nuestra Compañía, residente en el Colegio de Salamanca, porque han sido vistos y examinados por muchas personas doctas y graues de nuestra Compañía. En testimonio de lo qual doy esta firma da de mi nombre, y sellada con el sello de mi oficio en nuestra casa de Valladolid a 26. de Diziembre de 1592. años.

*Francisco de Galarça.*



## APPROBATIO.



IDI Qua potui diligentia & cura librum hunc variarum coacionum qui *Sylva* dicitur, per patrem Iohannem Osorio e Societate Iesu compositum, & per Regium senatum mihi comitissimum, & nihil in eo reperi, quod piis Catholicorum aures possit offendere, quin potius saluberrimam continet doctrinam, claritate & facilitate ingenij per tractatam, & omniibus verbi Dei praeconibus fore utilem iudico. Madridi in conuentu D. Francisci, die septima Ianuarii 1594.

*F. Pedro de Messa.*

LICEN-

P O R

# EL REY.



OR quanto por parte de vos Juan Osorio de la Cö-  
pañia de Iesús, nos fue fecha relación que vos auiaedes  
compuesto vn libro de sermones en Latin, de que hi-  
zistes presentacion, cuyo titulo era: *Ioannis Osorij e So-*  
*cietate Iesu Sylva variarum concionum*, y nos pedistes y  
suplicasteis os mādassemos dar licencia para lo poder  
imprimir, y priuslegio por veinte años, atento que os auia costado mu-  
cho trabajo, y estudio, y ser bien, y utilidad comun, o como la nuestra  
merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto  
en el se hizo la diligencia que en la prematica por Nos vltimamente so-  
bre ello fecha, dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta  
nuestra cedula en la dicha raza, y nos tuvimos lo por bien. Por lo qual  
os damos licencia y facultad, para q por tiempo y espacio de diez años  
cūmplidos primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de  
la fecha desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que para ello  
uestro poder huuiere, y no otra alguna: pueda imprimir, y vender  
el dicho libro que de suyo se haze mencion. Y por la presente damos li-  
cencia y facultad a qualquiera impressor destos nuestros Reynos, que  
vos nombraredes, para que durante el dicho tiempo lo pueda imprimir  
por el original que en el nuestro Cōsejo se vio, que todo ello va rubri-  
cado y firmado al fin de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de Ca-  
mara, y uno de los que en el nuestro Cōusejo residen, cō que antes que  
se venda, se traiga ante ellos, júramente con el dicho original, p̄era q se  
vea si la dicha impression está conforme a el, y traiga fe en publica for-  
ma, como por corretor por nos nombrado se vio y corrigio la dicha  
impression por el dicho original. Y mandamos al impressor que assi  
imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego  
del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor, o perso-  
na a cuya costa lo imprimiere, ni a otra alguna, para efecto de la dicha  
correcion, y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro esté corregi-  
do y tassado por los del nuestro Consejo: y estando hecho, y no de otra  
manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual  
inmediatamente ponga esta nuestra licencia, y la aprouacion, tassa, y  
erratas: ni lo pueda vender, ni vender, vos, ni otra persona alguna, hasta

q este el dicho libro en la forma susodicho, so pena de incurir y caer en las penas contenidas en la dicha prematica , y leyes de nuestros Reynos que sobre ello disponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir , ni vender, so pena que el q lo imprimiere y vendiere,aya perido y pierda qualesquier libros, moldes y aparejos q del tuviere , y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, y alguaziles de la nuestra Casa y Corte, y Chancillerias, y a otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas, y lugares destos nuestros reynos y señorios, y a cada uno en su juridicion , assi a los que aoraron, como a los que seran de aqui adelante , que os guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi os hazemos, y contra ella no vos van, ni passen, ni consentan ir ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced , y de diez mil maravedis para la nuestra Camara. Dada en Madrid a veinte dias del mes de Enero, de mil y quinientos y noventa y cuatro años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor.

*Don Luis de Salazar.*



CLARISSIMO  
ET AMPLISSIMO D. D.  
FRANCISCO SARMIENTO,  
EPISCOPO GIENNENSI.

Ioannes Osorio è Societate Iesu.

S. D.

**C**ONCIONVM Mearum  
quosdam quasi hortos tibi dicauerā,  
illusterrime Pontifex, in quibus cer-  
ta erat regio definita: sequitur, ut  
Syluam hanc nostram, qua sua se immensitate  
dilatat, tibi etiam nūcupare debeamus. Cum  
enim in his, quas proximè edideram, concionibus  
certum ordinem sequutus essem, ac seriem, & ca-  
tenam texuisse, quod aut Quadragesima, Ad  
uentusq; ferias, aut Dominicos dies, aut Christi  
& Sanctorum solemnia concionibus promeo ca-  
ptu illustrare, & explanare studuisse, merito  
hortorum nomen, quod usurpo, conueniebat, in  
quibus areolis, ac limitibus omni distinguitur:

at.

at in hoc opere, quod nullis est finibus circumscri-  
ptum, sed varia argumenta persequitur, Sylva  
nomen non esse videbatur alienum. Ut autem qua-  
tuus hic seuit agricola ab incursibus maleuolorum  
tuta reddantur, defensionis tua quasi muro sa-  
piuntur. Accipe igitur tui Osorij munus tertium,  
istoque, ut soles patrocinio tuere. Et si enim ar-  
bores platanus agricola quarum baccam, ut Cice-  
ro dixit, aspiciet ipse nunquam, tamen quia in  
his laboribus, & commentarijs Dei obsequium  
& fructum animarum mihi propono, fore non  
diffido quin aliquando fructum laboris per-  
cipiam, illo largiente, qui suis opera-  
rijs immortalitatem polli-  
cetur. Vale.

CON.



# CONCIO INFESTO NOMINIS IESV.

## THEMA.

*Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis corum.*

Matth. i.

A **N** Parua admiratione dignum est, quod velit Deus ab hominibus nomen accipere. Quonia ut Chrysostomus ait, Chrysost. in homi. de laudibus Pauli. & Damasci. Damasc. lib. 2. de Fide. c. 30. nomine imponere maiestatis ac dominij est, nomine vero accipere subjectionis, & seruitutis. Et ratio est,

B quoniam nomen vicarium est rei: & ideo authoritas in nomine impositione significat dominium in rem.

Et hac ratione parentes nomina imponunt filiis, tanquam eorum domini. Eadem de causa, ut dominium ostenderet Adam in animantia, eis nomina imposuit, & nominis impositio fuit possessio ab eo accepta in viuētia: in quo primum se dominum eorum ostendit. Hieronymus in cap. 1. Danielis ait, apud Chaldeos Hierony. A dominos



Genes. 2:8

Hierony.

1.101  
In festo

dominos seruus nomina imposuisse, vt dominium ostenderet, A seruosq; nomina accepisse in seruitutis ostensionem, & hac de causa factū fuisse, vt Nabuchodonosor mutaret nomina trium puerorum Hebreorum, & noua imponeret nomina tanquam dominus, illi vero tanquam seruae susciperent. Peccato certe homo seruus factus est, & vt eam tolleret seruitutem assertor

Philip. 2. noster Christus, dignatus est seruus fieri: *Ex inanuit semel ipsis formam serui accipiens*, qui venit ministrare, non ministrari: & ideo tanquam seruus nomen accipit hodie ab eis, quibus erat subditus, vt nos vindicet in libertatem filiorum Dei. Nūc quidem Iosepho dicitur: *Vocabis nomine eius Iesum*, sed prius eadem verba Marię dixit Angelus apud Lucam, ad Ioseph vero ea-

dem dicit tanquam ad Marię spōsum, illa enim est, quae pre- B cipuum ius in Christum habet, vt nomine imponat, & vt omnia ab eo obtineat, tanquam à filio charissimo, & à seruo, si sic loquias est, fidelissimo. Ad eam ergo accedamus salutates Ave Maria.

Mos fuit vniuerso in mundo celebris, vt ex omnibus historiis compertum est, vt egregia facinora, & opera præclara eternitati mādantur media fama. Quia vero tempus de omnibus triumpitat, efficiens vt obliuione cuncta obruantur: curant homines memoriam conferuare, vel ædificiis, vel scripturis, vel columnis, vel festis ad id institutis. Hac de causa, vt iugis esset

Exod. 12. memoria exitus ex Ægypto, instituit Deus Pascha celeberrimum Agnus. Simili de causa institutum est festum Pentecostes, C

Leuit. 23. & alia festa, quae Deus obseruari præcepit. Et in memoriam eius eximij miraculi, quo aquæ Iordanis diuisæ sunt, præcepit Dominus Iosue, vt tolleret de medio alueo Iordanis duodecim lapides grandes, & in modum columnarum erigeret in capite Hierico. Sic etiam in memoriam supplicij quinq; ciuitatum relictum est usque in hanc diem mortuum sulphureum:

Iosue 4. 1. Reg. 7. In memoriam victoriae partæ à Philist. eis tempore Samue- lis, erectus est lapis, qui dictus est adiutorij. Historiae humanæ plenæ sunt huiuscmodi monumentis, & nunc in Hispania columnæ sunt Herculis ab eo erectæ ob sui memoriam. Sed ut huius rei potissimum exemplum proponamus, vt Christi passionis memoria perpetua in mundo esset, nec tanta res oblio-

uioni

A uioni traderetur, institutum est diuinissimum Eucharistiae sacramentum, & Missæ sacrificium, in qua representatio est Dominicæ passionis. Vnde ille dixit: Hæc quotiescumq[ue] feceritis, in mei Matth. 26<sup>o</sup> memoriam facietis. Et Paulus. Quotiescumq[ue] manducabitis panem 1. Cor. 11<sup>o</sup> hunc, &c. mortem Domini annuntiabitis donec ueniat. A quum profectò est, vt præclarissimorum facinorum memoria conferuetur, tum in gloriam eorum, qui illa præstitere, tum in posteriorum instructionem: & ideo stemata, ac insignia concessa viris illustribus sunt, quibus ea manifestentur.

B Ex his vero, que pulcherrimè facinora æternæ memoriae mandant, vnum est, nomen assumere, quo illa significantur. Et ideo in memoriam sacrificij Abrahæ, & promissionis ei factæ dictus est Abraham addita nomini eius litera desumpta ex nomine Dei ineffabili. Et in memoriam luctæ Iacob, qua summā ostendit fortitudinem, dum cirectus est eum Angelo, & inualluit ad illum, & contra Deū fortis fuit, dictus est Israël. Et plures Romani ea de causa nomina acceperunt, vt Scipio Africa-nus, Scipio Asiaticus, Quintus Fabius Cunctator. Et Hispani multi ab egregiis factis nomina accepere.

C Audiuius vero perspè, excellentissimum Dei opus esse mundi redemptionem media incarnatione, ac morte filii sui. Hoc opus dicitur per excellentiā Dei opus, quo summè Deus glorificatus est, in quo eo usque processit ostendens sapientiam, bonitatem, ac misericordiam: nec non & potentiam, vt ultra procedere Deus non posset, nec enim habuit, quo procederet eius bonitas, postquam filium dedit, & ille vitam fudit pro ini-micis. Nō ergo excogitari potest opus glorio-sus Deo ac istud. Huius autem tanti operis memoria omnino conseruanda in mundo fuit, ad hoc vero plura facta sunt. Scriptura enim conseruata est, dum Euangelia conscripta sunt, quæ nulla delebit obliuio, & predicata in vniuerso orbe, fidelissimè scripta à quatuor Dei scribis. Ad hoc ipsum instituta sacramenta, & festa in Ecclesia, quibus agitur memoria redemp-tionis. Sed quia ista ratò, nec sèpè accidunt, oportebat vero memoriam istam iugem in nobis effici, quæ nos perpetuo excitaret ad amorem, gratitudinem, ac obsequia presentanda. Nomen accepit Iesus, quo significatur, eum saluare nos. In hoc nomine epilogum habe-

## In festo

mus omnium Christi operum , ac beneficiorum , excitatorem A  
memoriae, vt recordetur omnium , quæ ab eo recepit, vt dicat:

*Isa. 2. 6.* Nomen tuum , & memoriale tuum in desiderio anime . Nec enim dicitur Saluator solum , quia nos glorificat , sed quia redemit sanguine suo , meruit gratiam , ac pro nobis satisfecit . Sicut ergo

*Dan. 3.* erecta statua aurea precepit Nabuchodonosor , vt auditis vocibus musicorum genites genus ecenteret coram statua sua aurea: ita nomen Iesus musica est dulcissima , & eo nomine auditio flectendum nobis est genu coram Deo nostro vero: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium , terrestrium , & infernorum .

*Philip. 2.* Quia eo nomine proponuntur nobis infinita nobis exhibita beneficia , quibus nos gratos exhibere debemus . Nomen hoc scintilla est illius igniti lapidis Christi , qua suscepta , corda nostra ardere deberent , si elca essent preparata . Si enim affectio humanana adeo est potens , vt dilecti nomine auditio liquefat cor , ac commutetur facies , quid non agere deberet Christi amor , & innumera illius beneficia , quæ in memoriam reuocantur auditio nomine Iesus . Cur non liquefit cor nostrum . & intima viscera commouentur ? Nomina quidem vis maxima est , at du-  
rities nostra id efficit . Id vero sponsa ostendit , cum ait : Oleum effusum nomen tuum . Oleum penetrat maximè . Vnde Psa. Sicut oleum

*Cant. 1.* in ossibus eius , & mollificat , vnde sponsa significat , cu audio no-  
*Psal. 103.* men tuum o sponsa , vniuersa viscerá mea transfiguntur , & sa-  
gitta amoris penetrantur , nomen tuum sagitta est herba intin-  
eta , quæ cor meum rapit , ac molle reddit , nulla in eo relicta du-  
ritia : id est adolescenti dilexerunt te nimis , quia quoties hoc no-  
men repetitur , amor crescit , ac augetur . Quia vero oleum figu-  
ram recipit vas , in quo ponitur : ideo hoc nomen Iesus in plu-  
ribus nihil ferè denotionis excitat , propter cordis sui peruer-  
sani figuram . Non enim vero Iesus Deo gloriissimum est ,  
quia est effusum oleum , quia ostendit effusam in nos diuinam  
largitatem ac bonitatem summam . Sicut diuitiae in thecis conser-  
uat : et nomen non tribuit , sed effusæ : cum vero effunditur ,  
nomen tribuit iuxta id , in quo effunditur , sicut enim lique-  
factum æ non enim accipit à vase , in quod recipitur , vulgo di-  
citur Molle , si enim illud in tuis in hoc vas , efficietur cimbalū ,  
si in illud cacabū , aut quid simile , ita si diuitias effundas in mu-  
lierculas ,

A lierculas, diceris dishonestus, si in ludos lusor, si in vana prodigiis, si in pauperes misericors, si in debitis soluendis iustus, si in familia a lenda prouidus. Ita Deus effudit bonitatem, ac diuitias glorie suae in hominum remediis, & ideo optimus, misericors, & miserator dicitur, oleumque; effusum nomen est eius. Deo ergo glorioissimum nomine inter inviuerfa illius nomina Iesus est.

Plura quidem nomina Dei nostri sunt, sed supremum omnium Iesus est. Ita tenet Abulen. in cap. 20. Exod. q. 7. & alij. Ut vero id palam fiat, notandum est ex Dionys. 1. de cœlest. hierar. c. 4. & ex Tho. 1. p. q. 19. quod sicut nos Deum intelligere non possumus, ut in se est, sed ut in effectibus manifestatur, ita Deum nominare non possumus ut est in se ipso, sed ex operibus nominis sumimus, unde eum dicimus iudicem, Dum, glorificatorem, ac alia huiuscmodi. Et decem nomina, quae Hierony. ad Marcell. & Isidor. lib. Ethymol. Deo tribuit, ab effectibus sumuntur, ut Sabaoth, quod sonat Dominus exercitus, quia in ordinem constituit creaturas. Et Eloi, quia iudex est. Et nomine Deus Grecum est, & deriuatur a verbo, quod significat gubernare, ac prouidere, quia omnia gubernat. Cum ergo nomen Iesus sumatur a maximo Dei opere, quod est redemptio facta incarnatione, ac passione, merito hoc nomen supremum est inter diuina nomina, quia a summo opere desumptum est, & ideo glorioissimum Deo. Et ideo de hoc nomine Paul. ait. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen,

B ut in nomine Iesu, ex c. quia sumitur ab opere, quod est super omnia opera. Et ideo Ecclesia huic nomini praecipuum tribuit honorum, nec enim inclinare capita praecipit ad alia Dei nomina, sed ad nomine Iesu inclinari voluit, ut gratissima beneficio tato. Et hac de causa merito depingitur hoc nomine radiis solis circumfusum, quia reliqua Dei opera percipi, ac comprehendendi possunt, opus vero Incarnationis, ac Redemptionis mysterium est absconditum omnibus seculis, incomprehensibile homini, ac Angelo, & ideo sicut hominis oculus non potest directe Sole contemplari propter ipsius maximam claritatem, sed cum illum respicit, caput inclinat, ac oculos deprimit: ita nomen Iesu caput inclinari facit, non solum hominum, sed & Angelorum, quasi dicant omnes, sustinere non possumus splendorum tantum, oculus noster inservit tantum opus non comprehendit. Hinc etiam factum est, ut hoc no-

Abulen.

Dionys.

Thom.

Hierony.

Isidor.

Philip. 2.

C mine  
A 3

## In festo

Mer. ult.

Acto. 5.

Acto. 4.

Aristot.

Plato.

mine Iesus voluerit signa, ac prodigia patrari, quæ in fidei suæ A testimonium fieri voluit. Vnde ait: *in nomine meo demonia eiciant, &c.* Et ideo Principes & Pharisæi, vt Lucas ait, conuocantes Apostolos, cœsis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in nomine Iesu.

Sustinere non poterant hoc nomen. Sed vt dulcissimum mundo redderetur, in eo cūta mirabilia perficiebat Apostoli. Vnde & orabat, vt dicitur in Actibus dicentes. Et nunc

Domine da seruus tuus, cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, prodigia fieri per nomē sancti filij tui i esu. Singularis ergo virtus in hoc nomine est aduersus dæmones, infirmitates, ac mala vniuersa.

Cuius rei singulare testimonium est impressum fidelium animis, cum in omni inalo, periculo, aut discrimine inuocat homo B nomen hoc Iesus, & non alia diuina nomina. Sicut enim vt

Aristoteles ait, in operibus repentinis, & in primis motibus, qui deliberationem rationis præcedunt, dirigitur homo à natura, quæ in suis operibus non errat, vt cum videt gladium imminentem capiti, manum eleuat, vt caput tucatur, tunc à natura dirigitur, vt pluris ducat caput quam manū, & cum puluis insurgit, oculos claudit ut pupillam seruet. Ita omnino cum repentinus adest casus, & discrimen subitum, sineulla delibera- tione magis se fidelis nomine Iesu, potius quam alio Dei nomine, motu quodam primo supernaturali à gratia, vel fide proce- dente, qua doceimur, hoc nomen esse potentissimum refugii nostrum, cuique Deus singularia beneficia concelsit, cum in C uocatur à fidelibus.

Sed cum nomen, vt Plato ait in Cratyle sit (vt sic dicam) vicarius, & substitutus rei, curauerunt homines illud extende re, ac celebrare per vniuersum mundum. & ideo illud in libris exarare, in columnis imprimere, in pyramidibus sculpere, ac in monetis curauere, vt homo, qui re ipsa non potest se exten dere per vniuersum, nomine extendatur. Hac de causa curauit pater, vt nomē filij sui, quem constituit heredem uniuersorum, per vniuersum mundum propagaretur, & ideo illud sapientius sculpsit: primum in Iosue, quem elegit dux populi sui, vt cum ho- stibus configeret, vt in bellis hoc nomen Iesus inuocaretur, ac resonaret, & in urbibus expugnatis inscriberetur. Id ipsum no-

men

**A**men est quod in lamina aurea scriptum fuit, & gestabatur à Sacerdote in fronte, quod ineffabile dicebatur, ut ait Eusebius libro. 9. de præparatione Euangelica capit. 7. quia illud nominare non licebat nisi sacerdoti in consecratione sacerdotis. Et ideo ait Hieronymus. Loco illius dicebāt Adonai. Et quod hoc nōmē Moysi Deus reuelauerit, magni facit in Exodo dicens. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob in Deo omnipotente: & nōmē meū Adonai non indicaui eis. Vbi loco Adonai, est nomen ineffabile, quod est Ichoua, hoc autē idem est quod Iesus, hebraice enim Iesus est Icosua. Itaq; nōmē Iesus est nōmē Dei ineffabile addita litera Sin. Quia formā serui accepit, quam coniūxit supposito diuino, recte verò seruus

Euseb.

Hierony.

Exod. 6.

B signatur litera. S. que signū seruorum est, nec clavis ei deerit, cum clavis confixus fuerit, & ideo in cruce ei apponitur titulus, quo Iesus dicitur, qui formam serui accepit. Apud latinos etiā litera. S. formā habet colubri, addita verò est Deinominantia in signe, ac stema, quo ornatetur, quia deiecit serpē tem antiquū, & peccatū, quod in serpente significatur. Et ideo auditio hoc nomine Iesus nomina idolorū deleta de terra sunt, impletūq; est illud Ose. Et auferā nomina Baalim de ore eius, & nō recordabitur ultra nominis eorū. Hoc autē nunc impletur, cū illud Pauli efficitur. Fornicatio autē, & omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in uobis, scut decessancios.

Ose. 2. 2.

Ephe. 5.

**C**ostendimus nōmē Iesus Christo impositū in ipsius gloriā, quia verò Dei opera in ipsius gloriā, & nostrā vilitatē intendū, videndū nūc hoc secundiū est, quāta nobis fuerit vtilitas, q; hoc nomine vo. aretur. Hoc autē facile ostenditur, quia nōmē hoc, si consideretur, mire spē nostrā erigit, & in eo titulū habemus præclarum, vt à Deo bona vniuersa obtineamus. Pro cuius rei explicatione sciendū est. Deo maxime gratū esse, quod quisque munus ac officium suū exacte p̄stet, vt qui p̄stet in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, quod filius obediens & subditus sit, quod pater curā gerat filiorū, ac domesticorum, quod sacerdos Ecclesiæ assistat, & sic in reliquis. Et huius rei manifesta est ratio, quia sicut nūlum R̄cipublicæ inde prouenit, quod quisq; munus suū non exequitur, ita illius bonū, si quisq; munus suū impleteat. Vnde Paul ad Tim. Ministerū tuū imple.

2. Tim. 4.

## In festo

Quia sicut recte se habet humānū corpus, cūm omnia mēbra A  
recte munera sua p̄r̄stāt: ita de republica censendū est. Et hoc  
est, quod Christus dixit: Qui vult uenire post me, abneget se met-  
ipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Crux cuiusq; est onus,  
& obligatio proprii status, hæc vero non vna est, sed diuersa,  
pro status dñe sitate. Et adeo hoc verū est, vt Deo sit ingrati  
desicere in his, ad quæ status obligat, etiam si p̄textu maioris  
obsequij Dei id fiat, etiam si opera supererogationis, ac perfe-  
ctionis p̄stare velis, quæ tunc D̄eo grata erunt, cū muneri, ac  
officio tuo feceris satis, & eius obligationes impleueris. Qui er-  
go in aliis id exigit, proculdubio ipse in seipso p̄stabit, mune-  
ri suo plenè satis faciet, nihilq; pr̄termittet, quod ad illud per-  
tineat. Attēde nomina omnia, quæ Deus sibi usurpauit, & mu-  
nera, quæ agēda suscepit, & de omnibus verè dixisse reperies:  
*Quid ultra debui facere uine & me &, & non feci ?* quasi dicat, nihil  
pr̄termisi eorū, quæ debui. Cū ergo usurpato nomine Iesus  
Saluatorē se hominū fecerit, & munus id assumpserit, procul-  
dubio illud plenissimè exequetur. Interrogo ego te, quid pr̄-  
termisit eorū, quæ ad hominū salutem curādam pertinent? An  
non ad hoc homo factus est, in p̄sepio natus, Euangeliū p̄r̄-  
dicauit, & mortē obiit, sacramenta instituit, Apostolos in uni-  
uersum mundum destinauit? Quid obsecro desiderari potest?  
Quod si tu nihil dicas restare, dicā ego, aliqua, & multa adhuc  
desiderari, quæ ei p̄stāda sunt, vt nomē suū impliat, & mune-  
ri Saluatoris satis faciat plenè. Sed quid illud est? Certe Salua-  
tor hominis integrā salutem corporis, & animæ p̄stare de-  
bet, nec planè p̄stabit officium suum, donec id fecerit. Vnde  
ipse ait: Hæc est uoluntas Patris, ut non perdam ex eis quæquam, sed  
ut resuscite eos in nouissimo die. Cū ergo à Saluatore nobis pro-  
uenire debeat integrū remedium animæ ac corporis, quis titu-  
lus nobis conuenientior dari potuit, quā nomen Iesus, vt ab eo  
bona cūcta petamus, vt nominis ac muneri suo faciat satis? Au-  
gustin⁹. Qui est Iesus nisi Saluator? propter te met ipsum esto  
mihi Iesus, noli Dñe, noli sic attendere malū meum, vt obliuiscar  
aris bonū tuū. Et Psal. Exurge Dñe, adiuua nos, & redime nos  
propter nomen tuū. Hoc titulo ad eū accedebant miseri dicētes:  
Eli David miserere mei, quia Mesias, quia Saluator, miseri or-  
diam

Matth. 16.

Ifa. 5.

Ioan. 6.

August.

Psa. 43.

**A** diam præsta. Remissio peccatorū mihi necessaria est ad salutē consequendā, da mihi eā ô Iesu: dolor mihi necessarius est, vt hanc cōsequar, da mihi illum ô Iesu. Eodem titulo omnia bona spiritualia, ac tēporalia nobis cōuenientia ad salutē consequen dam petere possumus, quia licet nos redemerit copiosè, sed Saluatoris nomen ac munus nō expleuit, donec resuscitet corpora nostra in nouissimo die. Ideo Paul. ait. *Saluatorem expēctamus Dūm nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ, cū id præstiterit, omnia expleuit.*

Philip. 3.

**B** te saluet Drus, unde possum te salvare de area, an de torculari? Saluator noster areā habet plenam, horrea immensa triticū redundātia, quoniā triginta tribus annis in vita laborauit vt mercenarius, in quibus infinita merita, ac satisfactionē collegit, & horrea impleuit sua, quibus nos melius pascere potest, quā Ioseph fratres in Aegypto. Anni, quibus in terra vixit, abundantie sue rūt, vt copia mensuram excederet, quia infinitis mūdis merita collegit, nec vñquā exhaustiri valent. Sicut ergo tituli apponi solent pro foribus domorū, quibus exprimitur, quæ sint, quæ in illis domibus omnibus diuendantur: ita cum nomen Iesu Christo imponitur: titulus ei affigitur, quo omnibus palam fit, vniuersalem salutem, ac bonum in Christo nobis esse gratiss;

4. Reg. 6.

**C** nobis concedi. Hoc nomine vniuersos vocat homines dicens: *Venite, cmitte absq; argento, & absq; ulla cōmutatione, uinū, & lac:* Et uenite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ergo reficiam uos. Accedant ad hoc xenodochium omnes male habentes, & sanabūtur. Sicut ergo cū perdiſ fouet oua, quæ nō peperit, & cōgregauit ex eis filios, qui eius nō sunt, sed illius, quæ oua peperit, si fortè puli audiant verā matrem, eam sequuntur, relicta nutrice furtiuāq; matre: ita cū nos Dei simus, nō dæmonis, hic surripuit nos, & eū sequimur, sed cū Christus nomē Iesu vñpat, nos vocat, & vocē profert, quia nos monet ad eū pertinere, non ad dæmonē. Audiamus ergo dulcissimā illius vocem, & dæmonē derelicto ad Christū veniamus. Id enim efficiendū Hiero. prædixit, dicens: *Perdiſ fouet quæ non peperit, cōgregauit*

Isa. 55.

Matth. 1. 1.

Hier. c. 17

A 5 diuinitas

## In festo

Hiero.  
Zach. 13.

Grez.  
Psal. 38.

Isa. 45.  
Iordan. 1.

Ephes. 4.

Genes. 45.

diuitias, & non in iudicio, in medio dierum suorum derelinquetur, & in A nouissimo erit insipiens. Vbi Hierony. sic ea exponit verba. Pro misserat olim Deus per Zachariam: Erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalē in oblationem peccatoris, & menstruate. Quae verba exponens Gregor. homil. 20. in Ezech. ait. Deus fons est gratiae ac salutis, quia ut Psal. ait. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Sed fons hic occultus erat, quia tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator, ut Isaías ait, apud illum fons vita est, sed occultus. At vero, ait Gregor. fons patens est Verbum in carne, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vnicuique nostrū data est gratia secundū mensuram donationis Christi, ut Paulus ait. Cum ergo nomen Iesus ei imponitur, fons patens ostenditur omnibus, & publicè dicitur. Enō homines gratiae, ac salutis fonte uberrimum, enō vitium in mundo optatum, à quo pendent omnia illius bona, in quo deposita est omnis spes vitae, in quo omnium malorum remedium. Sicut ergo in paradyso posuit Deus fontem, qui omnē eius superficiem rigabat: ita in Ecclesia posuit Christum fontem omnium bonorum. Sicut enim in Agypto fuit Ioseph prapositus, cuius nutu omne frumentum distribuebatur: ita per Christum in Ecclesia omnis gratia confertur, &c.

---

## C O N C I O.

In festo Coronationis Christi Domini, quod  
in aliquibus ecclesiis celebratur.

T H E M A.

Egredimini filii Sion, & videte Regem Salomonem in diademe, quo coronauit cum mater sua in die desponsationis illius, & in die laetitiae cordis eius. Cat. 3.



O R O N A T V R Christus Rex spinis aspersurus crucem, & simul super coronatum caput titulus inscribitur: Iesus Nazarenus rex Iudeorū. Nazareth flos interpretatur, unde Nazarenus flos idus

A floridus est. Sed quid magis diuersum à flore, quam spina? Nihil minus Nazareus noster inter spinas est. Nec ille solum, sed & Maria: de qua Spōsus: *Velut līlīum inter spinas, sic amica mea inter filias.* Sed quid lilio cum spinis? Imo quid Deo cum spinis? Absconditum est sacramentum, opus est diuina gratia. &c.

Solent reges, ac principes viri hostiū arma, ac vexilla in bello capta in victoriæ signum insigni collocare loco. Sic de Davide dicitur: *Arma uero Philisthæi posuit in tabernaculo suo.* Sive rō accidat, ut ipsis hostium armis victoria parta sit, duplicitudo suspendi solent in præcipuo loco, tum quia ab iniunctis ablata, tū quia illis victoria parta est. Sic gladius Goliæ Philisthæi inuolutus erat pallio post Ephod in tabernaculo. Instrumenta passionis Christi nostri arma iniunctorum fuere, sed ab ipsis ablata, & à Deo assumpta instrumentum extitere redemptoris nostræ, ac victoriæ Christi, illis deuictus est diabolus, & peccati regnum euersum. Quid mirum, si in tantæ victoriæ signum exaltentur, & honorentur in Dei Ecclesia?

Inter ea verò potiorem elegisse locum spinea corona videtur, quæ super Christi caput locata est. Corporis humani duo sunt membra præcipua, caput. & cor, caput sapientiæ sedes est, cor amoris, caput in omnia membra influit, & cor vniuersum corpus mouet: vtrunq; membrum voluit in passione sua aperiiri, cor lanceæ, caput spinea corona, vt nobis manifesta fierent C & amor, & sapientia, ac diuina Christi cogitationes. Licet enim mirabilia opera Christi, sed, ut Psa. ait, *Cogitationibus tuis Psal. 39.* non est, qui similis suu ibi. Duo hæc sancta nobis visitanda, saepe sunt, cor apertū, & caput perforatum, in illis enim videbimus cogitationes diuinas mirabiles in nostri remedium, & amore immensum.

Nunc vero spineæ coronæ diē festum agimus, quæ super caput Christi posita est, quæ compacta fuit ex iuncis marinis, vel ex carice, ut nunc spineæ ipsæ docent. Cuius proinde figura præcessit in Iona, qui singulari ratione Christi passi, *Iona 2.* ac sepulti figuram gesit. Qui inter alia ait. Circundederunt me aquæ usque ad animam. Pelagus operuit caput meum. Quo loco pro pelagus in Hebræo est Suph, quod caricem, &

## In festo

iuncum significat, vnde verti potest carrectum, & iuncus opera A  
ruit caput meū. Abundant aliqua maria his iuncis, & ideo eo  
nomine significantur, præcive mare Rubrū. Cū ergo deic  
etū in mare Ionas fuit, incidit in caricem, & iuncos marinos,  
qui eius capit adhæserūt, ubi piscis grandis Ionam deglutivit,  
& sic carrectum operuit caput Iona, & spinis coronatus est, vt  
Christum Dñm significantius exprimeret. Vnde R. David  
Gen. 22. transtulit locum illū Iona, iuncus alligatus est capiti meo. Si-  
mili ratione in Genesi dicitur: Leuauit Abraham oculos suos, ni-  
ditq; post tergū arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assu-  
mens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius  
Dñs uidet, unde usq; hodie dicitur in monte Dñs uidebit. Quibus  
verbis figura altera passionis & coronæ Christi nobis expri- B  
mitur. Sicut enim loco Isaac aries sacrificatus est, vt Isaac viue-  
ret, ita loco humani generis, quod morti erat addictū, Christus  
occisus est, vt morte sua nos redimeret. Hic verò aries hæret  
cornibus inter spinas, & vepres, quia futurum erat, vt Christi  
caput spinis coronaretur.

Lure ergo sponsa inuitat fideles animas ad tantū spectaculū, C  
dicens: Egridimini, & uidete filię Sion Regē Salomonem in diade-  
mate, quo coronauit cū matre sua. Si enim cū rex terræ corona in-  
signitur, egrediuntur vniuersi, vt illū videant, cur nos nō egre-  
diamur ad videndū regem nostrū corona spinea insignitum.  
Nusquā legitur Salomonē à matre coronatū, & ideo his ver-  
bis intelligēdus est verus Salomō Christus, qui est pax nostra,  
qui in passione sua coronatus à matre dicitur, id est, à synago-  
ga, quā in matrem elegerat. Merito verò ad hoc spectaculū in-  
uitamur, quia magna planè visio est, Deū inter spinas videre.  
Sic cū in rubo inter spinas versaretur, licet eis non pungeretur,  
ait Moyses: Vadam & uidebo visionē hanc magnam. Sicut tūc di-  
cit Moysi: Vidi afflictionē populi mei in Aegypto, & clamorē eius  
audiui, & sciens dolorē eius, descendī, ut liberē eū de manib⁹ Aegy-  
ptiorū. Ita nunc vt nos eriperet de potestate tenebrarum, descē-  
dit in passionē, vt liberet nos. Egrediamur ergo, vt videamus  
visionem hanc magnam. Id vero præsenti agimus festo, quo  
egressi sumus, vt hanc coronam videamus, & illius mysteria,  
cq; dien festiuū agamus,

Exod. 3.

Meritō

## Coronæ Christi.

7

A Meritò verò coronæ huic dies festus agitur, propter maxima illius mysteria. Significat enim Christi regnum in æternū, simul etiam regnū nostrum, quia in Christo, ut in capite omnes coronati sumus. Simul nobis ostendit viam, qua in hoc regnum deueniamus. Hæc ergo tria nobis explicanda sunt. Et primum de regno Christi regis dicamus, quod corona ista significat. Ascensurus erat Christus crucem, quæ ei erat regale solium, vnde regnaturus erat, dicente Psal. *Dicite innationibus,* *quia Dominus regnabit à ligno*, ut ergo in solio regni sui sedeat, corona insignitur regni, & titulus ei affigitur: *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum.* Quia verò regnum Christi æternum est, ut Angelus Mariæ dixit: *Regne eius non erit finis, et regnabit in domo Jacob in æternum.* Ideo corona ornatur spinea, quæ sic infixa capiti est, ut eam ventus non tollat. Reliqui terræ reges regnum accipiunt temporale, ac breui finiendum: ideo corona ornatur, quam facile ventus tollere potest. Christus verò in æternū regnaturus coronam accipit perpetuam. Vnde dicere nō possumus de rege nostro, quod olim Hieremias dixit: *Cecidit coro na capit is nostri.* Nec quod Job ait. *Expolitauit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo.* Sicut ergo de virga regis Christi dicitur: *Reges eos in uirga ferrea:* & ferrea dicitur, non solùm quod aura non mouetur, sed quia perpetua est, nec frangitur: ita corona benè capiti fixa cādem indicat perpetuitatē. Quam *vt Angelus significaret, dixit: Dabit illi Dominus sedem David p̄ triseius.* Non dixit sedem Saul, sed David, quia ut præclarè notauit Gregorius in lib. 1. Reg. vñctus est Saul lenticula olei, *Gregor.* quæ paruum vas est, quia paruo tempore regnum illius erat duraturum: David vero cornu olei, quod abundantiorem vñctionem ostendit propter perpetuitatem regni illius significandam, quam etiam corona significat.

Si vero dicas, aspera nimium corona regni est, spinea corona est certe. Sed atteende duplex esse Christi regnum, sicut & Davidis, regnum opulentum, & afflictum, & cuiq; regno apta corona datur. De his duobus regnis plura habes in 1. Tomo nostrarum Concionum, Dominica in Ramis, & in 3. Tomo in festo sancti Ioannis ante portam Latinam, quæ inde petere facile poteris, & huic concioni apta sunt. Regno itaq; afflito corona

# In festo

Apost. 14.

Zach. 3.

Origen.

Tertul.

Ambr.

Chrysost.

Gregor.

Gen. 3.

corona spinea congruit : regno vero cœlesti corona aurea, qua A Christum insignitum vidit Ioannis, cum ait. Vidi sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream. Enspineam coronam mutatam in auream. Sic etiam apud Zachariam ait Angelus de Iesu sacerdote magno. Ponite cydarim mūdam super caput eius. Quæ verba de Christo Domino intelligunt Origenes homilia 9. in Leuiticum, & Tertullianus in libro aduersus Iudeos in fine, & Ambrosius libro 3. de Fide. c. 4. & Chrysostomus homilia 5. ex variis in Matthæum locis, & Gregorius 20. Moral. c. 20. Cydaris vero ornamenti erat capitis, quo sacerdotes vtebantur. De qua Iosephus lib. 3. Antiquitatum c. 8. ait. Super caput autem gestat pileum non fistigiatum, neque totum caput comprehendentem, sed paulo B plusquam medium, hic vocatur Malaphethes. Et autem tali parata, ut videatur vitta linea sepe in orbē replicata & confusa. Hec omnium sacerdotum insigne erat. Sumi vero Sacerdotis coronæ exponens idem Iosephus eodem capite ait. Pileo, quali cæteri sacerdotes vtebatur, super quæ extabat aliis consutile ex hyacintho variatus. Hunc aurea corona tripli ordine circundabat, in qua spectabantur caulinæ aurei. Christus ergo, qui in terra spinis coronatur, in cælo corona aurea insignitur.

Sed iam ad secundum coronæ nostræ mysterium veniamus: corona enim illa non solum Iesum, sed & nos ornauit, & caput nostrum cingens, nos omnes cinxit. Sed quæ illi fuit corona spinea, nobis redita est corona gloriae. Accepit Christus coronam spineam, quæ commeritus non erat, quid enim magis à Deo alienum quæ spina? Nos vero digni eramus spinis, quibus maleficio illa impendebat: spinas & tribulos germinabili tibi. Christus ergo pro sua immensa charitate suscepit spinas, quas nos merbamur, & dedit nobis coronam gloriae, quam ipse merebatur. Sua ergo corona, & laboribus nostros absuluit dolores, & gloriae coronam nobis promeruit. Quod si nos operibus iustis gloriae coronam meremur, id efficitur, quia opera nostra vim accipiunt à meritis Christi. Mirum profectò, quod minimis nostris laboribus coronam æternam, ac infinitam mereri possimus de condigno: cum non sint cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed id corona, ac labores

A bores Christi effecerūt: & ideo dicere potuit Paulus: In reliquo 2. Tim. 4.  
reposita est mihi corona iustitiae, quam reddit mihi Dominus in illa  
die iustus index. In cuius rei figuram in Ecclesiastico dicitur in- Eccles. 45.  
ter ornamenta Aaron. Corona aurea super mitram eius, expressa  
signo sanctitatis. Quibus verbis significatur lamination aurea, quæ  
frontem sacerdotis cingebat, quam dicit expressam signum san-  
ctitatis, quia Dei nomen ineffabile in ea exaratum erat. Ty-  
pum vero corona illa habuit coronæ Christi, cuius proprium  
est, ut sit corona eius, & quod in ea coronati labores sint, &  
quod corona, & merita eius nos quoque coronent: nec enim  
sibi soli meruit ille, sed & nobis: & ideo eius corona ea sancti-  
tate expressa est, ut omnes sancti per eam sint sancti, & omnis

B sanctorum corona debeatur Christi corona. Et hac ratione in Apoc. 4.

Apocalypsi Sancti capituli diademata ponunt ante agnū, quasi dicant, coronas accepimus, sed haec coronæ debentur coronæ

tua, merita nostra fundantur in tuis meritis. Hoc significat Psal. cum ait: Benedic coronæ anni benignitatis tuae, & campi

tui replebuntur ubertate. Aegypti annum per coronam signifi- Psal. 64.

cabant, quia in modum coronæ vertitur annus per duodecim signa. Annus ergo benignitatis, & gratiae coronatus est, quia corona, & meritis Christi illustratus est, & hinc factum est, ut

eo anno campi repleantur ubertate caritatis gratiae: corona ergo Christi non ipsum solum coronauit, sed & annum vniuer- Job 3.1.

C hi tribuat adiutorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, & li- Job 3.1.

brum scribat ipse, qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & cir- Job 3.1.

cundem illum quasi coronam mibi. Per singulos gradus meos pronun- Job 3.1.

tiabo illum, & quasi Principi offeram cum. Liber hic Christus est, Job 3.1.

scriptus intus, & foris, cuius sigillum nullus poterat aperire, in Job 3.1.

eo omnis virtus, & gratia exarata est, in quo omnem utilitatem scientiam legere, & addiscere possumus. Hunc vero in hu- Job 3.1.

mero portat, qui suave Christi iugum tollit, & eius praecipita seruat. Et hic quasi coronam sibi circundare illum po- Job 3.1.

test, quia sic eius gratiam, & merita percipit quibus coro- Job 3.1.

natur. Hiac Isaías. Erit Dominus exercituum coronaglorie, & ferte exultationis residuo populi sei. Quam coro- Job 3.1.

nam latabundus cominorat idem Isaías, cum ait. Gau- Job 3.1.

dens

## In festo

dens gaudet o in Domino , & exultabit anima mea in Deo meo , quia A  
induit me uestimentis salutis , & indumento iustitiae circundedit me  
quasi sponsum decoratum corona , & quasi sponsam ornatam monili-  
bus suis . Hinc etiam Psal. praeuenisti eum in benedictionibus dulce-  
datis , posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso . Corona  
Christi veitit spinas in lapides preciosos , & coronatus dolore  
coronat nos in misericordia , & miserationibus . An non festiuè  
celebranda corona est , à qua tanta nobis bona prouenire ?

Sed quia licet omnes iusti insigniantur Christo Domino  
tanquam corona , diuersè tamen à diuersis participatur , & di-  
uersi sunt iustitiae gradus , expendenda sunt verba illa Iob , quæ  
mirè enarrat Gregorius . Per singulos gradus meos pronuntiabo  
illum . Ait ergo Gregorius . Nemo infima deferens repente fit B  
sumimus , quia ad obtinendū perfectionis meritum , dum quo-  
tidie mens in altum ducitur , ad hoc proculdubio velut ascensio-  
nis cuiusdam gradibus peruenitur . De quibus gradibus Iob  
ait , per singulos gradus meos pronuntiabo illū . Et de eisdē Psal.  
Ambulabunt de virtute in virtutem . Et de his iterum sanctam Ec-  
clesiam contemplatus ait : Deus in gradibus eius dignoscitur  
(sic Gregorius legit ) dum suscipiet eam : nec enim repente ad  
summa peruenitur , sed ad virtutū celitudinem per incrementa  
mens ducitur . Hinc idem Psal. ait : Exercitatus sum , & defecit  
paulisper spiritus meus . Quid est itaq; quod ait , spiritus meus ,  
nisi spiritus hominis , spiritus elationis . Et quia per occultam  
gratiam ad amorem Dei temperata desuper mensura profici-  
mus , quanto in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit , tan-  
to noster spiritus deficit . Qui spiritus erroris , quia non à nobis  
subito penitus amputatur , bene paulisper defecisse perhibetur .  
Tunc vero in Deo plenè proficiimus , cum à nobis ipsis fundi-  
tus defecerimus . Hos diuersos virtutis status Iob gradus dicit : C  
Iustus enim primo tener & imperfectus , postea fortis & robu-  
stus efficitur . Hinc calles magister ait . Sic est regnum Dei , quæ  
admodum si iaciat homo fermentum in terram , & dormiat , &  
exurgat nocte ac die , & semen germinet , & increbeat , dum ne-  
scit ille , cuius seminis incrementa ostendit , dicens . Vlro enim  
terra fructificat primum herbam , deinde spicam , deinde plenū  
frumentum in spica . Et finem profectus indicans , addit : & cum

Psal. 20.

Iob. 31.

Greg.

Psal. 83.

Psal. 76.

Marc. 4.

ex se

A ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam venit tempus messis. Ecce distincta incrementa meritorum, dū primum herba, deinde spica, postea plenum frumentum dicitur.

Herba fuit Petrus, dum per deuotionem viridis, sed per infirmitatem tener ad vocem ancillæ inflexus est. Sed plenum frumentum idem factus est, quando resistentibus principib[us] di-

Marc. 14.

xit: Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Plenum etiam frumentum fuit, cū in tritura perseguitionis tot verbera pertulit, & tamen nequaquam palearum more imminutus est, sed granum integrum mansit. Huc vñq; Gregorius. Sicut ergo diuersi sunt gradus virtutis, ac meritorum, ita diuersi sunt gradus

Act. 5.

coronæ à nobis in cælo percipiendæ, diuersæ māsiones. Qui ergo sublimem māsionem, altissimam q; desiderat coronam,

B curet maximos in virtute progressus facere, plures gradus ascendendo pertransire, sic enim amplissimam recipiet pro meritis coronam, quia quis eminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, vt Paulus ait. Nec verò desperet, qui in infimo gradu est, qui herba est, sed oret cum Apostolis: Domine adauge nobis fidem, qui enim nunc herba est, plenum frumentum effici

2. Cor. 9.  
Luc. 17.

Sed restat ut diuerstatem coronæ iusti, & peccatoris contemplemur, quibus se in hac vita ornant, & quibus respondent diuersæ admodum coronæ in futura. Peccator quidē superbia, delitiis, honoribus, diuitiis, ac voluptatibus se coronare studebat, his enim se ornat, in his latatur ac gloriatur. Hinc Isaías:

Isa. 28.

C Væ coronæ superbiæ, ebris Ephraim, & flori decideti, gloriæ exultationis eius. Et impij ipsi loquuntur: Coronemus nos rosis, ante quam marcescant. Vanitatem nunc huius coronæ attende, ipsi enim impij fatentur, coronam suam cito defutaram, marcescat enim continuò, non est corona immarcescibilis, ideo Isaias eā dicit florem decadentem. Hinc etiam Ieremias ait: Humiliari n[on] sedate in terra, quoniam descendet de capite uestro corona gloriæ uestræ. Exigua profecto corona, & nihil ducenda, quæ cito transit, similis coronis ex papyro confectis, quibus ornantur, qui personas regum suscipiunt in comedisiis, qui ad momentum reges apparent, cum tamen vilissimi de plebe sint. Noli ergo lxtari, noli gloriari in hac corona, cito enim mors

Sap. 2.

Iere. 13.

## In festo

aderit, & dices, expolauit me gloria mea, & abstulit coronam A de capite meo, quia cum interieris, non sumes omnia, neque descendet tecum gloria tua. Sed videamus iusti coronam. Sicut Christus primum accepit coronam spineam, & in saeculo altero auream, ita iustus hic coronam accipit spineam, ut postea ornetur aurea corona. De qua Paulus ait: Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipient, nos autem incorruptam. Et Dominus in Apocalypsi Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uite. Cum Rex terrae, aut Imperator, vel Pontifex corona ornatur, summo in terris honore afficitur. Qualis obsecro honor erit, cum capiti tuo imposuerit Deus coronam aeternam, immarcescibilem, summamque. Corona maxima erit, eius duratio aeterna, & a Dei manu data, quid obsecro desiderari poterit? Merito Psal. ait. Gloriam & magnum decorum impones super eum. Sed quia, ut Paulus ait. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: oportet, ut prius tibi aptes coronam spineam, quae lachrymarum, ac dolorum est. Spinæ labores, ac tribulationes significant. Ideo Adæ dicitur: Spinæ & tribulos germinabit tibi. Et per Osseam: Sepiam uias tuas spinis. Has laborum spinas Christus plurimi fecit, & super caput posuit. Osculatus est fel, amplexatus est Crucem, spinas super caput statuit, ut tu discas tribulationum spinas venerari, ac beatum te dicere, cum illis punctus fueris. Regius Christi titulus, quo dictus est Rex Iudeorum inter spinas est, ibi a nobis est querendus. Inter spinas ergo querenda a nobis salus est, quia ibi C est titulus ille Iesus Nazarenus. Hieronymus, & Remigius in illud Matthæi Dilatant phialeria, & magnificant fimbrias, aiunt, Pharisæos in fimbriis palliorum spinas gestasse oblongas, quæ humi reptabant. Illi itaque sub pedibus spinas habebant, Christus super caput, quia reprobus tribulationes despiciat, quas iustus plurimi ducit. Vitam ergo asperam ducamus, spinis nos ornemus, ut corona aeterna muneremur.

Hierony. Remig. Matth. 23. Quod si dixeris pungunt me, ac vulnerant spinæ istæ, quis eas ferre poterit. Certe postquam Christus spinas suscepit, non iam dolorem, sed requiem afferunt. Audi utrumque per Ezech. 28. Propheta promissum, Ezechiel ait, Non erit ultra spinæ dolorem inferens.

A inferens. Quoniam spinæ Christo infixæ aciem amiserunt, & acrimoniam, nobisq; suaves reliæ sunt. Baruch etiam ait: In spina borti omnes aues sedebant. Quasi in nido requiescent in spina omnes aues, quia nidus optimus animæ iusti, in quo se protegat. Spinea Christi corona est. Illuc si ascenderit, audiet. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum. In spina etiam aues sedent, dum iusti terrena despicientes in dolore, & tribulatione requiem inuenierunt, & in cruce gloriati sunt. Si ergo tribulatio pungit, si angit, scito tu ex ea tibi nidum coaptare, quo non modo non pungaris, veruni etiam quietas: id enim aues cœli facere nouerunt. Si quo pacto id fieri possit ignoras, audi dicentem: Venite ad me omnes, qui laboratis

Psal. 90.

B & onerati estis, tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Cum requies promittitur, nidus promittitur: hunc vero ex spinis conficias, sicut Christi corona absconsus fueris, si tribulationem, & dolorem inueniens nomen Domini inuocaueris, sunulque attenderis, per spineam coronam parari tibi viam ad auream, & aternam coronam. Si enim gloriatur, ac gaudet miles etiam in prælio, cum ex illo expectat regni coronam, cur non gaudeas tu in tribulatione, & dolore, ex quo paratur tibi aeterna corona? Communicantes ergo Christi passionibus gaudete, sic enim fiet, ut cōmunicetis Christi gloria imensa, quia si socij fuerimus passionis, erimus & consolationis.

Matth. 11.

1. Petr. 4.

C Deinum aliud spinarum mysterium nobis exponendum est. Spina peccatum significat, tāquam illius effectus, propter peccatum enim audiuit homo. Spinæ & tribulos geminabit tibi. In statu enim innocentia vel spinæ non essent, vel homini non foarentur. Peccator vero Ericio similis dicitur: quia vndiq; spinis circundatus est. Hę vero peccatorum spinæ & Christū pungunt, & peccatorem. Christum quidem, dum propter peccata nostra spinis coronatur, pungitur ergo spinis peccatorū Ch̄s Dñs. Impleturq; in eo illud Canticū: Cora capiti sui sicut purpura regis uincta canalibus, quasi dicat. Similes sunt capilli spōsi purpurae, quæ recēs tincta est sanguine, & rubra reddita. Ereditimini ergo filiæ Sio, & uidete regē Salomonē spinis peccatorū

Cantic. 7.

## In festo

nostrorum cruentatum. Sed mirum illud est, quod sequitur A  
In die desponsationis eius, & in die lætitiae cordis illius. Quid enim  
diei passionis cum die desponsationis, & lætitiae præcipue  
vero, cum die lætitiae cordis ipsius, cum tunc tristis fuerit ani-  
ma eius usque ad mortem. Certè dies ille desponsationis fuit,  
tunc enim Ecclesiam sibi desponsauit. Sicut enim dormiente  
Adamo educta est ex eius latere Eua, cui desponsatus fuit, ita  
Christo in carne passo ex eo fluxit sanguis, aqua, ac merita ex  
quibus sacramenta vim sumpserat, ut animas Deo vniarent. Sed  
lætitiae etiam dies dicitur, quia licet secundum inferiorē por-  
tionem tristis fuerit anima eius, tamen secundum superiorem  
summa lætitia perfusa fuit, videns mundi remedium, & cum  
illius immensa charitas omnē dolorem superauit, summo per- B.  
fundebatur gaudio, quod homo à peccato liber ei traderetur.  
Eximium ergo spectaculum Christum videre dolore, & gau-  
dio, spinis, & gloria coronatum. Ideò egredimini filiæ Sion,  
ut illud contemplemini.

Simil etiam peccatum spina est, peccatorem pungens. An  
non sentis peccati vulnus, dolorem, ac angorem? An non do-  
les, & ingemiscis, & interius tibi displies, cum in peccato es?  
quid nam illud est, nisi spina peccati? Hæc verò spina efficit,  
ut homo se circunspiciat, & ad Deum cōvertatur. Vnde Psal-  
tes: Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua, conuer-  
sus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Quasi dicat David.

Cum in peccato fui, grauata est super me manus tua, id est, pla-  
ga, percussio, & feueritas, & conuersus sum, id est, volutatus  
sum, me versauit in mea ærumna, dum tu configeres spinam  
tuam in me, dum me pungit aculeus sollicitudinibus, & curis,  
& vniuersis malis. Hebra a ad literam sic habent in eo versu.  
Versus est succus meus in siccitates æstatis, humor meus penè  
exaruit, mutatus sum ex succulento in aridum, & pallidus. effe-  
ctus sum. Communis intelligentia est, ut significet David con-  
uersus fuisse ad Deum, ac resipuisse propter vexationem, &  
peccati aculeum ipsum pungentem, nam spina instar pecca-  
tum pungit. Sic etiam dissipator ille filius in domum patris  
redit, propter miseriam & calamitatem, quam passus fuit.  
Nunc ergo homo, qui extente factus miseriam tuam non  
vidisti,

# Corona Christi.

11

A vidisti spinam non attendisti, qua pungaris, in te reuersus cum Prodigo, & cū Psal. ea attende: durum enim est tibi cōtra stimulum calcitrare, ac durissimum peccati spinā sustinere, quæ cor cōfigit, & conuertere in ær umna tua. Audi iter, quod arripisti, quod explicat Sapiēs, cum ait Iter pigrorum, vel impiorū  
quasi se pessimorum, via iustorū absq; offendiculo. Id ipsum per  
Oseam Dñs dixit: Sepiam via tua spinis. Peccator quidē co-  
gitat secum, ac ait. Non sit pratu, quod non pertranseat luxurianō-  
strā, coronemus nos rosis per amœna prata, ac floribus respersa  
viā se acturum dicit. Sed illum fallit opinio, & iusto Dei iudi-  
cio efficitur, vt ascendat super eum spina, & vepres ut punga-  
tur, si fortè sic cōpungatur. Vis rem hāc oculis tuis subiici? Vīā

B vitiorū ingressus es, vt in ea delectareris, & cū eam viā ingre-  
sus fuisti, inuenisti plurimos conscientiæ morsus, ac aculeos, in  
uenisti corpori tuo infirmitates pessimas, famę tuę detraictum  
vidisti, substantiam tuam funditus periisse. An non vides spi-  
nas, quas in eo prato florido Deus seminavit? An non vides  
iter tuum quasi se pessimorum? Quid ergo restat agendum,  
nisi quod per Oseā dicit Dñs facturum populū suum. Vadā &  
reuerter ad uirū meum priorē, quia bene erat mihi tunc, magis quam  
nunc, hoc est, conuersus sum in ær umna mea, dum configitur spina.  
Videbis enim melius tibi fuisse, cū Deo abhesisti, quā cum dæ-  
moni. Vide ergo, quia malū, & amarum est, reliquisse te Dñm  
Deum tuū, & non esse timorem eius in te, & spinas peccatorū

C procul repelle ab animo tuo, ne pungaris, spinā vero poeniten-  
tiæ, ac laborum sume, & circunda capitū tuo tanquam coronā,  
vt æterna cæli corona doneris, &c.

## CONCIO.

De singulari deuotione ad B. Mariam  
Virginem, & de eius Rosario.

T H E M A.

Exultabimus & letabimur in te memores uberum tuorum  
super uinum, recti diligunt te. Cantic. 1.

Q VI personæ alicuius subsidio, vel intercessione maxi-  
me indigent, solēt in eius laudibus excedere, & in assen-

B 3 tationem

Prou. 18.

Ose. 2.

Isa. 2.

Ose. 2.

Hiere. 2.

## De singulari deuotione ad B.M. Virg.

tatione in incidere, hinc principibus multi sunt assentatores: lo A quendum nobis est de Maria, qua sumē indigemus, num in eius laudibus excedemus? Nō hoc imminet nobis periculum. Augustinus ait. Si omnium nostrorum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus. Noluit Magnus Alexander ab alio quam ab Apelle effigiem sui ipsius informari dicens, animi ipsius dotes, quæ in facie splendebant, ab alio quam ab Apelle depingi non posse, quis ergo Mariam depinget? Necessarium esset ad hoc, ut filius eius penicillum manu assumeret: nos verò dicere quicquam dignum nō valemus, si milesq; in eius laudibus erimus Astrologo, qui vt cælestes motus, & astra ostendat, manu tenet globum ligneum, dicitq; , hoc est cælum Lunæ, hoc est Solis, &c. sed quantum distat inter B cælestia corpora, & ea, quæ ille ex ligno facta manu tenet? Sic erunt ea omnia, quæ nos de cælesti Maria dicere possimus, multo iis minora, quæ in ea sunt: consolatur verò nos illius benignitas, qua etiam à nobis minima recipere non dignatur. Mos fuit Persis, vt omnes, qui Regem viderent, ei aliquid offerrent: cum forte Cyrus in agro versaretur, eum offendit rusticus, qui nihil habens, quod ille dono offerret, in flumen properauit, & aquam manibus hausit, quam Cyro bibendam obtulit, illeq; regio inclinato capite babit, dicens, in Principe non esse minus parua recipere, quam magna dare, maior in Maria benignitas efficiet, vt minimas à nobis laudes recipiat, sed si minimæ futuræ sunt, crenius gratia eis accedat, quæ eas eleuet, quam petamus per Ave Maria. C

Amor, quo nos diligimus, efficit, vt gaudeamus, non solum de bono, quod possidemus, sed de eo, cuius spem concipiimus, hinc Paulus: *s p gaudentes*. Non solum æger gaudet salute adepta, sed & spes salutis, quam ei medicus cito affuturā dicit. Qui item maximū moneuti gerit, non solum lætatur, cum sententia in eius fauorem lata est, sed etiam cum videt, cause statum sic se habere, vt speret sententiam votis suis respondentem: qui in Regis domum admitti desiderat, vel in aliquam assumi dignitatem, non solum lætatur cum id assequutus est, & chirographum Regis accipit, sed etiam cum familiaris Regis ei spem bonam tribuit illud consequendi.

Omnes

August.

Simile.

Rom. 12: Similia.

**A** Omnes Christiani hoc instatū versamur, omnes infirmi sumus peccato, & curatione indigemus, omnibus lis est super regno aeterno, omnes in Dei domesticos adscribi desideramus, & curamus: gaudendū ergo nobis est, non solum cum illud adest pti fuerimus, quod exoptamus, sed etiā cū nobis sunt coniectiones, quibus spem concipimus illud asequendi: Nolite gaudere, ait Christus Dominus, quod spiritus subiicitur vobis, sed in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in celis. Aliquis ergo nūc latitudinibus nuntium, dum signū eterne salutis eis praestiterimus.

Luc. 10.

Si ergo in corde tuo videris affectum singularem, & devotionem in Virginem Mariam: signum tibi sit prædestinationis tue, & aeternae salutis, quo latari iure potes, quod si hunc non videris, time, & eum cura cordituo imprimere, iis rationibus, quas hodie dicemus: sic enim fiet, ut hoc pignus habeas salutis tue, quoniam ut sponsus ait. Redi diligunt te. Hinc Anselmus, sicut enim o beatissima, omnis a te auersus, & a te despiciens necesse est, ut intereat, ita omnis ad te conuersus, & a te orat. respectus impossibile est ut pereat.

Cant. 1.

Anselm. in

Ostendamus veritatem hanc autoritate, ratione & exemplo, authoritas illud ostendit. Eccl. 2.4. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, in Iacob inhabita, in Israël habere creditare, & in electis meis mitte radices, quæ verba Mariae Ecclesia tribuit, licet de diuina sapientia primo loco dicta sint. Habita (inquit) in Iacob, non in Esau, quia Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Vnde per Iacob electi, per Esau reprobri intelliguntur, & in electis meis radices mitti: cū ergo in corde tuo radicata Mariæ senseris, signū electionis habes, quia illa ut radix virtutē cordis ad se trahit. Promissum fuit Leuit. 2.6. Ponā tabernaculum meū in medio vestri, & nō abiicet vos ultra anima mea. Impletur vero in illis, in quorum cordibus Mariam Dei tabernaculum Deus ponit. Ratio vero idē manifestat, quæ ex eo colligitur Pauli: Rom. 8.

Rom. 9.

Quos preservavit & prædestinavit conformes fieri imaginē filij sui: & ex illo: Nos autem revelata facie gloriæ Domini speculantes, in eandē imaginē transformamur. Prædestinatus itaque Christi imago debet esse, sicut ergo Christus Deus est, & filius Dei, sic & prædestinatus Deus, & filius excelsi, ille naturalis, hic adoptivus: similiter ergo sicut Christus naturalis filius est Mariæ, sic iustus adoptione

## De singulari deuotione ad B.M.Virg.

- Gen. 3.** adoptione eiusdem filius sit oportet, ut sit illa Eua mater cuncto A  
rum viuentium per gratiam, mirabilis planè Mariae vterus, cuius  
**Cant. 7.** omnes electi filij sunt, de quo mire Spiritus sanctus Cantic. 7.  
**Ambros. de inst. uirg.** Venter tuus sicut aceruuſ tritici uallatus liliis. Quæ verba sic ex-  
ponit Ambros. Vnum granum frumenti fuit in utero. Virginis Christus Dñs, & tamen aceruuſ tritici dicitur, quia granum hoc virtute continet omnes electos, sicut enim Rebeccæ dicitur: **Dñe** sunt gentes in utero tuo, & duo populi dividetur ex te: quia duorum populorum capita continebat in utero, Jacob, scilicet, & Esau: sic Mariae vterus aceruuſ dicitur tritici, licet in eo solū unicum granum fuerit re ipsa, quoniam illud omnium electorum caput est, in quo reliqui virtute continentur, & omnes electi ei dati sunt in filios adoptionis, hunc Ioan. 19. ait. **Vidi discipulum,** & B  
ait, ecce mater tua: nō eum nomine proprio compellat, sed generali vocabulo discipuluſ dicit, quia in quantum discipulus, filius est Marie, omnis enim Christi discipulus Mariae filius est. Est ergo naturalis gratiae inclinatio in Mariam, gratia enim cum aliis cui conceditur, eum inclinat, ut Mariae affectu singulari haereat tanquam matri, etenim naturæ author hanc tribuit inclinationem effectibus, ut causas suas reuereantur, sicut agno dedit cognitionem matris, & affectu ad illam, ut ei adhaereat, ad eius balatum veniat, & inter oues mille propriam matrem agnoscat naturali instinctu: sic gratiae author Deus hunc instinctum iis, qui gratia ornantur, dedit, ut Patrem & matrem gratiae reuereatur, eisque adhaereant, Christo, scilicet, & Mariae, in eis delectentur: unde ait. Exultabimus, & laetabimur in te, memores uberum tuorum, recte diligunt te. Sicut ergo ad ubera matris agnus accedit, sic ad ubera Mariae iusti omnes quasi ad ubera matris.
- Ignat.** Exemplo vero eadem veritas patet ab initio nascentis Ecclesiæ. Memoria prodidit Ignatius, omnes, qui ad fidem veniebant, continuo desiderio flagrante videndi Mariam, & ad eam vndeque concurrebant, edebant quotidie agnum illum caelestem, qui mirè eos reficiebat, audiebant vero esse in terra ouem, quem illum peperit, summo desiderio eam desiderabant videre, audiebant esse prodigiū illud diuinum sanctitatis, eius aspectu conspiciebant audiebant esse in terra rubrum incombustum, dicebant quod Moyses dixit: **V adam,** & uidebo visionem hanc magnam. Sicut
- Exod. 3.**

**A** Sicut cū vberrimos prædij fructus vides domū intrare tuā, prædiū illud videre cupis, inuitē verò se ad hoc inuitabant tunc iusti dicētes illud Isa. 2. Venite ascēdamus ad mōtem Dñi, & ad dominum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Felices qui tali aspectu digni erāt, signū ergo prædestinationis est singularis affectus, & deuotio ad Maria. Hinc sancti omnes mirabiliter Mariae affecti fuēre, & deinde iusti omnes.

Sed obiicis multi peccatores sunt affecti Marię. Respondeatur, idèo forte penitus nō pereūt, & hac esca Deus eos ad se trahit, & à peccatis s̄epe liberat, sicut qui disrupta nauis tabula seruat in columē, vel qui in puteū cadit, & fune misso inde liberatur. Hinc Christus B. Catherinæ Genuēsi dixit, mater mea esca dulcissima est, qua ad me peccatores traho, sicut enim 3. Reg. 2. ait Salamo ad Abiathar: Mortē quidē merebaris (quia fuērat cū Adonia) sed quia portasti arcā fœderis coram patre meo David nō morieris. Ita multi in infernū iā essēt trufi, nisi hāc portassent arcā in corde suo, nisi in hunc locū sacrū se reciperēt, qui eis est imunitatis causa, vt olim ciuitas refugij, & hodie tēplum.

Sed iā dispiciamus, quibus rationibus tenemur, vt Virgini obsequiamur, vt præcipua ad eā simus deuotione. Duplex est amor amicitiae & cōcupiscentiae: amore amicitiae diligimus rē propter seipsum, cōcupiscētię ppter nos. Videamus ergo qualis sit in se Maria, quā digna amore, videamus insuper, qualis nobis sit, quā benefica: utraq; enim rōe deuinēti ad eā erimus.

**C** Sed quāta in se Maria sit, quis loquatur? Humillima ipsa cū esset, de se loquitur: Fecit mihi magna, qui potens est. Modello viri est, ait Arist. in propriis laudibus parcū esse, & ad minus declinare, quid faciet vere humilis? Quid humillima Maria? Cuius Deus humilitatē respexit, & cū parcē ac humiliiter de se loquatur, nō potuit, nō dicere: Fecit mihi magna, qui potens est. Tanta eius est bonitas, ac pulchritudo, vt à Deo ipso diligatur, & honorari habeatur, Pater in filiā eā habet, Filius in matrē, Spiritus sanctus in Sponsam, & tāto eā amore prosequuntur, vt amor transeat in nīmā affectionē, & in vulnus, & plagā. Cū de reliquis creaturis loquitur Sapientia, ait. Cū eo eram cuncta cōponens, & delectabar per singulos dies, ludēscorā eo omni tēpore, ludens in orbe terrarū, & delitię meę esse cū filiis hominū, cū aliis creaturis Prover. 8.

## De singulari deuotione ad B.M.Vir g.

Iudit sapietia, quasi parum quid sint, sed cum homine amicitiam A  
init, quia eius cum eo delitiae. Sed cum amore in Mariam virgi-

Cant. 4.

nem explicat, ait: *Vulnerasti cor meū*, &c. qualis obsecro pulchritudo illa est, quae Dei cor vulnerat? Cū vero videant sancti, in tanto prelio Mariā à Deo habitam esse, illi simili eā prosequuntur amore: non enim in curia cœlesti illud versatur, quod in curiis hominum, in quibus, cum vident alij hunc à Rege diligi, ei statim inuident, contra in cœlo sit, eo enim in pretio re habent,

Aug.

quo Deū habere vident, & demū à tota curia cœlesti regina habetur. August. ait. Michaël & omnes Angeli eā intuentur, vt videant, an aliquid præcipiat agendum circa aliquam animam: eam summo pretio habet omnis Ecclesia, omnes sancti. Cū ergo in humanis illud videamus, rem à nobis suspici, & diligi, B  
cū ab omnibus diligitur, & in pretio habetur, cū ostenderimus, tanto Mariā haberi in pretio à Deo, ab Angelis, à Sanctis, ab omni deniq; mundo, quomodo nos eam non amabimus, & in summo pretio habebimus? demū inter plura, quibus Maria Deum imitatur illud est unum, quod sicut coram Deo nihil bonum appetit, quia infinita sua bonitate omnē aliam obscurat bonitatem: & ideo dicitur: *Nemo bonus nisi solus Deus*, sicut

Mattb. 10.

Stellæ coram Sole non apparent: & ideo sicut Sol lumine suo Stellas illustrat, sed praesentia, & luminis magnitudine, eas quas illustrauerat, obscurat, ita potentia sua Deus esse, ac bonitatem creaturis tribuit, sed infinita sua bonitate eam quasi au-

Isa. 40.

fert, dum coram illo nihil esse apparent, hinc Isaías: *Omnès gentes quasi non sint, sic sunt coram eo*, & quasi nihil in, & inane reputare sunt ei. Ita etiam sao modo coram Maria omnis sanctorum sanctitas obscuratur, sicut enim de primo Che-

Ezech. 28.

rub dicitur: *Tu Ch. rub extensus, & protegens, uel obumbrans*, vt alii transferunt, obumbrare vero reliqua dicitur, quia tanta eius erat pulchritudo, vt omnem aliam obscuraret: ita Maria pulchritudo tanta est, vt omnem aliam obumbraret: quo pacto illud accipiendo est, quod in Canticis dicitur: *Sicut lilium inter spinas, ita amicamea inter filias*, quod est dicere, adeo est pulchra, vt omnia, quae propè eam videris, spinas reputes, & ipsam solam rosam, etiam ipsas rosas spinas apparet facit, denique ei similis nulla est, ideo de ea Angeli, & sancti

Cant. 2.

A sancti pronuntiant, quod olim de Iudith dicebant duces Hollernis Iudith. 11. dicebat alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, in sensu uerborum. Vidi mis Mariae bonitatem, ac pulchritudinem, cuius causa eam diligere tenemur amore amicitiae. Sed quoniam nostri amatores sumus vehementes, ea maxime diligimus, quae ad nos spectant, & quae nobis proficia sunt, quod ad amorem cōcupiscentia pertinet, videamus ergo, qualis nobis Maria sit.

B Assimilatur Maria cælo in multis, & merito in spiritualibus Mariae dantur, quæ cælis in materialibus, sicut enim cælū locus Dei est, & sedes eius peculiaris, ita Maria domus & sedes Dei est. Sicut ergo hanc habet in corporalibus eminentia cælesti corpus, quod omnis generatio, perfectio, & motus inferiorum ab eo pendet, sic decreuit Deus, omnia spiritualia dona hominibus cōcedere per Mariam, quæ summa dignitas creature est. Dicimus ergo, sicut fide nobis certa est, omnē gratiā, omne donū descendens à Patre luminum per Iesum Christū ad nos venire, sine quo nihil possumus facere: ita nunc dicimus, omnē gratiā & omne donum, quod à Christo recipimus, per manus Mariæ, & eius orationē nobis concedi, ipsa primum à Christo petente, & obtinente. Hec sententia sepe à D. Bernardo dicta, & Bernard. proposita est, decreuit Deus, inquit, nihil dare, nisi per Mariam, & Hieronym. serm. de Assumptione, idē afferit, ait enim, omnis Hieronym. gratia, quæ est in Christo, est in Maria, in Christo tanquam in capite influente, in Maria tanquam in collo transfludente, in Christo tanquam in fonte, in Maria tanquam in canali. Eadem

C est sententia D. Bonaventurae super Ave Maria, & est communis sanctorū sententia, ideò illa Ecclesiæ collum dicitur in Canticis, quia caput Christum Ecclesiæ coniunxit, & sicut omnis influxus capitum in corpus per collum deriuatur, sic omnis influxus Christi in Ecclesiā per Mariam: qua in re locum eum damus Mariæ respectu Ecclesiæ, quem supremo Seraphino in cælo respectu Angelorum, sicut enim omnis illuminatio descendit in inferiores Angelos per illum, ita in Ecclesiā per Mariam.

Huius rei possibilis patet, cum enim dona, quæ Deus Ecclesiæ dare decreuit, finita sint, ea primum in Mariæ corde esse possunt, ut illa petat, & tunc deinceps concedat.

Sed

## De singulari deuotione ad B.M.Virg.

Sed hoc quod fuerit cōuenientissimū, probatur primo ex M. A  
riæ officio, quod est esse Christi matrē, eius verò est perfectio-  
nē rei dare, cuius est dare esse ad terram, quæ plantā producit,  
pertinet ei dare incrementū vsq; ad ultimā perfectiōnē: Ma-  
ria Christū produxit, ad eā ergo pertinet omne Christi incre-  
mentū: omne verò id, quod in iustis ponitur gratiæ, incremen-  
tū est corporis Christi, quia illi eius mēbra sunt: & ideo Paulus  
ait. In quo & coædificamini. Sicut ergo ad matrē pertinet, vniuer-  
sa mēbra filij cōpingere, ita ad Mariā omnes iustos perficere,  
qui mēbra sunt Christi, qua ratione Maria mater est omnium,  
sicut initio diximus, & ad eius statū, quę vniuersalis omniū ma-  
ter est, pertinet nosse omnes necessitates filiorū, & eis adhibere  
remediū, à Deo illud implorando: & sic habet Ecclesiæ cōsue-  
tudo, in omni necessitate ad eā cōfugere, vt omnia bona nobis  
impetrēt: ideo dicitur: Pulchra ut Luna, electa ut Sol. Luna est,  
quia recipit lumen à filio, Sol verò, quia vniuersalis fons totius  
boni in nobis, sicut Sol luminis. Secundò idē probatur, quia  
ad legē amoris & gratiæ deligenda erat gubernatio omnium  
dulcissima, quæ est hęc, vt vniuersa per Mariā donentur. Inter  
matrē quidem & filium manifestū est, illud esse eximiæ dulce-  
dinis, sicut nulla re filius rex posset ostendere in matrem amo-  
rē, ac reuerentiam, quā si omnia illius intercessione cōcederet,  
Ecclesia verò hoc esse dulcissimū, Bernardus ostendit, dicens,  
licet Christus sit mediator, reueremur tamen in eo diuinā na-  
turā, & opus nobis est alio mediatore ad tantū mediatorē, vñ-  
de debuit nobis dari mediatrix Maria, sub cuius lingua mel, &  
lac: in qua nihil trepidandū inueniamus, sed omnis illa dulce-  
do sit, cui proinde dicamus, vita, dulcedo, spes, nostra, sicut ma-  
ter solet esse filiis mediatrix ad Patrē, quę illi magis reuerētur.

Ex dictis primo colligitur summū honorē à nobis Marię de-  
ferendum, sicut enim Deo summinus habetur, quia ab eo omne  
bonum nostrum pendet, & nullus potest bene habere sine eo:  
Quis enim resisteret, & pacem habuit? Potest quis à Rege Hispa-  
niæ discedere, & bene se habere, ad aliū declinans Regē: sed à  
Deo nequaquā, quia vniuersalis Rex est: Quo ibo à spiritu tuo,  
& quo à facie tua fugiam? Sic ergo in suo genere Maria ab omni  
creatura est honorificāda, quia ab illa omne pendet bonū no-  
strum,

Ephes. 2.

Cant. 6.

Bernard.

Iob. 9.

Psal. 138.

A strū nullus dicere potest, bene mihi erit sine Maria. Sicut ergo si Rex aliquē vellet exaltare, & ab omnibus honorari, hoc maximē perficeret, si nihil concederet, absq; eius intercessione, sic Pater omne iudiciū dedit filio, vt omnes honorificant filium, sicut *Ioan. 5.* honorificant patrē, ita filius vt mater honoretur, omnē gratiae dispensationē ei commisit, vt omnes eam honorificēt, sicut filium, licet suo gradu, vt creaturam venerari decet.

Secundo sequitur, quantū debeamus Marię amorē, quanta obsequia, cū ab ea omnia bona recipiamus, quæ à Deo recipim⁹. Dic mihi obsecro, si in Hispanię curia lis tibi esset, in qua de *Simile.* vita, honore, ac diuitiis ageretur, nō tuis solū, sed & omniū, qui ad te pertinēt, cū tam anxiè desiderares pro voto tibi negotiū

B succedere, si forte audires, Hispanię Reginam eo te prosequi amore, vt quasi mater tua esset, negotiū curaret tuū, tanta cōtentione, ac desiderio, vt singulis diebus ad Regē intraret ter, vel quater, vt pro te oraret, & negotia tua tractaret, & omnia, quæ foeliciter absoluisti, eius intercessione esse obtēta, & in posterū illā velle vsq; ad negotiū finē simili cura tibi adesse, vt quotidie ter pro te Regē alloquatur, quantū te hic Reginę amor deuin- ciret? Quibus obsequiis eā prosequereris? Fateberis certe, tan- tum esse Reginę in te beneficiū, vt ei pro debito nullo modo satisfacere posses, & ita res se habet: sed vel hinc collige quantū Marię debeas, si tāti tibi est, quod Regina, quæ vermis est, Re- gē qui puluis est, alloquatur pro te ter in die, super negotiis ca-

C ducis, quæ licet plurimi videātur momenti, nullius tamē sunt, quomodo magis deuinētus non eris maioribus beneficiis, quæ à Reginā cœlesti, auguste omniū quæ à Deo cōdita sunt, acci- pis? Illa pro te orat filiū Regem regū, quotidie, non semel, non ter, sed centies, & eo amplius, & super aternis bonis, ac salute, quæ infiniti est pōderis, ac momēti, hoc ne tibi paruipendendū? Sed quoties quotidie oret, quis dicat? Non possumus dicere *1. Cor. 12.* Dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. ait Paul. Et nō sumus sufficientes co- *2. Cor. 3.* gitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Sed à Deo id nobis prouenire debet, quoties ergo recte cogitas, loqueris, vel operaris à Deo tibi hoc cōceditur, quod vero à Deo est, per Marię ora- tionē tibi datur, sine qua nihil tibi boni est. Quantū ergo Ma- rię debes? Quantū ei obstrictus eris? Certè si se me illa tui me- moraretur,

## De singulari dettione ad B.M.Virg.

moraretur, ei nō faceres satis, si millies eius recordareris, quo- A  
modo ergo satissimæ tot eius orationibus, tot bonis ab ea rece-  
ptis? Facilius enim stellas numerabis cœli, & arenas maris, quā  
à Deo tibi per Mariam collata beneficia.

Si inquiris, quo modo Mariæ satissimam? Respondeo, ad  
æqualitatem non potes, sed vt pro modulo tuo gratus sis, illud  
primo curandū tibi est, vt amore Mariæ arderes, & eā amato-  
riè prosequereris, vt solet vir frēminā vnicē dilectam. Dignū  
profecto Christiano negotiū, Marię cor sibi lucrari, ei placere.

D. Bernardinus à puero dicebat se amantem, amatoremq; pul-  
cherrimę Virginis: erat verò illa Maria, sed ais, que ei obsequia  
præstabo? Attende illud Ioannis: *Frates non diligamus uerbo,*  
*neq; lingua, sed opere & ueritate.* Verbo tenus omnes affectos B  
nos Mariæ dicimus, sed ostende mihi ex operibus affectum  
istum. Primū opus maximè Mariæ gratum frequentia sacra-  
mentorū est, dulcissimisq; oculis eū intutur, qui corpus Chri-  
sti suscipit: quia ubi est thesaurus eius Christus, ibi cor & oculi  
Mariæ sunt, inno & Patris, & vniuersæ curiæ caelestis, quod  
esse non potest, sine maximo fructu eius, qui inspicitur: si enim  
caelestium planetarum benevolus respectus innumerā bona in  
terra producit, hebas, fructus, capillos, metalla, quid nō efficiet  
in anima supercaelestium planetarum aspectus iucundus?

Secundū opus Mariæ gratissimum est recitatio rosarij, quod  
multis illa est attestata miraculis, maxime vero si attētē, & de-  
uotè fuerit recitatū. Placet ei maximè Angelica salutatio, qua C  
memor efficitur illius summa misericordiæ, cum in matrē Dei  
electa est. Tertiū est oratio D. Bonaventuræ, quā ter, vel qua-  
ter in die orare debes, vt te recipiat in filium, & seruum, & sit  
illa tibi mater, *Regina, ac Domina.*

Sed ais, quando multa fecero, vt Mariæ placeam, quæ mihi  
erant cōmoda? Multa per omnē modū. Primo prodest ma-  
xiā animis omnino desperatis, & quasi desperatis, quas in  
matris honorē solet filius per Mariā sibi lucrifacere, vt omnes  
intelligāt, quanta ille faciat matris amore, sicut grauissima infi-  
mitas peritissimo medico seruatur, & illius curatio eū peritissi-  
mū ostendit, ita sanitas reddi solet maximis peccatoribus per  
Mariā: experientia cōstat, grauissimos peccatores supplices ad  
MARIAM

**A** Mariam accedentes facilè peccata superasse: in cuius figuram  
 3. Reg. 8. dicitur: *Si fugerit populus tuus Israël inimicos suos (quia  
 peccatus est tibi) & agētes pœnitentiam uenerint, & orauerint, &  
 deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cælo, & dimitte pecca-  
 tū populi tui Israël, & reduce eos in terram, quam dedisti patribus  
 eorū.* Est Virgo tēphum hoc, in quo peccatores orantes inimi-  
 cos superant, & peccata exuunt. Sicut ergo Ruth messores  
 Booz sequitur, remanentesq; spicas colligit: ita Maria eos sibi  
 colligere solet, quos reliqui sancti deserūt, quos confessarij cor-  
 rigere non valent, & in hoc potentiam ostendit suam, & mi-  
 sericordiam, eos saluans, quos alij desperatos habent.

3. Reg. 8.

Rut. 3.

**B** Secūdō prodest maximè deuotio in Mariā, vt per eā obti-  
 neas bona tum spiritualia, tū temporalia, quæ à Deo obtinere  
 alii viis non potuisti. Vnde Anselmus ait. Multa petuntur à  
 Deo, nec obtinentur: & petuntur à Maria, & obtinentur, non  
 quia illa potētior sit, sed quia sic Deus eā decreuit honorare, vt  
 sciant homines, omnia per ipsam obtineāti à Deo, sicut vnicè  
 dilecto solet Rex chirographa dare nomine suo subscripta, vt  
 scribat, quæ ei placuerint & eis vtatur pro libito, sic Mariæ in-  
 numera alba (vt ita dicainus) chirographa data sunt, vt quæ Dei  
 sunt pro libito donet. Experiētia cōpertum ait Magister Abi-  
 la, plures animas obtinuisse à Deo castitatem propter piū affe-  
 ctum erga Mariæ Conceptionem, & Annunciationem, cū lu-  
 xuriæ virtio captiuæ tenerentur.

Anselm. de  
laud. virg.

**C** Tertiò prodest maximè, vt pretiosa tibi sit mors, quo nihil  
 optabilius, licet enim aliquando deuenient hi, qui ad Mariam  
 singulariter sunt affecti: eos tamen illa sic reducere solet, vt præ-  
 clare vitam finiant, quod multis est agnitus experimentis,  
 & ratio suffragatur, amici enim est amico in maxima sucurre-  
 re necessitate, est vero hominis maximum discrimen in morte,  
 & idēcō tunc suis maximè Maria accurrit. Cuius rei memora-  
 bile nobis manibus suis scriptum exemplum reliquit beatissi-  
 ma Brigitæ in suis reuelationibus examinatis in Concilio Con-  
 statiensis per Cardinalem Turrecremata iussu Concilij, appro-  
 batisq; ab eo. Fuit beatæ Brigitæ filius, cui nomē Carolus nunc  
 nis atate, ac morib; militiæ deditus, qui ea in atate inmortuus  
 est: anxia erat beatæ Brigitæ, de filij æterna salute, quam  
 hac

Brigida.

## De singulari deuotione ad B.M. Virg.

hac visione Christus Dominus consolatus est. Vedit tribunal A.  
iudicis, & in eo Christū Dñm sedentem, ad cuius dexterā Ma-  
ria mater erat: accessit dēmon ad iudicium, & ait. Iuste iudex,  
ad eo iustus tu es, vt sperē me à te obtenturū, quod iuste petie-  
ro, etiāsi contra matrem tuam petā ego inimicus tuus, iniuste  
illa mecū egit in morte Caroli in duobus, quorum illud primū  
fuit, quod die vltima vitæ illius illa cubiculū eius ingressa est,  
eīq; affuit in extremis laboranti, meq; illa die inde expulit,  
nec vlo modo passa est, eō me ingredi, vt tentare Carolum  
possem, qua in re manifeste vim intulit mihi, ius enim mihi à  
te concessum est homines tentandi, maximè tamen postrema  
die, qua vniuersum hominis negotiū conficitur. Iube ergo, ani-  
mam illius in corpus redire, & per diē mihi concedatur, vt ten B  
tē eum, quod si euaserit, mihiq; viriliter restiterit, saluus sit, nūc  
verò iure salutē consequutus nō est, sed iniuria. Secundo verò  
mihi à matre tua irrogata iniuria hæc fuit, quod cū ego tanquā  
apparitor debeā animas in iudicio p̄äsentare, ac accusare, ma-  
ter tua animā Caroli corpus exutam inter brachia recepit, ad  
iudicium tuum detulit, meq; iudicium intrare prohibuit, & eum  
accusare, iudiciumq; sine parte actū est, quod contra omne ius  
est. Respondit Maria, licet dēmon pater esset mendacij, ibi ta-  
mē vera dixisse, quia corā veritate prima ageret, eamq; ea p̄e-  
stisſe animæ Caroli beneficia p̄æclara, eo quod ille in vita  
eā summè dilexisset, omniq; die se illi cōmendasset, & insuper  
summè eū lētatum de bonis Mariæ, & pro ea vitā fundere pa C  
ratissimū, cumq; ille tanto erga eā affectu fuisset, debuit illa in  
morte illi adesse, & hæc in eū beneficia conferre: respondet iu-  
stissimus Mariæ filius, mater mea in regno meo principatur,  
nō vt alij electi, sed tanquā niater, Regina, ac Domina, & pro-  
inde potest dispēsare in legibus à me latis cū iusta intercesserit  
causa, iustissima verò fuit causa, vt cū anima Caroli dispen-  
saret, sic enim honorādus erat, qui matrē meam tanto dilexis-  
set affectu, & ea erat morte donandus, quare super hac causa  
perpetuū silentium dēmoni indictum est, qua reuelatione in-  
tellexit beata Brigitā, filiū suum in cælesti regno cōmorari ad-  
iutrice Maria, propter ipsius in illam eximiam deuotionem,  
eam ergo nos imitemur, vt simili fruamur beneficio, &c.

C O N-

A

## C O N C I O.

Ad initiandos sacris Ordinibus.

## T H E M A.

*Audite filij Leui, num parum vobis est, quod separavit  
vos Deus Israël ab omni populo, & iunxit sibi, ut  
seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram  
frequentia populi, & ministaretis ei. Numer. 16.*

IB



X I M I A Nunc est lætitia triumphantis,  
ac militantis Ecclesiæ, illa enim ædificatur vt  
ciuitas, hæc ædificatur, vel conficitur ad mo-  
dum corporis humani, quod incrementum  
fuscipit. De illa Psal. ait. Hierusalem, quæ ædifi-  
catur ut ciuitas. De hac Paulus, In opus ministerij, in ædificatione

Psa. 121.  
Ephes. 4.

corporis Christi. Opifices autē vtriusq; operis nunc designan-  
tur, quorum opera ædificium cœlestis Hierusalē consumma-  
tionem accipiat, & corpus mysticum Christi incrementum;  
& ideo & cœlestis, & terrestris Hierusalem exultat, Dæmo-  
nes verò contremiscunt, ac pauent, quia in eorū damna nunc  
ordinatur exercitus, & in eoru[m] expugnationem equites ar-  
mantur, & nobiles viri in ordinem referuntur equitum, ac ar-

C

mis induuntur lucis, vt contra principem tenebrarū pugnant:  
quibus Ecclesia redditur: terribilis ut castrorum acies ordinata.  
Simul verò ordinandi dignitatem fusciunt, ac potestatem,  
quæ humanum superat captum. Ut ista explicemus, opus  
est gratia, &c.

Cant. 6.

Ad reipublicæ rectam consistentiam duo necessaria sunt,  
primum ordo totius reipublicæ cum Deo, secundum ordo  
inter ipsos ciues, primum religio efficit, secundum autem  
iustitia. Ad vtriusq; necessarij sunt principes, rectores, ac vt  
ita dicam ordinatores, quorum opera ista ordinatio fiat, sicut  
in domus structura necessarius est artifex, qui lapides, ac li-  
gna ordinatè disponat. Principes sæculares ordinant popu-  
lum, ac ciues inter se se media iustitia. Sacerdotū vero munus

mo. 1 iii

C est, popu-

## Ad initiandos

est, populum ordinare cum Deo, ut illi subditus sit, ac legem eius seruet. Sed quid obsecro præcipuum in republica est, ordo ciuium inter se, an ordo eorum cum Deo? Planè potissimum est ordo cum Deo. Et ideo sacerdotale officium excellētius est omni sacerdotali potestate, nec nullus est princeps, qui sacerdoti valeat vlo modo conferri. Hinc est, quod videns Ie-

*Exod.* 18. ciuiles, agētemq; saceralem iudicem, dixit ad eum: Audi uerba mea, atque eos filii, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, ostendasq; populo ceremonias, ac ritum colendi, uiamq; per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones, qui iudicent populum: quibus auditus Moyses fecit omnia, quæ ille suggerat. Referuat sibi Moyses, quod maximum erat, docere scilicet populum legem Dei, & ritum colendi eum, sacerdatoria autem iudicia aliis committit.

Hinc etiam Paulus, cum selectissimos viros in sacerdotium eligendos docuisset, nec cito cuiquam manus imponendas, de iudicio sacerdotali agens, dixit: Sacerdaria igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. In quæ verba Thomas ait, vocat contemptibiles illos, qui sunt sapientes in rebus mundanis per comparationem ad illos, qui sunt sapientes in rebus diuinis, quibus est reuerentia exhibenda, quia in rebus temporalibus non occupantur, vt solis spiritualibus vacent. Ethoc est, quod subditur: Ad uerecundiam uestram dico. Secundum aliam literam, ad reuerentiam vestram. Hæc Thomas. Hinc sacerdos non homo, sed Angelus appellatur.

*Malac.* 2. Vnde Malachias ait: Libras sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Vnde Dionysius capit. 12. ait. Nihil absurdum est, si Theologia pontificem nostrum Angelum appellat, qui & pro virili parte proprietatis Angelorum, qua ab aliis accepta aliis annunciant, sit particeps, & ad eorum similitudinem interpretandi, quantum homini licet, accedat. Hinc in Leui-

Dionys.

- A in Leuitico dicitur: Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur, ut roget pro se, et pro domo sua, et pro uniuerso cætu Israël. Sed quo pacto nullus hominum ibi esse debet, cum sit ibi sacerdos, qui est homo? Planè quia ille non homo, sed Angelus est. Vnde litera alia ait, non erit homo cum ingredietur pontifex in tabernaculum. Sicut ergo in aliis naturalibus commutationibus accedit patiens ad agens, ut ab eo suscipiat alteram formam atque naturam ita nunc ordinibus sacris initiandi accedunt ad Episcopum, ut hoc ordinis sacramento suscepto mutentur in Angelos, non natura, sed gratia. Et sicut agens applicatur passo, ut ista fiat commutatio, ita per impositionem manus pontificis commutatur homo in Angelum, quia ubi Episcopus manus suas statuit, ac ponit, ibi Deus manus quoque applicat, & gratiam tribuit. Benedictus Deus, qui dedit potestatem talem hominibus. Mirabilis profecto potestas illius manus est, quæ contactu suo spiritum Dei tribuit, utilis supra modum manus, quæ tantos ministros Ecclesiæ perficit, quæ cælestem vim confert. Posuerunt Apostoli manus super Stephanum: Sextus super Laurentium, & prodiere inde duo Ecclesiæ lumina Stephanus, & Laurentius. Imponit nunc Episcopus manus super vos, & prodibunt Angeli pacis multi, qui corpus Christi conficiant, qui peccata remittant. Nec solùm potestas, ac dignitas datur hac manus impositione, sed & diuina gratia, qua homo divinæ naturæ consors efficitur, ac Deus dicitur. Sicut enim per manus impositionem Apostolorum olim gratia, & Spiritus sanctus dabatur visibiliter, ita & nunc licet inuisibiliter. Hanc potestatem emere voluit Simon Magus pecunia, & periret. Donum etenim Dei hoc est, quod pecunia non possidetur, quia maius est omni pecunia, maius omni potestate. Ado. 8.
- Sed opere pretiū erit, discurrere nūc per vniuersos gradus, ac ordines, ut quēq; admoneamus officij sui. Primus ordinans gradus est eorum, qui solū suscipiunt primam tonsuram, quæ non est ordo, sed dispositio ad ordines, est ianua ordinum, est primum signum, quo Dei ministri signantur.

## Ad initiandos

Hugo.

Vnde ait Hugo, primum signaculum cleri corona est. Sicut A enim ferro signari solent oves, ut ad hunc, vel illum pertinere noscantur, ita tonsura prima signat Deus oves suas, ut sciatur ministros eos Dei esse, qui signum hoc habent. Et ideo hinc titulum, ac nomen usurpat viuens status Ecclesiasticus, omnes enim clerici appellantur. Hic designatur, ac ostenditur eis, quod sit eorum patrimonium, quia Deus est. Vnde Clemens Papa (& refertur in c. tales 2 3. distinct.) ait, enumeratis omnibus ordinibus, omnes clerici vocantur, id est sortiti a nomine clericos, quod est sors, quia Deus sors est eorum, & ipsi Dei. Noluit Deus, ut illius ministri in veteri lege partem acciperent terrae promissae, nec sortem ullam inter filios Israël, sed sub sua tutela eos recepit. Vnde dixit Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, neque habebitis partem inter eos, ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israël. Quid ergo putandum est in lege gratiae exigi a Christi ministris. Audi, quid tibi Episcopus dicat, quidq; ipse dicas, cum primam tonsuram suscipias: Dominus pars hereditatis meæ. Hinc colligere oportet, quam alienus debet esse animus eius, qui ordines suscipit, ab effectu terrenorum, quaq; animi puritate, qua munditia cordis, & qua intentione ad ordines suscipiendos accedere, ut Deum possideat, ut ei adhæreat, eq; miseret: non ut beneficia consequatur, non ut præstitionia obtineat, non ut honores acquirat. Qui enim hæc intendit, sur est, & latro, non intrat per ostium. Ostium ad omnes ordines prima tonsura est, in qua dicitis Deum partem, & hereditatem tuam, per hoc ergo ostium intra in alios ordines, ut te Deus suscipiat in suam partem, ut hereditas ipse sis Dei, sicut ille tua. B

Sed silentio pretereundum non est, quod corona insignitur homo cum Dei minister designatur. Olim ut patet ex c. 6. Numer. & ex Actibus Apostolorum, cum Nazareus Deo se offerebat, ac vovebat, capillos nimil crescere sinebat, qui in voti fine scindebantur, & in ignem proiciebantur facti, quo completum votum offendebatur. Tunc quidem capilli euellere permittebantur, quia omnia erant sub velamine, & figura. Nunc capilli tolluntur, ut perf. actionem legis. gratia:

Num. 6.

Acto. 18.

A gratia agnoscamus, qua cōpleta omnia vota sunt, & tāquam voto completo capilli auferuntur. Vslis verò iste coronæ à principe Apostolorum initium habuit, vt signaret exteriori signo Dei ministros, & vt corona insigniret quasi reges, de quibus singulari ratione illud accipitur, regale sacerdotium. Et vt Christi coronam spineam in se refrant. Demum vt clerici adinoneantur, quod sicut capilli ab eis auferuntur superflui: ita ab anima tollere debent superfluas mundi curas, ac cogitationes. Hæc capillorum abscisio in anima fieri debet primum, & deinde in capite, quod eius sedes est. Vnde Gregorius, caput tondere est, cogitationes superfluas à mente resecare. Sicut ergo cum vas consecratur, vt in altari

Gregor.

B deseruiat, ab omnibus vīsibus prophanis separatur, & nullibi, nisi in altari deseruit: ita cum ordinibus initiaris, puta te Domino consecratum, vt nihil aliud cogites, aut agas, nisi quæ Dei sunt. Tibi q̄ dictum puta illud Pauli: Tu autem o homo Dei, hæc fuge, sectare uero Iustitiam, Pietatem, Fidem, Charitatem, Patientiam, Mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam, in qua uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Expendendum est verbum illud: Homo Dei. Sicut enim dicas calicem Dei, ita homo Dei dicitur, qui Deo dicatus est, qui pars Dei, & hæreditas eius est. Qui huiusmodi est, fugiat mundi deliramenta, se etetur verò iustitiam, quia confessus est bonam confessionem

3. Tim. 6.

C coram multis testibus: bona confessio illa certe est, qua dicens: Dominus pars hæreditatis meæ. Tene ergo opere confessionem istam, quam coram multis testibus fecisti.

Cyprian.

Lectio.

Hic.

Iam de quatuor minoribus ordinibus agendum est, qui sacramentum sunt, & gratiam conferunt, & ideo in gratia suscipi debent, simulq; characterem imprimunt. Inter hos infimum gradum tenet ostiarius, qui in veteri lege dicebantur ianitores, & editui. Huius munus est, Ecclesiæ ianuas claudere, ac aperire, dignos in eam admittere, excommunicatos repellere. Ad eius curam pertinet thesauros Ecclesiæ custodire, thesaurarius enim ostiarius coadiutor erat. Ex quo dignitas huius ordinis apparet, cum ad illum pertineat officium thesaurarij, qui nunc in Ecclesiis cathedralibus magni habentur.

2. P. 4. 23.

Idem p. 9.

C 3 Huius

## Ad initianos

10.iii. 2.

Huius ordinis ministerium Christus exercuit, cum flagello A factio expulit ementes, ac vendentes de templo, quae tanta vi-  
sa est potestas Pharisæis, ut dixerint: in qua potestate haec facta?  
Virtute vero excellere is debet, qui indignos à templo ejicit,  
& talis eius vita, ut ipse excludi non debeat. Huic ordini pro-  
ximus est lectoris ordo, ad quem pertinet Prophetias, & di-  
uinam scripturam fidelibus legere in eorum consolationem,  
& chatecumenos docere rudimenta fidei. Et ideo ei traditur  
scriptura liber, ac dicitur: Accipite, et estote uerbi Dei relato-  
res. Vocabantur letores precones, & proclamatores. Hoc

Neem. 3.

Luc. 4.

officiū præstitit Esdras ut dicitur Neem. 8. Qui super sugge-  
stū perlegit legē audiente omni populo. Sed quod magis est,  
hoc munus præstitit Christus Dominus, ut Lucas refert, B  
cum ingressus Synagogam accepit librum, & legit illud  
Iaiae: Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me. De his  
lectoribus multa sancti dicunt, illud præcipue, ut curent ea-  
rum virtutum exempla in se præbere, quæ in scriptura lecta  
aliis proponunt. Et ita Cyprianus laudibus concelebrat le-  
tores, quos ipse ordinavit, qui prius Christi cōfessores fu-  
re in tormentis. Et ait Cyprianus, optimus profecto lector  
ille in suggesto appetet, qui paulo ante carcere, ac equuleo  
Christum confessus est, & quem est à fidelibus vocem illam  
aueriti, quæ Christum in tormentis confessā est.

Luc. 11.

Luc. 9.

Tertius ordo est exorcistarum, quorum munus est dæ-  
mones pellere à corporibus hominum exorcismis, ideo li-  
ber exorcistarum eis traditur. Salomon adiuuenit exor-  
cismos ad pellendos dæmones, ut author est Iosephus lib. 8.  
Antiquitatum. ca. 2. Et sic in lege veteri exorcistæ erant, ut  
inquit Christus Dominus apud Luçam, cum ait. si ego in  
Beelzebub ejcio dæmonia, filii uestrí in quo eiiciuntur. Filios eo-  
rum exorcistas appellat. Hoc exorcistæ officium særissime  
præstitit Christus eiicens innumeros dæmones ab humana  
corporibus. Et hoc fuit, quod gentes in admiratione rapuit,  
cum viderunt earum deos subiici exorcistis, & ab idolorum  
statuis, ac hominum corporibus eos pelli Christi virtute.  
Quæ in re duo manifeste apparent. Primum, quanta virtute  
is prædictus esse debet, qui super dæmones potestatem acci-  
pit, debet

**A** pit, debet enim eos à corde expulisse proprio, vt ab aliorum corporibus recte expellat. Debet ieiunio, ac oratione excelle, quia est genus dæmoniorum, quod non ciuitur, nisi in oratione & ieiunio, vt Christus ait. Cauendum verò est exorciste, si iustus non sit, ne ei contingat, quod improbis exorcistis, de quibus in Actibus Apostolicis dicitur: quod cum vellent démonem pellere, insurrexit in eos, & nudi, ac vulnerati effugie runt. Secundum hinc colligendum est, quam sit debilis redditus démon per Christum, cum Ecclesia pueris potestatem concedat pellendi dæmones, cum eos exorcistas facit. Quia in re impletur mirabile illud, de quo Dominus ad Iob ait. Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillistuis?

Matth. 17.

**B** illudit planè dæmon quasi aui ligata, quam puer manu tenet, quę cum auolare vult, non potest, quia filo continetur. Ligatus etiam traditur ancillis, id est, animabus fidelium, & pueris minimis, quibus pellendus traditur. Et hoc est miraculum perpetuum in Ecclesia relictum, cum alia non sunt. Videmus enim in effectibus aliquid latere in humano corpore, cum illud dæmon possidet, quod vim superat humana, illud autem Christi nomini cedit, ac subiicitur: quo illius diuina vis comprobatur ut miraculo. Ita Beatus Cyprianus aduersus Demetrianum, & Laetantius Firmianus contra gentes. Quartus, ac superior ordo est acolytorum, quibus traditur candelabrum cum cereo, & deinde vre-

Cyprian.  
Laetan.

**C** ceolus, quia eorum est munus sacerdoti deseruire in Missa sacrificio, luminaria deferre, & vinum & aquam tribuere. Hieronymus ad Nepotianum ait. Si te acolytus sequitur, non ornetur veste, sed moribus, lucernę enim ardentes in eorum manibus esse debent, quibus sic luceat lux eorum, vt glorificetur pater eorum cœlestis. Hoc munus in lege fuit veteri, nam in Exodo dicitur: Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutrit sacerdos subiectis liguis. Et in lege gratię illud munus præstítit Christus Dominus, cum ait. Ego sum lux mundi.

Hiero.

Exod. 27

Iohann. 9.

De maioribus ordinibus iam dicendum est. Quorū primus est subdiaconorū. Qui adiatores diaconorū sunt, & ministri sacerdotis in altari. Eorū munus est epistolam legere, & alia

C 4 præstare,

## Ad iuiciandos

præstare, quæ ad sacrificium Missæ pertinent. Initiatur vero per traditionem vacui calicis, simul cum patena: quæ recipit de manu Episcopi, cum instrumenta minorum ordinum suscipiantur de manu Archidiaconi de mandato Episcopi. Hi Subdiaconi olim deferebant Epistolas Episcoporum ad Episcopos, vel Ecclesias, & ad martyres, cum tenebantur in custodia, ut ait Cyprianus lib. 2. c. 10. Hoc munus fuit in vetere lege, & dicebantur Nathinei, id est, in humilitate Domino servientes: de quibus dicitur 1. Esdr. 1. Hoc officium Christus præstitit, cum præcinxit se lintheo, & lauit discipulorum pedes. His ministris iam dicitur: Mundamini, qui fertis ussa Dñi, Cubicularij Dei sunt, qui Deo proximè in altari deseruunt, & ideo puritate mentis, ac corporis excellere oportet, quo circa votum implicitū castitatis emititur, cum hic suscipitur ordo.

Diaconi vero superiores sunt, quorum ordinatio exprimitur traditione libri Euangeliorum, simul cum impositione manus, quæ significat gratiæ plenitudinem, quam impositionem manus non accipit Subdiaconus. Nam Diaconus, ut ministraret quedam sacramenta absente sacerdote, habet eam copiâ gratiæ & potestatis, quæ extenditur ad alios sanctificandos. Cuius actus secundarius est cantare Euangelium. In lege veteri Leuitæ dicebantur. Cum his Apostoli munera sua diuiserunt, & septem viros elegerunt plenos Spiritu sancto, ut ministraret mensis, non tantum mensis pauperum, ut quidam aiunt, sed præcipue altari, ut patres exponunt. Ita Chrysostom. 14. Beda, & alij. De qua re vide Doctorem Henricum libr. 10. sive summè c. 2. De Diaconis Clemens epist. 1. ait. Sunt Diaconi Episcoporum oculi cum verecundia oberrantes, & circumstantes actus totius Ecclesiæ. Hoc munus præstitit Christus in Coena, quando distribuit corpus, ac sanguinem discipulis, & cum excitauit eos ad orandum. Diaconorum vero exemplar fuere Stephanus, & Laurentius, quos imitari debeat Diaconi in vita puritate, in fortitudine, ac misericordia. Iam de ultimo ordine sacerdotum dicendum est, qui est supremus: nec enim est octauus ordo Episcoporum, ut quidam putauerunt, quia quantum ad Missæ sacrificium nihil amplius habet quam sacerdos. Natura ergo potestas Episcopo datur: & ideo,

A ideò habet ordinis præminentiam, & supremum gradum sacerdotij, & ideò dicitur summus sacerdos, & pontifex. Idem vero character sacerdotis per quandam extensionem fit magis perfectus. Dicitur vero presbyter sacerdos, id est, senior, non propter annos, sed propter sensus canos. Dicitur sacerdos, id est, sacra dans, vel sacer dux. Sicut autem Episcopi succedunt Apostolis: ita sacerdotes septuaginta duobus discipulis electis in Apostolorum adiutores: sicut Moysi dati sunt septuaginta adiutores. Christus officium hoc præstítit in cœna, & in Cruce, factus sacerdos secundum ordinem Melchisedech offerens semetipsum patri. Eius autem persona agit, & representat sacerdos offerens Christū in Missa. De sacerdotiis dignitate, officio, ac sanctitate plura à nobis dicta sunt in alia huius tomic concione, & in secundo tomo nostrarum concionum concione prima propè finem.

Num. 11.

B De sanctitate, quæ in sacerdote esse debet, plura Chrysostomus lib. de sacerdotio. Sepius in lege à sacerdotibus veteris legis sanctitas exigebatur, quid ergo exigetur à sacerdotibus nouæ legis? Illi umbras tractabant, arcam, vassal templi, altare, & alia similia, at sacerdos nunc corpus Christi consecrat, manibus correctat, sumit, & aliis sumendū tradit. Vnde (ait Chrysostomus) puriores esse debent radiis Solis. Et sacerdos fax accensa in medio populi, & petra salis esse debet, qua fideles illuminentur, & cuius contactu vitæ gustū percipiāt.

Chrysost.

C Sibi dictum putet sacerdos illud, quod sacerdoti Paulus dicit: In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, et grauitate. Sacerdos cor, ac stomachus fidelium est, ait Chrysostomus: & ideò, sicut bona, & mala cordis, & stomachi in vniuersum corpus diffunduntur, ita bona, vel mala sacerdotis in vniuersum populum. Certe sacerdos sanctus esse debet: & ita excedere reliquos fideles virtute sicut dignitate. Pondus enim sanctum, quo ea, quæ in templo offerebantur, pöderabantur, maius erat, quam prophanum, ut nobis Deus innueret, virtutes sacerdotis maiores esse debe requam aliorum. Et hoc est, quod nos Ecclesia docet, cū ait. Sacerdotes Domini incensum et panes offerunt Deo, et ideo sancti erunt Deo suo. Timorem, ac tremorem inquit, verba ista,

Tit. 2.

C s dum

## Ad iniciandos

dum non bonitatem tantum, sed & sanctitatem à sacerdoti- A  
bus exigunt. An non pauam, cum videam, peti à me sancti-  
tatem, cum vix habeam bonitatem? Sacerdos, non oblatio,  
sed holocaustum esse debet, quod in Dei honorem omnino  
absumebatur. Sæculati satis est, stoblatio sit, in qua pars Deo  
tribuebatur, pars sacerdoti, pars offerenti, quia illi parcit Pau-  
lus, si in terrenis occupetur, at sacerdos totus Dei esse debet,  
absumptus igne caelesti, sanctus deniq;. Sed ait, nimis à me  
exigit Ecclesia, dum me sanctum vult, quæ ratio est, vt id à  
me postuletur? Audi Ecclesiæ rationem, & videbis, quam iuste  
Ecclesia sanctitatem postulet. *Incensum*, inquit, & panes offre-  
runt Deo. Sed quod nam est hoc incensum? qui panes? Non  
fanè offert duntaxat incensum materiale, & panes proposi-  
tionis, sed orationem, ac Christū, qui panis est viuus, quæ off-  
ert in Missa Patri. Sacerdotis manus est orare pro populo  
vniuerso, imo pro toto mundo, & illius bo*lo*, pro viuis, ac de-  
functis, pro peccatoribus, ac iustis, pro omni deniq; necessita-  
te. Ne autem oratio arida sit, aut iejuna, offert diuinū sacrificiū  
infinitè Patri gratum. Nūc ergo ait Chrysost. qui legatus es-  
se debet apud Deum, & adiuvatū agere pro ciuitate, pro re-  
gno, pro vniuerso mundo, qui obtinere à Deo vult remediū  
malorū omnium, qualis debet esse? Nō mihi satis ad hoc vi-  
detur Moysi, & Eliæ fiducia: plusquam Moyse*s*, plusquam  
Elias esse debet. Licet enim Moyse*s* obtinuerit bona orās pro  
Israēl, & Elias clause*s* it, ac aperuerit cælum oratione sua, ta-  
men sacerdos non vni populo bona precatur, sed toti mundo,  
omnium hominum patre ag*t*, & tanquam filiis bona à Deo  
obtinere contendit. Et deinde manibus suis contrectat Chri-  
stum, verbis cōsecrat, & Patri offert. Sicut Moysi dixit Deus,  
porta vniuersum hunc populum in sinu tuo, eiusq; curam ge-  
re, ac si eum genuisses, age illorum patrem, quod ille pondus  
grauiſſimum iudicavit, ac de eo apud Deum conqueritus est:  
ita sacerdoti, cum id suscipit munus, dicitur, attende, quod pa-  
ter efficeris vniuersi mundi, quod omnium hominum curam  
gerere debes, pro omnibus orare, pro omnibus sacrificiū of-  
ferre, Dei manus tenere, ne vindictam de mundo sumat. Sed  
quo pacto id aget, qui Dei amicus non est? Quomodo id pre-  
stabit,

I. Cor. 7.

Chrysost.

Num. 11.

- A stabit, qui indiget alio, ut pro se oret, qui orare nescit? Cū verò tempus rationis aduenierit, & tibi dicatur, quia tu non orasti, ut orare debuisti, ideo fames, bella, pestilentiae, peccata, ac mala inundauerunt, tunc sacerdotij onus senties, videbisq; impar tuis humeris onus à te assumptum. Non ergo mirum si à sacerdote sanctitas exigatur, cui tale committitur munus. Oremus ergo omnes, & singulari ratione orate vos sacris iniiciandi, ut digna praefectis muniberis vestris, qui primam tonsuram suscipit, oret, ut in Dei peculium recipiat, nec aliud preter Deum querat: qui ostiarius, ne claves suscipiat ad pellendos indignos ab Ecclesia, & ipse indignus maneat. Qui lector, ne aliis legat, sibi non legat, factus cymbalum tinniens.
- B Qui exorcista, ne ab aliis pellens dæmonem, à se non pellat, & ab anima sua. Qui acolytus ac lumenaria deferens, ipse fit in tenebris. Qui Subdiaconi, Diaconi, ac Sacerdotes, ne in iudicium Christi corpus suscipiant, &c.



### C O N C I O.

- C De sacerdotio, cum primum Missa celebratur a sacerdote.

T H E M A.  
Mundamini, qui fertis vas Domini. Isa. 52.



A N T O Interuerso excedūt sacerdotes legis gratiæ sacerdotes veteris legis, quanto gratia legem, veritas figuram, corpus umbrā, ad illos dicitur: Mundamini qui fertis vas Domini, ad hos mundamini, qui estis vas Domini: hi enim verè portant Deum in corpore suo factū plūm Dei si vero tanta exigitur munditia ab eo, qui fert vas Dei, quanta ab eo

1. Cor. 6.

## De sacerdotio

ab eo petenda, qui Deum ipsum defert corpore & animo? In A  
ter puras creaturas beatissima Virgo purior extitit, ut Deum  
intra se conciperet, & in purissimis visceribus Deum consecra-  
**Psal. 92.** ret, verè enim *domum Dei decet sanctudo:* post illam vero sa-  
cerdotibus puritas indicitur, quod Deum quotidie in corpore  
portat, post hos omni fideli, qui aliquomodo sacerdos est, &  
Deum inhabitantem habet in se, cù diuina participat sacramen-  
ta, hac ergo puritate omnes indigemus, quæ per gratiâ effici-  
tur, quam Mariæ intercessione nobis dari exoremus, cui per  
similes sunt sacerdotes, quia sicut illa verbo Deum consecravit  
in castissimis suis visceribus, sic illi verbo conficiunt corpus  
Christi: aderit nobis libetissimè, vt in sacerdotij honorè aliqua  
dicamus, vt vero eā magis deuinciamus, dicamus Ave Maria.

**Isa. 52.** Cū Isaï. c. 52. de Christi aduētu manifestè loquutus fuif-  
set, potius Euangelistā agens, quā Prophetam, dicens: *Revela-  
uit Dñs brachium sanctū suum in conspectu cunctarū gentium,* B  
*et uidebunt omnes fines terræ salutare Dei nostri: subiugit: Recedi-  
te, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius,  
mūdāmini, qui fertis uassa Dñi. Vbi Hierony. Licet verba ista  
Iudæi intelligat de exitu à Babylonica captiuitate, sed nos de  
Apostorū omniumq; Sætorum intelligimus choro, quibus  
præcipitur, vt recedat à Hierusalē, vt doceat omnes gētes, &  
baptizent eos in nomine Trinitatis. His ergo dicitur, mūda-  
mini, qui fertis vasa Dñi, qui eius sacerdotes estis, sanctificate  
vos metipso, qui Christū portatis. Aptissima verba ista sunt  
nouo nostro sacerdoti, de cuius dignitate hodie dicendū nobis est. Tria ergo dicēda sunt, primum de Christi sacerdotio,  
quomodo ille sumimus sacerdos est: secundū de sacerdotio le-  
gis gratiæ, quod participatio sacerdotij Christi est: tertium de  
sacerdotio largè sumpto, quod in omni fideli inuenitur, & de  
omnium istorum puritate, dignitate, atq; præstantia.*

**Hebr. 4.** De primo, quod Christus Dñs sacerdos sit ostēdit & auto-  
ritas & ratio: authoritas sepissimè Heb. 4. Habemus Pontificē  
**Psal. 109.** qui penetravit cœlos, Iesum filiū Dei, & Psa. Iurauit Dñs, & non  
penitiebit eū tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchise-  
**Heb. 6. & 7.** dech. quæ verba Paul. Hebr. 6. & 7. de Christo ad literā dici  
multis ostēdit, iurauit ergo Dominus, non solum affirmauit,  
sed

- A sed iuramento confirmauit, quod Paul. Hebr. 8. notat in solo Christo factum, ut firmitatem, & perpetuitatem sacerdotij eius ostendaret, quod enim iuramento confirmatur, firmius est. Et non poenitebit cum: non mouebitur poenitentia. 1. Reg. 15. 1. Reg: 15. Porro triūphator in Israël non parcer, & poenitutine non flectetur: quod si more humano loquens aliquando dicitur poenitere, ut quod eodem capite dicitur: Poenitet me quod constituerim Saul Regem, & poenitet me fecisse hominem: quia opus mutat, non affectum, quodq; taliter se gesserit homo, rex, vel sacerdos a Deo constitutus, ut si poenitentia in Deum cadere posset, poeniteret eum, quod constituisset Sacerdotes, aut Reges, quia indignè se gerunt in munere: tamen quod Christum sacerdotem constituerit, nunquam poenitebit eum. Quoniam verum est, quod ille testatur: Ego, que placita sunt ei facio semper. Multi vero sacerdotes sunt, de quibus merito dici posset poenitet me fecisse hunc sacerdotem, qui omnino sacerdotio indigni sunt. Addit: Tu es sacerdos in aeternum: quia ut dicitur Hebr. Alii sacerdotes morte prohibebant permanere, sed Christus eo quod maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotium: unde & saluare potest in perpetuum accedens per semetipsum ad Deum, sem per uiuens ad interpellandum pro nobis. Dicitur vero Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quia ut late ostendit Pau. Hebr. 7. multis rationibus Melchisedech typū gessit sacerdotij Christi. Primo nominis interpretatio- nē applicat Christo, quoniam Melchisedech secundum vim Hebrai idiomatis significat regem iustitiae, appellatio etiam loci, in quo ille regnabat, conuenit Christo, quoniam rex erat Salem, idest rex pacis, insuper illa erat sine patre, matre, & genealogia, sine principio & fine, non quod his ille caruerit, sed quod horum scriptura non membrum, quia Christus aeternus, & sine generatione communis homini unum prodidit in mundum, & ille benedixit Abraham, ut maior, & ab eo decimas accepit, quia Christus omnibus praeminet: & tandem addit D. D. Tho. Thom. in officio corporis Christi aliam Christi, & Melchisedech conuenientiam, dicens: Sacerdos in aeternum Christus Dominus secundum ordinem Melchisedech panem & unum obtulit. Sicut enim ille pane in, vinum q; Deo oblatum dedit Abra- ha, sic.

## De Sacerdotio

hæ, sic Christus Dominus sub speciebus panis & vini nobis A dat carnem & sanguinem. Ratione vero ostenditur hoc Christi sacerdotium, sacerdotis enim officium est inter Deum & populum mediatorē existere, preces & hostias populi Deo offerre, Deum placare, ab eo bona cuncta obtinere populo, quæ omnia Christus plenissime exequatus est. Vnde Paul. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Sed quomodo hoc officium Christus compleuerit ostendit Paul. Hebr. 5. ubi postquam induxit illud Psal. Tues sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, addit: Qui in diebus carnis sue preces supplicationes q̄ ad Deū, qui posuit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido ex lachrymis B offerens exauditus est prosua reverentia: & post pauca: Et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternæ, appellatus à Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. Dies carnis appellat Paulus dies quibus in carne passibili fuit, maximè vero tempus passionis, quo sacrificium illud obtulit, quo factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternæ: tanto vero affectu oravit, qualem exprimit, cum dicit: Cum lachrymis, & clamore ualido. C or enim eius transfixum erat plusquam manus & pedes, & igne amoris consumptum, & sic quæ voluit obtinuit, ut omnia poneret pater in eius manibus, sicut in manibus Ioseph fratrum negotia, & omnibus, qui ei obediunt, est salutis causa, prius enim soli fulgor, ignicolor, mari aqua deficiet, quam Christi gratia, & auxilium iis, qui ad eum acceferint. En primum sacerdoti legis gratia, cuius primum sacram fuit, quod in Crucis ara celebratum est, cui conformari debet sacerdos interiori corde, sicut exteriori conformatur veste, iis enim indumentis induitur sacerdos sacra facturus, quibus in passione sua Christus indutus est, eum ergo imitetur affectu, quæ representat exteriori veste, accedat corde ignito, charitate ignea, summo Dei gloria desiderio, intimo affectu ei iungi desiderans, charitate in fratres maxima, corum compassus miseriis, ut à Deo obtineat omnium remedium malorum.

Quanta etiā puritate sacerdos hic noster primus sacrificaturus

**A** turus acceſerit, oſtendit Paul. Heb. 5. Talis decebat ut eſſet nobis pōtifax, ſanctus, innocēs, impollitus, exceliſor celiſ factus, &c. Sacrificij verò eius effectū, reconciliationem videlicet mādi cū Deo, & omnium eorū, quāe poſtulauit obtentionē oſtentat Coloff. 1. In ipſo cōplacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare ſibi omnia. Et iterum: Una oblatione conſummat in ēternum ſanctificatos. Tandē ipſe eſt per ſe ipſum ſacerdos, alij propter ipſum, vt mox oſtendemus.

Iam ſecundū nobis pērtractandum reſtat de ſacerdotibus ſcīlicet, legiſ gratia. Christus Dominus ſacerdos eſt, & vnuſ ſacerdos, ſicut vnuſ mediator, ſed num foluſ? Abſit; eius no- mine Iob ait: Si comedī buccellam meā ſolus, & non comedī pu- **B** pillus ex ea. Omne bonū Christi noſtrū eſt, nec aliiquid eſt in eo adeō magnum, cuiuſ nos participes, & conſortes non fa- ciat: ipſe Deus, nos dij: Ego dixi dij eſtis: ipſe filius Dei, & dedit **Pſal. 8 1.** eis potestatem filios Dei fieri: ipſe Patri gratus, in quo mihi bene **Ioan. 1.** cōplacui, nos ſimiliter grati, gratificauit nos in dilecto filio ſuo. **Matth. 17.** Ipſe Dñs omniū, nos ſimiliter: vnde Paul. Omnia uerasunt. **Ephes. 1.** Ille ſacerdos, nos ſacerdotes, dicat hoc Petrus: Ad quem acce- **1. Cor. 3.** dentes lapidē uiuum, ab hominib⁹ quidem reprobatum, à Deo autē **1. Pet. 2.** electum, & honorificatum, & ipſe tanquam lapides uiui, ſuperadi- ſicamini domos ſpirituales ſacerdotium ſanctū, offerentes ſpiri- tuales hoſtias acceptabiles Deo per Iesum Christum.

**C** Sed hoc intereſt inter ſacerdotium Christi, & aliorū, quod ille per ſe ipſum ſacerdos eſt, ſuis meritis mundum reconcilia- uit, exauditus eſt pro ſua reverentia, nos verò, non propter nos, ſed propter ipſum & ſacerdotes ſumus, & exaudimur, quōd notat Paul. Hebr. 7. cum ait: Accedens per ſemetipſum **Hebr. 7.** ad Deum. Nos per Christum Dominum noſtrū, ille per ſe metipſum. Vnde in omnibus ſacerdotiibus ille ſacerdos eſt, & omnes vnuſ ſunt in ipſo, quia eius virtute & meritis obtinent.

Sed qualia quantaq; operentur, & audeant ſacerdotes Ec- cleſię Christo innixi videamus: & cum eorū munus fit popu- lum Deo reconciliare, id primo efficiunt baptiſmatis ſacramēto, & confeſſionis, quibus peccator Deo reconciliatur poeni- tentiæ verò ſacramētu ab illis ſolum administrari potest, cu- ius rei dignitas tanta eſt, vt verbis nullis explicari poſſit.

multilia

Concede-

## De Sacerdotio

- Concedebatur ut maximum sacerdoti summo legis veteris, ut Paul. ait ingredi semel in anno in Sancta, ut oraret pro peccatis populi. Sed omni sacerdoti legis gratiae dicitur: A
- Hebr. 9.
- Matth. 16. Quodcumque solueris super terram erit solutum & in celis. Et ille sepiissime loquitur ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, quibus verbis auditis impletur illud Psal. Auditui meo dabis gaudium, & latitum, & exultabunt ossa humiliata. Sed ut huius rei magnitudinem perpendere valeamus, interrogemus modum sacerdotem, quæ tanta hec audacia tua, ut Dei offensas remittas? B
- Psal. 50.
- Quis enim mihi illatas iniurias remittere posset, nisi ego met? Quis in terris visus est amicus adeò intimus, ac amicissimus, ut dicere valeat, amico meo alapam dedisti, cum ligno percufisti, eius patrem occidisti, ego remitto tibi omnes has amico illatas iniurias? Et tamen confessarius auditis innumeris Dei offensis, ac grauissimis fiderenter loquitur, dicens: Remitto eas tibi, & absoluo te. Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Num Deus sacerdos est? Est certè: Ego dixi dicens. Mira profectò dignitas, benedictus Deus, qui dedit potestatem talēm hominibus. Nec verò id solum sacerdotes efficiunt, sed & vniuersos Dei thesauros distribuunt, gratiam conferunt, virtutes donant, quibus animæ ornentur, in eorum potestate est triclinium Asucri Hester 2. in quo omniū virginum ornamenta sunt, in quo omnis lapis pretiosus in ornatum sponsorum Dei, super omnia bona Dei constituti sunt. Si maximū duxit Ecclesiasticus de Samuele, quod duos inungeret reges Israël, quantum est quod sacerdoti conceditur, innumerous vagere in reges cœli oleo illo, quod ex pingui oliua prodiit, quæ fuit in domo Dei? Insuper verbo suo cœlum aperteunt, eius sedes bona q; distribuunt, verbo q; suo cœli reges homines faciunt, maxima profectò illa censeretur dignitas, si homini à Deo concederetur super terram potestas, C
- Eccles. 46.
- Simile.
- ut verbo suo Comites, Marchiones, Duces, Reges, Imperato refq; crearet, & huic diceret tu esto Rex Galia, illi esto Rex Hispania, illi Italia, & continuo fieret. Sed quæ potestas ista si cum sacerdotis potestate conferatur? Ille enim potestatem habet super regna terræ, sed quid hæc? An non granum sinapis? An non punctum breue? An non exiguius puluis? Super nihilum

**A** nihilū potestas illa est: Aspergi terram, & ecce vacua erat, & nihil, loquitur Propheta. At Sacerdotis potestas super omnia regna cælorum est super terram viuentium, super māstiones Dei, quæ verbo suo donant hominibus. Insuper qualis esset creaturæ potestas, cui (si fieri potest) concederetur, verbo suo mundum creare de nihilo, immo innumeros mundos, de ea dīceretur ac de eo: pse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & cœrata sunt. Sed adhuc hēc potestas sacerdotis potestati collata minima reperiatur, maius enim & excellētius opus est peccatoris iustificatio, filij Dei generatio, quæ noua creatura est, quā mundi vniuersi opificium.

Verum non hēc sola sacerdotis potestas est, nec verò ma-

**B** xima, alia est enim eius potestas hucus fundamentum super Christi corpus verum, quæ vasis eius est, quam declarauimus super corpus Christi mysticum, quam, vt perspicere aliquomodo valeamus, notandum sacerdotis esse Deo placere, interponere sepem, stare oppositum Deo, ne dissipet terram, & absorbeat eam, hoc verò oratione & obsecratione perficere debet, qua Dei manus ligatas tenet, ne percutiat terram, vt ei dicatur, quòd Moysi: Dimitte me ut iracatur furor meus in eos, Exod. 32: & ille ait: Non dimittam te. Magna planè orationis vis, sed ne forsan audiat, quod audiuit Hieremias noli orare pro populo hoc non exaudiam eos: datur, concediturq; sacerdoti sacrificium Deo offerre, quo oratio inuenetur, nec sola sit, ac ieuna, vt tanta obtineat. Sed quod est sacerdotis sacrificium? Nū agnus? Nū bacca rufa? Nū vitulus, aut aries? Sacerdotum pri-

rum hæc erant sacrificia, hæc eorum holocausta: Sed holocau- Psal. 50: stis non delectaberis, & sacrificium, & oblationem noluisisti. Per se enim illa grata esse Deo non poterat, quid enim illa cū Deo? Nū de bobus cura est Deo? Vnde loquitur ille: Nunquid man Psal. 149: ducabo carnes taurorum, aut sanguinem bircorum potabo? Nunquid placabitur in millibus arietum? Veniat ergo sacrificium, quod omnino reiicere non valeat Deus, quod despicere non possit, in quod omnino respicere teneatur, quod ad se pertinet, negare non possit. Sed quod tale? Christus Dominus, in hoc sibi bene complacuit, hic filius vteri sui, hæc gloria eius, medulla & cor ipsius. O sanctum & mirabile sacrificium!

**D**      immacu-

Hiere. 4:

Psa. 148.

Exod. 32:

Psal. 50:

Psal. 149:

## De sacerdotio

immaculatam hostiam, infinitèq; gratiam Patri! oblata hæc **A** hostia fuit cruentā in ara Crucis, offertur eadem incruenta in altari, eadem omnino est hostia, idem sacrificiū. Haec hostia omnibus est adumbrata sacrificiis, omnibus figuris expressa, omnium sacrificiorum vim continet, ideo vnicum nobis reliatum sacrificium, quia hoc vnum omne est, omnia continēs omnium viu habens. Hoc pater æternus placatur, hoc nobis omnia concedit, hoc ira in mundum lenitur. Mirum profecto videtur, & quod humanum superat ingenium, quod tanta patientia sustineat Deus tot vasa iræ apta in interitum, quod mundum toleret tot peccatis plenum, tantis crimini- bus obnoxium. Sed cesset admiratio, cum aduerteris, tale ei quot die sacrificium in Ecclesia, quod si cessaret, mūdus proculdubio periret.

**B** Sed quia necessarium est, ut offeratur Christus à sacerdo- te, vt re ipsa præsens sit in altari, conceditur sacerdoti summa, & inaudita facultas consecrandi corpus Christi: verbis ergo illis ab eo usurpatis, quæ Christus Dominus in Cœna dixit, conficit verum corpus & sanguinem Christi mirabili illa con- uersione, quæ transsubstantiatio dicitur, qua substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuertuntur, & hoc tanta celeritate, vt primum nō esse verborum sit primum esse corporis Christi sub speciebus panis & vini. Inauditum pro- fecto prodigium, & multo manus illo, quod patravit Iosue præcipiens solem stare: de quo ait diuina Scriptura: *Obediente Deo uicti hominius.* Hic enim maximè Deus obedit vocis sacer- dotis, dum vocatus in puncto adest, & millies vocatus, nun- quam nō venit, quod semel ad virginis vocem è cælo in eius vterū descenderit, maximū miraculū, sed ad Virginē cœlestē diuertit & hoc semel, sed quod in manus sacerdotis indigni descendant, & hoc quotidie, vere miraculum stupendū: quod in vlnas Simeonis se semel daret, maximum amoris indicū, sed brachia illa sancta erat, at quod in manus meas quotidie se det, quis crederet, ni fides firmaret? Multo præstantius hoc **C** Exod, 16. est, quam quod Moyses fecit dum de cælo manna fecit deserere, & quam quod Elias dum ignem item de cælo duxit: illud enim figura erat, hoc veritas, illud umbra, hoc corpus.

Sed

**A** Sed hic maximè considerandum, quanta celeritate, ac animi promptitudine Christus obedit sacerdoti, dum in instanti ad est, non est subditus, qui tanta obediat prælato suo. Perpendat sacerdos exemplum obedientiæ promptæ, quam Deo exhibere tenetur, hic maximè verum habet: *Exemplum meum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, sic & uos faciatis. Ego Dominus & magister, & iam in statu gloriae, fœlici, quando in celo mihi obediunt Angeli & Sancti, adhuc obedientiæ Deo vocis sacerdotis in puncto descendo, quanto magis tu sacerdos teneris obedire Deo ad nutum. Quis est sacerdos, si mente non caret, qui postquam consecrauit Christi corpus, non attonitus, & stupens dicat, cum Petro & Ioanne*

**B** *Baptista: Tu Domine uenis ad me? Quis sacerdos tales intuens obedientiam, non discat obedire Deo suo? & potius vitam relinquere quam obedientiam? Quis hic non discit obedire prælato? subiici æquali? & omni humanæ creaturæ propter Deum? Hoc Ioannes intuens, ait: Ego à te debo baptizari, & tu uenis ad me? Sic nos dicere possumus, ego tibi obedire debui, & tu obedis mihi? Dicet verò nobis quod Ioanni, sic decet nos implere omnem iustitiam. Vbi Glossa ait. Omnis iustitia est humilitas, qua se quis subiicit maiori, æquali, minori: sic ergo decet ut nostra confundatur superbia, ut verecundia afficiatur sacerdos superbus, & inobediens Deo, videns Deum obedientem & humiliatum coram se.* Matth. 3: Glossa.

**C** Post consecrationis expositum mysterium, restat videre offerentis sacerdotis dignitatē eximiam, in sacerdotis manibus Christo existente illū patri offert in sacrificiū. Sed quanta sit hęc sacerdotis dignitas ex illo facile apparere potest, quod Christum sape benedicit, signo Crucis super eius corpus & sanguinem factō, qua in te mysteria sunt profundissima, & ideo ut illa exponamus, orandum cum Psal. *Reuelacione* Psal. 1:18. *los meos, & considerabo mirabilia de lege tua Domine. Quod enim ante consecrationem sacerdos benedicat panem & vinum, mirum non est, sed cū nouit adesse ibi Christum Dūm, Deum verū, in quo benedicendę sunt omnes gētes, qui benedixit nos omni benedictione cœlesti, adhuc manū tendat, ut Deū suum benedicat, inauditum planè, & stupendū! Si interrogas, quid*

## De Sacerdotio

Hebr. 7.

nam mirabile in hac benedictione sit, audi Paulum Hebr. 7. A

versantem benedictionem Melchisedech datam Abraham, & ostendentem potiorem esse Melchisedech, quia ait, sine ulla contradictione quod minus est à maiore benedicitur, si ergo Christus Dominus à sacerdote benedicitur, ergo sacerdos maior est Christo. Argumentum hoc negotium facessit D. Tho

D.Tho.

mæ 3.p.q.8.3.art.5.ad.4.& ad illud respondet. Sed nos vt argumento satisfaciamus adnotandum censemus, quod Christus in altari, & sacerdos est & hostia, vt sacerdos est potius quid, & maius est, quam vt hostia est, dignius enim est offerre sacrificium Deo, quam esse oblationem, quæ offertur, vt ergo Christus sacerdos est, potior est sacerdote, ille enim summus est sacerdos, hic vero minister eius, sed quia in altari Christus Dominus est, vt hostia & sacrificium, & sacerdos est ibi loco Christi sacerdotis repræsentans Christum sacrificantem: hac consideratione minimus est Christus sacerdote repræsentante personam Christi sacrificantis, & hac ratione potest benedici Christus à sacerdote, vt omnis hostia benedicebatur à sacrificante sacerdote. O ineffabilem summèq; glorificandum Deum! o incredibilem sacerdotis dignitatem, voluit Deus in altari sacerdotem esse in gradu altiore, dum repræsentat Christum sacrificantem, se vero in posteriore dum est hostia, licet vt offerens Christus sit digniori loco.

Dan. 1.

Ex dictis duo manifestè colliguntur. Primum quanta puritas, quanta vitæ sanctitas, quantus perfectionis ardor meritò à sacerdote exigatur, qui in tanta constituitur dignitate. Audi Ecclesia dicentem: Sacerdotes Domini incensum & panes offerunt Deo, et ideo sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen eius: à secula ratione exigitur, sed à sacerdote sanctitas, ideo Ecclesia, sancti erunt Deo suo. Tales profectò sacerdotes esse debent, quales illi, de quibus Dan. 1. Vt introduceret de filiis Israël, et de semine regio, et tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos omnis sapientia, cauto scientia, et doctos disciplina, et qui possent stare in palatio regis, et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, et de uino unde bibebat ipse, ut enutriti tribus annis possent stare in conspectu regis. Hi figura erant sacerdotum, qui ante Deum

B

C

- A Deum stare debent: hi sine macula esse debent, forma decori, eruditio sapientia, ad quā omnia datur eis quotidie cibus regius. Chrysost. est aula (inquit) regia, in qua rex habitat semper, est domus, in quam aliquando rex diuertit viam agens. illa omnino maxima, ampla, optima ē, esse debet: hæc licet vilis sit, non adeò curatur, dum ornatur ad id breue tempus, quo in ea rex habitat. Sic sacerdotalis domus est Dei, ad quam aliquando diuertit, dum sacram sanxim recipit, ornanda quidē tunc domus est, ut dignè Christum suscipiat, non tamen contra Dei maiestatem sic erit, si alias vilis domus sit, si terrenis implicetur, parcendum illi est: vt Paul. fecit dum ait: Egō itaq;  
uobis parco. At sacerdos aula est regia, in qua perpetuo Deus  
B habitat, contra diuinam maiestatis magnitudinem est, quod  
hæc non sit inclyta, maxima, ditissima, quia domum tuam de-  
cet sanctitudo Domine in longitudine dierum, quam pura lingua  
esse debet, cui Christus obediturus est, quam puræ manus eū  
suscepturæ, imo & benedicturæ, an manum tendens sacrile-  
gam indignè sacerdos, vt Christum suscipias, vt eum benedi-  
cas: Manum inquam plenam sanguine Christi, quem ierum  
peccatis tuis crucifixisti, audi quid tibi dicitur, sicut & Iudea,  
ecce manus tradentis me tecum est in mensa. Bernard. quis  
auditus sustineat aurium, quis oculus non confunderetur ad  
intuitū, quæ mens non raperetur in excessum, quādo mundi  
preium mittitur in sterquilinium? Nec enim minus malum  
C est in os pollutum, quam in lutum mittere Virginis filium.  
Quando ergo peccare volueris, aliud os quære, quo impudica  
loquaris, aliam linguam, quā ea, quæ rubet sanguine Christi,  
alias manus præter eas, quæ Christum suscipiunt, Christū  
benedicunt, Christum aliis porrigunt.
- Secundum quod ex dictis sequitur, illud est manifestum  
summam exhibendam sacerdotibus reuerentiam: cum videt  
aulici regē reuereri maximè personam cuiuspiam, an non  
illi eum reuerebuntur? Considera in Dei sacerdotes reueren-  
tiam, illis committit peccatorum remissionem, gratiae distri-  
butionem, cali apertio[n]em, illorum verbis in puncto obedit,  
eis se subdit, vt benedicatur, an non sic digni omni reuerentia?  
Hoc agnoscebat Franciscus diuina plenus luce, qui ad so-

## De Sacerdotio

cios diebat, si illac videbēt venientem Angelum cœlesti claritate circumfusum, hac verò sacerdotem, ad sacerdotem properare, & ad eius genua me prouoluerem, & ab eo peterem be nedici priusquam ab Angelo. Sed quid causæ est, quod sacerdotibus hæc non exhibetur reuerentia? Respondetur primū omnium in causa est, nō nosse eorum dignitatē. Secundūm verò ex parte sacerdotū, quod vestibus sacerdotalibus induiti non procedunt, sed alienis peregrinisq; vestibus induuntur.

Simile.

Quemadmodū euim cum procedit rex cultu regio ab omnibus adoratur & colitur, si verò nocte procedat mutato habitu, infimus de plebe reputatur, nec vilus ei à prætereuntibus honor exhibetur, quia licet rex sit, non agnoscitur. Sic cū sacerdos in publicum prodit veste induitus sacerdotali ab omnibus honoratur, si alia induatur veste, nihili reputatur. Sed inquiris, quæ est sacerdotalis vestis? Illa vtiq; de qua Psa. Sac-

Psal. 131.

erates tui induantur iustitia, id est omni virtute, & sacerdotes eius induam salutari. Hæc est vestis illa Pauli. Induite Dñm Iesum Christū, cum omni virtute ornatus procedit sacerdos, tūc impletur illud Isa. Omnes qui uiderint eos, cognoscēt illos, & dicent, his sunt semen, cui benedixit Dñs, agnoscitur in veste sua sacerdos rex. De hac sacerdotis veste dicitur Apoc. 1. Similis filio hominis vestitus podere, dicitur Christus similis filio hominis, ait ibi Ansel. quia tanta apparebat maiestate, ut similis idē nō videtur, qui ante fuerat: poderis verò vox Græca veste significat talarē, à pedibusq; nomeri habet, & Hieron. ibi, & epist. ad Fabiolā, & Iosephus dicit illam esse vestem bysinā, quæ vulgo dicitur Alba: de qua Eccl. 2.7. Si sequaris iustitiam, apprehendas illā, & induas quasi poderem honoris: est vero poderis sacerdotalis vestis, sic Sap. 1.8. Inueste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: quia verò Christus ibi, ut sacerdos apparebat vestitus erat podere, qua veste signatur sanctitas sacerdotis, quæ debet esse integra, cū operiens à pedibus usque ad caput. Si hanc vestē sacerdos nō habet, mutato habitu procedit: ideo ei reuerentia nō exhibetur, impleturq; illud Osee.

Rom. 13.

Sicut populus, sic & sacerdos, & inde est quod Malac. 2. dicitur sacerdotibus indignis. Nos autē recessisti de uia, & scandalizasti plurimos in legē, propter quod ego dedi uos contemptibiles

Isa. 61.

A poc. 1.

Ansel.

Hierony.

Iosephus.

Ecccl. 2.7.

Sap. 1.8.

Osee 4:

Malac. 2.

2010

& humiles

- A** & humiles omnibus populis. In contemptu habetur sacerdos, qui propria caret ueste, sal est infatuatum, quod conculcatur ab hominibus, ut Christus ait. Sed saeculares attendere debet, ut reuerentur sacerdotes licet prauos, quia Christi Dei sunt, sacerdos enim Christus Dominus est. 1. Reg. 24. & 26. haec verba usurpat David, ut reueretur Saul, licet malum & inimicum, quia Christus Dominus est, & quando oram clam ydis abscondit, percussit eorū suum David ea de causa.
- De tertio vero quomodo omnis fidelis sit aliquomodo sacerdos Petrus ait: Nos autem genus electi, regale sacerdotium, gressus sancti, populus acquisitionis, &c. Præmisserat Petrus. Ipsi tanquam lapides via superad dicamini, domos spirituales sacerdotium sanctum.
- B** offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. De qua re Iacob. 1. Religio mundi & immaculata apud Deum & Iacob, 1:
- Patrem haec est, uisitare pupilos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Offer tu Deo Christum eius, merita corpus tuum hostiam uiuentem, substanciali tuam, orationes & bona opera, quibus Deum placare tibi potes, & sic aliquo modo sacerdotis munus ages, & sacerdotij particeps efficieris.



## C O N C I O.

De examine omnium operum, quod cor  
datuš homo quotidie exhibere debet.

T H E M A.

Quis mihi tribuar, ut cognoscam, & inueniam illum,  
& veniam usque ad solium eius. Ponam coram eo  
iudicium, & os meum replebo increpationibus. Iob. 23.



V M M A Sanè hominis miseria ea est, quod etiam suscep ta gratia, & magna gratia, & cum in lege sit gratia, nihilominus vitam sine defectibus, ac peccatis venialibus agere non potest. Sententia hæc Catholica est, definita in Concilio Millevitano capit. 6. & in

D 4 Concilio

Coc. Milv.

E. 101

I. 101

C. 101

Matt. 5.

1. Reg. 24.

C 26. ad 2

E. 101

I. 101

T. 101

C. 101

## De examine quotidiano

- Cœil. Trid. Concilio Tridentino Sess. 6. Can. 2 3. Et in Scriptura sacra manifestè nobis traditur. Ecclesiastes ait: Non est homo, qui non peccet. Et Ioannes ait: si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quæ verba, non solum secundum humilitatem, sed & secundum veritatem à nobis dicenda tradit Concilium Milcitanum. Et Iacobus ait: In multis offendimus omnes. Et propterea Ecclesia de se ait: Nigrasum, sed formosa. Pulchra propter gratiam, nigra propter defectus. Solùm ab hoc excipitur Christus, & Maria, ut Concilium Tridentinum tradit. Et huius rei ratio est, quia licet gratia animam sanet, tamen carnem non omnino sanat: & ideo adhuc mouetur contra rationem persæpe, cui adiunguntur mundi, ac dæmonis incursum in hominem, & sic moraliter loquendo omnibus temptationibus resistere non valemus, atque adeò in plura peccata venialia incidiimus. Misericordia certè hominis conditio, propter quam se infelicem dicit Paul. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Iob ait: Peccauis (non mortaliter, quia ut alibi ait: non reprehendit me cor meum in tota uita mea.) Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi meti ipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum? & quare non auferis iniquitatem meam? Tad: t animam meam uitæ meæ, dimittam aduersum me eloquum meum. An non mihi dolorum, an non tændendum, quod sine peccato vitam agere non possum? quod te offensus sum: quod tibi minus gratus futurus? Satis haec causa est, vt homo mortem optet, quia hac ratione secundum charitatem desiderare potest, vt à culpis liber sit. Hinc Andreas, cum eum à Cruce tollere vellent, & eius impedire mortem, oravit enixe Domum, & ait, tantum in hoc exaudi me, vt à corporis molestia liberer, satis sit tēpus, quo illud tuli, ac portavi. Propter hanc etiam causam Iob maleficius diebus suis, & noscum eo dicete possuinus? Quare non in uulnus mortuus sum? Egressus ex utero non statim perire. Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Quare misero data est lux, & uita his, qui in amaritudine anime sunt? Taceant coram hac miseria illæ: le quibus Iob ait: Homo natus de muliere brevi uiuens tempore, repletur multi, miseriis, &c. Illa enim omnia mala sunt
- Rom. 7.  
Iob. 7.
- Iob. 3.
- Iob. 142

**A** la sunt poenæ, hæc autem culpa, quæ longè maior est. Hoc autem mirandum maximè post copiosam, ac perfectam Christi redemptionem, qua non adeò mirum est, mala poenæ nō auferri, mirandum autem maximè, quod omnis non auferatur culpa. Cur ergo hoc non præstigit Christi redemptio?

Pla nè hac in re, vel maximè apparet vanitas hominis, & illius maxima superbia, cum vt humiliaretur, necesse fuerit, non tantum mala poenæ relinqui, sed & mala culpo. Vt tui dici à Propheta posset. *Humiliatio tua in medio tui.* Et ille diceret cum Isaia: *Facti sumus immundi omnes nos, et omnes iustitiae nostre, quasi pannus menstruatae, quia plena imperfectionibus, & aliquando admixtae peccatis.* Relictus ergo est homo adeo miser post redemptionem Christi, & in lege gratiæ, vt humiliis sit nec superbiat. Conditus homo fuit, vt rui nas impleret Angelorum, quia verò illi superbia ceciderunt, factus homo de luno est, ne superbiret, sed ea pulchritudine, ac rectitudine Deus opifex illum fecit, adeoq; subditus appetitus rationi erat, vt & homo superbierit, sicut Angelus, putaueritq; posse se esse sicut Deum. Hac de causa cum eum redemit Deus, distulit mala poenæ auferre, rebellionem, ac peccata venialia inde procedentia, vt se humiliaret, ac diceret cum Paulo. *Habemus thesaurum istum in uasis fistilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, et non ex nobis.* Hanc doctrinam mirè tradit Gregorius libro 13. Dialogorum, capit. 14. Vbi cum enumerat eximias virtutes morachi Isaac nomine, defectum ei fuisse non exiguum, ait Gregorius. Hic itaq; cum virtute abstinentiae, contemptu rerum transeuntium, prophetia spiritu, orationis intentione esset incomparabiliter prædictus, vnum erat, quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia nonnunquam tanta clemētia inerat, vt illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Et interrogatus Gregorius à Petro, quæ huius rei causa esset? Respondebat. Magna est Petre omnipotentis Dei dispensatio, & plerumq; contingit, vt quibus maiora bona præstat, quædam minora non tribuat, vt semper eorum animus habeat, unde se ipse reprehendat, quantum dum appetuerat perfecti esse, nec possunt, in his, quæ ac-

Mich. 6.  
Isai. 64.

**B** omni adeo miser post redemptionem Christi, & in lege gratiæ, vt humiliis sit nec superbiat. Conditus homo fuit, vt rui nas impleret Angelorum, quia verò illi superbia ceciderunt, factus homo de luno est, ne superbiret, sed ea pulchritudine, ac rectitudine Deus opifex illum fecit, adeoq; subditus appetitus rationi erat, vt & homo superbierit, sicut Angelus, putaueritq; posse se esse sicut Deum. Hac de causa cum eum redemit Deus, distulit mala poenæ auferre, rebellionem, ac peccata venialia inde procedentia, vt se humiliaret, ac diceret cum Paulo. *Habemus thesaurum istum in uasis fistilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, et non ex nobis.* Hanc doctrinam mirè tradit Gregorius libro 13. Dialogorum, capit. 14. Vbi cum enumerat eximias virtutes morachi

2. Cor. 4.

Gregor.

Isaac nomine, defectum ei fuisse non exiguum, ait Gregorius. Hic itaq; cum virtute abstinentiae, contemptu rerum transeuntium, prophetia spiritu, orationis intentione esset incomparabiliter prædictus, vnum erat, quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia nonnunquam tanta clemētia inerat, vt illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Et interrogatus Gregorius à Petro, quæ huius rei causa esset? Respondebat. Magna est Petre omnipotentis Dei dispensatio, & plerumq; contingit, vt quibus maiora bona præstat, quædam minora non tribuat, vt semper eorum animus habeat, unde se ipse reprehendat, quantum dum appetuerat perfecti esse, nec possunt, in his, quæ ac-

D 5 cepe-

## De examine quotidiano

reperunt, minimè se extollant, sed discant, quia ex semet-  
ipisis maiora bona non habent, qui in seipsis vincere maiora  
non possunt. Et ideo Iudicum. 3. deuictis potentioribus ini-  
micis, seruauit Deus Philisteos, & Iebuseos, ut experiretur in  
eis Israël, & quibus victoram potentium dedit, imbecilles su-  
perare non concessit, ut humiliarentur. Fit itaq; modo,  
ut vna, eademq; mens virtute polleat, & ex infirmitate laf-  
cat, quatenus, & ex parte constructa sit, & ex parte se conspi-  
ciat esse destructam, ut per bonum, quod querit, & habere  
non valet: illud seruet humiliter quod habet. Et quid mirum  
hoc cum homine fieri, cum illa superna regio ex parte fortia-  
ter stetit, & ex parte damna pertulit; ut beati Angeli dum  
alios per superbiam cecidisse conspicerent, ipsi tanto robu-  
stius, quanto humilius starent. B

Gregor.

Conc; Mile.  
1. Pet. 1.

Volut ergo Christus Ecclesie sua dona tanta dare, ut de eis dixerit Pe-  
trus (vt legit Concilium Mileitanum) In qua desiderant An-  
geli conspicere, in qua scilicet, dona, tanta enim illa sunt, ut ra-  
piant oculos Angelorum. Ut ergo dona ista humilitate ser-  
uaret, mala corporis reliquit, quae nos decidunt, & mala ali-  
qua animae, quae offendunt, ipsum nihil ex se esse, & in nihil  
lum tendere. Erit autem cito tempus, cum sibi exhibebit  
gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam,  
aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata in  
celo. Sed interim huius humilationis necessitas manifesta  
est, dum superbia efferrimur: etiam cum videmus nos in cor-  
pore, & anima miseris: quid obsecro ageremus, si hoc potere  
non detineremur? C

Sed nunc propter perpetuos hos defectus, ac casus despe-  
randum nobis: ne aquam: humilitatem hac aite Deus in  
nobis esse curauit, non dissidentiam, aut desperationem. Et  
hac de causa permisit, ut discipuli, quos in Apostolos, &  
mundi rectores, a clumina elegit, aliqua peccata venialia ad-  
mitterent, & ea in Evangelio nobis proponerentur, & quod  
maiis est etiā post aquentum spiritus diuini Petrus Ecclesiae  
columna reprehēsibilis fuit in aliquo, ut hinc disceremus, pro-  
pter similes defectus non deficere animo. Licet enim illi de-  
figerent, nihilominus ab schola sua non separabat, sed illos di-  
cebat

A cebat amicos, filios, ac filiolos, pro eis patrē orabat. Similiter ergo modo se habebit erga nos rudes, cu enīm idem sit Dūs, in eadem causa erga suos, eundem habebit affectum. Cū ergo Deo obsequeris, licet aliquando dormitet anima tua p̄ræ tædio, ne animū despondeas, ne tristitia absorbearis, crede benignissimū patrem & quānī niter infirmitatem tuam latetur. Ideo Psal. ait. Quomodo misereatur pater filiorū, misertus est Dūs Psal. 102, timentibus se, quoniam ipse cognovit pigmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus. Sicut enim parens filios suos, licet morbos, & vleerosos paterno fouet amore, quia filij sunt, ita Pater ille caritatis, coram quo nullus Pater dicendus est, eos, qui per gratiā filij eius sunt, licet defectibus obnoxij sunt, B diligit, curat, ac amplectitur. Cura ergo om̄ne vitare peccatum, sed si cecideris, non ideo desperes, sed surge, quia septies in die cadit iustus, sed resurgit.

Sed alius dicit, si h̄c ita se habet, nihil peccata curemus, & licet plura committamus parum refert. Non recte sapit, qui id dicit: Quoniā vt Sapiens ait, qui timet Deum, nihil negligit, magna cura nobis cauendum est non à peccatis gravioribus solū, sed & à leui bus, & ab omni imperfectione. Si enim in regis obsequio id pr̄stata minister, cur Deo obsequens nō idē pr̄stabit? Nec solū id curare debemus, verū & huic operi omnes int̄dere eriuos, quoniā vita Christiana duobus constat, que explicat Psal. cū ait: Declina a malo, & fac bonū. Ma-

Psal. 36.

C la ergo vitare primū est, secundū verò bona agere. Plurimi autē bona quidem agunt, sed mala sua vincere negligunt, hialteram virtutis partē relinquunt. Sicut ergo hortolanus, qui regiū hortū curandum, & excolendū suscepit, duobus intendit, priūm, vt inutilis herbas auferat: secundū, vt opt̄ias cresceret faciat. Ita omnino homo putare debet, sanitam suam hortum esse Dei, sic enim sponsus ait: Hortus conclusus sōror mea sponsa, hortus conclusus: & cum ad animam nostram Deum vocamus, quid aliud dicimus, nisi illud Cantorum: Veniat dilectus meus in hortum suum? Curandum ergo tibi est, omne peccatum eradicare, omnem defectum tollere, hac enim inutilis, & prava herba est, quæ Dei oculos offendit, quoniam vt Propheta ait: Mundi sunt oculi tui, ne videant

Eccles. 17.

Simile.

Cant. 4.

Cant. 4.

Habac. 1.

Psal. 96.

## De examine quotidiano

Psal. 96.

ne uideantur alii, & ad iniuriam respicere non potes. Et ideo: A  
Qui diligitis Dominum, odite malum. Virtutes vero exceden-  
dæ, ac augendæ sunt, ut crescant iudicis, ad hoc autem condu-  
cit maximè spinas, ac tribulos, quos terra cordis profert, tolle  
re. Et quemadmodum qui viam agit, terram plurimam  
post tergum relinquunt: ita qui viam in calu agit, terrenas cu-  
piditates deserit, & cum Paulo ait: Quæ retrosunt, obliuiscens,  
ad anteriora extendens me ipsum, ad destinatum persechor, &c.  
Sicut ergo non ambulat, qui in eodem loco stat, ita nihil  
proficit, qui peccata, ac defectus non relinquit, sed ita super-  
bus, iracundus, ac auarus nunc est, ac prius fuit.

Philip. 3.

B  
Examen ergo conscientiae eo tendit, ut peccata, ac defe-  
ctus tollantur. Ut hoc examen recte fiat, summo mane te  
Deo tuo offer, proponens omne vitare peccatum: in no-  
ste vero priusquam cubes, collige te ipsum. Et primum  
gratias Deo age pro innumeris suscepitis beneficiis: deinde  
gratiæ, ac lumen cœlesti pete, quo peccata tua agnoscas,  
& corrigas, sine hoc enim auxilio nihil proficiemus. Pro-  
verbium fuit antiquum, Lunæ radiis non maturescit botrus,  
Sole ergo indigeramus iustitiae, sine quo nihil possimus face-  
re, Lunæ autem radius diligentia nostra est, quæ sola fatis  
non est. Deinde discurse per vniuersas diei horas, diligen-  
ter attendens, quid cogitaueris, quid dixeris, quid feceris.  
Et si bona aliqua repereris, ea Deo tribue, si mala dole, ac  
poenitentiâ age, proponens illa in posterum vitare. Hoc est,  
quod Iob ait. Verbis initio propositis, ponim coram eo iudi-  
cium, &c. De hac re Chrysostomus in epistolam ad He-  
breos ait. Sicut priusquam nauta à portu discedat, nauim  
reparat, velum componit, & vniuersa, quæ ad nauim perte-  
nent, resarcit, ac reficit, & vniuersa perficit, postquam ve-  
ro nauigationem confecit, quia plura incommoda nauis pa-  
titur, eam iterum conspicit ac reficit. Ita homo initio diei,  
cum nauigationem inchoat in hoc mari magno, ac spatiose,  
proponat vniuersa recte agere, & in Dei gloriam cuncta or-  
dinat, ac dirigat. Nocte autem, cum nauigationem finiuit,  
dispiciat se ipsum, & damna, quæ passus est, consideret, ut illa  
resarciat.

C  
Iob. 23.  
Chrysost.  
Simile.

Expen-

**A** Expendunt sancti, ac meritò, quo pacto Deus inspiciebat vniuersa opera, quæ faciebat: Et uidit, quod esset bonum. Nec Gen. 1. et 2.  
hoc contentus, postquā omnia opera sua perfecerat, illa vniuersa iterum conspicere dicitur: Et uidit cuncta, quæ fecerat, et erant ualde bona. Si ergo Deus respicit semel ac bis opera, quæ homini facit, an non homo respicere debet opera, quæ Deo operatur. Id præstabat Iob dicens: Verebar omnia opera mea, Lob. 9.  
sciens, quia non parceres delinquenti. Sed in hac re præclarum exemplum nobis reliquit Ignatius sanctissimus Societatis Iesu fundator, qui in horas singulas se se interius colligebat: & hoc operum examen præstabat, quod usque ad mortis horam fecit. Sed quid mirum hæc præstissem viros sanctos, cum & Ethnici id fecerint. De se enim Cicero ait, in quavis nocte tria considerasse, quid eo die cogitauerit, quid dixerit, quid fecerit. Et Virgilius in Epigramate ait, vir bonus. Virg.

Non prius indulcem declinat lumina somnum,  
Omnia quam longi reputauerit acta dici,  
Et iusto trutine se examine pensat.

Huc illud pertinet tanquam figura, quod de Iosepho sacra tradit historia, cum ait: Accidit autem quadam die, ut intraret Ioseph domum, et operis quippiam absq[ue] arbitris faceret. Quæ verba Vatablus transfert, vt faceret opus suum, sic etiam vertit ad literam ex Hebræo Lippomanus in cathena in Genesim, & refert ex paraphrasi Caldaica, vertendum esse, vt inuestigaret.

**C** scripturas rationis suæ, vel vt in libris exigeret rationem dati, & accepti. & Economus erat Ioseph, & vt muneri suo satissimæ ceret, librum rationum videbat solus sine arbitris. Cum ergo homo dispensator sis, ac villicus, non dominus, & quoniam est, vt librum rationum consulas, qui est conscientia tua, vt videoas rationem dati, & accepti, vt attendas, quo pacto spenderis bona Domini tui, an ea dilapidaueris, vt tibi consulas sicut villicus dicens: Quid faciam? Ne tibi audias dictum illud Hieroniæ: Attendi, & auscultavi, nemo quod bonum est, loquitur, nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Reponde vero de Iosepho dicitur: vt faceret opus suum, id est opus, quod tanquam & Economus facere debebat. Rectius autem de nobis dicitur, quod facimus opus nostrum, cum id præsta-

Luc. 16.

Hier. 8.

## De examine quotidiano

præstamus, quia hominis est proprium, rationem à se exige A  
re factorum, solius enim hominis inter animantia est, reflecti  
super actus suos, cum ergo ô homo Dei sis villicus, fac opus  
tuum, opus quo muneri tuo satissimas, vidēs librum rationū,  
& opus, quod hominis est proprium, attendens opera tua, ac  
defectus, vt de eis doleas, ac eos auferas.

Sed vñū in hac re, valde attendendū tibi dicam, vt non sa-  
tis putes, si defectus videas, si de eis doleas, si confessus fuēris,  
nisi etiam radicibus tollas, attendens causas, occasiones, ac ra-  
dices peccatorum, easq; euellens: vt sic omnino auferantur  
peccata, si enim id non fiat, parum te fecisse crede. Sicut enim  
quotanis putatis vitibus, ac arboribus, plura inutilia ab eis  
tolluntur, sed quoniam radix durat, iterum pullulat: ita dum B  
radices peccatorum non abstuleris, dum occasiones non am-  
putaueris, iterum peccata pullulabunt. Ea, quæ dicimus, sub=

simile.

re potes dāno, quod imminet domui tui ab stillicidio, quod  
vulgo dicitur (Gotera.) Primò enim apposito vase eo in loco,  
vbi aqua decidit, illam colligis, & extra domum mittis, quod  
si hoc solum modo feceris, parum fecisti, vt domui tute consu-  
las, dum enim tectum domus non resarseris, ne aqua subin-  
tret, illa domum tuam perdit paulatim, & ligna putrefient, &  
parietes infirmabuntur, & demum domus corruet. Secundò  
ergo domui rectè accurrit, qui resarto tecto, omnino aqua in  
gressum prohibet. Ita omnino quidam sunt, qui nullū aliud C  
remediū animæ apponunt suæ, quam defectus ac peccata in  
examine colligere: & per confessionem extra domum cor-  
dis emittere. Et licet tunc proponant evitare peccata, posteā  
tamen non curat radices, ac occasiones tollere, & ideo iterum  
peccata perpetrant, & illi perduntur. De his preclarè Sapientē  
ait, ea vñus similitudine, quā nos proposuimus. In pigritius hu-  
miliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perfillabit do-  
mus, quasi dicat, dū quis piger, & infirmus est, nec tectū cor-  
dis sui resarcit, aqua in eū subintrabit, & perdet domū cordis  
illius. Curandū ergo est in examine, vt nō solū peccata vi-  
deas, sed & causas amputes, vt sic omnino tollantur defectus:

Sed licet vniuersa vitia nobis sint expugnanda, optimum  
tamen

- A** tamen consiliū est, contra aliquod singulare vitium singulare inire certamen, singulari adhibita cura ac diligentia, ut eo deuicto, aliud, & aliud deinde superemus, & ideo ultra generale, quod diximus examen, aliud particulare (ut sic loqui licet) nobis adhibendum est contra particulare vitium. De qua re praeclare Casianus collatione 5. Serapionis Abbatis, Cassianus.  
cap. 14. ait enim. Vnusquisq; vitium, quo maximè infestatur, explorans, aduersus illud arripiāt principale certamen, omnem curam mentis, ac sollicitudinē erga illius impugnationem, obseruationemq; defigens. Colligit doctrinam istā Serapion, ex illo Deut. *Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes istae, quā ego, quomodo potero delere eas? Noli metuere, sed recorda* Deut. 7.  
**B** re, quæ fecerit Dūs Deus tuus. Ipse consummet nationes has in conspectu tuo paulatim, atq; per partes, non poteris eas delere pariter, ne multiplicentur cōtra te bestiae terrae. Per partes ergo pugnat dū nobis cum vitiis est, quia licet omnia vitāda sint. Sed singularis pugna contra unum est sumenda. Addit Serapion. Cumq; se ab uno vitio senserit absolutū, ruisum latebras suicordis simili intētione perlustret, & excipiat sibi, quā passionē inter reliquas perspexerit duriorē, atq; aduersus eam armā cōmoueat. Hæc autem singularis pugna contra unū vitium inēunda est, singulari propolito factō illud vitandi, singulari cura, singulari oratione ad id suffla, & singulari demū examine adhibito, in quo conferas unum diem cum altero, ut vi-
- C** deas quantū profeceris, & hebdomadā cum hebdomada, mense inq; cum mens. Hoc est Bernardiad Eugenium consiliū. Confert tua posteriora prioribus, si profecisti in virtute. Nec ideo animo deiiciaris, quia parum proficias, gratia enim Dei, perseverantia tēpus, ac industria facient, ut tandem victor euadas. Hinc Iob: Mons cadens defluit (tempore longo id efficiēte) saxum transfertur de loco suo (hominum certe industria) Lapi des excavant aquæ, (non bis, sed saepe cadendo) alluvione paulatim terra consumuntur, quasi dicat res valde difficiles tandem efficiuntur tempore posito, industria adhibita, ac perseverantia, quibus cum gratia additur, omnino speranda est victoria, licet homo petra durior, & monte solidior videatur.

Sed

Bernard.

Iob 14.

## De examine quotidiano oper. nostr.

Isa. 53.

Sed præclarè Serapion ait, vitiū, quo maximè infestatur, A  
explore. Quia, vt Isa. ait. Omnes nos sicut oves erravimus, anuf-  
quisq; in uiam suam declinauit: & iuxta varietatem humorum  
diuersæ sunt in hominibus passiones, & huic dominatur via,  
illi accidia, illi inuidia: explora ergo, quæ nam sit in te præci-  
pua passio, & aduersus illā pugna. Sicut enim qui arcem ciui-  
tatis expugnat, omnē capit ciuitatem. Ita qui vitium, quod  
ei præcipue dominatur, superat, omnia reliqua deuicta pu-  
tare debet. Vnum interfecit Goliam Daud, & vnum Holo-  
fernem Iudith, & sic vniuersos hostes prostrauerunt, quia eo  
rum duces interemerunt. Plures occidit Amalechitas Saul,  
quia tamen regem seruauit, nihil fecit. Cura ergo tu vitium,  
quod dux est, perimere, sic enim omnia fecisti. Diligentia ve-  
rò, quæ ad vitium hoc superandum adhibenda sunt. Sera-  
pion proponit, dicens: Primum oratio iugis ad Deum fidens  
in Christi verbo: Petite, & accipietis. Ipse verò est, qui ait.  
B

Isa. 43.  
Osee 1.

Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et per Oseam:  
Extra me non est Saluator. Ideò orandum: Sana me Domine, &  
sanabor, saluum me fac, & saluus ero. Secundò, sapientius propone  
ab eo vitio cauere: hoc enim propositum benefaciendi Deo  
gratum est, & fortèm hominem reddit, & casus ac defectus le-  
uiores reddit, quia ex infirmitate procedunt. Bonauentura ait,  
quoties horologium sonuerit, propositum Deo seruendi re-  
noua, sit ergo horologium excitator propositiui. Tertio, ali-  
qua singulare corporis afflictione punite ipsum pro peccatis,  
C  
quæ admiseris. Hoc enim est iudicium, quod aduersus se ho-  
mo exercet: de quo Paulus ait: Si nos metipso iudicaremus, non  
utiq; iudicaremur. Et hoc est illud Psal. In cubilibus uestris com-  
pungimini: quod verbum expendit Chrysostomus, dicens:  
Pungite, stimulete, mala, quæ admisistis, tempore quietis pu-  
nite, & in ea animaduertite. Ignatius in Societate duo haec  
examina accuratè seruanda in regula proposuit, qui-

1. Cor. 11.  
Psal. 4.  
Chrysost.

bus duo tempora designauit, ante pian-  
diuum, & ante lectum, &c.

(.?.)

C O N-



## C O N C I O I.

De confessione, quo pacto fieri debeat,  
ut animæ salutem afferat.

### T H E M A.

*Insufflavit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt.* Ioannis 20.

B

**D**untaxat sunt in cælum viæ, altera innocentia, pœnitentia altera, si tertiam quispiam quæsierit, non inueniet sed ei accidet il lud Psal. Viam ciuitatis habitaculi non inuenie. Psal. 106. runt, esurientes & fitientes anima eorum in ipsis defecit. Innocentiæ viam Maria tenuit: nos verò pœnitentia, nullus enim est, qui in aliquo nō deliquerit, & pauci, qui lethali crimine non sint inquinati. Ut hanc ingrediamur viæ, gratia nobis necessaria est, quam Mariæ intercessione nobis concedi exoremus.

C

Peccatum est omnimoda animæ vastatio, ac perditio, ut significat nomen Hebræū, quo peccatum significatur, quod est Aberen, quod deriuatur ab Aba Aben, quod est calamitas, & destrucción. Vnde Ezechiel ad Tyrum ait: Aufer cydarim, tollé coronam, iniquitatem, iniquitatem ponam in ea, idest, penitus delebo, & vastabo te. Hinc Bersabe ad Dauid ait. Eritq; 3. Reg. 1. cum dormierit Dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego, & filius meus Salomon peccatores, idest, omnino vastabimur, & perdemur. Ora Deum, ut tibi ostendat peccati malum, quod infinitum est, & tunc serio illius quæres remedium, tunc lachrymarum vim fundes. Accidet q; tibi, quod Dauidi, & viris eius, qui cum reuersi essent ad ciuitatem, & inuenissent eā succensam igne, lcuauerunt voces suas, & planixerunt, donec 1. Reg. 30. deficerent

E

# Concio I.

deficerent in eis lachrymæ. Si vastitatem animæ tuæ insperxeris, si quid feceris, cum peccasti, agnoueris, deficiet in dolore vita tua, & anni tui in gemitibus. Veruntamen ait Hieremias, scito, quid feceris, quod Deum offendisti, quod eius factus es inimicus, quod gratiam amisisti, & vniuersas virtutes, vniuersa merita, ius ad regnum cœlestis. Deniq; diaboli mancipiū effectus es: peccati seruus, inferni ciuis, & tandem omnia bona tua dissipasti.

**A** *Hiere. 3.* **Ose. 14.** Sed ait, restat ne remediū? Est planè. Audi Oseā. Corripi in iniuitate tua, tollite uobiscū uerba, & conuertimini ad Dñm, & dicite ei, omnē aufer iniuitatem, & decipe bonū, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Vbi Hierony. ait, verba, quæ tollere iubentur, sunt preces, & delictorū confessio. Chaldeus ibi ait,

**B** *Ios. 7.* afferte uobiscū verba confessionis, quæ sunt veræ laudes Dei in pœnitentia, iuxta illud Iosue. 7. Fili mi da gloriam Dño Deo Israēl, & cōfite te, atq; indica mihi, quid feceris, ne abscondas. Vnde Lea. 26. dicitur: Tabescet in iniuitatibus suis, & propter peccata patrum suorū, & sua flagellabūtur, donec cōfiteantur iniuitates suas, quasi dicat, eorum non miserebor, donec confiteantur.

**C** *Leu. 20.* Licet autem pœnitentia semper fuerit hominibus concessa, sed in lege gratia mirum in modum aucta est sacramēto confessionis instituto, in quo ex attrito fit homo contritus, quod olim non fuit: ex quo sit, ut minori adhibita cura, ac diligentia in lege gratia consequatur homo gratiam, suppleente sacramēto, quod homini deest.

*Matth. 16.* Promisit Christus sacramēto hoc Matthæi. 16. cum Petro dixit: Tibi dabo claves regni cœlorum. Potestas autem remittendi, & retinendi peccata clavis dicitur per similitudinem. Sicut enim clavis ostium domus claudes, ne in eam intret exter, & eadem aperis, ut intretis, quem in domum recipere vis, ita potestas absoluendi, & retinendi peccata clavis dicitur, quia ea ianua celi aperitur pœnitenti sublatu peccato, vel occluditur non remisso peccato. De magnitudine huius potestatis multa diximus in 3. tom. nostrarum concionum in Cathedra sancti Petri.

*Loc. 331.1* Sed quoniam industria opus est, ac arte ad aperiendū, & potestas ista peccata dimittit clavis non errante, quod si erret, nihil

A nihil sit, ideo primum omnium querendus tibi est optimus confessarius, qui non solum clavem habeat, sed & scientia, ac virtute polleat, ut ea vti nouerit. Tria sunt bonorum genera, ad quae homo inquirere solet optimum consiliorum. Ut corpori medeaturo optimum medicum, ut negotia tractet honoris, & omnium diuinarum optimum aduocatum. Num ergo ut anima medeaturo, ut illius æterna bona curet, optimum confessarium non inquireret? Num minora sunt animæ bona bonis corporis? Num minus curanda? Hinc Sapiens: Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. Quo loco Græca habent, ut ait Iansenius. Ne subiicias te homini stulto: & sic Lyranus intelligit, tantum esse confitendum peccatum ei, qui nouit adhibere salutare remedium. Huius rei necessitas manifesta est, quoniam cū plura requirantur in pœnitente, ut gratia, ac peccatorum remissionem accipiat, si forte his careat, bonus confessarius diligentia, ac cura adhibita ea supplenti curat, ut si examen peccatorum, vel dolor, aut propositum, vel confessio ipsa in aliqua parte resarcienda sint. Et cum homo, ut vitam nouam instituat, consiliario egeat, ad haec omnia indiget optimo confessario, ne iusto Dei iudicio, & peccatis exigentibus illud ei accidat, quod Achab accidisse sacra Regum historia refert, qui à falsis prophetis deceptus in bello interit, quia vero Prophetæ Michælæ obediens noluit.

B Ecl. 4.  
Iansenius.  
Lyranus.

C 3. Reg. 22  
Diximus sacramentū hoc promissum à Christo Mat. 16. Matth. 16  
exhibitū autem, ac institutum est Ioan. 20. Cū insufflavit, & Ioan. 20.  
dixit, accipite spiritum sanctum, quoram remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Sed quid nam est, quod hoc instituens sacramentum insufflavit? Certè ostendit sacramentum confessionis esse hominum respirationem. Sicut enim ad vitam humanam necessaria est respiratio, qua aëris circa cor nimirum accensus pellatur foras, & aëris refrigerans calorem nimirum cordis attrahatur, ita omnino intranos ardens est cōcupiscentia, à qua plura procedunt peccata, quæ cōfessione expelluntur, & cœptus Spiritus sancti attrahitur, ut vine re peccator possit. Atq; adeo in eo impletur illud Psalini. Os meum aperit, & atraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.

Psal. 118.

E 2 Sicut

# Concio I.

Sicut enim aperto ore respiras, & attrahis aërem, ita in confessione os perit, & spiritus gratia ad cor trahitur. Ex quo patet necessitas huius sacramenti lapsis post Baptismum, de

Conc. Trid. Trident. Sess. 1 4.c. 5.

Prou. 30.

Apoc. 3.

Isa. 1.

Ioan. 1 5.

2. Cor. 3.

1. Cor. 10.

Exod. 6.

Psal. 76.

Hier. 3 1.

Simile.

A  
ne forte deceptus à confessione redeat, putans se sanum, cum infirmus sit, quod omnium periculorum maximum est: de quo Sapientia ait. Generatio, que sibi mundanum detur, et non est mū data à sordibus suis. Dixi hoc maximum discriminem esse, quia nesciens infirmitatem suam, non eam curat, & ideo perit miserè, qui enim nouit in peccato se esse, cuin periculum adest, sibi prospicit. Vx verò ei, qui ait: Dives sum, et nullias ego.

B  
cum sit pauper, quia ignorans malum suum, non illud pellit, efficitur q; in eo illud Isaiae: Vulnus, et tuor et plagatremens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

Vt ergo veram, ac optimam confessionē facias, ea tibi seruanda sunt, quae mox dicam. Primum omnium attende veniam penitentiam donum Dei esse, & sine eius auxilio nequaquam haberi posse. Sine m<sup>e</sup>, ait Dominus, nihil potestis facere: nec sumus sufficiētes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, nec possumus dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Si ergo hæc facilia sine Dei auxilio præstare non possumus, quo pateretur penitentiam agemus rectam quæ maximum quid est? Exitus Israël de Egypto figura fuit conuersio peccatoris, qua à tehebris, ac seruitute procedit in lucem, ac libertatem: ille autem factus est in manu valida, & brachio extento, & ideo penitentia codem brachio perficienda est, quoniam haec mutatio dexteræ est excisi. Dexteræ dicitur, quia magna virtutis opus est. Ideo Propheta ait: Conuerte me, et cōuerteras, quatu Domini Deus meus. Postquam enim conuersti me, egi penitentiam, et postquam ostendisti mibi, percussi femur meum. Percutere femur opus est hominis, qui agnouit errorem suū, vulgo dicitur (Caer en la cuenta) Id autem nequaquam sit, nisi Deus conuertat hominem, & ei ostendat prauum ipsius statum. Hoc autem similitudine proposita fiet manifestum. Si speculum tibi obiicias, cōtinuo tui imago in speculo resultat, quam si conspicis, te quoque illa conspicit, quod stoculos in terram

- A terram demittas, illa etiam oculos demittit, si vero velis imaginem illam iterum oculos ad te leuare, tecum; conspicere, impossibile id erit, nisi tu prius ad illam oculos tuos conuertas, eamque inspicias Ita planè homo Dei imago est, & cù Deus hominem respicit, respicit homo Deum. Respicie in me, & miserere mei, ait Psal. quoniam misericordia, & respectus Dei in electos illius. Si vero Deus auertat oculos suos ab homine, permittens illum in culpam decidere: tunc illud Psalmi impletur: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Psal. 29. Tunc homo, qui imago Dei est oculos in terrena conuertit. Iuxta illud Psalmi: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Psal. 16. Tunc autem homo iterum leuare oculos ad Deum non potest, nisi Deus prius oculos ad eum leuet, nisi preueniat eum Dei misericordia, & ideo orare homo debet. Respicie in me, & miserere mei. Si enim non me respexeris, ego tē respicere non potero. Sigillatum autem ostendam, necessarium esse hoc Dei auxilium ad ea, quæ ad veram pœnitentiam requiruntur. Primo namque necessaria est peccatorum cognitio, ad quam lumine cœlesti indigemus, quo vniuersa manifesta fiunt. Luce Solis etiam a thomi cernuntur, & Dei singulari auxilio etiam minima peccata, vt Augustino cōtigit in libro Confessionum. Secundo ad dolorem de peccatis habendum Dei auxilium valde necessarium est. Sicut enim homo, licet simile optimis, ac perspicacibus oculis prædictus sit, & coram habeat præclaros colores, nihil tamen videbit, si lumen absit, ita si viro præclari ingenij proponas vniuersa fidei Christianæ mysteria, eis non commouebitur, si lumine careat cœlesti, atque ita se habebit, ac si intellectu prædictus non esset. Quid obsecro maius, aut ad commouendum hominem potentius proponi potest, quam æternus inferni ignis, gloria sempiterna, Deus crucifixus? Sed vniuersa hæc ob oculos hominum cum sint, & eorum plures ingenio præuolant, nec tamen eis commouentur, vt peccata deserant, quia lux cœli abest. Quia propter recte Psal. ait. Beatus uir, cuius est auxilium abste, ascensiones in corde suo disposuit, id est, ille ascendet à peccato in gloriam. Et ideo idem orat. Bmutate lucem tuam, & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt ad templum sanctum tuum. Psal. 83. Psal. 42.

## Concio I. b

Hac enim luce intuemur ea, quæ superius diximus viuo quodam modo, eisq; cōmouemur, sine qua oculos habemus, & non videmus, & aures ad audiendum non tenemus. Tertio deniq; ad firmum propositum recedendi à peccato necessaria lux ista est, sine qua in peccato securi quiescimus. Quod subiecto exemplo fiet manifestum. Accidit aliquando, ut quispiam viam agēs in tempesta nocte, in specum ingrediatur, aut foueam, ut quiescat, cumq; ibi plurima sint venenata animantia, ille inter ea securus dormit, quia illa non videt. Cū verò mane primum illuxerit, & luce subintrante serpentes videt, quām citissimè surgit, & à specu recedit currēns, nec illuc vlo modo reuertitur. Sic sic peccator in tenebris ambulat, quia recessit à Domino, in tenebris ambulat, nescit quo vadat, dormit securus, cum peccatis, & dæmonibus circunseptus sit, quæ venenati serpentes sunt, non timet, non fugit, quia discriminē non videt suum, luce caret cælesti. Cū autem lux ista irradiauerit, fugiet iuxta illud.

*Eccles. 21.* Quasi à facie colubrisuge peccatum, & firmo proposito statuet inde recedere. Simili ratione de aliis, quæ verus pœnitens præstare tenetur, philosophandum est, ad vniuersa enim illa diuinum auxilium necessarium est.

Ex quibus relinquuntur, debere eum, qui benè confiteri statuit, implorare auxilium hoc cæleste humili oratione, tum sua, tum seruorum Dei, eleemosynis, sacrificiis, ac piis operibus quibus ad se gratiam suscipiendā disponet, licet remotè.

Hoc autem implorato auxilio, & optimo electo confessiō, restat, ut examen omnia peccatorum faciat. Tenetur homo iure diuino vniuersa peccata mortalia confiteri, cordis, oris, & operis. Ita prædicauit, & docuit beatus Petrus, vt resert Clemens eius discipulus. Et ita definitur in Concilio Florentino, ac Tridentino. Ex quo patet adhibendum examen, quo omnia peccata inquirantur. Sicut is, qui rationes alias magis momenti redditurus est, illas recte conspicit, ita conscientiam suam perscrutari debet pœnitens, non enim ratio ei reddenda est confusa, aut generalis, sed specialis, qua numerus peccatorum dicatur, & circumstantiæ mutantes speciem. In hac re aliquæ conclusiones à nobis constituendæ sunt,

**A** sunt. Quarum illa sit prima. Qui accedit ad confessionem si ne vlo prorsus examine, & hac de causa alicuius peccati mortalibus oblitus est, confessionem nullam facit, & ideo iteranda. Secunda conclusio sit. Adeo parua potest adhiberi diligētia, vt sit quasi nulla, de qua idem dicimus, quod de nulla. Tertia conclusio. Sæpe accidit, vt informis sit confessio ( sit tamen confessio, & sacramentum) ob defectum diligentiae adhibitæ in examine, quæ quidem fuit aliqualis: vt sic dicam, sed non sufficiens ad gratiam obtainendam, sufficiens tamen, vt sit sacramentum, atque adeo tunc iteranda confessio non est, sed in sequenti confessione tenetur confiteri peccata oblita, & negligentiam superioris confessionis. Quarta conclusio.

**B** Sufficiens examen ad hoc, vt confessio sit sacramentū, & gratia formatum est illud morale exāmen, quod homo cordatus faceret in re graui, quo vel omnia peccata mortalia nouerit, vel si omnia non nouit, nouit tamē, quod licet plus examinis ponat, non plura inueniet, vel si putet plura se inuenturum, illud esset magna eum difficultate, ad hoc nullus tenetur, vnde illud exāmen satis est. Hoc ultimum probatione indiget, alia enim manifeste patent, quoniam iugum Christi suave est, vnde non obligat ad tantam difficultatem. Esset enim impossibile, si obligaret ad peccata, quæ inuenire non posse, esset verò grāue, si obligaret ad omnia perquirenda etiā cum magia difficultate. Ad cuius rei planiorē explicationem

**C** notandum est, duplex esse Dei iudicium, alterum vniuersale, quod iræ, ac iustitiae est, in quo punienda sunt vniuersa hominum peccata ad vnguem, & ideo tunc vniuersa, tū mortalia, tum venialia, cum omni circumstantia, etiam minima manifestari oportet, & de omni verbo otioso reddit tunch omnes rationē. Est aliud Dei iudicium, quod misericordiae tribunal inerit appellari potest, & hoc est confessio, ad quod venit Deus, vt gratia conferat: de quo Paul. ait. Ad amissū fiducia a thronum gratie eius. Hoc ille instituit iudicium, nō vt peccata hominum adamisim, ac vnguem expenderentur, & ideo non adeo exacta cognitio peccatorum exigitur, sed ea, qua infirmus medico ostendat infirmitatis statū, vt ei mederi possit. Et ideo licet peccata dicenda sint, tamen venialia

Hebr. 4:

Concio I.

A  
dicere necessarium non est, nec vniuersas circumstantias. Et de peccatorum numero cum non constat, satis est dicere pa-  
lo magis, vel minus. Quo vero pacto examen faciendum sit  
peccatorum, diuersæ diuersæ sunt rationes. His, qui crebrius  
confitentur, alia ratio ineunda est, & ea facilior. Reliquis ve-  
ro conueniens est, si discurrant per decem Dei præcepta. Et  
Ecclesiæ quinq; mandata, per discursum temporis, locorum,  
negotiorum, ac similium, quibus in memoriam reuocari pote-  
runt admissa crimina.

B  
Hoc perfecto examine, plures putant restare nihil præter confessionem, cum tamen omnium maximum restet per agendum, necessarius enim est dolor maximus de peccatis, & propositum ea cauendi, ac vitandi omnino. Dolor de pec-  
catis pars est huius sacramenti, vt definitur in Concilio Flo-  
rentino, & Tridentino. Et ideo qui ad confessionem accede-  
ret sine ullo dolore, vel dolore adeo minimo, vt quasi non do-  
lor sit, nullum recipit sacramentum, & ideo non solum gratia-  
m non suscipit, verum & iteranda, ac repetenda ei ruisus confessio illa est. Talis autem dolor esse potest, vt infor-  
mis sit confessio, quæ iteranda non est, at gratiam non confert.

C  
Sed vt dolorem de peccatis habendum explicemus, ad-  
uertendum est, duo mala in peccato attendi posse, primum  
quod Dei offensa est, secundum quod hominis est malum, qui  
per peccatum amisit diuinam gratiam, ac gloriam, & in infernum  
damnatus est. Cum homo dolet de peccato, quia Dei offen-  
sa est, reputans suum malorum Dei offensam, quia Deus  
super omnia diligit: proponitq; illam vitare super omne vi-  
tabile, tunc conteri dicitur. Et haec contritio statim hominem  
in gratiam reuocat, etiam ante confessionem, licet per ordi-  
nem ad illam. Et ideo si in periculo aliquo homo versetur, cu-  
copia confessoris non adest, haec contritione in gratiam redire  
poterit. Et deinde extra articulum necessitatis, cum quispiam  
in peccatum lapsus est, expedit enim iuri a peccato in gra-  
tiam emergere, nec semper ad manum confessarius est, hac  
contritione gratiam, & peccatorum remissionem consequi  
facile valet. Cum autem homo de peccato quidem dolet, sed  
ea attendit,

A ea attendit, quæ ad ipsum hominē pertinent, & illa eius motiva sunt, ut turpitudinem peccati ac deformitatē, gratiæ, vel gloriæ amisionem, vel inferni damnationem, atteri dicitur, & attritio illa satis non est ad deletionem peccati, & gratiæ recuperationem, nisi sacramentum adsit, quod faciat ex attrito cōtritum. Sed tam attritus, quām contritus licet diuersis rationibus, reputat peccatum summum malum, & de eo dolet summo dolore apretatiuo, ac proponit vitare omne vitabile.

Sed ais, hic maximus dolor difficile à me haberi potest. Respondeo ex amore dolor proficiscitur, & ideo idem est vtriusq; iudiciū: est enim in homine amor dulcis, ac tener, qui magis ad appetitum sensituum pertinet, quo tenerè, ac dulciter res aliqua diligitur, & est amor apretatiuus, quo res aliqua pluris ducitur, quā reliqua omnia, licet nulla adsit teneritudo: & hic amor præcipue ad voluntatem pertinet. Cūm præcipit sui super omnia dilectionem, hunc præcipit amorem apretatiuum, non verò illum tenerum, ac dulcē, qui licet bonus sit, Deo q; debeatur, sed nō ille sub præcepto est. Dilectio ergo super omnia exigit, ut Deum reputemus summum bonū, cui nullum aliud conferri potest, & vt sic eū diligamus, vt cum reliquis omnibus præponamus, siue diuitiis, siue honori, siue vita. Similiter de dolore philosophandum est, est enim dolor sensibilis, qui magis ad appetitum spectat, à quo lachrymæ procedunt, & hic quidem bonus est, qui dū adebet, voluntatein mouet, vt doleat de peccato, maximum enim pōdus apud voluntatem habet, quod in appetitu est, cui placore voluntas naturaliter optat. Sicut ergo, cum domum ingrediēs simile.

C aliquam, videns eam luctuosis panis amictam, lugentesq; domesticos, prouocaris ad lachrymas, ita cum corpus domiciliū sit anūce, cum illud videt t: iste, luctuosam, lachrymansq; prouocatur illa ad similes affectus, ideo curācū nobis est dolor iste. Sed noa hic omnino necessarius est, sed dolor, aut potius detestatio voluntatis, qua detestatur peccatum tanquam supremum malum, & ait cum Psal. iniquitatem odio habut, & Psal. 118. et omittatis sum, legem autem tuam dilexi.

Vt autē dolor hic in nobis excitetur, cū hic præcipua pars confessionis sit, sicut tempus destinasti ad examen peragendū,

## Concio I.

dum ita tempus designare oportet, ut dolorem hunc in te ex A  
cites, id autem consideratione perficies. Multa autem sunt,  
qua<sup>e</sup> attente meditarite oportet. Ex quibus illud primum sit,  
quod ad inferni eternas poenias damnatus sis propter pecca-  
tum. Si nunc audires, damnatum te ad suspendium esse, vel in  
flammas, ut viuus comburaris, qua<sup>e</sup>, obsecro, afficeris tristitia? An non dolebis, quod ad eternum ignem à Deo damna-  
tus sis? Secundò attente meditare, quod dum peccasti, amisisti  
diuinam gratiam, virtutes, merita vniuersa, ius ad celeste re-  
gnū, & deniq<sup>ue</sup> Deum ipsum. Te nunc rogo, si ad te nuntium  
deferretur, quod olim Iob delatum est, quod omnis tua sub-  
stantia, vniuersa diuitiae perierunt, quo sensu tagereris? Qui-  
dā hoc auditio nūtio dementes facti sunt, alij in agravitudinem B  
inciderūt, quidam etiam defuncti sunt, & reliqui omnes cor-  
dis dolore tacti sunt. Cū ergo tu vniuersa animi bona ami-  
seris, quomodo dolore nō tangeris? De hac re plura diximus  
in Dominica infra Octauas Epiphaniae in 1. & 5. tom. no-  
strarum concionum.

Tertio, mente attende in quem peccaueris, quem contem-  
pseris, quem conculcaueris, quem crucifixieris. Eū plane, qui  
infinita bonitas est, qui te de nihilo condidit, qui vniuersa tibi  
bona concessit, qui homo tuicausa factus crucem subiit, & san-  
guinem fudit. Nunc ergo tibi dicta verba illa puta. H<sup>a</sup>ecce  
reddis Domino popule stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est Pa-  
ter tuus, qui fecit & creavit te? Accidit aliquando, ut quis no-  
ste deambulans, nec parentem agnosceris, eum lethali vul-  
nere percutiat, cum Patrem vulneratum viderit, an non do-  
lebit? Cū in Deum peccasti, eum non cognouisti, quia vt

Deut. 32.

Simile.

1. Ioann. 2.

3. Reg. 19

Ioannis ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non obser-  
nat, mendax est. Nunc autem si Deum agnoscis parentem,  
quo pacto non dolebis? Nunquid non ipse est Pater tuus? Plu-  
rima alia adhuc excitandum dolorem passim in concioniis  
bus reperies. Quibus consideratis super peccata tua lachry-  
mas funde, sicut enim Elias composito sacrificio, super illud  
vīm immensam aquæ fudit, terq<sup>ue</sup> aquam misit, ut ignis cæ-  
lestis sacrificium absumeret: ita postquam vniuersa peccata  
in vnum collegeris, ut igne cæli consumantur vim lachryma-  
rum

**A**rum effunde. Sicut Esther, ut poenitentiam ageret omnia loca, in quibus letari consueuerat crimum laceratione, ac lachrymis impleuit, ita vniuersa peccata, in quibus letatus es, lachrymis riga. His lachrymis, & hoc dolore confessio peragenda est delictorum. Ad eum certe modum, quo cum quis venenum bibit, indignatur natura, & stomachus dolet, & foras per vomitum intima proiicit, ita omnino confessio vomitus spiritualis esse debet, ut Clemens in epistola ait ( colligens illud ex 2. Petr. 2. ) Stenim paululum refugientes coquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora peiora prioribus, melius enim erat illis non cognoscere uitam ueritatis, quam postquam cognoverunt, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri proverbi: Canis reuersus ad suum vomitum.

Peccata ergo prius relicta, & confessa dicuntur vomitum à beato Petro, quia cum ore ea homo confitetur, releuat anima. Quod magis patet ex illo loco Proverbiorum, unde beatus Petrus sumpsit vomitionis Proverbium, ait enim: Sicut canis cum reuertitur ad suum vomitum, & odiosus fit: sic imprudens, qui malitia sua reuersus est ad peccatum suum. Sicut ( ait Procopius Gazeus ) niouet nauseam, videre canem comedentem suum vomitum, ita execratus peccator est, qui peccata semel relicta, ac confessa iterum repetit. Ea ergo indignatione peccata cōfiteri debes, qua virus euomis. Vnde Sapientia: Vbi multa sapientia, multa indignatio, cōtra peccatum scilicet.

Deinde necessarium est firmum propositum iterum non peccandi, ad quod duo pertinent, primū, recedere ab occasione proxima peccati. Secundum eam vitā rationem instituere, ea remedia capere, quæ ad vita spiritualis conseruationem necessaria videbuntur. Ad hoc autem præcipuè eligi debet optimus confessarius, qui ducere in cælum te possit. An rectum eum iudicem dices, qui latronem puniret, ac verberaret, illitamen relinquere scalas, & claves omnia aperiennes, quibus furta egit, & iterum ageret? Huiusmodi confessarius est, qui carpit poenitentem, & poenitentia opera injungit, sed in proxima occasione relinquit. An rectum,

Simila.

Clemens.

2. Petr. 2.

Prover. 2. 6

Procop.

Eccl. 1.

ac præ-

## Concio I.

ac præclarum medicum dices, qui febrin pellit, sed vita nor- A  
mam debili infirmo non tribuit, qua in ægritudinem non la-  
batur? Huiuscmodi confessarius est, qui penitentem absoluit,  
sed quo pacto vitam nouam instituat non ostendit. Quare  
ergo eum confessarium, qui te omnino à peccato abducat.  
Antiochus Epiphanes illustris cognomento cum ob sideret  
Alexandriam, quæ sub tutela Romanorum erat, missus ad  
cū Senator est, qui diceret, ut ab ob sidione cessaret, si minus  
Romanorum inimicus haberetur. Res pondit ille, se ha sc  
rem maturius liberaturum, ac responsurum. Tunc Ro-  
manus Senator, insigne factum Romani prestans, lineam fe-  
cit in circuitu Antiochi, dixitq; hoc ne in dubium reuocan-  
dum tibi est, an hostis Romanorum sis? non præteribis hanc B  
lineam: donec id definias, ac decernas, tunc ille annuit, & ob-  
sidione am mouit.

Similem viro huic confessarium elige, qui priusquam ab  
eius pedibus procedas, te relinquere peccata omnino faciat,  
qui te aduersus tentationes futuras muniat. Quid prodest do-  
mum mundare si vacua relinquatur, statim enim dæmon in  
eā rufus intrabit. Sicut ergo in arce, à qua hostem fugas,  
milites constituis, qui eam propugnant, ita in anima tua, à  
qua dæmonem expulisti, oportet custodiā bonorum ope-  
rum constitui, quibus securus sis. Hoc nos Petrus monet. Fra-  
2. Pet. 1. tres magis sat agite, ut per bona opera certam uestram uocationē,  
et electionem faciat, hoc enim facientes, non pccabitis aliquan-  
do. Modum ergo à confessario recte viuendi suscipe, & cū ti-  
bi elige confessarium, qui id præstet, qui sacramentorum fre-  
quentiam consulat, qui te orationi assistere doceat, qui ad  
alia pietatis opera inducat. Recte Seneca ait epistola 109.  
Seneca. Nullus quidem peius mereri de omnibus mortalibus iudi-  
co, quā qui philosophiam velut aliquod artificium venale  
didicerunt, qui aliter viuunt, quā viuendum esse præcipiunt.  
Exempla enim seipso inutilis disciplina circumferunt, nulli  
non vitio, quod insequuntur, obnoxij. Non magis mihi po-  
test quisquam talis prodesse præceptor, quā in gubernator  
in tempestate naufragabundus. Terrendum est rapiente flu-  
etu gubernaculū in luctandum cum ipso mari, etripienda sunt  
vento

**A** vento vela, quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus, & vomitans. Quanto maiore putas vitam tempestate iastari, quam vllam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum. Hæc ille. Quid obsecro diceret de doctore institutus ad cælestem vitam. Recte sapiens ait. Ab immundo quid mūdabitur? A turbido fonte quis aquam hauriat?

Eccl. 34.

In confessione verò aliqua seruanda sunt. Primum, vt numerus peccatorum dicatur, cum certus certò, cum incertus est, aliquid dicendum est, quo aliquo modo numerus pateat, vel consuetudo qualis sit, vel parum magis, aut minus, vel quid simile. Secundum, vt aliorum peccata non dicas, sed tua duntaxat: & ideò complices delictorum in confessione dicendi non sunt. Tertium, vt ipse dicas peccata tua, nec adeò iners sis, vt solùm dicas ea, de quibus interrogaris. Denum attendas, non quamlibet confessionem, & absolutionem fatis esse, vt peccata deleantur, multe enim confessiones, & absolutiones nullæ sunt, aut infotimes, quibus gratia non obtinetur, imo nūm peccatum incurritur sacrilegij. Et si sic decedas ex vita, damnaberis propter illa peccata, quæ confessus es. Noli ergo quasi vi extorquere absolutionem à sacerdote, quid enim tibi prodest, si ille dicat: Ego te absolu, si De⁹ dicit: Ego te condēno? Num decipies Deum? Potius tu deciperis, putans te in gratia discedere, cū peccatis oneratus abeas. Tandem iniunctam poenitentiam à sacerdote implere debes, ea enim pars est integralis huius sacramenti. Magnum quid est à peccato recedere, opus est dexteræ Dei, opus etiam est dexteræ hominis, in quo omnibus viribus intendere debet. Peccavi, quid faciam tibi ô custos hominum, ait Iob, quasi dicat, quando quidem deliqui, nihil adeò durum mihi imponi potest, quod liberter nō subeam, vt à peccato liber sim. Recte seruus Na-

Iob. 7.

man ait. Si rem grandem dixisset tibi Propheta, profecto facere debuisses, quanto magis cum rem faciliem imperia erit. Hoc nunc tibi dicendum est, utrum putas.

4. Reg. 5.

**C O N-**



## C O N C I O II.

De eadem confessione, de ipsius facilitate, ac suauitate, & quo pacto homo adducetur, ut nullum peccatum reticeat in confessione.

T H E M A.

Mandata eius grauia non sunt. I.Ioan.5.

Gen. 4:1

Ago. 5:



N V M Restat, de quo nihil huc usq; diximus: est autē præcipue aduertendū in confessione, vt, scilicet, nullum mortale peccatum prætermittatur verecūdia, aut quovis alio timore humano. Si enim id fiat, nulla omnino est confessio, & ideo iteranda. Et maximū cōmittitur sacrilegiū. Simile q; illi, quod Cain admisit, qui interrogatus à Deo de peccato suo fuit, quasi confessariū tunc Deus agebat. Cain vero peccatum celavit, nec confessus est, quapropter ita Deus in eū iratus est, vt dixerit: *Maledictus eris super terram, cū operatus fueris eum, non dabit tibi fructus suos, vagus, & profugus eris super terram.* Non ait, maledicta terra, vt dixerat Adr̄, sed maledictus tu, vt dixerat serpenti, quia peccator ille maledictus est, qui non solum peccauit, sed & peccatum in confessione abscondit, & vagus, ac profugus relinquitur, quia semper pauens, ac trepidus, & quasi proscriptus est, verem̄ conscientia eum rodentem semper patitur. Simile quid accidit Anania, & Saphirā, qui partem pecuniarum absconderunt, quapropter interierunt morte subita, ac eis Petrus dixit: *Cur tentauit Satanás eorū, mentiri te spiritui sancto? Nones mentitus hominibus, sed Deo.* Non facile appetat, quo pacto mortaliter deliquerint, seruantes partem pecuniarum, sed grauissimè puniti ea de causa

B

C

**A** causa sunt, quod Deo mentiti fuerunt. Quod quidem potissimum in confessione verum habet, cum partem peccatorum quis abscondit, mentitur enim Deo, non homini, quia ibi homo Vicarius est Dei. Ne ergo quispiam in hanc incidat culpam, nunc nobis ostendendum est, non graue esse hoc confessionis præceptum, sed leue, nec difficilè cuiquam futurum, grauissima quæq; crimina confiteri.

De omnibus Christi mandatis Ioannes in vniuersum affirmat, quod grauia non sint, & de plurimis eorum manifesta res est, grauia non esse, quia dulcissima sunt: *Vnde iora Psal. 18.* super mel, & fauum, & super melori meo. *Psal. 118.* Et adeò sunt dulcia, ac proficia, vitæq; hominum necessaria, vt quamvis

**B**. Deus præcepta sua, ac legem non statuisset, sed hominum arbitrio relinquaret, vt aliquas sibi metipsis leges constituerent, quibus in pace, ac quiete viuerent, ipsimet homines vniuersa diuina præcepta mandarent, vt vitam instituerent dulcem, ac paccatam, ad quod necessarium erat, vt Deus coleretur, nec vanè iuraretur, festa seruarentur, filii parentibus obedirent, nemo proximum occideret, nec alienam mulierem, substantiam, ac honorem surriperet. Sine his enim vitam degere non possumus. En diuinam in nos bonitatem, eas enim leges nobis possuit, quæ nobis proficia sunt, quas nos ipsi statuere debenius, sine quibus vitam ducre non possumus. Rectè ergo Ioannes ait: *Mandata eius gratia non sunt.*

Qua in re, priusquam ad alia progrediamur, apparet præceptum confessionis sacramentalis à Christo institutum convenientissimum Ecclesiæ fuisse, ac vita hominū utilissimum, quia sine illo vita politica difficile agi posset, cù enim potestas publica pauca videat, & puniat peccata, præclarè cum Christiana republica actum est, dum aliud tribunal constitutum est, quo plurima coercentur peccata, & plurimis malis remedium adhibetur. Hoc autem confessio præstat, scateret autem res publica vitiis ea sublata. Experti hoc sunt hæretici tollentes auricularem confessionem. Vnde refert Dominicus Soto, in 4. dist. 18. quæst. 1. articulo 1. Ex inelita Germania vrbis Norimberga fuisse legationem missam ad Carolum V.

Impe-

## Concio secunda

Imperatorem, qua petebant, lege Cæsarea institui auricula- A  
rem confessionem, tanquam omnino necessariam ad reipu-  
blicæ conseruationem. Hi tanquam liæretici eam negabant à  
Christo præceptam, sed necessariam eam ducebant.

M.ath. 11. Sed cum non solum necessitas, verum & suauitas maxima  
in reliquis Dei mandatis appareat, ut iugum suave lex eius  
dicatur, hoc vnum confessionis præceptum durum, ac diffi-  
cile apparet in natura corrupta. Cum enim homo natura sua  
cupidissimus honoris, ac estimationis sit, cogitur hoc præce-  
pto occultissima, ac turpissima peccata alteri homini confite-  
ri, & aliquando ei, à quo præcipue vellet in honore, & esti-  
matione haberi, hoc autem videtur seipsum inlavorare, ac  
deturpare, cum peccata manifestat, præcipue cum ipse ostē-  
dat nullâ sibi esse excusationem, & eius dictis fides adhibe-  
atur. Quando enim quispiam à potestate publica punitur, po-  
test ille delictum negare, atque adeò possumus in dubiu-  
m vocare, an falsum testimonium aduersus eum dictum sit, sed in  
confessione omnino creditur is, qui testimonium aduersus se  
fert nullo cogente tormento. Ex hoc autem prouenit, ut con-  
fusione, ac verecūdia ita quis suffundatur, ut aliquando pec-  
cata reticeat in confessione grandi sacrilegio. Et nō rarò acci-  
dit, hoc ab imperitis admitti sacrilegium, dum aliqua reticēt,  
qua ipsi grauissima peccata apparent, cum nulla sint, ut mo-  
tus infidelitatis, & turpia quædam, quæ à pueris fiunt, cum  
nondum plena ratione vtantur. Alij autem grauissima pec-  
cata reticent, leuia vero confitentur, imitatores Saulis, qui pe-  
percit Agag, & pinguioribus de Amalec, cæteris demolitis.  
Hoc vero sacrilegiū saepè numero accidere solet circa pec-  
cata inhonesta. Qua ratione Sodoma muta interpretatur,  
quia mutos reddit Sodomitas. A quibus si interroges, qua ra-  
tione plenam peccatorum confessionem non faciant, respo-  
dent, verecundia se se impediri.

1. Reg. 15. Sed ab his nunc ego interrogo, quæ nam ex duobus præ-  
eligenda verecundia est, vel ea, quam nunc sustinebunt, si cō-  
fessario delicta aperiant, vel ea, quam in iudicio vniuersali pa-  
tentur, cum vniuerso mundo eorum peccata manifesta erit.  
His etenim, qui plenè non confitentur, illud planè accidet:  
quod

**A** quod Oseas ait: Colligata est iniqitas Ephraim, absconditum peccatum eius, dolores parturientis ueniente. Appositissima similitudine rem hanc explicuit spiritus diuinus, ait enim, sicut adultera, aut quæuis foemina, quæ ex illico concubitu concepit, celat foetum, ut illius iniqitas non apparet, dies tamen partus superueniens ostendit maximis cum doloribus illius iniqitatem, ita abscondit nunc peccator peccatum suum, ligat illud, ac inuoluit, ne appareat, sed dies iudicij adueniens illud manifestabit cum fulmino peccatoris dedecore, hoc significat Propheta cum ait, Dolores parturientis ueniente, qui scilicet ostendant illius delictum.

Tunc implebitur illud Nahum: Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in oculis tuis nuditatem et reuinacionem tuam. Nahum. 3

B tua, & offendam in genibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam  
tuam. Et illud Iob: Reuelabunt cæli iniunctatæ eius, & terra con- 1ob. 20.  
surget aduersus eum, apertum erit germen domus illius, date satim

*Jungit ad eum apertum erit germe domus illius, detrahetur  
in die furoris Dei. Tunc exibilabitur peccator ab uniuerso  
mundo. Tunc uidetur iusti ex super eum ridebunt, et dirident eum.*

homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. ut Psaltes ait. An psal. 31. non illa summa confessio? quis ut eam evadat non in finem.

non illa lumina confessio? quis vt eam euadat, non in secreto dicat peccata sua vni homini? Sed ais. Si plenam confessio?

*Si non delictorum fecero, securus sum, quod in iudicio peccata mea manifesta non erunt? Audi de hac re Psalmem:*

Beati quorum remissae sunt iniuriae, & quorum teat sunt peccata. Psal. 51.  
ta. Tecta ergo peccata sunt, quæ in confessione remittuntur.

Et ideo Petrus ait. Charitas operit multitudinem peccatorum.  
Et Prophetam rarsus ait. Proiecisti post tergum tuum omnia pec-

Cata mca. Licet aliqui putent iustorum peccata in iudicio reuelanda non esse, certius tamen est, quod manifesta sunt. 1. Petr. 4. 1. Isai. 3. 8.

sed nihilominus opera dicuntur, quia non ad iustorū con-  
fusionem, sed ad gloriam potius sunt reuelanda. Sed quo-

paeto id fieri possit, ignoras, forsan exemplo res patebit.  
Conscitur nunc reginae præclara vestis, quæ casu aliquino

disrupta est, & ideo indecora apparet, ne autem vestis tanta- Simile. A  
ta perdatur, resumit eam sartor, & in ruptura loco aureo.

filos apponit, margaritis, ac lapillis circumpositis, quo re medio adhibito, pulchrior uestus appetet & dicitur reddi-

*est, quam fuerat prius, & rupturam non causa factam, sed*

consulto putas, ut tantę ibi apponenterentur diuitię. Ita omnino peccatum ruptura est animæ, qua indecora appetet. Sed vera poenitentia in rupturæ loco apponit diuinā gratiam, virtutes, Christi inerita, quibus sic anima ornatur, ut etiam peccatum cooperetur in bonum diligenti Deum, dum eius occasione magis splendet diuina gratia in homine. Huic etiam adde, nunc iudicia hominū diuersa esse à Dei iudicio, at in altero sæculo iudicium Dei omnibus apparebit, & illud regula omnium erit, ut ipsi impij dicant: Ergo errauimus. Cum ergo Deus poenitentem glorificet, ab omnibus glorificabitur. Et nunc etiam quo pacto id faciendū sit, aliqua ratione colligimus, dum nouimus plura sanctorum peccata, propter quæ tamen non eos vilipendimus. Sed rursus ais, manifesta ratione ostendis bonam esse redēptionem pudoris pro pudore, sed nihilominus præsens pudor me detinet, durumq; apparet, quod me sic deiciam, & eo usq; humiliier, ut grauissima detegam scelera. Respondeo. Primum omnium agnosce in hac re diuinū, ac cœlestē medicum, & optimam peccatorum medicinam, quam ille paravit. Quando vides medicum radicem infirmitatis agnouisse, & eam tollere dicis, optimus hic medicus est, & præclara illius medicamenta. Venit ē cælo medicus magnus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, ut Augustinus ait. Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus, ait ipse. Sed qui male habent: Planè peccatores. Quæ eorum cœritudo est: Planè peccata. Quæ horum radix est certè superbia. Initum omnis peccati superbia est, ut sapiens ait. Attende ergo præclaram medicinam humilitatem, qua hominis edomaretur superbia, ut sic à radice curaretur. Nihil verò æquale inueniri potuit ad hominis humilitatem ac confessio, quod ipsem et accedas ad pedes alterius hominis, & scelera tua aperias, & ostendas vilissimum te esse cogitationibus, ac operibus tuis. Vnde Ambroſius ait. Humilis confessio maximum est testimonium humilitatis animæ, & quod seipsum deicerit, ac omnia Dei causa reliquerit. Augustinus tredecim libros scriptos reliquit confessionum, diuinos planè, ac testes maximæ humilitatis.

Sed

A Sed ait, cur in lege gratiae, ac dulcedinis durum impositum est praeceptum? Sanè non adeò noua confessio est, vt aliquid ei simile in lege praeceptu non sit. Etenim pro peccatorum diuersitate diuersa offerri sacrificia debebant, & ideo qui sacrificium offerebat, oblatione confitebatur quo dammodo peccatum suum. Quam confessionem eo quod

Dauid non fecerit male se habuit, vt ipse ait. *Quoniam tacui Psal. 31:1*

*inueterauerunt off' mea, perij omnino, quia confessus nō sum,*  
sed quomodo tacuit, qui confiteri nō tenebatur? Sane, quia secundum legem tenebatur pro peccatis tales offerre hostias, quod non fecit, vt peccatum celaret, & hoc fuit silentium, ac perditio eius. Hoc idem silentium in lege naturæ perdidit Adamum, & Cain, à quibus confessionem pecca-

B torum exterius sibi factam Deus voluit, ipsi vero peccata celauerunt, ac excusauerunt, ideoq; miserè puniti sunt. Si enim Adamus humiliter peccatum suum Deo confessus fuisset, forsitan illud non solùm Deus remitteret, sed & in innocentiae statum eum restitueret, quia vero illud confessus non est, in miserabilem statum deductus à paradyso exclusus fuit. Hoc certe innuit Gregorius. 22. Moralium. ca. 9. *Gregor.*  
in illa verba: *Si ab/condiscut homo peccatum meum*, ait enim, Ad hoc quippe requisitus fuerat, vt peccatum, quod trahendo commiserant, confitendo delerent, sed dum defendere peccatum moluntur, peccatum addiderunt, vt culpa eorum atrocior fieret discussa quam perpetrata. Quoniam Adam in Euam culpam reiecit, dicens: ipsi à Deo datum, quasi Deus in culpa fuisset, quod ei Euam tribuerit in sociam. A superbo ergo peccatore semper humilem confessionem Deus petit, & merito, vt à radice peccatum curretur.

C Sed ait. Medicina quidem optima est, sed aspera, ac dura. Nunc ostendi à nobis oportet, lenem ac blandam eam esse. Cuius dulcedo primùm ostenditur in ipsa institutio-  
ne sacramenti, cù insufflavit Christus in discipulos, ostendens confessionem esse fideliūm respirationem ac leuamē, quia hoc instituto sacramento cōcessus homini est amicus omnino fidelis, cui tuto ac fidenter vniuersa secreta cordis

## Concio II.

Eccles. 6.

aperire possit, nec vñquam timeat ea reuelanda. Sententia A  
fuit Philosophorum, maximū hominis leuamen esse amicū  
fidelem, cui omnia sua securè dicere posset, à quo eccl  
filium accipere posset. Vnde Sapiens. Amico fidelis nulla est  
comparatio. Cum hunc inuenieris, respinare potes, & om  
nium malorum remedium, aut certe leuamen inuenisti.  
Hic verò fidelis amicus, qui omnino securus esset, cui fidē  
tissime cor aperire possemus, non fuit in mundo ante huius  
sacramenti institutionem, quia licet in vniuersum secreta  
nobis ab amicis commissa seruanda sint, sed aliquoties re  
uelanda sunt, vnde non omnia dici oportet amicis, si enim  
periculum reipublicæ immineret, aut tertia persona, se  
cretum mihi commissum reuelare debeo. At verò hoc in  
stituto sacramento, fidelis tibi datur amicus, cui omnia se B  
creta tua dicas, qui iure diuino secretum seruare tenetur:  
nec ullo modo illud reuelare potest, etiam si intercederet  
salus totius mundi, non corpoream solum, sed & spiritualis,  
etiam si ob secreti obseruantiam Ecclesia perire deberet.  
Nec vlla relieta est in terra potestas, qua alius præcipere  
posset. Nec verò solum hoc Deus prouidit, sed & singula  
ris sua prouidentia voluit, ut sacerdotes in sigillo secreti ser  
uando excellerent, & qui in alijs tanquam homines in fir  
mi sunt, in hac re Dij videntur, & suum munus recte præ  
sisterunt, Deo pro nobis optime disponente. Hoc ergo cer  
tum tibi, ac indubitatum sit, quod peccatum in confessio  
ne à te dictum, siue sit proditionis reipublicæ, siue heresis,  
vel quod uis alius, dici aut reuelari nullo modo potest, etiā C  
si ex illius reuelatione salus mundi penderet. En maximū  
secretum, en fidelissimum amicum, cui tutò te committe  
re potes. Quo reuelatur maximè verecundia penitentis,  
dum nouit soli vni hominum peccatum suum manifestum  
esse.

Sed ait, leuatur quidem asperitas huius præcepti secre  
to tanto, sed nihilominus durum mihi est, quod homo iste  
nouerit peccatum meum. Hic attendant parentes, ac do  
mini, ne omnino cogant suos vni confiteri, ne forte vere  
cundia occupati tali confessario non audeant confiteri in  
tegre.

A tegrè. Sed iam ostendamus, vt huic obiectioni faciamus satis, quo pacto præcepit hoc graue nō sit, nec villo modo sit durum, quod homo hic nouerit peccata mea. Hoc plane tibi durum apparet, quod existimationem, ac honorem amittere te credis apud hominem ictum, cui conteris: quod si manifesta ratione tibi ostenderem, nihil honoris, aut existimationis tuae perdere apud hominem hanc, leue imo suauissimum tibi redderetur præceptum: hoc. Sed hoc tibi ostendam, & amplius aliquid, quo dulcissimum reddatur hoc mandatum, quod non solum honorem, ac estimationem non amittas, verum augeas ac multiplices corā hoc confessario, cui turpis simia peccata dicis, & eo plu-

B ris ab eo ducaris, quo grauiora confitearis crimina, & cū volueris ab aliquo dignigi singulari affectu, plurimi duci ac in honore haberi præcipuo, confessionem generalem totius vitæ cum eo facias, & vniuersa crimina tua ei aperis, sic enim illud, quod dixi, consequeris. Sed aīs paradoxā videtur, quod ingentia crimina ego huic dicam, & propterea ab illo in honore habear. Mirabile profecto id est, sed ut illud credas, primum audi Deum ipsum id afferentem Ecclesiastici. 4. Pro anima tua ne confundaris dicere uerum, est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam, & gratiam. Mirabile profecto est, confusione esse adducentem gloriam honorem, ac gratiam & benevolentiam, sed ea est confusio eius, qui pro anima sua dicit uerū

C in confessione. Sed quo pacto id fieri possit interrogas? Primum dico, à natura insitum homini est, vt auditis per ruin, visis multum moueat. Si nūc audias in quodam bello cedisse milia millium hominum, nihil commoueris, si autem coram te occidatur homo unus, horres multum, quia hoc visu, illud auditu tenes. Ita cum multa, ac ingentia crimina mihi confiteris, illa ego solo auditu teneo, at vero poenitentiam, dolorem ac humilitatem tuam oculis perspicio, & ideo magis ista me mouent, vt te magni ducam, quam illa, vt te despiciam. Secundum vero adiungam, quo plenè dubitatione tuae fiet satis. Adeo eximia res ista est, adeoque mirabilis, quod poenitens nihil existimat.

Eccles. 4.

## Concio II.

tionis amittat, imo illam amplius augeat, ut id altiori causa tribendum sit. Sed quae nam illa est? Credo euidem, diuinum hoc esse opus, diuinam prouidentiam, ac quasi miraculum à Deo, qui id efficit, ut verus pœnitens coram confessario nihil honoris amittat, imo augeat, quod si Deus id velit, potest, quia non est et impossibile omne uerbum

*Luc. 1.* Psal. 134. & omnia, quæcunque uoluit, fecit in cœlo & in terra. Sed qua

*ratione* Deus id vult, & qua item probabimus Deum id velle efficere? Sane ut impleat ille verbum suum, quo dixit. *Omnis qui se humiliat, exaltabitur:*

Qua verba singulari, ac principia ratione in confessione locum habent, in qua propter Deum homo se humiliat maximè, dicens de te abieci illisima, & ideo tunc exaltari oportet à Deo in corde confessarij, ut pluris ducatur ab eo, fiatque in corde ministri Dei, quod in corde Dei sit. Coram Deo manifestum tibi est, nihil te honoris amittere, quod peccata confitariis grauiissima, imo manifestum est, ob eam causam à Deo in honore haberis. Id ipsum vult Deus in corde confessarij effici, humilias, ac decicis te, cum confiteris, & eo plus te humilias, quo grauiora delicta dicis, dum tu mititis manum tuam, ac curas te deicere, Deus te exaltat, quis obsecro tandem præualebit? cuius opus stabit Dei, an tuum? Tandem superabit Deus, & exaltatus relinqueris, non deiectus. Hoc vero Dei opus colligere poteris ex alijs eius operibus, quibus hanc veritatem comprobavit, qui se humiliat exaltabitur. Attende quid cum Christo Domino factum sit, humiliatur ille assumpta humana natura in utero virginis clausus. Exaltatur à Patre, ornatur natura illa imminensis gratiis, & virgine, ac tali virgine ei in matrem concessa. Natus humiliat se positus in præsepio, sed à Patre exaltatur missis pastoribus, ac regibus, qui eum adorent. In circuncisione deiicitur, sed nomine Iesu decoratur. In baptismo se humiliat, sed paterno testimonio filius eius declaratur. In passione nouissimum se virorum exhibet, sed à Patre exaltatur, cum sol obscuratur, & petræ scissæ sunt, & velum templi diuisum. Humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem

crucis

**A** crucis, propter quod Deus exaltauit illum. Hoc ipsum in vita sanctorum omnium videre est, illi enim se se humiliauerunt, ac deiecerunt, Deus vero exaltauit illos. Id ipsum tecum sit in confessione, humilias te, exaltat te Deus, & quod plus te deiicis grauiora confessus peccata, eo plus exaltaris a Deo, tum coram ipso, tum etiam coram confessario.

Quia vero nimium Deo placet humilitas, non haec solum humili consitenti Deus tribuit, ut exaltetur, verum & alia multa, inter quae illud silentio prætereundum non est, quod propter eam, quam exhibes humilitatem, concedit Deus in sacramento hoc miram animi pacem, ac quietem, qua in pace in id ipsum dormiat homo, ac requiescat. In-

**B** qua conscientia inquieta est, ac timida. Vnde Sapiens: Cum sit timida nequitia, semper praesumit saeva perturbata conscientia, ex quo illud efficitur, quod Isaia ait. Non est pax Isai. 57. impius: Dicit Dominus, sed cor impij quasi mare seruens, quod quiescere non potest, quia perpetuo verme corroditur. Exhibit beat nunc peccator plura bona opera, non quiescit eius cor. Doleat de peccato, ac conteratur, adhuc non plene quiescit. Si vero confiteatur, tunc securus redditur, tunc impletur illud Pauli: Iustificati ergo per gratiam ipsius pacem habemus ad Deum, & huius ratio est, quia nouit homo, sacramentum hoc supplere defectus poenitentis, & deinde voluit Deus priuilegium hoc concedere huic sacramento propter humilitatem consitentis, ut habeat hoc signum

**C** sensibile diuinæ gratie, quod mentem securam, ac pacatam reddat, quia licet certa omnino non sit de remissione peccati, tamen conjectura magna illam tenet, & ideo quiescit mirum in modum. Impleturque illud Psalmi: Auditui meo dabis gaudium, & letitiam, & exultabunt ossibus militia. Auditui enim datur hoc gaudium, cum absoluti nem sacerdotis percipit. Tunc etiam illud Psalmi impletur: Quantum distat ortus ab Occidente, longe feret a nobis iniquitates nostras. Cum enim scriptum sit, humilem spiritu suscipiet gloria, mirum non est, si humiliatio in confessione peccatori hac a Deo gloria tribua-

## Concio II. ob

tū, tū simonum conscientiae, quām Paulus dicit gloriam A  
1. Cor. 1. nostram, hęc ēt gloria nostra, tēsimonum conscientie no-  
strę.

Orig.  
Simile.

Origines in illud Psalmi. 37. Quoniam iniquitatem meam  
annuntiabo, cogitabo pro peccato meo, ait, Pronuntiationem  
iniquitatis confessionem esse diximus sāpe. Sicut enim  
qui intus habent escam indigestam, aut humorem malum  
donec vomuerint, non relevantur, sic qui celat peccatum,  
donec confessione illud annuntiet, & vomat, non quies-  
cit, cum vero illud confiteretur, quiescit. Addit Origenes,  
lex ista dura non est, quod si esset, sustineri oportebat.  
Dura non est, cum Deus aliud non exigat, quām id, quod  
tum prāstas vi vulnus corporis eures, quod medico osten-  
di oportet. Nec lex censeretur dura, qua caueretur, vt B  
omnis delinquens absolu retur, si culpam fateretur suam  
cum dolore. Quod si dura lex esset, subeunda nihilomi-  
nus foret, qui enim grauiissimo ægrotat morbo, graui in-  
diget medicina, grauiissimum autem peccati mortalis mor-  
bum esse, nos ipsi confitemur, dicentes in confessione:  
Quia peccauimus, licet ergo graue sit medicamen, susci-  
piendum est. Et insuper, quid graue ab homine exigi po-  
test, quod non prāstet, postquam infernum commeritus  
est, vt illum euadat? Quid graue appellari potest, in quod  
infernus commutetur? Peccauit Job: quid faciam tibi o cu-  
stos hominum? quasi dicat, satisfactionem taxa, quod volue-  
ris pete, dum à peccato liber sim. Et Micheas. Nunquid  
dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum uenitris mei C  
pro peccato anime meae? Omnia ergo minima sunt, quæ à  
nobis exigi possunt, vt à peccato limus liberi.

Job. 7.

Miche. 6.

Ex literis annuis societatis accepimus anno. 1584. hoc,  
quod nunc dicam, accidisse. Quidam cum plures annos  
graui in confessione scelera reticeret, perquietem se vi-  
disse narrabat, ardentem in se distringi gladium ad aspe-  
ctum horribilem, se vero perterrefactum sustulisse cla-  
morem, Deoque, vt sibi ignoleret, supplicasse, pro-  
missione facta integrè confitendi. Tunc gladius in vagi-  
nam reconditus est, nec vspiam amplius apparuit. Visi  
fidei

## de Missæ sacrificio.

A fidem fecit accurata vitæ confessio, & è concepta formidine exanimatio tanta, ut tanquam mox expiraturo sacramenta nouissima sint exhibita. Sed ut in confessione pestem vomuit, momento conualuit. Hoc vero in Hispania accidit, in civitate Toleti. Hoc discriben, quod ille vidit, omnibus imminet, qui non rectè confitentur, ad quos omnes Psaltes ait. *Nisi conuersi fuéritis gladium suum Psal. 7: uibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo paruit uasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit.* Ergo omnes integrum confessionem faciant, ne pereant, &c.



## C O N C I O.

De Missæ dñi inissimo sacrificio, & quomodo sit audiendum sacram.

### T H E M A.

*Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. Psal. 4.*

B ORVM omnium, quæ in Ecclesia sunt, altissimum, ac pretiosissimum Milla est, in qua diuinissimum Eucharistie sacramentum conficitur, & Deo in sacrificium offeratur. Et ad hoc ordinantur vniuersa alia, quæ in Ecclesia sunt tam sacramenta, quam omnes cultus, & cetera.

C remoniam. Hinc Paulus. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, Christus uero tanquam filius in domo sua; quæ domus sumus nos.* Sicut ergo vniuersa domus dispositio respicit eundem domum, ad cuius obsequium cuncta ordinantur, ita omnis Ecclesiastica Hierarchia respicit Christum, qui in hoc Sacramento continetur, &

F. 5. sacri-

## de Missæ

sacrificio offertur. Et ad hoc ordinantur reliqua sacramenta, quia finis omnium Christus, sicut & legis. Et præterea, cum finis vniuersorum, quæ in Ecclesia aguntur, sit, animas Deo vnire, quod fit in hoc sacramento vnitatis, dicente Domino: *In me manet, & ego in eo*, manifeste colligitur, finem omnium hic esse. Et tandem missa est compendium, & summa totius Christianæ religionis, & totius vitæ Christi representatio, vt qui eum in terris conuersantem vide-re non potuimus, in missa eius effigiem videamus. Vnde ipse ait. *Hec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Nec alicui mirum videri debet, quod diximus, missam optimum eorum esse, quæ in Ecclesia sunt, id enim, vel aliquid maius manifestis verbis Zacharias prædictis. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & unum germinans uirgines?* Illa dictio eius, si ad Ecclesiam, de qua loquitur, referatur, id significat, quod dicimus, hoc frumentum electorum esse bonum, & pulchrum Ecclesiæ. Si verò ad Deum referas, ut Græca habent, aliquid maius significant, non solum optimum eorum, quæ in Ecclesia sunt, Eucharistiam esse, sed optimum ipsius Dei.

Sed id maximè dolendum, quod restanta parùm nobis utilis reddatur incuria nostra. Si pater negotiatori filio decem millia auri talenta daret, vt negotiaretur, parua adhibita diligentia, maximum reportaret lucrum. Attende diuitias, quas tibi pater in missa dat, vt similis si homini negotiatori, quærentibonas margaritas, plurima tibi acquiras: dat tibi Christum Dominum: Et qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quonodo non cum illo omnia nobis donauit? Donat ergo tibi filium, & omnia illius merita, satisfactionem, & inuestigabiles eius diuitias, vt eorum particeps sis. Ecce, quæ quotidie in missa accipias. Sed quæ lucra reportasti? Es ne de illis, de quibus Paulus ait. *Quoniam diuites facti estis in illo in omnib[us] gratia?* Si ditissimus non es, proculdubio negligenter tua id factum est, inscius, negotiandi es, cum enim habeas infinitos thesauros expositos negotiationi, multum illis lucrari

Ioan. 6.

Zach. 9.

Rom. 8.

1. Cor. 1.

B

C

C

A lucrari posses, si curam adhiberes. Sed ait, quomodo ergo negotiabor, & quo pacto tanto sacrificio utar in maximum profectum?

Ex Concilio Tridentino sessione sexta plurima eorum, quæ dicenda sunt, decerpemus. In missa duo sunt præcipua, sacrificium, quod Deo offertur, & communio, qua Christi corpus percipitur. Reliquum enim nobis Christus est in hoc sacramento, tam in animarum nostrarum cibū, tam in iuge Ecclesiæ sacrificium. Sicut agnus Paschalis offerebatur tanquam sacrificium, & certis ceremoniis manducabatur ut sacramentum. Christus tanquam sacramentum prodest sumentibus, tanquam sacrificium his, pro qui bus offertur.

Cōc. Trid.

B Sed nunc de sacrificio agendum nobis est. Quid ergo est sacrificium? Lato vocabulo omnia bona opera sacrificia dicuntur, ideo Psaltes ait. *Sacrificium Deo spiritus contributatus.* Et Paulus: *Beneficentie, & communionis nolite obliuisci, italibus enim hostiis promeretur Deus.* Hostias dicit bona opera. Sic etiam lato vocabulo omnes iusti sacerdotes dicuntur. Et ideo in Apocalypsi, aiunt: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes.* Tamen propriæ sacrificium est, sacrum aliquod facere cum oblatione in ordine ad Deum.

Psal. 50.  
Heb. 12.

Ita Diuus Thomas. 2.2. quæstio. 85. articu. 3. & quæst. 86. artic. 1. Et sacerdos est ille, qui deputatur ad hæc sacrificia Deo offerenda. Vnde Paulus. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum.*

Apoca. 22.  
D.Tho.  
Hebr. 52.

C In lege naturæ, & scripta plura fuérunt sacrificia. In lege noua hoc unum est sacrificium, pro omnibus sufficiens, & omnia continens, quod iuge sacrificium appellatur à Daniele. Et de eo Malachias ait. *Repudiatis veteribus sacrificiis, non ideo sine sacrificio ero.* Magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus, & in omni loco sacrificatur, & offeritur nomini meo oblatione munda. Quæ verba omnes sancti, & Concilium Tridentinum de missa expllicant. Cum enim naturale præceptum sit, aliquid Deo offerre pluribus rationibus, ac nominibus: etiam in lege gratia offerendum erat sacrificium, & omnium maximum, & quod

Daniel. 8.  
Malac. 1.

## De Missæ

Psl. 71.

& quod omnium esset consummatio. De quo præclare va  
ticinatus est David, cum ait: Et erit firmamentum in terra in  
summis montibus, quo loco Hebræa habent, & erit placenta  
tritici, vel memorabile triticum in capitibus sacerdotum,  
in huius loci explicationem multa diximus secundo to-  
mo Concionum, in festo corporis Christi.

August.

Sed inquiris, quodnam munus hoc est, quod Deo in  
Missa offertur, & quorsum offertur, & quomodo à me of-  
ferti debet, cum Missæ intersum? Cum id explicatum fuē  
rit, patebit, quo pacto audienda missa à fidelibus sit, ut plu-  
rimi in fructum percipient. Ut id explicemus, attendenda  
est doctrina Augustini, 10. de Ciuitate, ca. 20. Quotidia-  
num volait esse hoc excellentissimum sacrificiū, quod est  
omnium sacrificiorum consummatio, & quod omnia sa-  
crificia antiqua significauerunt, sicut multis literis vnam rē  
significamus, & quod omnia continet virtute. Vnde hoc  
unicum sacrificium est sacrificium laudis, gratiarum actio-  
nis, expiatorium, & satisfactorium pro peccatis, & imper-  
tratorium in omni necessitate spirituali, & temporali pro  
viuis, & defunctis. Ita tradit Concilium Tridentinum, ses-  
sione. 6. ca. 1. & 2. & canone. 3. Sed quomodo ista peragē  
da sunt ab eo, qui sacrum audit, sicut ea peragit sacerdos ce-  
lebrans, nobis sigillatim explicandum est.

Primò debetur Deo sacrificium laudis, quia in se insi-  
nitè bonus est, eumq; debemus profiteri Deum nostrum,  
optimum, potentissimum, ac omnino perfectum, nos ver-  
o creaturas, ac opera manuum ipsius. Sicut regi debetur  
tributum, quia rex est. Hinc Psaltes: Deus mens est tu, & con-  
fitebor tibi, Deus meus est tu, & exaltabo te. Tributum laudis,  
& subiectionis omnino debitum Deo est. Qui ergo missæ  
adest, primū audiat, quę voce clara sacerdos dicit, eo enim  
sic dicuntur, vt à circumstantibus audiantur attentè, ac  
deuotè. Quibus auditis, cum sacerdos submissa voce loqui  
tur, cogitet, quod licet sacerdos præcipue offerat illud sacri-  
ficiū, ipse tamen etiam offert illud. Ideo enim sacerdos  
ait. Orate fratres pro me, ut meum, ac uestrum sacrificium ac-  
ceptabile fiat, &c. Et in Canone ait. Vel qui tibi offerunt.  
Ad

- A Ad eum modum, quo plures scripturam aliquam faciunt, & superior illam primum confirmat, deinde reliqui: vel si-  
cūt cū plures legati simul legationem deferunt, & uno loquente, reliqui cōsentient. Ita se habet sacerdos, & mis-  
sam audientes. Primum ergo offerre debes Patri Christū  
in laudis sacrificium. Quoinodo verò id tibi agendum sit,  
ostendam. Memorare Dei tui, & dic animæ tuæ, quis es  
Deus tuus? Considera, quod rex vniuersæ terræ sit, infi-  
nitè bonus, ac potens. Gaude verò, & delectare in Deo  
tuo, quia ita bonus, & perfectus est, & ei cōgratulare, quia  
infinita possidet bona. Hic actus est præcipuuſ charitatis  
aetus, & summi meriti, & similiſ beatorum charitati, qui  
plus de diuina gloria gaudent, quam de propria, & ideo  
B diuinam bonitatem, ac gloriam decantant, non propriam,  
dicunt enim: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus. Et di-  
grus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, Apoc. 3.  
& honorem, & gloriam. Sit tibi laborum tuorum solatium,  
quod Deus tuus sine ullo labore est. Delectare ergo in Do-  
mino, & dabut tibi petitiones cordis tui, ut Psaltes ait. Ex cha-  
ritate enim hoc procedit, & ideo sancti multis verbis am-  
plificabant Dei laudes: Magnus Dominus, & laudabilis nimis,  
& vniuersas creaturas vocabant, ut Deum benedicerent. Psal. 47.  
Benedicite omnia opera Domini Domino. Cum verò Dei maie-  
statem, ac bonitatem inspexeris, oculos ad te conuerte, &  
attende, te illius esse facturam, opus manuum ipsius, qui  
ideo teneris ei subdi, & tesubditum profiteri. Et tunc Deo  
C tuo dic. Agnosco te Deum meum infinitè bonum, & me  
opus tuum, & ideo indignitatis tuæ, ac excellentiæ mani-  
festationem offero tibi filium vniigenitum, qui dignum mu-  
nus est maiestate tanta, nihil enim dignius offerri pote-  
rat. Reliqua sacrificia laudis, non plane Deum laudabant,  
minora erant multis partibus dignitate eius, cui offereban-  
tur. At verò sacrificium hoc nihilo minus est eo, cui offer-  
tur, & qualis enim est genitus genitori, & qualis est diuinæ  
maiestati, cui offertur. Et ideo non potest non acceptū esse  
imò propter se acceptū, & reliqua propter istud, & hoc reli-  
qua respiciebat tāquā figura, & ideo acceptabatur à Deo.

Secundo

## De Missæ

Secundò debetur Deo sacrificium gratiarū actionis pro A  
innumeris ab eo acceptis beneficiis. Sicut enim cum ab ali  
quo multa beneficia accepisti, vngeris cura ei offerendi mu  
nus aliquod, quo videaris non ingratus benefactori, ita cū  
à Deo innumera bona recipiamus, sollicitos nos esse oportet,  
quomodo ei gratū aliquod munus offeramus, sic Psal-

Psal. 115. tes afficiebatur, cum diceret: *Quid retribuan Domino pro omnibus, quæ retribuit mibi.* Et Micheas dicens: *Quid dignum offeram Domino?*

Animus gratus, & memor beneficiorū Deo placet, ac ab eo magna recipit. Animus vero ingratus, & acceptorum in memor odibilis est Deo, & hominibus, & exiccat fontem misericordia. Cauendum ergo tibi est, ne

Psal. 105. de illis sis, de quibus David ait: *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuérunt memores multitudinis misericordie tue.* Sed potius dic cum Psalte: *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius.*

Attendens ergo innumera Dei tui beneficia, à quibus omni- B

Genes. 32. no superatus es, dic cū Iacob: *Minor sum cùt i miseracionibus tuis.* Modus enim gratificandi esse solet, cum quis superari

Miche. 6. se agnoscit à beneficiorum magnitudine. Quod sic cum Mi- chea interroges. *Quid dignum offerā Domino?* & cum Tobia:

*Quid dignum esse poterit beneficiis eius?* Dabo tibi aliquid di- gnūm, quod tanti pretij sit, vt minus non sit, quam omnia

quæ à Deo recepisti, etiam si inter illa numeres filium tibi datum. Sed quid hoc erit? Certè ipse filius, qui in altari est, C

vt eum offeras patri in sacrificium gratiarū actionis. Hoc verò sacrificium sic tibi offerendum est, vt nunc ostendam. Postquam primū, quod superius dixi peregisti, post

quam qui sit Deus in se considerasti, & ei in sacrificiū laudi Christum obtulisti. Considera, quis tibi Deus tuus fue- rit, & videlis, quod ille qui sibi, & in se infinitus est, tibi

quoq; infinitè bonus est, & innumera in te contulit bene- ficia, memorare, quod te de nihilo cōdiderit, quod homi- nē tecerit, quod in Ecclesia constituerit, cum plurimi extra illam nati sint, quando tu natus es, quod sacramenta dede- rit, quod peccata remiserit, quod innumera alia bona for- tunæ,

**A** tunx corporis, & gratiae tibi dederit, & gratias pro omnibus reddet, agnoscens ab eius bonitate ea emanasse. Et statim dic. Pater æterne, pro vniuersis his muneribus offero tibi filium tuum, qui tantus est pretij, ut æquet vniuersa beneficia tua, etiam si inter illa numeres te ipsum mihi datum.

Tertio debetur Deo nostro sacrificium placationis, & expiationis pro peccatis, & eorum poenit. Lex fuit iniuriosa, quam Paulus ostendit: *Sin sanguinis effusione non fit remissio.* Remittebat olim Deus peccata, & eorum poenas, & propitijs erat hominibus, cum ei sacrificia offerebantur, sed non propter sacrificia illa, quid enim erat in eis, quod Deo placere posset: fides ergo mediatoris, & virtus sacrificij Christi, quod illa figurabant, efficiebat, vt grata essent Deo. Hinc infert Paulus: *Si sanguis hircorum, & vitulorum, & cinis nitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis,*

Heb. 9.

*multò magis sanguis Christi, qui semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis.* Nunc ergo ad nostra veniamus. Quando quisquam grauiter læsat alium, curat, si eius amicitiam desiderat, & peccative niam, aliquid ei gratum offerre, quo læsus iniuriam remittat, & offendori reconcilietur. Sic Jacob dixit: *Placabo eum muneribus.* Ita cum nos in Deum grauiter peccauerimus, vt ei reconciliemur, indigemus sacrificio. Christus verò sacrificium est expiationis. Hoc enim facto ( ait Augustin.)

Genes. 32.

August.

solent serui delinquentes veniam consequi, si charissimos filios dominis obiiciant, quibus ira mitigatur. Sic orabat

Psal. 83:

Psal. *Respice in faciem Christi tui.* Hoc ergo sacrificio missæ auferuntur poena peccatorum, etiam ex opere operato, & venialia remittuntur, etiam quoad culpam. Et demum auferuntur peccata mortalia, non quidem ex opere operato, vt aliqui putauerunt, sed per modum impetrationis, quia impetrat à Deo cōversionem peccatoris, multo magis quā alia oratio. Hinc Concilium Tridentinum capit. 2. ait.

Conci. Tri.

Huius oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum penitentiae concedens, crimina etiam, & peccata ingentia remittit. Et ideo in tuam, & aliorum conuersionem impe-

24 de Missæ

impetrandum, utilissimum est, missæ sacrificium offerri. A  
Cum verò missæ ades, ut hoc pro peccatis sacrificium of-  
fers, id agere debes, ut postquam secundum, quod supe-  
rius diximus, feceris, postquam vidisti, qualis Deus tibi  
fuerit, attendet tertio loco, qualis tu Deo fuēris. Et in memo-  
riam reuoca peccata tua innumera in genere, & effunde  
super ea lachrymas cordis, dolens, quod Deum offende-  
ris. Et statim ut Deum placare possis, placa cum munere  
dato ingenti, offer illi Christum, eius merita, ac satisfactio-  
nem, plus ille Patri placuit, quam tu displicere potueris, &  
vniuersus mūdus. Dic ergo Patri. Indigans ego venia sum,  
peccavi super numerum arenæ maris. Sed ecce filium tuū,  
quem mihi dedisti, tibi offero, qui plus tibi placuit, quam  
ego displicui, maiora eius merita quam peccata mea. B  
maior longe illius obedientia inobedientia mea, eius humi-  
litas quam superbia mea, pro malis meis eius bona fuscipe,  
quaæ mea sunt, quia mihi ille donat. Ecce verum sacrificium,  
quod delere potest vniuersa peccata, quia plus illud  
placet, quam omnia illa displiceant.

Quarto demum offerendus nobis Christus est in sacri-  
ficium impetratorum omnium bonorum spiritualium, &  
corporalium, quia ille pretium est omnium, quæ à Patre  
obtinere contendimus. Solet, qui beneficium aliquod ab  
alio impetrare desiderat, muneribus datis eius voluntatem  
lenire, ac disponere, sic ergo Patris aeterni voluntatem cu-  
ratibi conciliare Christo oblata, ut nihil tibi neget eorum,  
qua petis. Sed obsecro, qui gratis, & sine ullo pretio innu- C  
mera bona concedere solet, qui pro minimis maxima do-  
nat, quid tibi negabit Christum offerenti? Obtulit Abra-  
ham filium, & continere se non potuit, quin diceret: Bene-  
dicens benedicam tibi, & multiplicabo, semen tuum sicut stellas  
celesti, quid negabit offerenti Christū? Quid amplius Ecclesiæ  
dari potuit, ut confidenter vniuersa peteret, quam Chri-  
stus, quem offerat in eorum pretium, quaæ petit: Non enim  
peti à Deo potest res, quaæ majoris pretij sit, quam id, quod  
ei offers. Solet subditus principi offerre munus, & plurima

Genes. 22. 3. Reg. 10. ab eo recipit. Obtulit Regina Sabba Salomoni pretiosa,  
sed

- A** sed recipit multò plura. Plura à Patre recipere nō possumus, quām sit id, quod ei offerimus, cum filium sacrificāmus, quid ergo ab eo non accipiemus? Sed quomodo sic à nobis offerendus Christus sit, videamus. Postquam tria superius dicta perfeceris, memor esto necessitatum totius mundi. Primum memor esto Ecclesia Catholice. Sicut enim natura magistra partes corporis sui oblita ad totius defensionem se exponat periculo: ita gratia docet primum attendere necessitatibus Ecclesia: & ideo sacerdos primum ait in Canone. In primis pro Ecclesia tua sancta. Et Paulus ait: Obsecro igitur, primum I. Tim. 2. omnium fieri obsecrationes, orationes, petitiones, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & his, qui in sublimitate constitutis sunt. Et ideo secundo loco orandum est pro prælatis, & maioribus, vt eis satissimam pro cura, quām in nos habent, Deinde pro amicis: Orate pro inuicem, ut saluemini, ait Iacobus. Deinde pro inimicis, sicut Christus ait: Orate pro per sequentibus uos, qua est gratissima Deo oratio, qua eius venari voluntateim, vt tibi reliqua concedat, sicut etiam Christus fecit in Cruce. Demum pro animabus purgatorij: & tandem pro te ipso, vt tibi bona spiritualia, & temporalia, quae utilia sunt concedantur. Et inuicta ista à Deo pte offerens ei Christum in pretium. Sed forsitan, quomodo unicum sacrificium ad tanta extendi potest obtainenda, & quo pacto toties offerri poterit? Certè si id, quod offertur, Deus non esset, recte dubitares, sed cum infinita sit oblatio, sicut haurire aquā ex fluvio, vel mari potes sine eius diminutione sic immeasitas huīus sacrificij tanta est, vt non solum exhausti non possit, aut vacuari, sed nec parum immittui. Ipse enim est propitatio pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed pro totius mundi. Vir fuit insigni pietate prædictus, qui dicere solebat, video mihi, nihil esse, quod peto, cum Missa sacrificium offero, tanta enim res est, qua Deo offertur, vt nihil reputandū sit omne, quod à Deo petitur. Finge te adfuisse Crucis Christi, quando sanguinem fundebat pro mundo, quando latro exauditus est, si tunc sanguine Christi collecto propter illum dona à Deo peteres, qua obsecro fiducia obtinēdi pustulares? Hac fiducia in Missa tibi petendū est, idem enim sacrificiū ibi offeratur:

## De Missæ

fertur: idein sanguis, eadem merita Deo proponuntur. **A**  
Exemplum: Exempla quam plurima memoriarum tradita sunt à Sanctis, & Doctoribus, quibus facile ostenditur, innumera à Deo cōcessa beneficia his, qui Missæ sacrificio deuotè intersunt. Sed unum in Hispanorum historia propositū non reticebo. Erat Comes Castellæ Garsias Fernandez filius insignis Comitis Ferdinandi Gonçalez in oppido, qui nūcupatur Santisteuan de Gormaz. Venit contra eum in pugnam Rex Cordubæ nomine Almançor cum ingenti Maurorum exercitu. Decreuit vero Comes Castellæ in crastinum pugnam inire cum Mauris. Sunmo ergo mane Comes cum suis sacro auditio in pugnam prodiere. Sed inter nobiles milites, quidam erat, qui dicebatur Pascual Viudas, cui tanta inerat à multis annis affectio ad Missæ sacrificium, ut cum semel in Ecclesiam intrasset, ab ea non exiret, donec omnes Missas, quæ in illa celebrabantur, audiret. Hic ergo solus armis circundatus in Ecclesia, quæ duuo Martino sacra erat, māsit, donec octo Missæ celebratae sunt, is enim numerus sacerdotum religiosorum in ea erat domo. Minister vero eius ante Ecclesiæ ianuam erat tenens Domini sui equum, lanceam, & scutum, & incusabat Dominum, quod ad pugnam non prodiret. Reportata insignis victoria à Mauris est, sed omnibus visum est, solū Pascualem Viudas eam obtinuisse, quia ille vexillum Maurorum prostrauit, & antesignatum eorum occisiit, & plurimos alios, ita ut ei soli victoria tribueretur, cū ille in Ecclesia fuisset, nec pugnasset, pugnauit vero eius loco Angelus Dei, in eius figura. Parta victoria Comes Castellæ accersiri iussit Pascualem Viudas, ut ei gratias referret pro obtenta victoria. Ille vero in Ecclesia erat, nec præ pudore ad Comitem venire volebat. Adductus tandem est, apparueruntq; in armis eius, & equo ictus, & vulnera, quæ visa fuerāt in eo, qui eius personam suscepérat in prælio. Ex quo omnibus manifestum factum est, propter viri illius singularem deuotionem ad Missæ sacrificium Angelū loco illius pugnasse, ac hostes profligasse, quia tunc penitus deuicti Mauri fuere, cū octaua Missa finita fuit. Sicut ergo audiente illo sacrum, Angelus eius personam suscepit, & melius pugnauit, quam ille pugnasset: ita audiente te deuote

A deuote sacrum, Angelus negotia tua geret, melius quam tu.  
 In literis annuis Societatis Iesu anni 1583. ex Francie  
 prouincia literis fuit mandatum, quod in Biturica infantulis  
 erat tenebris in matris haeretica brachiis ubera fugens, qui  
 clara voce clamauit: Missam, Missam, eamque rem admirata  
 mater haeretica, puerum ad Catholicorum templum detulit,  
 & concioni, quae habebatur interfuit, & mox reiecta haeresi,  
 fidem Catholicam suscepit. Multi profecto pueri contra se-  
 gnes, & otiantes parentes hoc modo clamitare possent, Mis-  
 sam, Missam, quae contemptui nunc habetur, quia frequens  
 est, cum id summae Dei misericordia nobis coedatur, ut om-  
 nibus ad manum adsit.

B Dicimus de Missæ sacrificio, restat dicendum de communione, & Eucharistiae perceptione, quæ ad Missam pertinet. De sacramentali quidem, duas seorsim conciones statim proponemus, in quibus ostendemus, qua preparatione, & qua frequentia ad Eucharistiae sacramentum sit accedendum. Nunc ergo dicamus de spirituali communione, quæ semper peragenda est, dum Missæ adsumus, estej; ultimum eorum, quæ ad Missæ tractatum pertinet. De qua Concilium Tridentinum Sessione 6. cap. 8. ait. Illi spiritualiter communicant, qui voto cælestem illum panem edentes fide viua, que per dilectionem operatur, fructum eius, & utilitatem sentiunt, Quemadmodum cum in temporio vides multa preiosa, quæ concupisces, & ait intra te, quis nunc plures haberet diuitias, vt illa, & illa sibi coemeret, ita cum in Missa videoas Christum Dominum. Qui est totus desiderabilis, in quo omnes thesauri sunt. Dicere debes, o Domine, quis te nunc suscipere posset intra se, non quidem resuscipio, quoniam paratus non sum, nec dignus hospite tanto, at suscipio te desiderio, veni tu in animam meam donis nouis mihi concessis, iam quod non datur, vt in corpus venias. Quia Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum, sed inde dic uerbo, & sanabitur anima mea. Traditur in Euangelio dupliciter Christum bona sua hominibus communicasse, aliquando namque in dominum diuertebat eorum, quibus misericordiam præstabat, vt in dominum Zachæi, & Archisynagogi. Aliquando, licet non

Conc. Trid.

Cantic. 5.

quæ concupisces, & ait intra te, quis nunc plures haberet diuitias, vt illa, & illa sibi coemeret, ita cum in Missa videoas Christum Dominum. Qui est totus desiderabilis, in quo omnes thesauri sunt. Dicere debes, o Domine, quis te nunc suscipere posset intra se, non quidem resuscipio, quoniam paratus non sum, nec dignus hospite tanto, at suscipio te desiderio, veni tu in animam meam donis nouis mihi concessis, iam quod non datur, vt in corpus venias. Quia Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum, sed inde dic uerbo, & sanabitur anima mea. Traditur in Euangelio dupliciter Christum bona sua hominibus communicasse, aliquando namque in dominum diuertebat eorum, quibus misericordiam præstabat, vt in dominum Zachæi, & Archisynagogi. Aliquando, licet non

## De Missae diuinissimo sacrificio.

adueniret, præcipiebat, ac verbo salutem conferebat, vt accidit Regulo, Centurioni, & Chananea. Ita non solum Christus communicat bona sua iis, qui re eum participant, (licet his magis præstet propter opus operatum) sed etiam iis, qui voto eum suscipiunt, quia magni meriti ætus ille est. Sicut enim optimum est Eucharistiam sumere, ita & illam desiderare, quia eiusdem speciei est ætus, & eius desiderium.

Ex quibus primùm collige, qua deuotione, ac reuerentia ad Missam accedere debeas, nec breui temporis interuallo peragenda tibi esse, quæ ibi acturus es, cum vniuersum mundi remedium exorandum sit, seria, & longa oratio necessaria est, ut res grauissimæ obtineantur. Hinc etiam colliges, an vano colloquia miscenda sint, dum Missa dicitur, an vana conspicienda. Attende Christi zelum, quo flagello facti vendentes de templo eiecit, qua ergo reuerentia volet in nostro templo conuersari? Domus mea domus orationis est. Cogita ergo ô homo cum ad Missam accedis, innumeros cum Sacerdote Angelos prodire, vt Chrysostomus ait 3. libro de Sacerdotio, & in conspectu Angelorum tibi cum eis psallendum. Attende Christum ad manus sacerdotis venire, qui eum suscepit à Patre nomine omnium, qui adstant: tibi ergo Christus ibi datur, tuus est, vt tanquam diuitiis tuis negotiari possis, offer ergo eum tanquam tuum Patri in sacrificium laudis, gratiarum actionis, propitiationis, & obtentionis, vt bona innumera recipias, & voto, ac desiderio eum suscipere desidera, sic enim ex una Missa ditifimus euades, & omni dono cælesti, & gratia repleberis, &c.

C O N-

Chrysost.  
libr T 1080

A



## C O N C I O.

De præparatione, quæ ante Eucharistia sumptionem adhibenda est, & de gratiarum actione post communionem.

## T H E M A.

B Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. I. Corinth. II.

**E C T E** Nos Paulus monet, sicut & admonuerat Sapiens: *Quando federis, ut comedas cum principio, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam.* Quibus verbis primum nos admonet Sapient, ut in principiū conuiuīus moderati, ac temperati simus. Sed Augustinus mysticè hæc verba exponit tract. 47. in Ioannem, & 84. vbi sic habet. *Quæ mensa est potentis, nisi unde sumitur corpus, & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis?* Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? Et quid est considerare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, nisi dignè tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manū, sciens, quia talia te oportet præparare, (hæc verba desumit Augustinus ex Septuaginta translatione) nisi quod iam dixi, quia pro nobis Christus animam suā posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere? Ut hæc rectè intelligentur, opus est gratia, quam Mariæ precibus nobis concedi postulemus: *Ave Maria.*

Chrysostomus in homilia ad populum Antiochenū ait, si Christus nos attenderet, & non infinitam suam bonitatem, iam à nobis abstulisset diuina sacra menta: dignosq; nos hac poena efficiamus, & sacramentis indignos, dum ea suscipiemus.

G 3 tes

## De præparatione

tes minus dignè , & illa & Christum traducimus , & quantum in nobis est fama priuamus . Quoniam ille de sacramentis suis mirabilia dixit , & effectus maximos promisit : quos tamen mundus non videt , non propter sacramentorum exiguum vim , sed propter nostram in eis sumendis negligientiam . Si nunc ad hanc ciuitatem medicus aduentasset , qui diceret , potentissimas ab ipso confectas medicinas deferri , quibus nulla negotiatio sanatur : aliqui vero infirmi eis suscepisti nihil proficerent , quia non debite eis vtuntur , vt medicus præcipit , sed cibis noxiis comeditis medicinarum virtus impeditur , iure , ac merito medicus de negotiatis hisce conquereretur , diceretq; eos infamare tum ipsum , tum illius præclara medicamenta , quorum vis non cernitur , quia ipsi eis vtuntur male . Magnus de caelo venit medicus , quia magnus in terra iacebat a grotus , vt Augustinus ait . Medicamina illius sacramenta sunt , in quibus sui sanguinis virtutem reliquit , & in Eucharistia ipsum immet sanguinem . De his sacramentis , & præcipue de Eucharistia mirabiles prædicant effectus , hos autem s. epius non experimur , non ob medicinæ debilem vim , sed quia inordinate eam sumimus , nec conuenienter suscipimus . An non merito Christus dicere poterit , propter vos nomen meum blasphematur ? Quid enim dicat Ethnicus , videntes medicamina hæc ea non efficere , quæ Christus dixit , nisi impostorem eum fuisse , ac seduxisse turbas ?

Huius rei exemplum præcipuum in Eucharistia videre licet : de qua tanta Christus dixit , vt omnibus sint admirationi . Audi dicente : Sicut misit me uiuens Pater , & ego uiuo propter Patrem , & qui manducat me uiuet propter me . Quibus verbis vitam suscientis corpus ipsius confert , cuim vita diuina , quam ille à Patre suscepit . Addit vero : Qui manducat meam carnem , & in me manet , & ego in eo . Vbi quæsto cernitur hæc diuina vita in suscientibus Eucharistiam ? Aut ergo Christus vera non dixit , aut tu non accidis , vt par est : primum esse non potest , est ergo secundum . Videamus ergo , quo pacto sit accedendum , vt Christi promissio nobis non sit inanis ,

Ad huius

Simile .

August.

Ioan. 6.

## Ad Eucharistiam suscipiendam. 52

A Ad huius expositionem notandum est, quod licet sacramenta mutuo se in aliquibus excedant, sed absolute, ac simpliciter Eucharistia reliqua omnia excedit, quia in ea est Christus realiter, in reliquis sola virtute, ac representatione. Ex quo sequitur in hoc sacramento copiosius gratiam participari, quia sicut ignis, quod propinquior est, eo magis calefacit, & omnis causa approximata efficit amplius: ita Christus, qui in hoc sacramento propinquior nobis est, ampliorem gratiam tribuit. Reliqua sacramenta gratiam tribuunt, sicut stellæ lumen, quod à Sole recipient, Eucharistia tanquam Sol. Et ideo de hoc sacramento maxima Christus dixit. Et sicut bona gloria, quæ deriuantur in animam ex

B vniione illius cum Deo, superant omnem cogitationem: ita bona gratia, quæ procedunt in animam ex vniione eius cum Christo in hoc sacramento, excedunt hominis ingenium. Inde Ecclesia in Missa ait: Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus, et sanguinem sumperimus, omni benedictione celesti, et gratia repleamur. Hoc autem in eo efficitur, qui debite accedit, qui se prius probat.

C Ex quibus sequitur prior ratio præparationis nostræ ad tantum suscipiendum sacramentum. Si enim secundum dignitatem hospitis suscipiendi in domo, solet domus præparari, ac coniuvium parari, quæ cura, ac præparatio licet maxima sit, non erit minima, si cum hospite tanto conferatur.

Præparauerat innumeras diuinitias David in ædificium domus Domini, in qua sola arca reponenda erat Christi figura, ac umbra, &c ait: Grande opus est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. Consumpsit deinde Salomon immensos thesauros in eius ædificatione, & plures annos in ea posuit, & ligna pretiosa detulit, & ad fines terra misit, ut aurum electum ei deferretur ad templi ornatum, & postquam templum confecit, quod fuit præcipuum orbis terræ prodigium, minimum quid se fecisse putauit. Vnde dixit: Si enim celum, et celi celorum te capere nō possunt, quanto magis dominus haec, quæ ædificauit. Qui ergo nō Dei arcum, sed Christum Deum, in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, suscepturus est, qui

2. Par. 29.

3. Reg. 8.

## De præparatione

simile.

illius templum futurus , an non ornandus , ac præparandus? A  
Accidit aliquando ut rex habitu mutato in diuersorum nos-  
tete veniat , nec plenè agnoscatur : si tamen liberaliter suscipia-  
tur , benignèq; tractetur , diuitem eum relinquit , à quo est  
in hospitium susceptus . Si verò vulgariter tractetur , nec  
humanè , ac comiter suscipiat , minima relicta pecunia dis-  
cedit . Ita omnino se Deus nobiscum gerit ; mutato habitu  
in hoc sacramento ad nos diuertit , quem si vulgari suscipia-  
mus dispositione , minimam gratiam confert , si verò magna ,  
maximam conferet . Si enim ad regiam liberalitatem , ac di-  
gitationem pertinet , vt dignèsusceptus magna bona conferat ,  
quomodo id ad Dei magnificentiam non pertinebit ? An nō

Deut. 32.

Psal. 123.

Magnificauit Dominus facere cum eis , magnificauit Dominus face-  
re nobiscum ? Si ergo semel magna dispositione Eucharistiam  
susciperes , diues in omnem vitam inde procederes , omni be-  
nedictione , ac gratia repletus .

B

Eccles. 3.3.

Secunda ratio huius præparationis sit , quia summū Chri-  
stiani opus in hac vita est Eucharistiæ suscepitio , qua Deum  
præcipue glorificamus , & nobis maximam utilitatem ac qui-  
timus . Quod si nos admonet Sapiens . In omnibus operibus  
tuis præexcellens es tu . Præcipue id nobis obseruandum est in  
eo opere , quod omnium summum est . Christianæ religionis  
præcipua opera sacramenta sunt , & inter ea Eucharistia ex-  
cedit , bonum enim nostrum in eo situm est , si Christo ut viti  
vniamur , & eius bona participemus , quod in hoc sacramento  
efficitur : ad illud ergo rectè suscipiendum maximè nos præ-  
parari oportet . Hæc inter alia diuersitas est inter sacramen-  
ta , & alia pia opera , quod ex aliis piis operibus solum colligi  
mus fructum secundum mensuram dispositionis , ac diligen-  
tiæ nostræ , & ideo in eis : Qui parcè seminat , parcè et metet , et

C

2. Cor. 9.

qui seminat in benedictionibus , de benedictionibus et metet . vt  
Paulus ait . At in sacramentis ultra eam gratiam , quæ ho-  
mini confertur iuxta mensuram dispositionis , alia confertur  
gratia ex vi sacramenti , quæ dicitur ex opere operato . Si reci-  
tasti , aut ieunasti , attenditur gratia , deuotio , intentio , quibus  
illud opus præstisti , & gratia tibi iuxta illa conceditur .

Si verò

- A** Si verò sacramentum suscepisti , vltra eam gratiam , quæ tibi datur iuxta dispositionem tuam , alia amplior tibi conceditur ex vi sacramenti . Cur verò sacramentis hoc sit concessum priuilegium , diximus in 3. tomo nostrarum concionum , in concione de Communis Abbatis , in fine . Deinde in susceptione Eucharistiae concurrunt opera summa virtutum , fidei quidem , dum tantum credimus mysterium . Spei verò , quia eo suscipitur , vt qui manducat hunc panem , viuat in æternum . Charitatis , quia ad eam pertinet optare vniōnem cum Christo , quæ in hoc sacramento fit . Hic dulces amplexus , & colloquia cum sponso , dum non per interpretem loquuntur , sed os ad os , hic anima Dei possessionem capit ,
- B** hic secreta ad inuicem sibi loquuntur Deus & anima , dum illa mala sua medico dicit , ille doctrina cælesti eam imbuīt : hic vnitur anima tanquam palmes viti Christo , hic eius bona , ac merita participat . Hic opera humilitatis adsunt , dum ait , Domine non sum dignus , hic oratio , & oblatio Christi ad Patrem . Hic deniq; totam se effundit anima in Deum . Cōmunicio ergo supremum cum sit Christiani opus , summa cura , ac diligentia peragi oportet .

Sed interrogas , quo pæcto dignè accedam ad hoc sacramētum ? Diximus aliquid superiore concione , de necessaria dispositione , quam significat Paulus , cum ait : *Probet autē seipsum homo* . Ea verò est sine conscientia peccati mortalis accedere .

- C** Qui absq; hac præparatione accedit , maximum admittit sacrilegium , quod adeo graue est , vt à Thoma , ac Doctoribus in dubium reuocetur , vtrū sit summum sacrilegorum , ac peccatorum , quoniam verbis sic excedentibus sancti de hoc peccato loqui sunt , vt eorum sentētia id comprobare videatur . Dehuiuscemodi peccatis ait Heli filii suis : *Si peccauerit uir in uirū , placari ei potest Deus , si autem in Deum peccauerit uir , quis orabit pro eo ?* Quasi dicat , quædam sunt peccata , quæ solū in Deum committi dicuntur , quia contra eius manda sunt , alia verò non solū contra Dei mandata , sed & contra Dei personam exercentur , de quibus difficultè venia obtineri potest , quis enim orabit pro eis ? Licet enim irremisibilia non sint , sed proximè accedunt ad irremissibile peccatum .

1. Reg. 2.

G 5 Qui

## De præparatione

*Simile.* Qui autem indignè communicat, reus efficitur corporis, & sanguinis Domini, contra humanitatem ergo Christi peccat. De tyranno Dionysio inter eius facinora crudelia memoria pro ditum est, aliquando ligasse hominem viuum mortuo, donec mortuus viuum occideret fœditate, ac putredine sua. Christus iam torqueri non potest, sed si torqueri posset, hac re nimium torqueretur, dum ipse viuus alligatur pecca-

1. Reg. 5. tori mortuo. Putabant Philistæi festum se agere Arcæ Dei, dum illam propè Dagon collocabant, sed ea de causa ita iratus Deus est, ut Dagon diecerit, & de loco deturbauerit, & plurimos Philistæos percuesserit, & omnes penitus deleret, nisi sibi consuluisserint arca dimissa. Sed ô Domine, qua de causa sic irasceris, cum tibi honos exhibetur, & festum tibi agitur? Planè dicet, non ego Deus sum, qui iuxta Dagon statuendus sum. Sic qui in mortali accedit ad Euchariz.

**Matth. 26.** Etiam, iuxta peccatum Deum collocat, recteque audiet. Vnde homini illi, per quem filius hominis tradetur. Ut quid enim in dominum tuam Christum ducis, num ut a prope peccata, & abominationes videat. Magnum est malum, peccatum lethale committere, illud vero in confessione reticere, maius est sacrilegium, sed sic ad Eucharistiam accedere, adeo ingens est piaculum, ut pro dignitate explicari non valeat. Recte his di-

**Apoc. 21.** cemus, quod Ioannes de cælesti mensa ait. Foris canes, que enim conuentio lucis ad tenebras, Christi ad Belial? Si vltio diuina defecuit in Balthasar, cuius vas a sancta in coniunctum profanum

D*icitur*. 5. *Quis vult amissum in consilium prelaminum intulit, quantum meretur supplicium, qui Deum ipsum in locum peccato foedatum inicxit? Reste & potiori iure huic di-*

2. Par. 26. cemus, quod Ozia dictum est: Egressus de sanctuario, ne contempneris, quia non reputabitur tibi in gloria. Ratio huius est, ait Chrysostomus, quia sicut debite communicare est supremus religionis actus, ita indebet accedere est ex supremis sacrilegiis.

**1. Cor. 11.** gis. Olim, vt Paulus ait propter huiusmodi peccata plures infirmabantur, & alij è vita decedebant, nunc autem plura malitia corporis, & animæ ea de causa multi incurrūt. Ideò probate ipsum cōfessione integra delictorū, lauate in mari q̄neo potentie, antequā templū ingrediaris Eucharistiā suscepturus.  
**Exod. 39.**

Sed aīs, vellem equidēm ampliōrem prēparationēm, hanc  
enīm

**A** enim iam præstiti. Rectè planè dicis, sicut enim distat cælum à terra, sic distat vna communio ab altera, & fructus vnius à fructu alterius. De gratia, quæ confertur propter opus operantis manifestum est, sed & idem est de gratia, quæ conferatur in hoc sacramento ex opere operato, quæ maior datur, cum maior est dispositio recipientis. Et huius ratio est, quia omne agens agit in paciente disposito, & secundum eius dispositionem magis, vel minus agit, id ipsum verò in sacramentis accidit, quod experientia manifesta comprobat, videamus enim in frequentatibus hoc diuinum sacramentum diuersum admodum fructum, atque profectum, quod ex parte sacramenti esse nequit, quod idem est, sed ex dispositio-

**B** ne suscipientis. Quidam enim, sic ad Eucharistiam accedunt, ut de eis dicere possis illud Isaiae: *Qui sunt isti, qui ut nubes nolant?* Alii autem tepidi, ac imperfecti sunt, quod planè mirabile est. Nec enim mirandum, quod is, qui à Deo recedit, tepidus, ac infirmus sit, quid enim mirandum, quod recedens ab igne frigescat? Quod recedens à gratiæ fonte immundus fit, quid mirum sit sine Deo, qui à Deo recedit? At verò illud strpendum est, quod qui ad sacramenta accedit frequenter, etiā quotidie, infirmus sit, vbi enim tot communionum fructus perit? Quomodo comedit homo, nec satiatur, babit, nec inebriatur? Planè minor hominis dispositio in causa est. Vendum ergo nobis est, quo pacto homo disponi plenius possit,

**C** vt fructum plurimum referat.

Sciendum ergo est, quod vt homo copiosius disponatur, dispositio illius totam debet occupare mentem. Si enim vniuersa, quæ homo est, ac habet, parua sunt Deo tanto, nihil auferri debet. Et cum totus Christus ad me adueniat, caro, sanguis, anima, ac diuinitas, meritaq; illius, totus homo exire debet obuiam illi in corpore, anima, ac potentias, cum omni sapientia, ac potentia, sicut vniuersa ciuitas exire solet obuiam regi veneti. Quod si negotiū grauissimum totū occupat hominem, quid mirū si hoc nunc exigamus ab homine? Fiat ergo homo holocaustū Deo suo, totum se tradens ei, dicatq; anima cū Spōsa: *Dilectus meus mibi, & ego illi.* Ad quid enim volo sapientiam, ac scientiam meam, ad quid affectus vniuersos, nisi vt Deo

*Cant. 2.*

## De præparatione

Cant. 7.

vt Deo occurram? Veni dilecte mi, omnia poma noua, & uetera seruauit tibi. A

Psal. 5.

Ioan. 1 3.

Primum ergo domum cordis mūdet ab omni inquinamento peccati, non mortalis solum, sed & venialis, sicut mundari solet omnino vas, vt pretiosissimo vnguento impletatur. Ut id nobis innueret, voluit iu[m]olui sindone munda, ponit in se-pulchro nouo, & quia in vtero futurus Mariæ erat, voluit, eā omni labore carere, quia non Deus uolens iniquitatem tu es. Ut hanc plenam mundiciem ostenderet, pedes discipulorum lauit, de quibus testimonium perhibuit. Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum uobis. Venialia enim peccata obstant feruori charitatis, quo suscipiens Christus est. Et licet plura sint remedia aduersus venialia peccata, tamen si-  
cuit confessio unicum est remedium contra mortalia: ita effi-  
caciissimum est aduersus venialia. Ideo conueniens est præ-  
mittere confessionem venialium ante communionem, qua illa tolluntur, & gratia confertur, quæ disponit ad Eucha-  
ristiam. B

Esther. 2.

Sed quoniam parum est tanto hospiti, si domus solum  
mundetur, nisi etiam ornetur, ne sit in nobis munda quidem  
domus, sed vacua, curandum est, vt ornetur domus mentis.  
Si enim virgines intraturæ ad Assuerum tanto studio se orna-  
bant, & lōgum tempus in hac re ponebant, multò magis or-  
nari oportet animam, quæ Deum susceptura est. Sed quis nā  
hic ornatus?

Matth. 2 5.

Planè ad ea, quæ dicemus, tempus exigitur, quod tibi in  
hac re ponendum est, & certè à die, qui communionem præ-  
cedit, præparatio incipere deberet: sed saltem eo die parare  
se homo debet. Sicut ergo si nunc diceretur, rex in hanc in-  
trat ciuitatem, omnis homo ei obuiam procederet, ita eo  
die, quo sumenda tibi Eucaristia est, dictum tibi puta: Ecce  
sponsus uenit, exite obuiam ei. Totus ergo homo procedat in  
occursum eius, præparare in occursum Dei tui. Imagina-  
tio procedere debet attentione, intellectus intentione, ac  
ponderatione tanti beneficij, voluntas affectione, ac deside-  
rio Christi, memoria recordatione passionis Christi, cor-  
pus munditia, ieunio, & ornatu humili, ac modesto.

Iam

A

B

C

# Ad Eucharistiam suscipiendam. 55

A Iam singula videamus. Primum imaginatio procedere debet attentione singulari ad opus tantum. Recte Basilius interrogatione quinta ait, illud nosse conuenit nos, cum nullius alterius mandati cuiusquam, tum nec charitatis quidem aduersus Deum, & proximum observatione posse praestari, si hoc illucque; temere mentem passi fuerimus aberrare. Quasi dicat, nullum virtutis opus recte peragemus, si vagam reliquerimus imaginationem. Et ratio est manifesta, quia in spiritu & veritate opera virtutis praestari oportet, in spiritu & veritate operaretur adorare Deum, tunc vero spiritu sunt, cum ea efficit homo interior, sicut exterior, ut anima genuflectat, sicut & corpus, ut mens ore, sicut lingua. Sic olim reserat Plutarchus,

Basil.

B sacrificanti viraderat, dicens, hoc age. In omni ergo opere curanda est attentio ne opus sit ceremonia duntaxat. Attende, qua attentione attendas graui negotio, vel cum Regem aliqueris, vel etiam cum ludis, & inde perspicuum fiet, quam attentionem adhibere oportet, cum sacram finaximes suscepimus. Hac autem attentio ea esse debet, ut obliuionitradas vniuersalia alia negotia, etiam pia. Si enim Bernardus oraturus solum cum ad ianuam cubiculi orationis veniebat, aiebat curis suis, expectate me hic foras, donec exeam. Si Moyses, ut cum Deo ageret, populum reliquit ad montis radices, si Abraham adoratus dixit pueris: Expectate hic cum asino, donec reuertamur; quid mirum, quod eo die, quo Eucharistiam percepturus accedis, omnia alia negotia relinquas in alterum diem, & soli illi attendas, illudque agas?

Gen. 22.

C Secundo intellectus dirigat intentionem, quae in opere praecipua est, ut philosophia docet, oculi ergo tui semper ad Dominum. Ea autem in Eucharistiae perceptione esse debet, quam Christus in eius institutione habuit, haec autem fuit, ut nos secum vniuerget, unde dixit: In me manet, & ego in illo, & ut Ioh. 6. viueremus vita ipsius, unde dixit: Qui manducat me, uiuet propter me. Vita significat opera plura procedentia ab esse viuo, sicut ergo vita naturalis est, videre, audire, ambulare, & similia procedentia ab unione animae cum corpore, ita vita divina est collectio diuinorum operum procedentium a Dei gratia, sapientia scilicet divina, potentia divina, dilectionis divina, Cum.

10203

## De præparatione

Cum ergo ait: *Vix propter me*, significat: sic ego ero in illo, & ille in me, ut viuat vita diuina, & habeat diuinam lucem, ac sapientiam, amorem diuinum, humores diuinos, gaudia diuina, iudicia de rebus diuina. Sicut enim sunt quædā regiones, quæ producunt viros fortes, ingenuos, optimo ingenio præditos, ita qui frequenter hoc suscipit sacramentum, fruictur nouis gratiæ influentiis, mutatur in eo rerū gustus, affectus noui generantur, experientiaq; comprobant illud Pauli: *Vivo, iam non ego, si uero in me Christus.* Interroga ergo te ipsum, ad quid ad Eucharistiam accedis? Et responde, ut vnum cum Christo sim, ut eius vita viuam, ut eius habeam opera. Et tandem hæc omnia in gloriam Dei refer, ut hæc optes, ut Deo melius inferias, ut in maiorem Dei gloriam omnia cedant.

Deinde intellectus expēdere, ac pōderare debet opus illud dicens, procedo nunc, ut suscipiā in me maiestatem Dei mei infinitam, cum à quo pendet remedium animæ meæ, cui ille sic intēdit, ut propter eā vitā dederit. Hanc ponderationē petit Christus dicēs: *Hæc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis.* Et hoc est diuidicare corpus Domini cōtra illud, de quo Paul. Nō diuidicant, corpus Domini, quasi dicat, expēdere debuit, hunc panē diuersum esse ab alio pane vulgari, & sic aliter ad eū accedere. Et ideo in Cathechismo dicitur: Primam illam præparationem adhibeant, ut discernant mēsam à mensa, & leſte hunc panem à cōmuni. Sicut enim alia reuerētiā regi debetur, quā in vulgāti homini, ita huic cœlesti panī. Modū vero huius pōderationis docet Cathechismus dicēs. Hoc facimus, cū certō credimus, p̄fens esse verū corpus, & sanguinē Domini, quē in celo Angelī adorāt, ad cuius nutrī celi contremiscūt, & pauent, cuius gloria plenū est cælū & terra. Simul vero attende homo debet indignitatē, ac vilitate in propriā. Dux fuit hæc abyssi immēse, Dei enim dignitas infinita, hominis miseria maxima est. Ut ergo has abyssus videamus, tempus aliquod nobis insuendum est in eorum consideratione.

Tertiō volūta occurrere debet, quæ p̄cipua in hoc opere est, & optare debet Angelicā puritatē ad tantum suscipiendū Deum, ac dicere cū Psal. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Desiderare homo debet mille corda,

# ad Eucharistiam suscipiendam. 56

- A corda, ut Deum plus diligit, fontes lachrymarū, ut eum legit, affectus, ut eum excipiat. Deniq; ad voluntatē spectat gaudiū magnum de tanti hospitis aduentu, iuxta illud Psal. 149.  
mi: Letetur Israēl in eo, qui fecit eum, et filii Sion exultent in regno suo. Ad quam exultationem nos admonet Propheta: Exulta, et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus israēl. An nō gaudeat paupercula mulier audiens, vir tuus venit ad te ex Indis thesauris abundans? Gaudete in Domino semper, item dico, gaudete, Dominus enim prope est. Maximum etiam ingenerat gaudiū, ut simus spe gaudētes, quod futurę glorię nobis pignus datur, quia Quid manducat hunc panem, uiuet in eternū.
- Deinde voluntas preparari debet desiderio maximo suscipiendo Christum, & illius bona, quia in eo recipit omnium malorum remedium, qui enim in cælo fons est omnium honorum, in terra similiter fons est omnium gratiarum. Vnde ait: Qui me inuenierit, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. Et iterum: Si quis sicut, ueniat ad me, & bibat. Multa certe sunt mala corporis, sed plura sunt animæ mala, sed corpori non est unica medicina, quia nihil est in mundo, quod tantam vim contineat, sed animæ unica est medicina Christus, qui omnia continens, & omnium vim habens: & ideo contra omnia mala est, & omne bonum prestat, quia author bonorum omnium est, & propulsator malorum omnium. Ideo eius figura Manna omnem continebat saporem. Sicut ergo anima, cum una sit, toti corpori, & eius partibus assistit, & sicut Deus toti mundo, & cuilibet eius parti adest, ita Christus. Et quem admodum Sol innumera bona gignit, ita & Sol iustitiae in hoc mundo paruo efficit, quam plurima bona. Hæc bona optare anima debet, & ea dispositione accedere, ut ea suscipiat. Ali quando enim eo affectu accedit homo ad Eucharistiam, vt inde ei bonum aeternum proueniat. Sicut Zachæus accidit, qui uno ingressu Christi in eius domum saluatus est. Super omnia vero occurrat voluntas amore ardens, vt sponsum excipiat, & meritò, cum enim ille adueniat infinita charitate, qua mirabilem adiuventionem huius sacramenti excogitauit, vt nobis uiretur, maxima charitate expendiens est, dicendumque illud, quod de Iob dicitur:
- B
- C

Psal. 149.

Isa. 12.

Phil. 4.

Rom. 12.

Ioan. 6.

Prouer. 12

Ioan. 7.

Quid

## De præparatione

Quis det de carnis eius, ut saturemur. De qua re plura dixi. A  
mus in 2. tomo nostrarum concionum concione prima de  
Eucharistia.

Quartò memoria occurrere debet recordationi passionis  
Christi, cuius memoriale sacramentum hoc est, vnde Christus  
aīt. Hæc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis.  
Memoria etiam reducat in mentem hominis indignitatem,  
vt sic humilis accedat, attendatq; omnem adhibitam diligen-  
tiam nihil esse: & ideo oret Dominum, vt ipse sibi ornamen-  
ta è cælis deferat in domum suam, sicut rex deferre solet cum  
viam agit, & in pauperem diuertit domum. Orandum ergo  
est cum Psal. Domine inclina celos tuos, & descendere. Hanc autē

Psal. 143. humilitatem optimam esse dispositionē ad Deum suscipientem B

Isa. 66. dum ipse ostendit per Isaiam. Super quem requiescit spiritus  
meus, nisi super pauperculum? Ille autem huiusmodi est, qui no-  
uit indignitatem suam, & nihil esse omnia, quæ egit. Hoc ad-  
iecit Salomon ad vniuersa opera templi, quo ea reddidit illa  
striora, quod illa reputauit minima, vt Deo habitaculum es-  
sent. Tu ergo similiter fac, dicq;. Quis es ô tu Domine, &  
quis ego, vt accedam ad te? Tu sanctus sanctorum, ego vero  
primus peccatorum, quo pæcto vilis vermis accedet ad infini-  
tam maiestatem? Stellæ non sunt mundæ in conspectu tuo,  
colūnae cæli contremiscunt, potestates tremunt, altissimi Se-  
raphini alas complicant suas, & viles sibi vermes apparent co-  
ram te. Magnus Baptista indignum se censet, vt soluat corri-  
giam calceamentum tui. Petrus ait: Exi à me Domine, quia homo  
peccator sum: quid ego agam? Si panes propositionis non ma-  
ducat nisi purus, & sanctificatus, quomodo manducabo ego  
te panem Angelorum, cum adeo longè à sanctitate sim? Si  
bestia tangens montem lapidatur, ego qui bestia fui, quomo-  
do ad te accedam? Agnum tui figuram nullus edebat, nisi pa-  
ne azimo, lactucis amaris præcinetus, & calceatus, vbi nam  
michi panis sine fermento malitiæ, & nequitia, vbi amara cō-  
tritio, puritas pedum, & affectuum? Vnde ego agnum puris-  
simum igne charitatis assum, quo in crucem mei causa venit,  
eadem ignitus charitate ego accedere deberem, paratus eius  
causa sanguinem fundere, & in Crucem tolli. Ab hac mensa  
proie-

ad Eucharistiam suscipiendam. 57

A projectus fuit, qui caruit veste nuptiali, quæ charitas est. Et quia alieno igne obtulerunt Nadab, & Abiu sacrificiū, non hoc cælesti igne perierunt, quid faciā miser, qui hunc ignem non video in me? Quia tetigit Oza arcā percussus est, quia Bethsamitæ eam curiosius inspicerunt, perierunt, quomodo ego non timebo tantum excepturus Deū? Quod si timore concutiendus sum attendens magnitudinem tuā, quomodo tremere non possum, si attendā peccata mea? Memoria recolo, aliquādo pluris me duxisse vile stercas quam te, lex vitæ meæ desideria mea erant, obedientiam præstiteram prauis affectionibus. Ego sum insipiens ille, qui dixi in corde meo. Non est Deus, quia ita vitam duxi meam, ac si Deus non esset, quia nec amore tuo  
B ducebar, vt tibi obsequerer, nec iustitia tua vt timerē, nec propter legem tuam à malo discessi, nec propter promissiones inclinaui cor ad faciendas iustificationes tuas, nec propter beneficia gratias egi, nec quia præsens aderas, peccare destiti, sed malum coram te feci, omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negauī eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate fueretur, non semel, sed milles te vēdidi: vt Iudas, quomodo ergo nūc osculum tibi dabo? Sæpius post Eucharistiā suscep tam peccavi in te, quo id commissi, quod milites, qui tibi genu flectabant, & postea feriebant. O amator animarum sanctorum, qui pascis inter lilia, quo paecto in animam ingredieris plenam spinis, & tribulis? Ferculum tuum ex Libani lignis confici debet, columnæ eius argentea, reclinatorium aureum, ascensus eius purpureus, sed nihil horum in me video. Sepulchro nouo condi voluisti, nunc autem quid in me nouum est, vbi sepeliaris, cum fuerim sepulchrum patens omni iniquitatī?  
C De tua ergo misericordia fidens accedo. Tu dixisti: Tu autem fornicatus es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me: Tu dixisti: Venite ad me omnes, qui laboratis. Et non est opus ualentibus medico, sed male habentibus, & non ueni uocare iustos, sed peccatores. De te scriptum est: Hic peccatores recipit, & manducat cum illius. Nec alterius nunc ingenij es quam tunc, & ideo eos vocas nunc ex cælo, quos tunc in terra vocasti, &

H hac

## De præparatione

hac vocatione illectus venio ut infirmus ad medicum, ut A  
faner, oneratus ut leuer. Si peccator tibi cibus est optimus,  
& in Pharisæi conuiuio præcipuum ferculum fuit mulier  
peccatrix, ecce simile ferculum, similis cibus homo pecca-  
tor. Nec enim illud opus remedij Magdalena fuit ultimum  
misericordia tua opus, simile in me exerce, licet enim  
lachrymæ meæ tot non sint, quæ sufficiant pedibus tuis  
abluendis, sed tantus est a te fussus sanguis, ut satis sit om-  
nibus mundi peccatis abluendis. Ne indignes Domine,  
quod talis ad te accedam, quando non indignè tulisti,  
quod patiens fluxum sanguinis accesserit ad te, actetige-  
rit, & quod omnes infirmiad te accesserint, quia virtus de  
te exibat, et saudat omnes. Ad te accedebant omnia mon- B  
stra mundi, dæmoniaci, leprosi, cæci, claudi, nec ulli opere  
negasti, sed omnibus accursti, quia non minus miseri-  
coris es quam potens. Accedo ergo & ego inter hæc mon-  
stra ad fontem gratiæ, ac misericordia, ut eam susci-  
piam. Non fugiam ut Adam, quia nudus sum, quia tu me  
cooperies, nec quia cœcus, quia tu illuminabis, nec quia ce-  
cidi, quia tu me eriges, & quo ego miserior sum, eo magis  
gloria misericordia tua in me illucescit, sicut in cæco à  
natiuitate pro gloria Dei, ut manifestentur opera Dei in illo.  
Te quoque oro pater cælestis, ne indignè feras, quod ad  
mensam accedam tuam. Si enim David ad mensam rece-  
pit suam claudum Isboset, quia filius Ionathæ erat, ho-  
norans in filio patrem, ita tu propter Christum patrem  
nostrum nos excipias in mensa tua, ille enim pater fuit C  
futuri facili, qui plurimis doloribus nos genuit in lecto  
crucis.

**Concil.** Quintò debet corpus præparari, primùm ieiunio sicut  
Carthag. præcipitur in Concilio Carthaginensi, & habetur in ca-

pitæ sacramenta altaris, de consecratione distinctione pri-  
ma. Et Augustinus ad Iauarium ( & refertur in cap. Li-  
quido, distinctione secunda) ait, confuetudinem istam ra-  
tioni consentaneam esse ut cum Christus in nos ingredi debet, primus ingrediatur. Putat verò Augustinus hoc à tem-  
pore Apostolorum institutum, quod colligit ex illis Pauli  
verbis:

# ad Eucharistiam suscipiendam. 58

A verbis, cætera, cum uenero, disponam, quibus verbis ostendit, aliqua se ordinaturum circa Eucharistæ sumptionem, inter quæ hoc vnum est. Ieiunium hoc seruari debet à media nocte præcedenti, vt dicitur in capit. nihil. 7. quæstione prima. Aia à confessore discenda, vt continentia coniugatorum, vt habetur in cap. Omnis homo eadem distinctione, cum eam abstinentiam consulat Paulus ad orationem, & petierit Abimelech ad panes propositionis edendos. Cultus & ornatu corporis sit humilis, & deuotè, ac reuerenter accedēdum tanquā ad Dei mēsam.

I. Cor. 2.

Restat, vt de gratiarum actione dicamus: Ad quam per agendam quærendus est locus quietus, ne sensus vagetur:

B Vnde Christus: Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum. Duo sunt, quæ ostendunt, hæc sui collectionem ab homine præstādū post Eucharistæ sumptionem. Primum reuerentia in Christum, irreuerentia enim esset, Deum dominum tuam ducere, & continuo exire, ac domo recedere. Attēde, quid tu dices de eo, qui ita te tecum haberet. Si cum Christus diuertit in Zachæi domum ipse egredetur, an non statutum dices? Cum ergo te colligis, vt cum Deo alloquaris, ei assistis, si alia cogitas, cum deseris, & ei terga vertis.

C Secundū est utilitas nostra, quæ tūc maximè acquiri potest cum Deū inter inhabitantē habes. Quis nā est, qui in curia expectasset tēpū, quo regem alloqui posset, vt beneficia peteret, & cū hora ei designaretur, alio properaret? Et quis est, qui multo labore curasset aduentum magni medici in domum, & cum adestr, ille decedat? Si ergo per horam te colligere potes, vel per dimidiām, parum ve minus Deo adstare te oportet. Tunc Deum prope habes, vt audiat te, inuoca eum dum prop̄ est, tunc illum deuinxisti eo, quō deuinciri modō potest, quia ei te inhabitaculū tradidisti. Cum durant species sacramenti, in te Christus est, & ideo te puta locum sacramenti, qui vulgo custodia dicitur: sicut vero irreuentia esset, si illa hūc que vagaretur, ita decens nequaquam est, vt Christo sumpto statim discedas, & alia ages.

## De præparatione.

Cū te collegeris attende quid susciperis in buccella acce<sup>A</sup>  
pisti Deum deorum, in te contines cū qui beatos facit san-  
tos in gloria quem Maria in vtero concepit, qui fons vi-  
tae est. Vix ergo tantus ne in me thesaurus est? Insomnium  
ne an veritas est, quod Deum contineo? sed quo pacto in-  
somnium erit, quod fides est certa? Possibile ne est, ait Sal-  
omon, quod habitet Deus cum hominibus? Ex huius rei  
ponderatione innumeri affectus in anima ingenerari de-  
bent, qui sunt amplexus, & oscula, quibus sponsa sponso fe-  
stum agit. Quis det te fratrem meum, ut desculper te. Primum af-  
fectus admiratio sit, quod bonum tantum ad me venerit.  
Quid est homo, quod memor est eius, aut filius hominis, quoniam  
uistis eum? Vnde hoc mihi, ut ueniat Dominus ad me? Exultet  
ergo spiritus meus in Deo salutari meo, sicut exultauit Ioā<sup>B</sup>  
nes in vtero. Ea dilectione me Domine prosecutus es, vt  
non quieueris, donec in medio mei esses iuxta cor meum?  
Hinc prorumpat in secundum affectum, in gratiarū actio-  
nem. Si enim ingratitudo ingrata Deo, & hominibus est,  
eo plus sit ingrata, quod beneficium suscepsum maius est.  
Cum verò beneficium hoc summum sit, cauenda nobis in  
gratitudo est. Pars magna huius actionis gratiarum erit,  
agnoscere se se imparem tanto beneficio, ac dicere, minor  
sum cunctis miserationibus tuis, nec pares gratias referre  
possū, licet vitam millies fundam. Magnus es tu, & faciens  
mirabilia, Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, Benedictio, cla-  
ritas, & gratiarum actio sedenti in throno. Aliquando anima  
cum Deo loquetur, quæ diximus, aliquando secum dicēs:<sup>C</sup>  
Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini  
sancto eius. Licet alia obliuiscaris, sed tantum beneficium  
obliuioni ne tradideris. Aliquando cum sanctis loquēs pe-  
tat, vt ipsi Deo gratias referant pro eo beneficio. Benedicite  
Angeli Domini Domino, Benedicite omnes sancti Domino. Et quia  
hæc imperia sunt, pete à Christo, vt ipse gratias referat, si-  
cut fecit: Cum eleuatis oculis in cælum, & patri gratias agens fre-  
git panem & dixit, accipite, & comedite, Hec est corpus meum.  
Deinde deuincta anima tanto munere offerat se Deo suo:  
primum se totam offerat, cum Deum totum receperit, di-  
catq;

A catq: Domine, quid me uis facere? Deinde offerat Deo morum correctionem singulariter in eo, in quo magis Deo displacebit. Deinde misericordias postulet, afferens cor miserum, ut illud ditet, nec enim otiose venit in domum tuam, sed ut magna præstet, &c.



## C O N C I O.

De diuinissimo Eucharistiæ sacramento,  
quomodo frequenter sit sumendum.

## T H E M A.

*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. LUC. 11.*

B V M Diaboli munus, ac officium sit vniuersa à nobis bona aulerre, curat canales per quas ea nobis proneniant tollere. Ut Betulia Holofernes caperet, dixerūt ad eū filij Amō & Moab. Ut sine congresione pugne possis superare Israel, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & sine gladio Isai. 12. interficies eos. Ita omnino nouit dæmon nobis fontes esse, ex quibus aquæ gratiam haurimus, de quibus Isaia dixit: Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris, quibus aquæ hauritis robur aduersus eum recipiirus, & ideo nullum nō lapidem mouet, vt ad hos fontes non accedamus. Præcipit tamen ad Eucharistiam, in qua recipimus Christum gratiæ fontē, & ideo uberioris. Et exqua, vt Chrysostomus ait, recessimus quasi leones ignem spirantes aduersus dæmones. Hac de causa aduersus hoc sacramentū iacula plurima direxit dæmon. Quod adeò verum est, vt etiam ante eius institutionem aduersus illud pugnare caperit. Ipse Ioh. 6. enim fuit qui hoc auditio sacramento Iudeos impulit, vt dicerent: Durus est hic sermo & quis pateri suscineret illi nisi quo-

**A**modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Deinde de verò aduersus hoc diuinissimum sacramentum plures adinuenit hærefes, ut illud de mundo tolleret, pricipue nostris temporibus. Et demum in mundi fine cum venerit homo ille peccati, filius perditionis, qui dicitur Antichristus, contra hoc sacramentum pricipue militabit, ut illud de mundo auferat, ut ipse liberius dominetur. Sic enim Daniel ait. Tulerit iugis sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iugis sacrificium propter peccata.

**B**Eodem modo curat, si non uniuerso mundo, tibi tamen suadere, ut ad Eucharistiam non accedas, sic enim illam à te tollit, quo factò impedit cibi in ciuitatem ingressu, ut vel fame capiatur vrbs, ut dicere possit Psalmus 101. te: Aruite cor meū, quia oblitus sum comedere panem meum. Quas obsecro vires in pugnam miles habent, qui per mensum cibum non gustarunt? Quomodo cortuum non marcelset, si cibo illud non reficiat? at caro Christi verè est cibus. Similiter etiam cum te ab hac diuina mensa arcet, impedit ingressum regis in ciuitatem ab inimicis vallatam venientis, ut eam tuteatur. Accidit aliquando, ut ciuitas ab hostiis vallatur, cumque ciues in discrimine sint, nuntium ad regem mittunt, quo certior fiat periculi, ut veniat citio, & eos liberet, quod si ille veniat cum exercitu maximo, & ciuitatem suam intrat, ciues securos se credunt. In discrimine omnis homo versatur in hac vita, ab hostiis vallatus est intus, & exterius. Rectè Augustinus ait. Hæc tormenta animi non sentit in Ecclesia, qui non proficit. Qui verò proficere in virtute curat, sentit hostium vires, temptationum impulsus, videt se circundatum, & clamat cum Ezechia: Domine uim patior, responde pro me. Et cum Psalte: Erige me de inimicis meis fortissimus, & ne quando dicat inimicus meus prævalui aduersus eum. Sed quid Deus his clamoribus respôdet? Certè illud Psalmi: Propter miseriam inopam, & gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus: Ego surgo, eoque, ut tibi auxilio sim periclitanti. Dicunt iusti illud, quod olim Israël dixit,

**C**Simile.

**August.**

**Ezai. 38.**

**Psal. 30.**

**Psal. 12.**

**Psal. 31.**

**A** cum exercitum validum hostium videret. Afferamus ad nos  
de Silo arcam foederis Domini, & ueniat in medium nostri, ut sal-  
uet nos de manu inimicorum nostrorum. Dicit verò Deus,  
ego veniam, & ingrediar in te, & habitabo in medio tui, vt  
nullum paureas hostem. Olim Dauidi serui sui dixerunt.

1. Reg. 4.

Mane in ciuitate: Tu solus pro decem milibus computaris. Sed  
multò rectius id Christo Domino nos dicere possumus.  
Mane in nobis, habita in nobis, tu enim solus formidabi-  
lis eris daemonibus, tu plus in nobis boni efficies, & plura  
mala fugabis quam mille alia remedia. Si forte o homo re-  
ctè communicasti, et in intra te habes, qui pro decem mil-  
ibus computatur, rex intravit ciuitatem suam, & Domi-  
nus exercituum in eam venit, vt defendat ab inimicis, se-  
curus eris. Si vero daemon impedit aduentum huius arcæ  
in castra, ingressum Christi in te, nouit facile te superan-  
dum, ideo omnibus viis curat, ne ad Eucharistiam acce-  
das, & ad hoc plures adhibet consiliarios, plures timores,  
ac innumera obiicit impedimenta, vt ad hoc conunium  
vocatus non accedas.

Vt verò nouerimus, quomodo dignè accedamus, no-  
tandum ex Diuo Thoma, & omnium sanctorum doctri-  
na. Triplex est dignitas, & deuotio, qua ad hoc sacra-  
mentū homo disponi possit. Prima, qua homo à peccato mor-  
tali recessit per poenitentiam, ac firmiter statuit illud nul-  
lo modò admittere. Sicut fecit, qui dixit: Iuravi, et statui,  
custodire iudicia iustitiae tuæ. Et iniquitatem odio habui, et abomi-  
natus sum, legem autem tuam dilexi. Secunda adhuc perfe-  
ctor, qua homo firmiter decreuit nec veniale peccatum ad-  
mittere, licet ei vita eripienda sit, & uniuersus euertendus  
mundus. Tertia demum, qua homo se diuino obsequio om-  
nino tradit, ac decreuit in omnibus diuinam querere vo-  
luntatem, ac gloriam, & perfectiora, ac meliora in omnibus  
sequi. Hæc verò, quæ diximus, sunt, quæ deuotionis  
nomine digna cœsentur, licet spiritualis dulcedo absit. Cū  
enim deuotio sit firmum decretum Deo inhaerendi his tri-  
bus modis ei inhaeremus firmiter. Prima dignitas, ac  
deuotio omnino necessaria est, vt ad hoc sacramentum

D. Tho: 1.  
P. 4. 82.

Psal. 18.

**C** natus sum, legem autem tuam dilexi. Secunda adhuc perfe-  
ctor, qua homo firmiter decreuit nec veniale peccatum ad-  
mittere, licet ei vita eripienda sit, & uniuersus euertendus  
mundus. Tertia demum, qua homo se diuino obsequio om-  
nino tradit, ac decreuit in omnibus diuinam querere vo-  
luntatem, ac gloriam, & perfectiora, ac meliora in omnibus  
sequi. Hæc verò, quæ diximus, sunt, quæ deuotionis  
nomine digna cœsentur, licet spiritualis dulcedo absit. Cū  
enim deuotio sit firmum decretum Deo inhaerendi his tri-  
bus modis ei inhaeremus firmiter. Prima dignitas, ac  
deuotio omnino necessaria est, vt ad hoc sacramentum

H 4 dignè

## De diuinissimo

dignè accedamus. Duæ reliquæ optime sunt, sed non omni. A.  
Conc. Trid. nino necessariæ, vt declarat Conciliū Tridentinum, expo-  
nens illud Pauli: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo  
edat, &c.

Hinc fit, vt grauissimum sit peccatum ad Eucharistiam  
accedere cum conscientia mortalis peccati. Vnde Paulus:  
1. Cor. 11. Quicunque manducaverit panem, & biberit sanguinem Domini in-  
dignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Quo loco Glo-  
flos. Hierony. fa ait, id est, ac si Christum occideret, punietur. Et Hierony-  
mus in epistola ad Sacerdotes. Dic quisquis fuēris, qui sa-  
craamenta sumis, qualiter cum eis labiis filium Dei oscula-  
ris, quibus osculatus es labia meretricis? O Iuda filium homi-  
nis osculo tradis? August. ait. Non minùs peccant, qui Christum  
tradunt peccatoribus membris, quām qui Christum  
tradiderunt crucifigentibus Iudeis. Traiciunt enim hi  
Christum in peccati locum, qui est in potestate dæmonū,  
sicut Iudas tradidit ipsum manibus iniquis Iudæorū. Ber-  
nard.

Ambros. sicut abhorret ille spirituales sordes, quām corporeas. Am-  
brosius ait. Grauissimum hoc crimen est, & quod Deus in  
hac vita infirmitatib⁹, & morte plectit. Et licet medici alias  
proferant causas infirmitatum plurium, quæ estiuo tempo-  
re plurimū vigent, ratio tamen esse solet, quia plurimi in  
Paschate male communicauerūt. Hoc vero est, quod Pau-

1. Cor. 11. lus ait. Ideo inter nos multi infirmi, & imbecilles, & dormiūt mul-  
ti. Christus ergo suscepitus iustis vita est, malis mors. Et hu-

ius rei rationem Chrysostomus reddit, dicens, sacramentū  
hoc cibus spiritualis est. Sicut vero corporalis cibus dum  
vētrem inuenit aduersis humoribus occupatum, amplius  
lædit sumentem, ita hic spiritualis cibus, si aliquem reperit  
malignitate corruptum, magis eum perdet, non sui natura,  
sed accipientis vitio. Attende o peccator, quem recipis, ho-  
stem enim vindicem in domum recipis, iudicium tibi man-  
ducas, & bibis. Si ergo recte communicare vis, consci-  
entiam munda tuam ab operibus mortuis. Ideo Aaron, & fi-  
lii eius præcipitur, ne accedant ad altare oblatur thymia  
ma, nisi prius manus, ac pedes lauent. Et in Leuitico dici-  
tur:

- A tur Si quis de semine Aaron maculam habuerit, non offerat Deo panes, nec ad ministerium accedat. Ideò etiam prius discipulorum pedes lauit, quam Eucharistiam concederet. Cum enim illotis manibus cōmunes panes manducare non vetusset, hoc sacramento nō nisi lotis pedibus dedit, idest, purgatis affectibus, quos quia Iudas non habuit purgatos, post buccellam introiuit in eum Satanas, & laqueo suspensus in infernum descendit. Et huius rei significatione gratia aliud supplicium pertimescendum Deus ostendit, cum Ozam percussit, quia extendit manum suā ad arcā Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinauerunt eam. Iratusque est Dominus indignatione contra Ozam, percussit eum super temeritate, qui
- B mortuus est ibi iuxta arcā Dei. Sed iure dubitari potest, cur Deustaanta indignatione in Ozam fuerit indignatus, qui bonum aliquid egisse videtur, tenere scilicet arcā, nec caderet in terram. Certe peccatum Ozæ hoc fuit, quod Deus in lege præceperat, arcā deferri humeris leuitarū, non verò à iumentis insipientibus, quæ arcā non discerent, nec diiudicabant ab aliis oneribus, & ideò faciliter causa eam deiicerent in terram. Ozā verò imposuit arcā in plaastro nouo, quod boves deferebant contra Dei præceptum. Inconueniens verò, quod inde sequi poterat, manifestum factum est, cum boves calcitrauerunt, & arcā in terram deiiciebant, & ideò tunc diuinavitio deseuit in Ozam. Quo factō nobis significatum est, à iustis, quiratione vtuntur Christum Dominum suscipiendum, ac portandum, non à peccatoribus, qui iumenta sunt insipientia, quod si aliter fiat indignationem Domini in eum venturam, qui id committerit.
- C

Iam verò ad iustos orationem conuertamus. His, qui sunt sine conscientia peccati mortalis, utlisissimum est, hoc frequentare sacramentum. Hæc est doctrina omnium sanctorum, Ecclesiæ, Conciliorum, & ipsius Evangelii secundum sanctorum expositionem. Vnde oppositum est mala doctrina. Probatur hoc Primo ex nomine, quod huic tribuit sacramento scriptura, dum illud

stolliq;

H. s. dicit

Leuit. 21.  
Iordan. 1. 3.

Matth. 15:

2. Reg. 6.

Num. 1. &

7. & 10.

& Deuter.

31. & 10.

31.

## De diuinissimo

- dicit panem. De quo plures sancti intelligunt illud Psal- A  
Psal. 101. mi: Percussus sum ut foerum, quia oblitus sum comedere panem  
Psal. 103. meum. Et illud: Panis cor hominis confirmet, quod huius sacra  
Prover. 9. menti proprium est. Et sapientia clamat: Venite comedite  
Exod. 16. panem meum, bibite uinum, quod misericordia uobis. Et illius figura  
fuit manna, quod quotidie a Deo dabatur, quod panis  
etiam dicitur: Ecce ego pluia uobis panes de caelo, quia siebat  
Psal. 77. ex eo tortula quasi panis oleati. Et in Psalmo: Panem Angelorum manducauit homo. Et Isaia: Panis frugum terra erit uber  
Isai. 30. Genes. 16. rimus. Et illius figura fuit panis Deo oblatus per Melchisedech. Et panis subcineriecius Eliae datus. Et panes  
Reg. 16. propositionis, de quibus in Exodo: Et ipse Dominus dicit se panem vitæ, & hic est panis, qui de caelo descendit. B  
Exod. 40. Iohann. 6. Sicut ergo panis est cibus quotidianus, & alimen-  
tam, frequenter sumendum est, ne corporis vires deficiant, ita hoc sacramentum, quod panis est, & cibus animalium, frequenter suscipi debet, ne si ieconi simus, deficiamus in via. In idem facit illud, quod initio concionis  
Luc. 11. proposuitus ex Luca. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quod Augustinus ad Probam, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus de hoc diuinissimo sacramento intel-  
ligunt. Petitur vero quotidie, & id significat hodie, sic  
intelligit Ambrosius lib. quinto de sacramentis, cap. quar-  
to. ubi ait. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Quo  
tidie ergo utiliter sumitur, quod docet Dominus quoti-  
die petere. Et ideo apud Matthæum dicitur: panem no-  
strum substantialem. Quo loco Gracè habetur, ton epiu-  
sion, ille vero articulus ton emphasiū habet, ac ideo signi-  
ficiat panem illū excellentissimum. C  
Matth. 6. Secundo idem probatur ex vſu nascentis Ecclesiæ, quæ  
est regula certissima spiritus Dei. Et ideo cum Iohannes  
dixisset: Probate spiritus, si ex Deo sint. Subiungit optimam  
12. Iohann. 2. regulam probandi spiritus dicens: Vos, quod audistis ab ini-  
tio, in uobis permaneat. Si in uobis permanescit, quod audistis ab ini-  
tio, et uos in filio, et patre permanebitis. Et postea addit. Hec  
Cyril. scripti uobis de his, qui seducunt uos. Cyrus in caput. 26.  
Esaia, in illa verba, spiritum salutis. Et Anacletus Pap. in  
epistola

- A epistola colligunt ex his verbis Ioannis, optimam regulam probandi spiritus eius, si quæ in Ecclesia ab initio, & à principio docta, & gesta sunt, teneantur. Et qui aliam regulam tradunt, seductores sunt sententia Ioannis: Id ipsum docet Paulus, tractans, quomodo probandus sit spiritus scripturarum, vel sermonis, non permittens alterum sentire, quam ut ab initio traditum est. Id ipsum nos Propheta monet cum ait. State super vias uestræ, & interrogate de semitatis antiquis, & ambulate in eis, & bene uobis erit. Nunc ergo interrogemus has semitas antiquas Ecclesiæ, & quid initio Ecclesiæ traditum, & obseruatum fuerit, ut illud nos faciamus. Audi Lucam, qui in Actibus ait: Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis. Acto. 2: 2
- B quis. Quæ verba sancti de quotidiana Eucharistiae perceptione exponunt. Quam consuetudinem postea seruatam Anaclet. multis annis ostendit Anacletus Papa, de consecratione, distinctione, 2. capite, Peracta consecratione omnes communicent, quotquot noluerint ecclesiasticis carere limibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana Hieronym. Ecclesia. Et Hieronymus in Apologia contra Iouinianum, suis temporibus seruari hanc consuetudinem dicit. Scio, inquit, Romanæ Ecclesiæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper corpus Christi accipiant. Et in epistola ad Lucianum afferit, consuetudinem quot die communieandi in Romanorum Ecclesiis, & in Hispania seruari. Et iste antiquissimus usus usque hodie seruatur in antiquissima Ecclesiæ Aethiopiarum in imperio presbyteri Ioannis, vt quicunque missæ intersunt, communicent, vt in historia traditur, & nos à grauiissimis testibus accepimus. Nec vero unquam Ecclesia quotidiam communionem prohibuit, immo prohibentes prohibuit, vt patet de consecratione distinctione, 2. Non prohibeat dispensator manducare pinguis terra in mensa Domini.
- Eadem doctrina probatur ex omnium sanctorum consensus. Beatus Ignatius epistola decima ad Ephesios ait, Fe*ignat.* Binate ergo frequenter ad Eucharistiam, & Dei gloriam accedere, quando enim hoc ipsam agitur, expelluntur potestates.

## De diuinissimo

Chysoft.

poteſtates Satanae, qui actus ſuos conuertit in ſagittas ignitas ad peccatum: Beatus Chrysostomus homilia quinta in epiftolam Pauli ad Timotheum ait. Hoc eſt, quod vniuersa perturbat, quia non munditia animi, verum inter ualla temporis longioris meritum putas, ſummam que arbitrariſ reuerentia, ſi non ſæpè cæleſtem illam adeas menſam. Ignoras, quoniam indigne accedere, etiam ſi ſemel tantum fiat, ſupplicio tradet, dignè vero, etiam ſi ſæpè accedas, ſalutem inde conquires? Non eſt audaciæ, ſæpè accedere ad diuinam mensam, ſed indigne accedere. Nec intel ligimus miferi, quod hi, qui Christum cruciſixerunt, ſemel tantum id fecerunt, & qui Christum prodiſit, ſemel tam prodiſit. Quid igitur hanc rem temporis lege metiris? Te- pestiuſum accendi tempus munditia conſcientia facit. B

Et idem homilia. 28. ſuper Corint. 11. ait. Non eſt expe- ſtanda ſolennitas, ut accedas ad hoc ſacramentum, ſed ſem per eſt ſolennitas, cum adest cordis munditia, quam ſi ha- bueris, ſemper celebraſte potes ſolennitatem, ſemper acce- dere, id enim ſolum tēpus præſcribit Paulus, cum ait. Pro- babet autem ſe ipsum homo, & ſic de pane illo edat. Beatus Cypria- nus ſermone ſexto in orationem Dominicam, & in ſermo ne de Coena Domini mirificis verbis commendat quotidianam cōmunionem. Beatus Hilarius, ut refertur de con- ſecratione, diſtin. 2. ait. Si non ſunt tanta peccata, ut excō- municetur quis, non ſe debet à medicina corporis Domi ni ſeparare. Et timendum eſt, ne diu abſtractus à corpore Christi, alienus remaneat à ſalute, qui peccare quieuerit. C

Cyprian.

Hilar.

Ambroſ.

Gregor.

Auguſt.

communicare non definiat. Beatus Ambroſius lib. quinto de ſacramentis, cap. quarto ait. Si quotidianus eſt pa- nis, cur poſt annum illum ſumis? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic viue, ut merearιſ, quotidie ac- cipere. Qui non meretur quotidie accipere, non me- retur poſt annum accipere. Augustinus traſtatu. 26. in Ioannem ait. Securus accede, panis eſt, non venenum. Gregorius libro septimo Regiſtri epiftola. 31. ad Matu- len. ait. Inter ea tera arma, quæ contra principem mundi Deo fauente contuli, quod potiſſimum eſt, ut corpus Domini

- A Domini frequenter acciperes, indicaui. Beatus Bernardus Bernard.  
ait. Qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus habemus, dum sub peccato sumus, medicina est sacramentum,  
quotidie accipe, quotidie curaberis. Diuus Thomas. 3. p. D. Tho.  
quæst. 80. art. 10. ait Quia tamen amor præfertur timori  
per se loquendō commendabilius esse videtur, quod ali-  
quis frequentius sumat, quam tardius.
- Sed in omnium fine verba Concilij Tridentini refera- Conc. Trid.  
mus, quod sic ait. Optaret quidem sancta Synodus, ut singuli fideles singulis missis astantes cōmunicarent, non solum spirituali affectu, sed etiam sacramentali Eucharistiæ perceptione, quo ad eos sacrificij huius fructus vberior perueniret, &c. Manifestis autoritatibus veritatem istam
- B comprobauimus. Nunc rationibus illam confirmamus, quarum prior sit. Ea ratione necessarius est frequens cibi corporalis usus, vt quod calore naturali deperit de humido cibo reparetur, ne mors incurritur. Eadem ratione cum calor concupiscentiæ, & alia externa deuotionem, & gratiam nobis quasi consumant, necessarius animæ est cibus iste frequens, ne anima prorsus alienetur à Deo. Vnde monet Innocentius Papa, cauendum est, ne si nimium huius sacramenti sumptio differatur, in mortis spiritualis periculum incidatur. Cum enim, vt ex dictis sanctorum patet, sit hoc sacramentum medicina peccati, frequenter accipi debet, curat enim à peccato præterito, præsenti, & futuro. A præterito quidem, qui eius reliquias, & penā aufert; à præsenti, quoniā à venialibus purgat, & aliquando à mortali, si attritus quis accedit, sine conscientia peccati mortalis, quod tamen admisit: à futuris præseruando propter robur, quod animæ tribuit, est enim panis cor hominis confirmans. Vnde postquam in oratione Dominica hunc panem petimus, tanquam illius effectum petimus continuo: Dime nobis debita nostra, & ne nos inducas intentionē. Frequenter ergo suscipi debet, vt hos percipiamus effectus. Nec solum hos habet mirabiles effectus, sed & plures alios, quia est lignum illud vita, de quo Apocalypsis ultimo dicitur: Et ostendit mihi fluvium aquæ uiue splendidum tanquam Apoc. 22. .  
cristatum

## De distinssimo

crystallum procedentem de sede Dei, & agni, & in medio platea A  
eius, ex utraque parte fluminis lignum uitæ, afferens fructus duo  
decim, per singulos menses, reddens fructum suum, & folia ligni ad  
sanitatem gentium. Ex utraque fluminis parte hoc lignum  
esse dicitur, quod miraculum in solo Christo Domino ef-  
fectum est, qui in cælo, & in terra est, fructus huius ligni vi  
tæ duodecim sunt, quia innumeris. de quibus multa Richar-  
dus in 4. distinet. 11. Verè lignum vitæ est, sicut lignum  
aliud fuit lignum mortis. Sed si nunc quispiam inueniret  
viam in paradisum terrestrem, vt homines possent illuc ac-  
cedere, & comedere de ligno illo vitæ, quod est in medio  
paradisi, qua auiditate vniuersi homines currenerent, vt ligno  
illo fruerentur, quo mortem vitarent. Enī homines B  
aliud lignum vitæ multò præstatiū quam illud, hoc enim  
confert vitam diuinam, & æternam, non anima solum, sed  
& corpori, ergo ad hoc auidè, & frequenter currite, accedi-  
te, comedite fructus eius dulcis erit gutturi vestro. In om-  
nibus sacramentis virtas, & odor Christi est, & de omni-  
bus sponsa ait. Curremus in odorem unguentorum tuorum. In  
hoc vero distinssimo sacramento ipse Christus est, & ideo  
virtus eius copiosior, curramus ergo ad illud.

Secunda ratio, quæ idipsum manifestè ostendit, experientia est, quæ in omnibus plurimū valet, & in mochani-  
cis expertis credimus. Procedant ergo nunc in publicū  
duo homines, ex quibus alter frequenter accedit ad hoc sa-  
cramentū, alter verò post annum, & interrogemas ab eis,  
quomodo quisq; se habeat. Dicat, qui hoc sacramentū nō  
frequentat, an propterea Deum magis timeat, ac reuereatur,  
& cum post annum accedit, qua reuertenſi, ac disposi-  
tione accedat, sine dubio q; i minus Deum timet, qui plu-  
ra peccata perpetravit, qui cum accedunt post annum, mi-  
nus parati sunt. Qui verò hoc sacramentū frequenter sus-  
cipiunt, plus Deum timent, & à peccato recedunt, & de-  
uotius ad illud accedunt. Causa ergo, ne similis Adæ sis, qui  
cum potuit, de ligno vitæ non comedidit, cum vero voluit  
non potuit. Sed ait, frigidus, & indeuotus sum. Qui prop-  
terea ad hoc sacramentum non accedit, ait Gerson, si-  
milis

Gerson.

A milis ei est, qui ait, ad ignem nō accedo, quia frigidus sum,  
ad medicum non me consero, quia aeger sum. Sacmenta  
medicinae sunt, etiam si infirmus sis, accede Christus ignis  
est, etiam si frigidus sis, dum in letali pericolo non sis, ae-  
cede, nam reverentia, ac deuotio in hoc sacramento sāpē  
dantur, & innumera bona, ac fructus, quos nemo fecit, nisi  
qui accipit, in perfectu virtutum, victoria passionis, & simili-  
bus. Restat ergo, ut inuitatus ad has epulas, non recus-  
ses, ne à regno excludaris cum illis inuitatis, de quibus  
Luc. 14.

Luc. 14.

Hic est panis pinguis, qui præbet delicias regibus, Ge-  
nesis. 49. Hic est panis frugū terræ uberrimus, de quo Pro-  
pheta. Hic est panis p̄imitiarum, Agnus Paschalis, cuius

Genes. 49.

B sanguine liberamur. Hic est hædus, quem Manue obtu-  
lit Domino super petram. Est fanus mellis Ionathæ, quo 1. Reg. 14.  
illuminatus est, & inimicos superauit. Comedite ergo  
amici, & inebriamini charissimi, & percipientis fructum  
vitæ. Si enim fimbria Christi, umbra Petri, semicinctia Pau-  
li, & sudaria Leui contactu sanitates perficiebant, quanto  
magis Christi corpus. Si ergo fitis, accede ad fontem pie-  
tatis. Si esuris, accipe panem vitæ, qui implet bonis esu-  
rientem. Si cæcus, & debilis es, huiusmodi ad cœnam in-  
uitantur. Luc. 14. Si instabilis es, en panem, qui cor ho-  
minis confirmat. Si tristis, en vinum, quod latificat cor. Si  
ab inimicis vallatus, ecce paratam mensam aduersus eos,

Luc. 14.

C qui tribulant te, ecce panem Gedeonis, qui irruit in ca-  
stra Madian. Si peregrinaris à Domino, in huius cibi  
fortitudine, perueniesq; usque ad montem Dei. Sed inter-  
rogas, qua frequētia utar hoc cœlesti cibo? Pro caloris di-  
versitate plus cibi unus homo capit quā in alter, ita pro di-  
versitate charitatis diversi modè accedendum est adhuc sa-  
cramentum. In deuotis clericis, qui quotidie celebrant, &  
nulla adhibita præparatione, ac gratiarum actione, con-  
fulerem ego abstinentiam ab hoc cibo. Ad quos Mala-  
chias: Offeritis panem polluum super menſam meam. Panis An-  
gelorum in se pollui non potest, sed quantum est ex par-  
te nostra cum polluimus, cum irreuerenter tractamus.

Malac. 2.

An

## De diuinissimo

Ezech. 22. An non Propheta ait. Et coinquinabar remedio eorum, dicit Dominus. Abstine ergo o sacerdos, & disce diuina diuinè trahere. Rel quis vero dico. Hi, qui vita m religiosam agunt, etiam si seculares sint, qui oratio n, ac exanimi, al i q; piis operibus vacant, oestuo quoque die accedant ad hoc sacramentum. Rel qui vero de plebe singulis mensibus. Nullus sanctorum, ac doctorum fuit, qui consoluerit, amplius abstinere, &c.



## C O N C I O.

In supplicatione publica ad pluuiam petendam.

### T H E M A.

Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait. Ascende, & dic Achab, unge currū tuum, & descendē, ne occupet te pluuiā. Et facta est pluuiā grandis. 3 Reg. 18.

3:Reg: 17

Iacob. 5.



L A V S E R A T Cælum verbo suo Elias, vt nec ros, nec pluuiā descēderet super terram. Mirabilis sanè hominis potestas, & orationis vis, vt Iacobus expendit, & inferius dicemus. Oravit rufsum Elias, & facta est pluuiā grandis. Huius autem signum fuit nubecula parua ascendens de mari. Simili flicitate laborabat terra, priusquam Christus in ea descenderebat, omnia ariditate, & defectu gratiæ peribant. Sed nubecula parua ascendit de mari, quando Maria ascendit sicut virgultum. Nubes illa est, quæ pluit iustum, in qua arcus cæli visus est signum pacis, illa ascendentē pluuiā voluntaria segregata hæreditati Dei descendit copiosa, quia gratia mudo redditā est. Et qui dicebat: Animæ meæ sicut terra sine aqua tibi, iam dicit: Visitasti terram, & inebriasti eam,

Psal. 142.

B

C

**A** sti eām, multiplicasti locupletare eā, in stillicidiis eius letabitur Psal. 64.  
germinans. Hac gratia aqua nunc indigemus plusquam temporali pluia. Vtraq; verò per Mariam nobis concedenda est, cuius oratio clavis est cæli, illud q; aperit. Ad eam suppli-  
citer accedamus.

Vt reētē philosophemur in his, quæ ad hanc terræ siccitatem pertinent, inquirendum est, quis eius causa sit, quoniam Deus eius est author. Deinde sciēdum, quibus de causis eam immittat, his etenim cognitis, facile erit, remedium illius nosse. Primum nosse oportet, quis eius causa sit, vt ad eum acceda-  
mus. Huius vero rei memorabile exemplum habemus in celebrita illa ciuitate Athenarum, quod Eucumenius grauis, & Eucumen.

**B** Græcus autor memoria prodidit super Acta Apostolorum scribens. Ait enim, ante plura sacula in ea ciuitate pestem maximam grassatam fuisse, quæ eam misere vastabat. Ciues vero in discrimine positi ad Iouis simulachrum accedentes, plura obtulere sacrificia, vota, ac orationes, vt à peste eos eripret, sed non id Iupiter fecit. Postea ad Saturnum, Neptunū, Mercurium, aliosq; deos cōfugerunt, nec tamen eis opere tulerunt, sed indies pestis crescebat. Cumq; res hec versaretur, ac tractaretur in curia, dixit Sapiens vir. Absq; dubio hi dij à nobis cogniti non immittunt peste hanc, quando nobis orati eam non auferunt, alius ignotus à nobis Deus est, qui eam immittit, quiq; eam tollere potest, & à nobis oratus est, eri-

**C** gamus ergo huic ignoto Deo aram, & in ea sacrificia, vota ac orationes ei offeramus, & liberabit nos. Placuit omnibus sapientis consilium, & aram extexere ignoto Deo, qui Deus verus erat, & in ea vota ac sacrificia offerentes liberati sunt à peste, & integra valetudo ciuitati restituta est. Hancaram post plures annos offendit Paulus prædicans Athenis, & dixit, hic ignotus Deus est, quem ego vobis annuntio, hic enim est, qui peste, qui alia flagella immittit, quiq; ea tollere potest, nec alius potens est hac facere, nisi ille. Multa prosectoria flagella peccatoris, & multæ etiam tribulationes iustorum, oportet verò nosse, à quo ista procedant, & in quo eorum remedium sit. Dij quidam sunt in mundo omnibus noti, qui tamè à tribulatione nos eripiunt. An nos dij sunt numi, nobilitas,

Acto. 17.

I deitrix,

## In supplicatione publica

delitiae, ac similia, quæ mundus colit? Sed num ista libera-  
bunt hominem in tempore angustiae, in infirmitate, tristitia,  
ac periculis. Vade ad Deos patris tui, ut te protegant, aiebat  
**A.**  
**4. Reg. 3.** Propheta. Et Moyses: Vbi sunt dñe orum, in quibus habebant  
fiduciam, surgant, & opitulentur nobis, & in necessitatibus nos  
protegant. Numquid in hac aquæ penuria, accurrere nobis po-  
terit humanum aliquod auxilium? Num pecunia, aut ho-  
nor? Nequaquam. Deus certè noster, qui meritò ignotus  
appellatur, est, qui continet aquas suas, qui nubibus suis man-  
dat, ne pluant super nos, quia eius hereditas non sumus:  
ideo ad eum ecce dire oportet, illum precari, eiq; placere, ut  
optata concedat. Deus noster sicut omnium reum causa  
est, ita in omnibus operatur semper, & ideo in creaturis om-  
nibus ille est, & per illas nobis bona confert tanquam prima,  
ac præcipua causa. Et per illas etiam nos flagellat. Et qui in  
mundi fine armabit omnem creaturam ad ultionem inimici  
coru, & supremum cū eis cōseret bellum, nunc armat aliquas  
creaturas ad ultionem aliquam sumendam, & leues pugnas  
excitat, quæ vulgo dicuntur (*Bscarumq;as*) sicut refert Cle-  
**B.**  
**Clemens.** mens libro 5. recognitionum audisse sc à Petro Apostolo.  
Cum ergo siccitas imminet, cum venti perflant dispergen-  
tes nubes, à Deo ista procedere indubium est. Qua ratione  
**Amos 4.** ille ait per Amos. Ego quoque prohibui à uobis imbre, cum  
ad huc tres menses supercessent usque ad messem, & pluia super  
unam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non pluia, pars una  
completa est, & pars super quam non pluia aruit. Et per Isaiam.  
**C.**  
**Isa. 5.** Nubibus meis mandabo, ne pluant super eam imbre.  
Postquam ostendimus à Deo nos flagellari siccitate, scien-  
dum restat, qua de causa à Deo siccitas immitatur. Si id nosse  
vis, audi Job dicentem: semel loquitur Deus, & secundò id ipsum  
non repetit. In qua verba Gregorius ait. Tribulatio men-  
tis ingenium est, nosse velle, cur flagelletur, & singulare sibi  
factum responsum de hac recipit. Sed Job ait. semel lo-  
quitur Deus, id est, omnibus in Scriptura loquutus est, à qua  
quisque potest sibi usurpare responsum, nec opus est, vt sin-  
galis loquatur. Videamus ergo in Scriptura, qua ratione plu-  
uiæ prohibitæ sunt, vt inde discamus nostra. In 2. lib. Regu-  
**2. Reg. 2.** tribus

**A** tribus annis sterilitas fuit in Israël in diebus Dauid, propter scelus admissum à Saule in occisione Gabaonitarū contra iuramentū eis factum à Iosue, & principibus populi. Et vltione Iosue 9.  
sumpta, satisfacta q; parte stillauerūt aquæ super terrā. In 3. 3. Reg. 16.  
Regum enumeratis peccatis Achab, additur: Et dixit Elias ad C. 17.  
Achab, uiuit Dñs Deus Israël, in cuius conspectu sto, si erit annis  
his ros, & pluuiia, nisi iuxta oris mei uerba. Sed dure sonant hæc  
verba, quid enim amplius inimicus dicere posset? Sed non vt  
hostis hæc dicit, ait enim: Viuit Dñs, in cuius conspectu sto. Corā  
Deo loquitur pro Deo, à Dei cōspectu didicit, quæ pronun-  
ciat, quoniā, vt peccata cessent, pluuiam cohibet, peccata ergo  
siccitatēs causa sunt. Et in Psa. dicitur: Posuit flumina in desertū, Psal. 103.

**B** Et terram eorū in salaginem à malitia habitantiū in ea. Et Hiere. 12.  
Usquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter  
malitiam habitantiū in ea? Id ipsum Amos vbi supra dixit, pro- Amos 4.  
hibitas aquas propter peccata. Nec huius tantū mali causa est  
peccati, sed & aliorū omnium. Vnde Sapiēs: Mors, sanguis, &c Eccles. 41.  
tentio, & rōphæa, oppressiones, famæ, & cōtritio, & flagellæ super  
iniquos creatæ sunt hæc omnia, & propter illos factus est catacly-  
mus, idest diluvium.

Si ergo ex his, quæ in Scriptura tradita sunt, colligere debe-  
mus, quæ ad nos pertinet, proculdubio aliqua nūc sunt grauia  
peccata, propter quæ Deus nubibus suis mādat, ne pluant su-  
per nos: propter quæ cælū factum est teneū, quæ si tollantur,

**C** stillabit aqua. Id enim in eadem legimus Scriptura, vltione  
enim facta in domo Saulis pluuiia descedit. Conuerso Israèle  
ad Deū, & imperfectis ab Elia sacerdotibus Baal, ascēdit nube-  
cula parua, & post eā pluuiia magna. Quoniā cum Deus sup-  
plicio intēdat conuerſionē nostrā, hac facta suppliciū tollitur.  
Tanquā pater corripit nos Deus, ac supplicia adhibet, quod Simile.  
patris quidē esse ostendit humanū exemplum. Cū enim plu-  
res pueri aliquid indignum perpetrant, si vides virum unum  
ex illis pueris corripere, ac castigare, alios autem derelinque-  
re, aīs, ille filius eius erat, ideoq; ab eo supplicio affectus est,  
reliqui alieni erant, ideo eos dereliquit. Hoc ipsum Deum  
agere ostendit ipse per Amos, dicens: Tantummodò uos co- Amos 3.  
gnoui ex omnibus cognationibus terre, idcirco uisitabo super uos.

## In supplicatione publica

omnes iniquitates uestras, quasi dicat, quia vos soli filii mei  
estis: ideo vos puniam, cum peruersae egeritis, nec impa-  
nitos reliquam, vt reliquos, quos in die iudicij in plenitu-  
dine peccatorum puniam. Sed quid hac castigatione Deus  
intendit? Certe ut ad eum conuertamur. Et ideo de eis, qui

Amos 4.

sterilitate, ac aquæ penuria visa ad eum non reuertuntur, ait  
Amos: Ego quoque prohibui à uobis imbre, cum adhuc tres men-  
ses superessent, usque ad messem. Et non rediistis ad me, dicit Do-  
minus. Mira certè hominis stultitia, qui flagellam videt, fla-  
gelli liuorem, ac plagam sentit, nec tamen reuertitur ad per-  
cutientem se, sed in dolore, ac moerore versatur. De qua re

Osee. 7.

Propheta ait. Vnde eis, quoniam recesserunt à me, uastabuntur, quia  
prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi loqui sunt con-  
tra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed ulula-  
bant in cubicibus suis, super triticum, & uinum ruminabant, reces-  
serunt à me. Quæ verba explanat Hieronymus, & Theodo-

B

Hierony.

Theodor.

Theophy.

retus, non me inuocabant, sed ad idola ululabant. Solebant  
enim ( inquit Teophilactus ) idolorum cultores furiis agitati  
ululare. Sed quia non in templis, sed in cubiculis ululasse, Pro-  
pheta dicit, recte interpretari possumus, cum essent in miseri-  
riis, non me inuocabant, sed moestii in cubiculis suis flentes se  
debant, & muliebriter eiulabant, quasi Deum non haberent, à  
quo possent leuari. Et ruminabant super tritico, &c. id est, con-  
cidebant super tritico, vino, & oleo, vel concidebant se, si-  
cūt sacerdotes Baal cultus se concidisse legimus. Quod etiam  
illi suo modo præstant, qui nimis anguntur, & discidunt cor-  
da sua ruminantes, ac considerantes tritici penuriam, nec ad  
Deum suplici oratione accedunt, & in eo confidunt.

C

3. Reg. 18

Duo ergo sunt, quæ præstare debemus: primū, vt pecca-  
ta per poenitentiam tollamus. Sicut enim tempestas non cō-  
quieuit, etiam si plures orarent, donec Ionas agnouit pecca-  
tu m suum, & vltio de eo sumpta est, eo in mare misso, ita Dei  
flagellum non cessabit: donec agnoscas ô homo peccatum  
tuum, ac poeniteas. Dic ergo cum Dauid. Ego sum, qui pecca-  
ui, ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt, uertatur obsecro  
fur tuus in me. Et cum Iona. Proprie me orta est tempestas, tol-  
lite me, & proicitte in mare. Excitauerunt Ionam socij, excitet  
quisq;

Iona 1.

2. Reg. 24

Iona 1.

- A quisq; peccatorem sibi proximū. Præcipuè superiores tollant peccata publica, ne forte, quia id non præstant, dicat Deus, *Nume. 25.*  
 quod olim dixit, suspende corā me p̄incipes populi, vt auer-  
 tatur furor meus. Nec satis est, quòd plures orēt, nisi peccata  
 tollātur, vt flagellū recedat. Quia vñus orās, & vñus maledicā *Hier. 15.*  
 cēs, cuius vocē exaudiens Deus: Dicetq; orātibus Deus, quod  
 olim Hierem. dixit: *Noli orare pro populo isto, nō exaudiā te.* *Hiere. 15.*  
 Etsi steterit Moyses, & Samuel corā me nō exaudiā eos, nō est anima  
 mea ad populū istū, quia à peccatis minime recedūt. Sicut au-  
 tē occisis sacerdotibus Baal, & populo ad Deū conuerso, orā- *3. Reg. 18.*  
 teq; Elia pluuiia copiosa descendit: ita sublati peccatis, & susa  
 ad Deū supplici oratione, quòd est secundū à nobis præstan-  
 dum, pluuiia concedetur nobis à Deo. De oratione, & ciui vi  
 multa diximus in 2. tomo, Dominica V. post Pascha, & in  
 rogationibus. Et in hoc tomo, in concionibus factis proficisci  
 tibus ad bellū, & reuertentibus ex bello infœliciter gesto, que  
 inde colligi possunt ad hunc locum.



## C O N C I O.

In supplicatione publica, quando fide-  
 les verberibus se cædunt.

C

T H E M A.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in  
 conspectu meo semper, quoniam iniquitatem meam  
 annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. *Psal. 37.*



A G N A Gloria sequi Dñm, ait Sapiēs, & *Eccl. 23.*  
 verē magna, ideoq; gloriosum est flagellari, &  
 alia mala pœnē suscipere, quia in hac re sequi-  
 mur Christū Dñm, eiq; conformamur, qui nři  
 causa flagellis c̄esus est. Sed vt omnino ei con-  
 formeū exteriū, & interiū: sciamusq; quo pacto glorio-  
 erimus, eū sequentes, recolendū est illud, quòd de Absalonis

## In supplicatione bellica

2. Rég. 14 pulchritudine Sacra Regum historia memoriae prodidit, ait A  
enim. Porro sicut Absalon uir non erat pulcher in omni Israël, et  
decorus nitens, a uestigio pedis usq; ad uerticem non erat in eo ulla  
macula. Et quando tondebat capillum, (semel autem in anno tondeba-  
tur, quia grauabat casaries) pōderabat capillo capitis suī ducentis  
siclis pōdere publico. Mira describitur Absalonis pulchritudo,  
mirus capillorum ipsius decor. Cum verò fallax dicatur gra-  
tia, & vana pulchritudo, aliquid non vanum à nobis intelligi.

Prou: 31. voluit diuinus spiritus ea describens. In Absalone ergo Chri-  
Psal. 44. stus Dominus exprimitur. De quo Psal. ait. Speciosus forma  
pro filiis hominū diffusa est gratia in labiis tuis, propterea bene-  
dixit te Deus in eternū. Ut Deus certè infinita est pulchritudo,  
sed ut homo tantis ornatus est gratiis, ut omnis pulchritudo B

Cant. 2. creata simul sumpta, si ei conferatur, appareat quasi stella corā  
Sole. Inter pulchros ergo pulcherrimus ipse est. Sicut malus  
inter lignas iluarum, sic dilectus meus inter filios, ut sponsa ait.  
Sed speciale aliquid, ac singulare in capillorum pulchritudi-  
ne significatur, qui vendebantur ducentis siclis, emebantur au-  
tem à feminis, ut illis se ornarent, & hoc semel in anno. Pla-  
nè sicut capilli superfluum est hominis, ac superabundans,  
ita in Christi gratia, ac meritis capillos inueniemus, quia gra-  
tia capitis in eo est tanquam capilli in capite, qua gratificat nos,  
ac decoros reddit corā Patre, media gratia à nobis participa-  
ta. Non solum sibi gratia concessa est, sed ut illam diffundere  
posse in aliōs, tanquam caput in membra. Cuius modi gratia  
nulli alteri cōcessa est, est enim solus ille Sanctus sanctorum,  
à quo omnis sanctitas participatur. C Quia de plenitudine eius  
omnes accipimus, et gratiam pro gratia.

John. 1. Capillis ergo Christi ornamur, cum propter illius merita  
nobis donatur gratia. Et cū eius passiones participantes, illis  
ornamur, ut Dei oculis grati simus. Ille certè ornabatur Chri-  
stii capillis, qui aiebat. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi  
in carne mea. Sed quid deesse potest passioni Christi? Illud  
planè, ut nos similia patiamur, ut ei conformemur, ut eam no-  
bis applicemus. Qui ergo verberibus se afficiunt, qui corpus  
erucifigunt capillis Christi ornatur. Hisce enim passionibus or-  
natus processit ille corā Patre, eiq; ita placuit, ut propter de-  
corum

Coloss. 1:

A corē omnis foeditas peccatorum obliuioni traderetur. Audi Sponsam. Egressimini, & uidete filie Sion Regem Salomonem in diademe, quo coronauit eum mater sua. Quemadmodum cum mirū aliquod spectaculum per viā publicam procedit, dicere soles, egressimini, & videte rē pulcherrimam ita inuitat Spōfa tū animas fideles, quas filias Siō dicit, tu etiam celestes sp̄ritus, vt aspiciant Christū in passione sua, quia nec Salomō in omni gloria sua, ita gloriosus fuit, ac Christus in die despōsationis, in die passionis. In eū non fideles tantū, sed & Angeli desiderant conspicere, nec illi solum, verū & aeterno Patri adeo mirum fuit spectaculum, adeo q; gratum, vt propter il-lud obliuioni tradiderit vniuersa hominum peccata. Et ideo

Cant. 3.

B Bernardus ait, ea gloria proceſſe in passione sua Chyſtum, quali procedere ſolet rex cum deſponsatur. Passionis qui-dem vefteſ, ſi humanis oculis obiicias, non eas pretioſas iudicabunt, ſed abiecas, contra vero glorioſas dicent vefteſ aureas, ac ſericas. At vero Deo diuerſum eſt iudicium.

Bernard.

Quia quod altum eſt hominibus abominatio eſt ante Deum. Con-

trà quod abieciūt, ac humile homini apparet, Deo glo-riofum eſt, quia in pretioſa vefte vanitas, in passione pro Deo fuſcepta virtus ſplendet, quæ diuīnum quid eſt. Si-cut ergo Deo infinitè gratum ſpectaculum propositum eſt in Chriſto paſſo, ac afflito, ita nunc pergratum ei ex-

Luc. 16.

C hibebitur ſpectaculum in hiſ, qui Dei cauſa ſe verberibus afficien, quod si Deo placent, pulchri, ac ornati pro-cedent, ornantur vero Chriſti capillis, Chriſti imita-tione, gratia, ac meritis ab iſis participatis. Sicut ergo, qui vnicē diligit Chriſtum viſa illius imagine latatur, ac commouetur: ita Pater videns afflictos, & dolores, ac flagella ſufcipientes eius cauſa videt imaginem dilecti fi-lii ſui, quod ei iocundum, ac pergratum eſt ſpecta-culum.

Sed quoniam exteriū Chriſto conformari ſatis non eſt, niſi etiam interiū ei conformemur, videndum eſt, qua men-te ac corde Chriſtus fuerit in columnā, quando flagellatus eſt, vt ſimiſi corde curent eſſe hi, qui nunc ſe verberare volant. Mirum, ac ſtupendum ſpectaculum propositum

## In supplicatione publica

hominibus fuit, cū Christus alligatus fuit colūnē, & innumerā sustinuit flagella, de quibus plura à nobis diēta sunt in primo, & §. tomo nostrarum concionū, in concionibus de Passione, vnde plura in hunc locū peti posunt. Sed summum mirabile est, quale tunc fuerit Christi cor, quales illius cogitationes, hoc enim excedit primū mirabile. De quo proinde illud accipi potest: quòd Psal. ait: *Multa fecisti tu Dñe Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi,* quasi dicat, licet exteriora opera mirabilia sint, sed magis mirandæ sunt interiores tuae cogitationes, quibus nullus tibi similis inueniri potest. Sed quæ sunt haec cogitationes adeò mirabiles?

Psal. 39.

Illæ planè, de quibus Isai. ait: *Domine Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles.* Amen. Sunt cogitationes infideles, & vanæ, de quibus Psal. Dñs fecit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. At cogitationes Dei fideles sunt. Sed quæ sunt istæ cogitationes? Hieronymus in ea Isaiae verbâ ait, (alia expositione proposita) Alij vero & inclius, & rectius ex persona Prophetæ dici intelligunt, pro Passione Dñi Saluatoris gratias Patri referentis, quod fecerit mirabilia, & cogitationes antiquas veritate cōpauerit. Addit autem Propheta, Am̄. id est, ita fiat. Cogitationes istæ de redimēdo humano genere sunt. Vnde cū flagellaretur, haec erat illius cogitatio, sic hominum peccata persoluo, sic hominum dilectionem ostendo, sic Patri obedio. Cū ergo flagellis persoluo hominū debita, plura sustinebo, quia plurima illi commeriti sunt.

Isa. 25.

Psal. 93.

Hiero.

Vt ergo similes in vobis inter flagella cogitationes sint, duo præcipua sunt præ oculis habenda. Primū peccata propria, quibus iram meruitus, & que flagellis vindicamus. Dicamus ergo cū Psal. *Veniam delictoru ego precor, & tu exaudies me Domine Deus meus, quoniam ego in flagella paratus sum.* Ego de me pœnas sumam, & dolorē maximum, & perpetuū ex eis capio, id enim significat, cum ait. *Et dolor meus in conspectu meo semper.* Quoniam iniquitatem meam agnosco: & illam confitebor. Hebræa habent, sollicitus ero, & anxius de peccato meo, cogitando dolebo propter peccatum meum. Doleat ergo homo de peccato, & primum percutiat cor suum hoc dolore, sicut.

B

C

quādo fideles verberib[us] se afficiūt. 69

- A sicut percussit David cor suū propter populi dinumerationē. Deinde percutiat corpus flagellis sumēs de eo vindictā, quod illi peccati causa fuit. Sic enim exercet homo iustitiā, & vindictam desumit, vt dicere cum Psal. possit: Feci iudiciū, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Quia si nos metipsoſ in dicaremus, non utiq; iudicaremur. Si vindictam in nos exerceremus, non eā Deus exerceret. Quām autem Deo sit glorioſa vindicta, quam de ſe ipſo peccator ſumit, explicuimus late in 3. tomo noſtrarum concionum Concione prima de Annunciatione B. Mariæ, vbi multa hic apta de hac re. Secundum, non cogitandū ſemel, ſed & recogitandum inter flagella eſt Christi paſſio, ipſiusq; dura verberatio. Quod nos facere mo net Paul. dicens: Recogitate eum, qui talem a peccatorib[us] aduer ſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem, ut non fatigemini animis ueſtris defiſcentes. Videns etenim homo Christū tanta ſuſtinuiffe ſui cauſa, optare debet, ei conforinari, & pro eo aliquid pati, cogitet ergo, ac recogitet Christi dolores, & impleat illud. Pauli: Qui ſunt Christi, carnei ſuam cruciſixerunt. Dicatq; cum fideli Ethai. Vixit Dominus, & uiuit Dominus m[od]us rex, quia in quocunque loco fueris, ibi erit ſeruus tuus. Si enim videmus Dominum pro nobis dura ſuſtinentem, cur non eadem ſuſtine optemus? Si ad omnem locū ſequendas eſt David, cur nō & Christus? Quod ſi Christus in columna eſt flagella ſuſtinen dira: cur non ad eundē vſq; locum veniamus? Et vſq; ad cru cem etiam dicentes: Et ſi oportuerit, me mori tecum, nō te negabo. An non ille infidelis ſeruus, qui ad dura, ac aspera dominum non ſequitur? Eſt amicus ſocius menſe, & non permanebit in tempore neceſſitatis, non hic fideiſ amicus, amicus enim ve rius omni tempore diligit. Si cum amico forſan incedens ab inimicis impetereris, & amicus, vt te incolunem ſeruet, cūm hostibus tuis præliatur, & vulnera ſuſtinet, num illum dereliqueret, & aufugeres in medio hostium tuorū relicto? Pu gham ingressus Christus eſt pro noſtra tuenda ſalute, qui cū eo pati non vult, terga vertit: & certamen detrectat, vt nihil patiatur durum, derelicto Christo in medio certamine. Sicut ergo cum Elias rapiendus erat, ſaþe dixit Elifeo, mane hic, quia in hi cundum eſt in illum, & illum locum, Elifeus vero

2. Reg. 24

Pſal. 118:  
1. Cor. 11.

Hebr.

Galat. 5.

2. Reg. 15.

Simile.

4. Reg. 2..

I. 5. aiebat:

## In supplicatione verberantium se!

aiebat: *Vixit Dominus, & uiuit anima tua, quia non derelinqua tecum;* **A**  
& in omnem locum cum illo proficisciatur. Ita quando Christus  
homini diceret, manu hinc relinque me solum, vel in oratione,  
vel in flagellis, aut cruce, dicere homo deberet, non derelinquante.  
Si enim, ut nostris mederetur malis, non nos solos ille dereli-  
quit, sed in terram venit, & ouem errantem qua siuit, nec ste-  
tit, donec ad eum locum perueniret, in quem illa venerat, &  
quia in morte illa erat, usque ad mortem descendit: cur eum  
solum relinquemus, & non ibimus in omnem locum, in que  
ille venit. Sed quia non omnes eum usque sequi eum debebant,  
quibus dicitur: *Nondum usque ad sanguinem restitisti aduersus  
peccatum retruzantes: ideo curemus eum sequi, quantu in no-  
bis fuerit, vel in flagellis ei conformari, &c.* **B**

Heb. 12.



## C O N C I O I.

In oratione, vel supplicatione publica pro  
expeditione bellica contra haereticos,  
coram divinissimo Euchari-  
stiæ sacramento.

T H E M A. **C**

*Arma militiae nostræ non carnalia sunt, sed potentia  
Deo, ad destruptionem munitionum, consilia destruc-  
tes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus  
scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem  
intellectum in obsequium Christi, & in promptu ha-  
bentes uicisci omnem inobedientiam, cum completa  
fuerit vestra obedientia. 2. Corinth. 10.*

**C**VM Fideles causam agunt aduersus infideles omnes,  
principem haereticos, merito usurpant verba illa Psalmi,  
qua

# In expedit, bellica cōtra hæretic. 70

- A quæ ideo titulus sunt Inquisitorū hæreticę prauitatis: Exurge *Psal. 73.*  
Deus, & iudica causam tuam. Nunc vero cū causa agitur aduersus hæreticos nostrā tempestatis, eadem ipsa verba Mariæ dicere possumus. Exurge Domina iudica causam tuā. Quoniam in his hæreticis impletur illud Apoc. Aperuit os suum in *Apoc. 13.*  
*blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius.* Quo loco per tabernaculū intelligit Methodius, & Athanasius in Euangeliō de Deipara sanctissimam virginem Mariam, confirmantes hoc ex illo *Psal.* sanctificauit tabernaculum *Psal. 45:*  
*suum altissimum.* Hoc ergo tabernaculum, quod Deus singulari ratione sanctificauit, hæretici blasphemias impetuunt, incredibiles enim blasphemias Lutherus, & sui in Mariam dis-
- B cunt: ideo exurgat illa pro se, ut superatis hostibus, impleatur illud. Beatum me dicent omnes generationes. Aderit illa bellantis- *Luc. 1.*  
bus, aderit & nobis de bello dicentibus, & orationes hac de causa fudentibus, eam ergo salutemus. Ave Maria.
- C Quatuor nobis hodie dicenda sunt. Primum, unde exoriantur, ac proueniāt hærefes, quod vtile nobis, ac proficuum erit, ut caueamus causas, ne in miseriū effectum veniamus. Secundum de iusta hæreticorum punitione, ac perditione, etiam per publicum bellum. Tertium, quo pacto hoc bellum licet armis conficiendū sit, præcipue tamen orationibus, quæ potiores sunt ad victoriam cōsequendam, quam arma belli-  
ca. Quartū deniq; , quartam vim habeat oratio coram diuinissimo Eucharistī sacramento.
- D De primo. Diuersæ sunt sagittæ in Deipharetra aduersus peccatores parate, sed quæ duriores, ac vt sic loqui liceat, crudi-  
deliores sunt, quæ mortis sagittæ dicuntur, quas veneno, ac herba, & rebus ardentibus affect illæ sunt, cum vnuin peccatum altero peccato punit, non quidem inducens ad peccatum, id enim longe a diuina bonitate est, sed illud permit-  
tens, & hominem derelinquens, ac indurans, vt in noua peccata incidat. De hoc supplicio loquitur *Psal.* cum ait: *Psal. 68.*  
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Non ait, appone pœnam super peccatum eorum, adhibe vltionem, illa enim sagitta mortis non esset, sed adde peccatum peccato, & noua intrent in iusti-

## In expeditione hellica

Rom. 1. in iustitiam, ac viam rectam. De eodem suppicio loqui- A

tar Paulus, dicens: *Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent.* Loquitur ibi Paulus de Philosophis, quibus sui notitiam Deus dedit, illi verò superbia elati sunt, nec agnita veritatem sequuti sunt, sed potius prauas animi affectiones, vnde veritatem, quasi carcere inclusam tenebant. Deus verò attendit eorum ingratitudinem, quibus donum tantum concesserat, & simul veritatem inclusam, quæ clamat aduersus eum, qui eam detinet, sicut sanguis Abel aduersus interfectorum, & tanquam iustus index profert aduersus hominem iustissimam illam sententiam, seruus, qui scit voluntatem Domini, & non facit, plagi vapulabit multis. Multæ verò plagæ sunt, cum peccata plura permittit, & ita factum cum Philosophis Paulus testatur, quos tradidit Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, qua non conueniunt, vbi innumera eorum peccata re- censet, quæ sunt plagæ multæ, quibus vapulat nequam ser- uus. De hoc suppicio per Hieremiam Dominus ait. *Pla- gae enim inimici percussite, castigatione crudeli.* Et per Isaïam: *Ipsi autem ad iracundiam provocauerunt, & affixerunt spiritum sanctum eius, & conuersus est eis in inimicum, & debellavit eos.* Dicit verò istam castigationem crudelem, & inimici, quia cum adhibet Deus ultionem istam, non patrem, sed iudicem agit, non vulnerat, ut medetur, sed in interitum, si- cut inimicus vulnerat hostem. De hoc etiam suppicio in Psalmo ait: *Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israël non in tendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiumentibus suis.* Si ergo vides te à Deo derelictum, & desiderii tuis traditum, time, Deus enim conuersus est in inimicum tuum.

Sed cum eo supplicium hoc deuenit, ut permittat Deus, hominem infidelem fieri, & fidem amittere, hoc crude- lissimum supplicium est, licet iustissimum. Et hoc est maxi- mum hominis discrimen. Cù enim peccato induratus homo est, si fidem retineat, nouit, se in peccato esse, nouit remedium, & vbi inuenientum sit, sed qui fidem amisit, quomodo remedium

Luc. 12. B

Hier. 30. Iса. 63. C

Psal. 80.

**A** remedium quæret, aut inueniet, cum extra Ecclesiam salus non sit, nec medicina. Et ideo non solū confractus est impingens super petram, sed comminutus petra super eum cadēt, quæ eum in tenuissimum puluerem redigit. Et hoc supplicio Deus puniuit eos, qui veritatem Dei in iniustitia tenuerunt, vt Paulus ait, eō enim deuenere, vt veritatem agnitam defererent, & idola colerent, & serpentes, & quadrupedia: Sicut verò hoc supplicio puniti sunt Philosophi Ethnici, ita eodem castigati sunt Iudæi ingratissimi, quibus Deus veritatis notitiam ampliorem dedit, quām gentibus, qua illi vñi nō sunt, sed plurima peccata perpetrauerunt, nec audierunt Dei Prophetas eos corripiētes, & ideo falsos Deus permisit Prophetas,

**B** qui eos docebant idola colere. De qua re miris verbis Deus loquitur per Isaiam. *Eo quod populus iste appropinquat ore suo, & labii suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, ideo ecce ego ad-dam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stu-pendo, peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prouidentium eius abscondetur.* Et hinc demum eō dementiae deuenirunt, vt extinguerent lucem celi Christum ad eos missum: & ideo in tenebris, & caligine versantur, impletūq; in eis est illud Psa. *Obscurantur oculi eorū, ne uideant, & dorsum eorū semper incurua, quia intellectu coeci facti sunt, & voluntate dura, ac in terrena inclinata.* Et ita Iudæis, & gētibus accidit, quod

*Isai. 29.*

**C** Augustinus ait, tulit Deus ab ingratis, quod dederat gratis. Sicut talentum ablatum est ab eo, qui eo vñs non fuit, & datum ei, qui lucratus fuit plura, sicut etiam data arma militi in pugnam merito ab eo auferuntur, si in pugnam non venit.

*Psal. 68.**August.**Matth. 25.*

Aliena vidimus, nunc ad nostra veniamus: si à gentibus, & Iudæis ablata est veritatis notitia, quia ea vñi non sunt in bonum: quid mirum si permittat nunc Deus virum Christianū fidem amittere, si ea non vtatur, vt par est? An non maior lux nobis concessa est? An non maior ingratitudo nostra? An non veritatem Dei in iniustitia detinemus? Quid ergo mirū, si in hæresim labi permittatur is, qui fidei ductum non sequitur? Impletum iam videmus nostra hac misera tempestate, quod de ea multis retro saeculis Paulus prædixerat. Ideo

*2. Thes. 2.*

immitet

## In expeditione bellica

inmittet illis Deus operationē erroris, ut credat mēdaciō. Grauiſſianū profectō suppiciū, sed ob grauiſſimam culpā permifsum, quām explicat idem Paulus. Eō quōd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Si enim attendas, potentiā, ac vim miram veritatis fidei Christianæ, vt hominem à peccato terreat, & arceat, ac ad virtutem inclinet, videbis grauiſſimam esse culpam eam detinere, & aduersus illā opera facere. Quā longē à mortali esse deberet fidelis, qui credit infernum paratū æternum ei, qui peccauerit, innumeris tormentis, & igne. Quis peccatū admittere audet, cū nouerit, co in animā intrante Deū exire alia, vt dicunt, ianua, & cū eo bona vniuersa gratiae? Qualis verò homo sine Deo erit? Id sentiebat, qui ait: Dñe, ne discedas à me: cū enim Deus ab homine discedit, manet in morte prima culpa, & propè mortē secundam culpā, & poenā eternā. Quis Deo nō inferiat, cū nouerit, mercedem obsequij Deum esse, qui est merces magna nimis? Quis Deū nō diligit, cū sciat se ab eo dilectū vñq; ad mortē, esse q; Deū bonitatem immensam? Quod nam turpius monſtrū? quā nā chimera similis homini, qui fide Christianus est, opere verò Ethnicus. Iustissima ergo ratione ille, qui est terribilis in cōſiliis ſuper filios hominū, permittit plurimos fidem amittere, & amouet candelabrum de loco ſuo. Ideo audiamus omnes fideles Paulū, nos monētem. Tu autē fideſtas, noli altum sapere, ſed time. Si enim naturalibus ramis non pepercis, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & feueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, feueritatem: in te autem bonitatem, ſi permanferis in bonitate, alioquin, & tu excideris. Timendum nobis profectō, ac dicendū, quis non timebit te o rex gentiū. Vidi autem, animaduertiſſe Deū in Ethnicos, in Iudeos, & demum in plurimos Christianos, & id propter peccata, quis non timeat, cū ſe plenum peccatis videat? Quod ſi non times: ideo timere te magis oportet, quia noua eſt in te cauſa timendi, peccata, ſcilicet, & abſq; paurore eſſe. Dormit Iona cum ceteris timent, & Deum inuocant, nec propter vigilantes, & timentes orta tempeſtaſ eſt, ſed propter dormientem. Vix homini illi, qui nō timet, non orat, & inuocat Deū, cum tantam videat exortam tempeſtatem in Ecclesiā:

Psal. 34.

Rom. 11.

C  
Tu autē fideſtas, noli altum sapere, ſed time. Si enim naturalibus ramis non pepercis, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & feueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, feueritatem: in te autem bonitatem, ſi permanferis in bonitate, alioquin, & tu excideris. Timendum nobis profectō, ac dicendū, quis non timebit te o rex gentiū. Vidi autem, animaduertiſſe Deū in Ethnicos, in Iudeos, & demum in plurimos Christianos, & id propter peccata, quis non timeat, cū ſe plenum peccatis videat? Quod ſi non times: ideo timere te magis oportet, quia noua eſt in te cauſa timendi, peccata, ſcilicet, & abſq; paurore eſſe. Dormit Iona cum ceteris timent, & Deum inuocant, nec propter vigilantes, & timentes orta tempeſtaſ eſt, ſed propter dormientem. Vix homini illi, qui nō timet, non orat, & inuocat Deū, cum tantam videat exortam tempeſtatem in Ecclesiā:

Verbum

- A** Verbum fecit Deus in Israël, quod qui audierit, tinnient ambæ au-  
res eius. Timeat ergo peccator, né in extremum malorum ve-  
tire permittatur, & fidem amittere, timeat iustus, ne à Deo  
deseratur ob inumeras negligentias. Longè erant à prodi-  
tione in Christū Apostoli, quia tamē dixit, vñus vestrum me  
traditurus est, omnes timuerut. Tāntū est malū diuina dereli-  
ctio, fidei amisio, & eterna damnatio, vt si sciremus, vñū dun-  
taxat faturū, qui hæc incurreret mala, omnes tremere debe-  
rēt, quid ergo nō timeamus, scientes tot dānandos? Hinc Lu-  
cas ait, dictu suisſe à quibusdā Christo Dño, quosdā homines  
peccatores à Pilato occisos, quia sacrificia offerebāt. Ad quos  
Dñs ait, Putatis, quod hi Galilæi p̄e omnib⁹ Galilæi peccatores  
fuerūt, quia talia passi sunt? Nō dico uobis, sed nisi paenitentiam ha-  
bueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decē & oclit, super quos  
cedidit turris, putatis, q̄a ipsi debitores fuerint pr̄ter oēs homines  
habitātes Hierusalē? Nō dico uobis, sed si nō paenitentiā habueritis,  
oēs similiter peribitis. Si tu fide stas, tribue id Dei gratię, nō ti-  
bi, & time, caue, & declina à malo. Ne similis sis Hierosolymę, q̄uę vidit Dei vltionē in Siloë, & Israël, nec timuit, vt Ille Hiero. 3:  
rem. ait, sed similia patrauit scelerā: vbi obsecro nūc fides. Egyp-  
ti, & Scythię monachorum eius? Vbi fides Africę, Graciam,  
Germaniam, Anglię? Qui hæc viderit, an non dicet cū Ezech. Eze. 2 1.  
O mucro Dñi ingredere in uaginā, usquequo non quiesceret? Et iterū. Ezech. 2 1.  
Ego succendā in te ignē, & cōburam omne lignū uiride, & omne lu-  
gnum aridū, & eiciam gladium meū de uaginā sua, & occidam in te  
iustum, & impium. Timeamus ergo, & oreūmus, ac vigilemus.  
Sed iam secundū videamus, quod in iūto proposuimus, quid  
Ecclesiā agendū sit aduersus perfidos hæreticos. Certè iūto  
Ecclesiā p̄cipiūs fortitudinis actus in illa fuit, qui est pati  
mala pro virtute, & hac fortitudine Ecclesia fundata fuit: sed  
stabilita, ac firmata iam Ecclesia, non hīc solus fortitudinis  
actus in illa esse debet, sed alter etiam, qui est, occidere, de-  
bellareq; p̄ilio fidei hostes, quem etiam Ecclesia admittit,  
ac tanquam necessariū amplectitur. Hæretici Manichæi nō  
admittebant in Ecclesia hunc fortitudinis actu dicentes, con-  
trarium esse Apostolorum Actibus, & doctrinæ. Sed aduer-  
sus eos optimè Augusti libro 2 2. contra Faustum. Et veritas Augus.  
Catholica

## In expeditione bellica

Catholica est, in Ecclesia relietam esse potestatem temporalem, ac humananam ad debellandos, & perdendos haereticos, ut fides firma sit. Et ratio manifesta est, quia Ecclesia ita perfectiora, & meliora amplectitur, vt minus perfecta non excludat. In maiori quidem pretio voluntariam paupertatem habet, virginitatem, & similia, sed & diuites non excludit, & uxoratos. Sic ergo licet præcipuus sit fortitudinis actus causa virtutis pati, & hunc primo loco Ecclesia collocat, tamen etiam fortitudinem eam non respuit, qua hostes Ecclesiæ debellantur, & iusto bello perduntur. Media Ecclesia est inter cælum & infernum: & ideo utrumque participat, in cælo misericordia iusta exhibetur, in inferno iustitia vindicativa exercetur, hæc ergo in Ecclesia esse debuit, qua pax conseruatur, & vnitas re tinetur. Sic enim etiam in cælo factum bellum perhibetur.

Cum enim Lucifer, & Angeli eius pacem cæli turbare vellēt.

**A**Apoc. 12. Factum est prælium magnum in cælo, Michaël, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius. Si verò in ipso cælo prælium commissum est ab Angelis, vt pax perpetua esset: quid mirum si in Ecclesia prælium geratur aduersus haereticos pacis turbatores? Et hoc est, quod Paulus significat verbis in Themate propositis, quibus primum ostendit vim armorum spiritualium Ecclesiæ, dicens: *Arma militie nostræ non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitiōnum, &c.* Postquam vero armorum spiritualium vim ostenderat, proponit arma temporalia, ac corporea, quibus Ecclesia aliquando uti debuit, dicens: *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia,* quasi dicat, licet nunc, vt Ecclesiam fundemus utimur armis spiritualibus solum, patientia scilicet, laborum tolerantia, verbi Dei prædicatione, & miraculis, sed stabilita Ecclesia, & completa obedientia fidelium multorum in Ecclesiam conuenientium, patrificamus vlcisci omnem inobedientiam & supplicio temporali adhibito omnem superbum compescere, qui Ecclesia inobediens fuerit. Dicit verò Paulus, omnem inobedientiam, quia non solum potest Ecclesia vlcisci in fideles obedientes, sed & in infideles haereticos, & Ethnicos ipsam impugnates. Licet enim proprium Ecclesiæ sit, pacem, ac vitam donare,

**B**  
sed pax

**C**

- A** sed pax ista bello conseruatur, & vita fidelis morte infidelis. Est ergo punitio medicina, qua salus Ecclesiæ conseruatur. In huius veritatis ostensionem cum iam passioni approximaret Rex Christus, duos gladios inter suos voluit esse. Ecce duo gladij hic, & ait Iesus, satis est: quia in Ecclesia, quā morte sua fundabat, duo futuri erant gladij, spiritualis & materialis. De hac remulta Augustinus epistola. 48. ad Aug. ad Vincentium, & 50. ad Bonifacium. Vbi ostendit hanc veritatē ex illo Psal. Quare fremuerūt gētes, & populi meditati Psal. 2. sunt inania, astiterunt reges terre, & principes cōuenerunt in unū aduersus Dominū, & aduersus Christum eius. Quibus verbis describit persecutiones saeuissimas in Ecclesiam commotas in vniuerso mundo, & martyrum patientiam, qua Ecclesia fundata est. Deinde vero ostendit post Ecclesiæ fundationem, & regum fidem futurum esse, ut gladio temporali Ecclesia protegatur: vnde ait. Reges eos invirga ferrea, & tanquam nas figuli confringes eos. In cuius rei ostensionem apud Danielē primū tres pueri in camino ignis proiecti sunt, qui patientia ac forti animo ignem superauerunt, & regē in suam deduxere sententiam, vt edicto publico præcepere, qui nomen Dei blasphemauerit, dispereat, & domus eius vastetur. Sic ait Augustinus, initio mundus caminum accedit aduersus fideles, sed postea principes Ecclesiam armis, ac potentia defenderunt. Et hac de causa Ecclesia ipsa instituit Imperatoriam potestatem, qua vt ministro vteretur ad rebellēs bello superandos. Hinc est, vt princi-  
**B** C pum fidelium munus sit præcipuum fidem armis tueri, ac Ecclesiam propagare, quod præcipue præstiterunt Hispani reges, qui in Hispania profligatis Mauris, & Indis mirè Ecclesiam auxerunt. Id ipsum nunchoc bello præstare curat rex noster, ad quod proinde omnes nobiles, ac præcipui viri proficiisci deberent, hoc enim eorum munus est, nō ludo, & commessionibus indulgere, ne forte aliquando exhibentur, ac confundantur, sicut olim quidam de populo Israelitico exhibilati sunt à Debora, quæ etiam gratias referēt pugnatoribus validis alt: Cor meum diligit principes Iud. 5. Israeli: qui propria voluntate obtulisti nos discrimini, benedicte

## In expeditione bellica

Domino. Duces Isachar fuere cum Debora, & Barac uestigia sunt A sequati, qui quasi in præceps, ac barathrum se discriminî dedit diui so contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio. Quare habitas inter duos terminos, ut audias sibilos gregum. Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan uacabat nauibus. Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur. Zabulon uerò, & Nephthali obtulerunt animas suas morti. Præmisit ante verba ista: Surge, surge Debora, & loquere canticum, id est, spiritu prophetice super te eleuare, vt laudes eos, qui fortiter in bello se gesserunt, & irrideas eos, qui propter ignauiam prælio non astiterunt. Id ipsum nunc nobis agendum, laudemus viros gloriosos, qui armis se accingunt aduersus fidei hostes, & eos irridantibus, qui nobiles se esse iactant, ac magnanimos, tamen luxui dediti in domibus suis nunc manent, nec ad B bellum proficiuntur. Sed quid Debora ait? Viris strenuis ac fortibus ait. Duces Isachar fuere cum Debora, qui quasi in præceps se dederūt, quia vt ait Rupertus, in torrente Cison desce derūt persequentes hostes in loca declivia, & aspera. Conuersa vero Debora ad Ruben, Galaad, Dan, & Aser, qui timente, & aliis rebus detenti, ad prælium non venerant, eos irridens ait. Diuisio contra se Ruben, &c. id est ad Ruben quise diuisit à Debora, vel qui propter intestinas contentiones, quibus in seipsum diuisus erat, ad bellū nō venerat, & ideo magnaniorū illius reperta est contentio, id est, manifestata fuit aliis tribibus ex hoc facto, quare habitas inter duos terminos, id est, iuxta Iordanem, qui diuidebat sortem duarum tribuum à reliquis, ut audias sibilos gregū, id est, balatus, illa C enim tribus delectabatur in talibus, quia habebit pecora multa, quoru augmēto intē debat, vt dicitur Num. 23. Re petit statim cōtentione magnaniorū eius, id est, superborū. Sicut in cantilenis vsu venire solet, vt ide s̄cpius repeta tur. Sic etiā Galaad trans Iordanē mansit, nolens venire ad præliū tanquā ignauus. Sic & Dan vacabat mercibus exercendis, & intentus lucro venire noluit ad prælium. An nos numc cū Debora surgere nō poterimus spiritu, & eos nobiles traducere ac exhibilare, qui ludo, & vanitatibus vacātes ad tam iūstū bellū non proficiuntur? Ad quid enim nobilitas,

Rupert.

Num. 23.

A bilitas, exempla maiorum, majoricatus, & arma eis reli-  
cta sunt, nisi ut fidem armis tucantur, ut Ecclesiæ hostes  
debellentur quod cum non præstent, nobiles dicendi non  
sunt, sed degeneres, & semen nequam. Contra verò hi lau-  
dandi, ac magnificiendi, qui quasi in præceps, & in bar-  
athrum discrimini se se offerunt in bellum proficisci-  
entes.

Sed quoniam causa fidei communis omnibus exigit, ut  
omnes huius bello intendant, plures verò in illud profici-  
ci non possumus, oratione eos iuuare debemus, qui bella-  
turi sunt, & ideo tertium ex his, quæ initio proposuimus,  
explicandum nobis est, quomodo potius orationibus, quā  
armis sit bellum feliciter conficiendum. De orationis po-  
tentia multa à nobis dicta sunt in secundo tomo nostrarum  
concionum Dominica quinta post Pascha. Sed quam vim  
habeat oratio, ut hostes visibiles superentur, ostendit planè  
illud, quod Exod. 17. habetur: Pugnabat Amalec contra Isr. Exod. 17:  
rael, dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egredius pugna con-  
tra Amalec. Cras ego stabo in uertice collis habens uirgam Dei in

B manu mea. Facit Iosue, ut loquutus erat Moyses, Moyses autem, &  
Aaron, & Hur ascenderū super uerticē collis, cumq; leuaret Moy-  
ses manus, uincebat Israël, si autē paululū remisisset, superabat Ama-  
lec. Manus autem Moysi erant graues, sumentes igitur lapidem po-  
suerunt subtus eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentabant  
manus eius, & sic superauit Israël: Dicit autem Dñs ad Moysem,  
scribe hoc ob monumentū in libro. Multa in his verbis expēdēda  
sunt. Primū, mittit Moyses Iosue in bellū, nec ipse in illud  
processit, nō solū qā octogenari⁹ cū esset, bello aptus nō erat,  
sed ut orās magis præliaretur, quā armis pugnare poterat.  
Id vero manifeste ostēsum est, quia cū manus leuabat, vin-

C cebat Israël, cum deprimebat, superabat Amalec. O Ama-  
lec, quid pugnas cōtra Iosue, non ab eo, sed à mōte, in quo  
orat Moyses, damnū tibi infertur, ipsum ab oratione detur  
ba, & vicisti. Sustētabat Moysi manus Aarō, & Hur, ita Dei  
amor, & fratriū nostrorū, q. in bellū, proficiuntur, & in discri-  
men eūt, nos sollicitat, ut oremus. Quia vero nō tūc solum  
id accedit, ut oratio Moysi victoriā obtineret, sed sēpē sa-  
pius, ideō in monumentū, & perpetuā recordationē factū

## In expeditione bellica

illud scribi Dñs voluit, ut ex eo disceremus orationis vim, A.  
Psa. 43. ac dicamus cū Psal: Non enim in arcu meo sperabo, & gladius  
2. Paralip. meus nō saluabit m: sed dextera tua, & brachiu tuū. Hinc homo  
2. 5. Dei ad Amasā ait: si putas in robore exercitus bella cōsi te  
re, faciet te Dominus superari ab inimicis tuis. Nō ergo in  
fortitudine exercitus victoria belli, sed de cælo est, & ideò  
potius oratione, quām armis obtinenda. Omnes ergo, qui  
orant, in bellum proficiuntur, non hī tantū, qui pugna-  
tūr sunt. In vniuersa scriptura innumera passim tradūtur  
de victoriis propter orationem concessis. Quin & in His-  
paniæ historia innumera de hac re tradita sunt.

Sed vt Hæc oratio potentior sit diuinissimum Euchari-  
stia sacramentū nobis ob oculos ponitur. Vt Moyses ora-  
Exod. 17. ret efficaciūs, assumpsit Dei virgam, & lapidem in quo se-  
deret. Quæ nam nobis virga est, & quis lapis? Certe virga  
Psal. 109. virtutis Dei Christus est, de quo Psal. Virgam virtutis tue  
emittet Dominus ex Sion. Idem verò Christus lapis est, ab ho-  
minibus reprobatus, à Deo autē electus, & honorificatus,  
petra autem erat Christus. Ecce eterne Pater virgam virtu-  
tis tuæ, in qua fecisti mirabilia, propter hanc virgam vni-  
uersa bona hominibus concedis, propter hanc remisisti pec-  
cata, calum aperuisti, infernum spoliasti, propter hanc  
nunc victorian nobis concede. Quia accederes fiducia ad  
Christum, si in terris versaretur, ea nunc accedere potes,  
præsens enim ille est, & idem ipse, qui fuit. Et ideo multò  
meliùs quām Eliæ tenens Eliæ pallium dicere potes:

4. Reg. 2. Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc. Viderat Elisæ pallio Eliæ  
aqua Jordanis diuinas, raptus ille in cælum erat, & cū pal-  
lio Eliæ aquas percuteret, diuise non sunt vt prius, ille ve-  
rò dixit: Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc, cum in cælum raptus  
est: cum enim eius pallium teneam, eadē per illud effic en-  
da sunt, quæ dum Elias aderat, fiebant. Ita verbum diui-  
num pallium induit, dum humanam naturam assumpsit,  
habitu inuentus ut homo. Et multò arctiori vinculo humani-  
tatem sibi copulavit, quām pallium copulatur ei, qui illud  
induit. Eō autem pallio mirabilia innumera operatus est,  
dum in terra versaretur. Assumptus in cælum est Christus,  
sed

**A** sed palliū nobis reliquit, humanitatē, scilicet, in hoc diuino sacramēto. Cum ergo illius retineamus palliū, similia mirabilia experiri debemus, ac expertus est mundus, dū in terris cōnēctatus fuit, dicereq; possumus. *Vbi est Deus Eliæ etiā nunc?* *Vbi est virtus Christi, etiā nūc, postquā in cælū ascēdit?* Si enim ille nobiscū mansit, si palliū suū nobis reliquit, & nunc eadē operetur, oportet. Si virtus de illo exhibat, & sanabat omnes, nunc etiam de illo virtus exire debet, vt nobis opē ferat. Cum in publicum producitur Christus Dñs in hoc sacramento, id agimus, quod olim Isræl, cū diffici-  
lem cū hostibꝫ pugnam inire vellet, dixitq; Afferamus ad nos arcam Dei, & sit in medio nostri, & saluet nos de inimicis no-  
stris. Idē nunc agimus, ac dicimus, procedat in mediū no-  
stri arca diuinorū sacramentorū, vt percutiat inimicos no-  
stros, & debellat eos, qui debellavit aēreas potestates, qui  
regnū dæmonis cuertit. Inter alia propter quę Isræl regē  
expetiuit, illud fuit præcipuū. *Egredieatur rex noster ante nos,* 1. Reg. 4.  
*& pugnabit bella nostra.* Chrs. vere rex noster est, ille graditur  
ante nos, vt pugnet bella nostra. Quod si omnia bella no-  
stra gerit, hoc præcipue suscipiet, quod illius valde propriū  
est, de eius enim causa agitur, de fide in ipsum recta, de obe-  
dientia ei exhibēda, aget ille libenter bellū istud, & se vo-  
bis ducē præstabit, aderitq; militibꝫ nostris exoratus, &c.

**B**

## C O N C I O. II.

In expeditione bellica contra hæreticos  
in oratione publica coram diuinissimo  
Eucharistīe sacramento.

T H E M A.

*Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tri-  
bulant me. Psal. 22.*

**D**ATVS nobis à Patre Christus est, vt sit nobis om-  
nia in cælo, cum erit Deus omnia in omnibus, datus

## In expeditione bellica.

etiam in terra, ut sit similiter omnia, factus enim est nobis A  
Pater, Rex, Dux, Spōsus, Pastor, Medicus, Refugiu. & For-  
titudo reuertentibus de bello ad portā, cui dicimus, in vim-  
bra tua viuemus inter gentes. Sic & Maria suo ordine data  
nobis à Deo est, ut sit nobis omnia, est mater, regina, nu-  
trix, refugii turris, & deniq; dux ad omnia bella nostra, quę  
ideo dicitur: Terribilis ut castrorū acies ordinata. Debore olim  
dixit Barac: Si uenis mecum, uadam; si nolueris uenire mecum non  
pergam. Id ipsum potiori iure Mariæ dicere possumus, ve-  
ni nobiscū regina nostra, veni dux, & columnā ignis, & nu-  
bis nos protegēs, te enim præsente hostes superabūtur. Et  
nunc gratiā obtine, ut aliquid tépori conueniens dicamus.

Cant. 6.  
Iud. 4.

Psal. 67.

Prov. 9.

2. Cor. 5.

Luc. 22.

Recēset in hoc Psalmo regius Psaltes diuinā misericor-  
dias sibi cōcessas, quę cū figur.e sint earum, quę nobis con B  
cedūtur, præcipua ratione de his loquitur. Ait ergo: Parasti  
in conspectu meo mensam aduersuseos, qui tribulant t me. Primum  
ait, parasti, cui p̄fsumile est illud, quod in alio Psal. ait. Pa-  
rasti in dulcedine tua pauperi Deus, vt trobiq; ait, parasti, & quid  
parauerit, non explicat, solum enim ait, parasti in dulcedine  
tua, & nunc parasti mensam. Sed quibus refertam ferculis, nō  
explicat, quia ineffabile est, quod paratur. Sed id aliquo-  
modo explicat, cum ait, in dulcedine tua, id est, secundū infini-  
tā Dei dulcedinē, Eucharistie enim mēsa ab infinita chari-  
tate, ac dulcedine diuina procelisit. Parasti, ait, mēsam. Quia,  
vt sapiens ait. Sapientia edificauit sibi donum, excidit columnas  
septem, et proposuit mensam. Duplicem mēsam posuit homi-  
ni Deus, vnam viatoribus, alterā his, qui viam perfecerūt, C  
vnam in terra, alterā in celo. In vtraq; mensa idem est cib⁹,  
sed diuersa ratione paratus, idē in vtraq; cibus sumitur,  
sed aliter, & aliter aptat⁹, mēsa quidē celi parata nob̄s est,  
sed nūc de ea dicere non possumus: Parasti in conspectu meo  
mensam, nec enim nunc illam videmus, per fidem enim ambula-  
mus, et non perspicem. Nunc nobis non est stomachus tan-  
tus, vt illam capiat escam, donec eum dilatet Deus lumine  
gloriæ. Mensa illa nō est aduersus hostes, qui tribulat nos.  
ibi enim hostis est nullus, tribulatio nulla, est illa mēsa re-  
gni pacis, ac quietis, de qua, qui parat e. ait. Ego dispono ho-  
bis

- A** bis regnum, ut edatis, & bibatis supra mensam meam in regno meo. Mensa illa pacis est, quia ut Psal. ait. Posuit fines tuos pacem, *Psal. 147.* Et adipe frumenti satiat te. Ibi plena satisetas est, ibi frumenti adeps sine ullo fursure, ibi pax imperturbata, quia posuit fines tuos pacem. Recte profecto dixit, qui ait. Beatus, qui mandu<sup>catur</sup> *Luc. 14.* cavit panem in regno Dei. Ibi ferculum datur manifestum, cibus clarè videtur, quia nidebimus Deum sicuti est. Ineffabilis sapor illius cibi est, quia est omnis sapor, qualis obsecro sapor Dei erit: infinite beatus Deus est eodem sumpto cibo, nos cundem sumemus, sed non aequali sapore, quia cum comprehendere non poterimus, tanta tamen erit dulcedo, ut omnem superet cogitatum. Augustinus in epist. ad Cyrrillum ait, *Aug.* cogitasti ad Hieronymum scribere, ut interrogaret, quid de gloriæ magnitudine ipse sentiret. Cumq; eo tempore Hieronymus iam è vita excessisset, apparuit Augustino, & ei dixit, cogitasti, ac voluisti à me discere gloriæ magnitudinem, vide, an numerare possis stellas caeli, & arenam maris, & ei<sup>us</sup> guttas, id enim facilius multò est, quā minimi beatigloriā recensere, est enim res tāta, ut impossibile sit dici, & est adeò diuersa ab omnib<sup>us</sup> his, quæ dū viueat cogitare potui, ut sit in infinitū diuersa, ac sine cōparatione maior, & ideo nec ego tibi explicare potero, nec tu ullo modo capere.
- B** Viatoribus verò alia est mensa, in qua idē proponitur cibus, de quo Psal. ait. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Dicit parata in conspectu, quia sacramentum videmus, & aduersus inimicos, quia cōtra omnes visibilēs, & inuisibilēs inimicos nos cōfortat. Quā respexisse videtur Ezechiel, cū diceret: Cōuenite, pperate, cōcurrite undiq; *Ezech. 39* ad uictimā meā, quā ego immolo uobis, uictimā grandē super m̄ctes Israēl, ut comedatis carnem, & bibatis sanguinē. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terrae bibetis, arictum, agnorum, hircorum, taurorumque, & otilium, & pingium omnium, & saturib; in ieiūniū super mensam meam. Caro enim, & sanguis Christi merito dicitur caro omnium pinguium, quia omnia virtute continet, & omnia antiqua sacrificia in hoc uno virtute sunt. Ethinc sit, ut saturetur is, qui hunc sumit cibum. Hinc Psaltes: Conſteantur Domino misericordie eius, *Psal. 106.*

## In expeditione bellica

misericordie eius, & mirabilitate eius filii hominum, quia satiauit animam inanem; animam esurientem satiauit bonis. Quid vero aliud quam Deus cibus factus satiare poterit, & bonis impleat? Si nunc aperirentur oculi nostri, ut viderent quod sub illis speciebus latet, videremus plane diuinam infinitam maiestatem, ante quam Seraphim, & potestates tremunt, & eo viso beati essemus. Sed nunc sub cortinis est, ut reges esse solet in Ecclesia, in regia vero suis manifestus ostenditur. Hec mensa nobis vires prestat aduersus inimicos.

3. Reg. 1. 9 Sicut enim Elias fugiens Iezabelem ab Angelo confortatur sub eius inerio pane, quo non timet; ita nos hoc diuino pane suscepimus non solum hostes non timemus, imo eis formidabiles redimur, prodeutes ab hac mensa similes leonibus ignis spiratis, ut Chrysostomus. Hac est mensa propositio B. Exod. 2. 6 nisi posita contra Aquilonem, id est, contra inimicos: quia Ierem. 1. ab aquilone pandetur omne malum, ut Propheta ait.

Sed dupli via, ac ratione nos iuuat Christus in Euchristia contra vniuersos. Primo tanquam sacrificium. Secundo tanquam sacramentum. Primo relictus nobis est Christus tanquam sacrificium, & unicum Ecclesie sacrificium ad obtinendum a Deo omnem misericordiam, & remedium in omni necessitate, ac periculo, quod promide Ecclesia appellat sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Hic est vniuersus Ecclesie thesaurus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicizie Dei. Hoc sacrificium oblatio est digna aequalis Deo, cui offertur, quam reuicere non potest, infi-

C. te enim illi grata est, de qua pronunciare non potest quod olim de reliquis sacrificiis. Vt quod mibi multitudinem victimarum uestrarum plenus sum: holocausta arictum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Quod enim hic offertur, ex vetero Dei processit. Omnis natio, etiam barbara, sacrificia inuenit, ut Deum suum placaret, & ab eo bona obtineret, praeципue victoriam hostium, & ideo plura offerebant sacrificia ante pugnam. In Ecclesia ergo sua reliquit Christus hoc sacrificium, ut Deum placamus, & ab eo cuncta obtineremus, & praecipue victoriam aduersus omnes inimicos. Cumque hoc offerimus, dicere possimus.

**A** possumus iure, quod Psaltes ait: *Holocausta medullata offe- Psal. 65:*  
*ram tibi.* Solum hoc sacrificium medullam habet, reliqua  
 vmbra erant, atque figura, hoc veritas ipsa est. Et quem  
 admodum Christus est id, quod hic offertur, ita ipse est  
 præcipuus offerens, & cum missa dicitur, præcipue eam  
 Christus dicit, sacerdos autem duntaxat minister est. Et  
 quædmodum cum ad Caluarium processit, ipsem fuit  
 sacrificium, oblatio, hostia, ac offerens, & sacrificans: ita  
 & nunc sed hac diuersitate, quod illud fuit cruentum, hoc  
 incruentum sacrificium. Ex quo colligitur, qua reueren-  
 tia audiendum sit sacram ea enim, qua assisteres cruci Chri-  
 sti, cum crucifixus fuit, assistere debes missæ, idem enim  
 sacrificium est, eadem hostia, idemque offerens. *Vnde Ia-*

**B** cobus Apostolus in missa sua, quam composita, ait. Cum  
 sacerdos ex sacrificia procedit, dicat lector, vel æditius alta  
 voce. *Sileat omnis mortalis, ac humana caro, quia egredit- Jacobus:*  
*ur rex Regum, & Dominus Dominantium, & Angelorum chorantecedunt.* O quis nunc spiritus Dei plenus  
 es, ut clamaret, ac vociferaretur omnibus, qui in Eccle-  
 siam veniunt? O mortales trahete, reueremini Deum pro-  
 cedentem in sacrificium, ut se offerat in oblationem pro  
 vobis, cesseret omnis humana cogitatio, omnis inordinatus  
 visus, ac loquatio, quoniam exercitus Angelorum ad-  
 est, ut tantum spectaculum videant. *Adsunt Cherubini pleni oculis, & attoniti, adsunt Seraphini ardentes amore, & adest homo tepidus, vana circunspectiens, colloquia- C miscens otiosa.*

**V** ergo oratio, qua à Deo bona petimus, sola non sit, &  
 inefficax, conceditur nobis hoc sacrificium, quod Deo of-  
 feramus. Sed quoniam magna dona difficilius obtineri  
 solet, ideo gentes, ut prælia procederent, sacrificia offere-  
 bant, ut à Deo victorian obtinerent, quam sciebant à Deo  
 concedi. Nec enim in multitudine uictoria belli, sed de cælo fortitudo est. Hinc sapiens. Vidi, nec uelocium esse cursum, nec fortium bellum. Ideo Saul ante præliū sacrificiū offert. *Et 1. Reg. 7. 1. Mach. 3. Eccles. 9.* dicitur: *Congregatis sunt filii israel in Mæphat, et ascenderunt satrapæ Philistinorum israel, dixeruntque ad Samuëlem, ne-*

## In expeditione bellica

cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostrum, ut saluet A nos de manu Philistinorum. Tulit autem Samuel agnum lasten- tem unum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino. Et cla- mauit ad Dominum Samuel pro Israel, & exaudiuit cum Domi- nus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Phi- listini iniere prælium contra Israel, intonuit autem Dominus fragore magno super Philisthim & exterruit eos, & cœsi sunt a filiis Israel. Tulit autem Samuel lapidem unum, & posuit in- ter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius lapis ad- iutorij, dixitque, *huc usque auxiliatus est nobis Dominus.* Ti- mentes Israëlitæ Philisthæos curant orationem Samuë- lis, & sacrificium. Ita nunc timens rex orationes à nobis exigit. Sed vt oratio non sit inanis accedat ho- locaustum Samuëlis. In holocausto vniuersum animal B cremabatur in Dei honorem, ita Christus in cruce, & missa oblatus consummatus est. Et sic factus omnibus ob- temperantibus sibi causa salutis æternæ. Non solum dicitur Christus consummatus, idest, perfectus, sed etiam con- summatus, idest, omnino cōsumptus, & igne charitatis ab- sumptus. Vt offerret holocaustum Samuél, tulit agnum vnum, vnum singularem: quis nam hic agnus, nisi ille, de quo dicitur: *Ecce agnus Dei: verè vnicus, & singularis.* Quod si nunc non adest Samuél offerens, si indignior Samuèle est sacerdos, adest Christus præcipue offerens, dignior Sa- muèle. Si exaudiuit Dominus tunc clamanteim Samuèle, cur non exaudiet nos cum Christo clamantes? Situnc ex- terruit Dominus Philisthæos, cur nunc non terribit hæ- reticos? Erexit Samuél lapidem, quem appellauit adiuto- rij. En erexit ibi Christus in Eucharistia est, qui lapis ad- iutorij meritò nuncupatur. De quo iure optimo dicitur: C

Hebr. 5.

Ioan. 1.

*Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.* Vis o homo nosse au- xilium tibi certum futurū à Deo tuo? Erectus est tibi la- pis Christus, lapis adiutorij, de quo dicitur: *Hucusque au- xiliatus est nobis Dominus,* quasi dicat, eo viq; processit amor Dei in nos, auxilium Dei, vt homo fieret, & in cruce es- set, vt nobis auxilium ferret, quo modo ergo non auxilia- bitur aduersus hostes? *Hunc lapidem adiutorij tollet An-* tichri-

A tichristus de Ecclesia , vt crudele aduersus eam bellum D<sup>r</sup>.anie. 9. faciat. Vnde Daniel : *Tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius.* Dum enim lapis hic adiutorij erectus estet, dum Missæ sacrificium in Ecclesia durauerit, nullus aduersus Ecclesiam præualere poterit , nec tantam stragem in Ecclesiam facere posset, si hoc sacrificium in illa esset.

Secundò relieto est Christus in hoc sacramento in cibum, quo alimur. Inuitat nos Deus ad mensam suam, vt cibum Dei ipsius sumamus , Deum ipsum , & vniuersa illius bona . Est hoc sacramentum continuatio coenæ illius , qua cum discipulis coenauit ante passionem,

B de qua dicit: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare uo- Matth. 26. biscum . Non aliis nunc proponitur cibus , nec aliis nos invitati, nec diversi sunt effectus . Cogita ergo , cum ad hoc accedis sacramentum, cum Christo te coenare: quòd si illa desiderio desiderat se tibi tradere , cur tu desiderio non de siderabis illum sumere? De priscis patribus Paulus ait: Iuxta fidem defuncti sunt omnes , non acceptis repro- Heb. 11. missionibus. De te verò, cum Christum suscipis, dicam, acce- pte à te omnes promissiones , & bona Dei. Audi ergo Pro. 20. scripturam te monentem . Noli diligere somnum , ne te egestas opprimat , aperi oculos tuos , & saturare panibus. Quis somno indulget , perit fame . operarius verò lucratur cibum, quo vitam conseruet.

C Esto ergo ô homo operarius , cole terram cordis tui, fode eam, noua nouale, spinas tolle , & hoc facto poteris suscipere diuinum illud granum frumenti , quo suscep- to satureris panibus, sed quibus panibus? Certè illius tri- L. 11. bus panibus, quos amicus amico prabets, hi verò sunt, cor- pus, anima, ac diuinitas Christi, hæc enim tria hoc sa- cramento continuaentur. Laborans panes lucratur , qui- bus substantiam recuperat , quam laborando amisit, sed non æqualem substantiam recuperat , imò minus aptam, ac conuenientem. At verò, cum laboras , vt ad hoc sacramentum accedas , meliorem eo suscepto sub- stantiam recuperas. Imò laboras , vt ad hoc sacramen- tum,

## In expeditione bellica

tum ac cedas, & nihil perdis, sed tecum fers panem ac A  
labores tuos, & eorum fructum. Veniunt in Aegyptum fra-  
tres Ioseph, vt frumentum sibi emant, & reportant triti-  
cum, & numos in ore saccorum, quos detulerant, vt fru-  
mentum emerent. Vniuersam terram fames occupat, nul-  
libi frumentum est nisi in Ecclesia, hic proponitur panis  
de caelo, accede, vt comedas, & deferes tecum panem, ac  
numos, Christum, & dispositionem tuam, ac meritum il-  
lius, accipies gratiam pro dispositione tua, & merita tibi  
cum labore magna, insuper accipies gratiam nouam à sa-  
cramento diuino ex opere operato, ex omnibus fructum  
colliges, ex labore, & ex pane. Quare ergo appendit argen-  
tum, & non in panibus, labore iustrum, & non in saturitate ope-  
ramini ergo non cibum, qui perit, sed qui manet in uitam eternam, B  
cuius modi cibus hic est, qui illam præstat.

Sed inter plura huius sacramenti mirabilia vnum ex-  
pendamus, quod nostro proposito, & huic publicæ orationi congruit. Est diuinum hoc sacramentum pignus fu-  
turæ gloriae, & pignus etiam omnium bñorum, qua à  
Deo petere, & expectare possumus. Hic enim merito usur-  
pare possumus illud Pauli: Qui proprio filio suo non peper-  
cut, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo  
omnia nobis donauit? Nec ait donabit in futuro, sed donauit  
in præterito, quia tanta est huius pignoris vis, & tantam  
nobis pollicetur spem, ac certitudinem, vt omnia nos ac-  
pisse putare debeamus Christo suscepto. Et hoc ad lite-

Rom. 8.

Zacharia. 9.

ram significat Zacharias, cum ait. Quid enim bonum eius est,  
& quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & unum ger-  
minans uirgines? Propheta verbis superioribus dixerat in-  
numera à Deo beneficia Ecclesie conferenda, dicens, po-  
nam te quasi gladium fortium, Dominus exercituum pro-  
teget eos, & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ.  
Vt verò certa haec, & indubitate agnoscamus, addit, quia  
vniuersa Dei bona ei dedit, cù panē, & vinū electorū de-  
dit, quod si hoc dedit, reliqua sine dubio præstabit. Cum  
ait bonū, & pulchrū eius, illud eius est masculini generis, vt  
ex Greco, & Hebreo constat, referturq; ad Deū, estq; sensus.

Omnia

**A** Omnia bona Dei data sunt homini in frumento electorū, nihil ergo post donum tantum ei negari poterit.

Mira profectō, & penē incredibilia nobis promittuntur. Primo gloria, & facialis Dei visio, quæ omnem suerat cogitatum, adeō ut commentator Auerrois postquam dixit legem Iudeorum legem puerorum, propter innúmeras ceremonias, & legem Machumeti legem porcorū, propter illius spurcitiam, legem Christi dicit legem stultorū, quia rem impossibilem sperat fidelis, qualis est visio facialis Dei, & stellas calcare, ut ergo rem tantam speres, datur tibi Deus nunc sub velo, ut eum sine velo sperare possis. Maximum profectō spei Christianæ obiectum est, adeō

**B** vt sicut credere non possumus sine speciali Dei adiutorio, ita nec sperare, vt debemus, nisi Deo adiuuāte possumus. Sed vt firma sit spes, conceditur statim, quod postea promittitur, & datur nobis in cibū Chriciro, & sanguis in potum, quod si tanta sunt alimenta, quæ nūc hæredibus dantur, qualis erit hæreditas, quæ postea dabitur. Hinc Ioan Apocal. 2<sup>o</sup>. nes. Vincenti dabo Manna absconditum, quia licet videat, & gustet beatus Deum, semper dicet, quid est hoc? ita nunc datum nobis calculus candidus Christus, quo diem fœlicem numeremus, & quæst Manna absconditum. Alia omnia, quæ homo sperat minora sunt, quæ in gloria, quod si futurae gloriæ immense pignus sufficiens datur in Christo, manifeatum relinquatur esse, ipsum pignus certum reliquo-

**C** rum. Orandum nobis est maxima fiducia, haec enim est, quæ vnuersa impetrat, si enim habueritis fidem, vt granū finā pis, dictis monti tollere, & iactare in mare, & fieri. Sicut ergo pignore suscepto certo nostri tibi reddendum debitu, ita Christo sumpto certum habes bonorum cumulum, quid enim tibi negabit, qui filium dedit?

Quod si certo omnia bona sperare possumus, præcipue fidendum est, nos exaudiēdos in oratione, quam fundimus pro victoria contra hæreticos negantes hoc diuinum sacramentū. Qua in re orare possumus illud Psalmi: Psal. 73<sup>o</sup>. Exurge Domine, iudica causam tuam, memor esto improprietorum tuorum, eorum, quæ ab insidente sunt tota die. Exurge, quare ab dormis.

## In expeditione bellica

dormis Domine, quādū silebis videns impiam, impudicam A  
meretricē Babylonē in sanguine tuorū delectari; & te blasphemare? Si te sponsæ non mouēt iniuriæ, moueant tuæ:  
non solū Ecclesia cōculatur, reliquæ proiiciuntur, templo

prophanantur, sed & tu in Eucharistia irrideris, sed tu Dñe

Psalm. 73. vsq; quo? Ne tradas bestiis animas confitentium tibi, exurge ergo,

& libera nos propter nomen tuum, superbia enim corū, qui oderunt te, ascendit semper. Sed num obliuiscitur Deus suorum? absit:

Isai. 49. Audi Isaiam. Dixit Sion, dereliquit me Dominus, Dñs oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non

miseretur filio uteris sui? Et si illa obliteretur, ego non obliuiscar tui, ecce in manibus meis scripsi te. Tu obliterata es mei diebus in-

numeris, tu dormis, tu Deum dereliquisti. Surgamus ergo

Psal. 80. nos, nec dormiamus cum Iona, cui dicitur, surge, inuoca

Deum tuū, quia enim Deum non inuocamus, hostes preua-

lent in nos. Hinc Psal. Si populus meus audisset me, Israel si in

uitis meis ambulasset, pro nibilo forsan inimicos eorum humilias-

sem, & super tribulantes eos misissim manum meam. Ideo audia-

mus Deum nostrum, in viis eius ambulemus, & implebitur illud: clamabis ad me, eruam te, & honorificabis me.

Vt verò oratio nostra potētior sit, & Deum inclinemus,

vt nobis ā sit aduersus hæreticos, præstemus, quod Eze-

4. Reg. 19 chias. de quo sic Regū tradit historia: Itaq; cū accepisset lite-

ras, & legisset eas, ascendit in domum Dñi, & expandit eas corā Do-

mino, & orauit in conspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui

sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ, aperi

Domine oculos tuos, ex uide, & audi omnia uerba Senacherib, qui

C misit, ut exprobraret nobis Deum uiuentem. An non simile nūc

Deo dicere possumus? Audi Domine blasphemias hæreti-

corum voces, cum se iactat impudica mulier caput esse Ec-

clesiæ, cum dicit te orandum non esse, sanctos non veneran-

dos, reliquias eorū non colendas, confessionis sacramentū

tollendū, Eucharistiam nihil esse. Olim cum eam orationē

fudit Ezechias, & blasphemias literas Senacherib Deo

Iſai. 37. ostendit, misit Dñs per Isaiam nuntium dicens: Cui expro-

brasti, & quem blasphemasti, contra quem exaltasti uocem tuam?

Contra sanctum Israel insaniisti in me? Ponam circulum in narī-

bus,

**A** bustis, & chamum in labiis tuis. Hoc ipsum nunc faciemus speremus, si ut par est, orauerimus.

En ergo mensam paratam aduersus inimicos nostros, dum nos iuuat ut sacrificium, dum pignus est ut sacramentum, quo fiducialiter orare possumus. Sed non ad ista solum haec mensa proficia est, sed ad multa alia. Ad Iob Dominus ait. *Iob. 3. 8.*

Nunquid ingressus es profundum maris, aut in nouissimis eius deambulasti. Vbi Hebreæ habent, guttas eius dinumerasti? Mare est hoc diuinissimum sacramentum, & fructus, ac effectus illius gutta sunt, licet plura dixerimus, pluri ma restant. Est ergo mensa parata in conspectu nostro aduersus eos, qui tribulant nos, non homines solum, verum & aduersus carnem mundum, ac dæmones, qui multò acrius nos

**B** tribulant, Diuus Tho. 3. p. q. 79. art. 6. ait. Duo sunt, quæ nos impugnant, & viam in cælum impediunt, primum interior inimicus caro suis prauis affectionibus. Secundum exteriores inimici mundus, & dæmon. Contra omnes hos paratur nobis mensa. Ante peccatum, licet caro inclinaretur in sensibilia, sed prius rationem consulebat. Sed peccato in ordinata est, & similis redditus effræni equo, & ad sensibilia ducitur etiam contra rationis ordinem. Adiuuat vero eam mundus, ac dæmon. Et hac ratione merito intelligitur in bestia illa de mari ascende, cui erant capita septem, & draco dedit ei potestatem, & posuit super capita eius diametra, quia caro bestia facta est, & dæmon tribuit ei potestatem. Reste autem septem habet capita, quia septem

**C** habet inclinationes ad septem capitalia vitia, quæ capita sunt, ex quibus innumera oriuntur peccata. Licet in gratia sis, dices cum Paulo: Sentio aliam legem in membris meis, *Rom. 7.* captiuantem me in legem peccati. Regnat caro, captiuas dicit animas abstractas, & illecas. Quis ergo liberabit me de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. De Noë dicendum est: iste liberabit nos ab operibus manuum nostrarum *Genes. 9.* in terra, cui maledixit Dominus. Quia vinum inuenit, quo operarij levantur, & vires recuperant ad colendam terram. Sed præcipue ea verba Christo conueniunt, qui dedit nobis carnem, & sanguinem, ut vires accipiat,

## In expeditione bellica

accipiat, qui aduersus carnem pugnat, quæ verè est terra, A  
cui maledixit Dominus. Si ergo o homo laboras in pugna  
vitiorum, si terram cordis tui duram sentis, accede ad Eu-

Matth. 11. charistiam, & reficeris. Venite ad me omnes qui laboratis, &  
1. Reg. 14 onerati estis, & ego reficiam uos. Accipe diuinum hoc mel

3. Reg. 19 Ionatha, & visum, ac vires recuperabis. Fugis à Iezabele cù  
Elia, times eam, ac ministros illius? fac quod Elias, dormi  
sub iuniperō spinis pleno, comedere subcinericū panē, & cō  
fortaberis, nec incidet in manus Iezabelis. Quid aliud

quām carnem significat Iezabel, à cuius conspectu iustus  
fugit, quid ministri illius, nisi prauæ inclinationes, ac ani  
mi affectiones? Si te ista in sequuntur, quiesce sub cruce, cō  
sidera spinis ornatum Christum, Eucharistiam suscipe fre  
quenter, & liber eris ab eis. Quo paecto sine cibo vires habe B

1. Reg. 14 bis in pugnam: Reête Ionathas ait: Turbavit pater meus  
populum, si enim comedisset, sicut ego, pesequeretur ho  
stes suos vsq; ad interencionem, nunc vero infirmus popu  
lus ob cibi defectum persequi inimicos non valuit. Voce  
præconis edixerat Saul, nullus cibum sumat, donec hostes  
omnino superentur. Hoc ipsum nunc docet, qui ait, non  
esse frequenter ad Eucharistiam accedendum, donec pas  
siones omnino quiescant. Imo vero suscepta Eucharistia  
vincendat sunt. Da mihi fortissimum hominem, armis op  
timis circundatum, si cibo non vtatur per plures dies, an  
non dicet cum David: Aruit cor meum, quia oblitus sum come  
dere panem meum? Sicut enim calore naturali consumitur hu  
midum, quod cibo restaurari oportet, ne pereat homo, ita C

Psal. 101. concupiscentia vitam spiritualem impugnat, & quasi con  
sumit, nisi hoc diuino cibo restauretur. Hic est panis Ge  
deonis, qui voluebatur in castra Madiam, ac ea celebat,  
quo bestia carnis superatur, licet capita habeat septem, si  
milisq; Hidriæ sit, quia hic est vinum sanguinis Christi  
germinans virgines, & ideo carnem domans.

Alij vero sunt inimici externi, qui nos circundat. Primū  
dæmones, qui multi cum sint numero, quasi athomi nos  
cingunt, secundò mundani homines, qui similes sunt regi  
bus terrenæ promissæ, qui in unum conueniebant aduerlus

Israël,

- A** Israël, ne terram obtineret. Aduersus omnes hos hostes pugnat panis hic Gedeonis irruens in castra Madiā. Sicut olim deuictis regibus ait Iosue: Calcate cervices eorum, nec eos timeatis, sic nunc suis Christus ait: Confidite, ego vici mundum. Cum Christum suscipis in Eucharistia, tecum ducis victorē dæmonum, & mundi, cum illo omnes calcabis hostes. Sed fortè aīs, vellem quidem frequenter ad Eucharistiam accedere, sed oblatratur mihi à sociis. Num vocatus à rege, ut tibi maxima concederet beneficia, ire recusares, quia patens canis in via est oblatrans, qui latrare potest, mordere non potest? Vellem aīs, Deo obsequi, sed cum inter mihi familiares versor, & vana plura dicuntur, aliqua etiam vana dico, ne mihi detrahatur. O serue, nō inutilis solum, verum & nequam, vides Dominum offendit tuum, & eius honorem non zelas? In honestum tibi ducis, quod bonus habearis? Merito rex Christus ait. Qui erubuerit me coram hominibus, erubescam & ego cum coram Patre meo. An non hoc stupendū, quod amor meretricis, vel ludi tantus sit in corde tuo, ut ea non deseras, licet noueris tibi mala esse, licet scias ab omnibus oblatrari tibi, & amor Dei ita debilis est, ut verbum eius causa sustinere non valeas? Vis vniuersas has superari difficultates? Ad Eucharistiam accede: ô coena grandis! ô conuiuum regale, imò cælestis arbor vitae, arca contra diluuium, Manna de celo, panis Angelorum, fagus mellis inuentus in ore leonis, sacrificium Melchisedech, adesto nunc nobis. Et huius sacrificij dulcedine placatus Deus ingentia nobis crimina remittat, victoriā donet aduersus visibiles, & inuisibiles inimicos. Hoc pignore accepto fidentes sumus, & postulemus in fide non hæsitanter, & concedet Deus, quæ in nomine filij eius dilecti petierimus, &c.

L C O N



A

## C O N C I O.

In supplicatione publica , cum Deo  
gratiæ referuntur pro victoria  
ab hostibus parta.

## T H E M A.

*Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. 1. Corinth. 15.*

B



O Q V I T V R His verbis Paulus de victoria peccati ac mortis , quæ à Christo primū parta est, & quā nos per illam assequimur. Regnauerat enim in mundo mors, peccatum, ac dēmon ab Adā, quia omnis homo in peccato cōciebat, & seruus erat dēmonis, à cuius potestate sola Christi gratia liberari poterat: sine qua homo miser captiuus tenebatur ad dāemonis voluntatē, nec ei resistere poterat, & sic ab uno peccato in plura ducebat, & ad mortē corporis , ac animæ eternā. Ecce dēmonis principatū, & hominis miserādam conditionem sine Christo: de qua Isaías ait. Non poterit auolare de angustiā sua.

Isa. 8.

Io. in. 12.

Coloff. 1.

Venit autē Christus dux in mundū, ut debellaret aēreas potestates, & principē mundi à regno deturbaret, & statueret in mundo regnū Dei, & morte sua id perfecit. Vnde ait. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De qua Christi victoria præclarè loquitur Paul. dicens: Expolians principatus, & potestates, traduxit cōfidenter, palam triumphans illos in seipso. Expoliauit, inquit, dāemones præda, quā tulerant, & traduxit confidenter, id est, extra duxit dāemones, ne mūdo principarētur, vel homines traduxit ex eorū potestate ac regnō, eripiēs eos de potestate tenebrarū, & transferens in regnū suum. Et in semetipso palā ostendit triumphū, quo de dāemonibus triūphauit. Quēadmodū enim victores, ac triūphatores

C

**A** phatores publicè gestabant viatos aliquos insignes viros ex his, quos bello superauerant, & spolia alia, quæ ceperant: ita Christus manifestè ostēdit mundo victoriā à dēmone repor tata, euertens idolorū templa, dæmones ligatos saepe ostendens, auferēs ex eorū potestate insignes peccatores, quos mūdo proposituit, tanquā victoria suæ testimoniū. Sicut ergo ac cesit ad primū Adam dæmon, & illū superauit, & nos omnes in illo, ita cum accesit ad secundū Adam superatus ab eo est: & nos omnes in illo viatores euasimus, vt dicere possimus, Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriā per Iesum Chri stum. Quia in Christo sufficiens remedium homini est, quo, qui vt voluerit, dæmonem superabit.

**B** Licet verò, vt diximus, Christus dæmonem superauerit, sibi, & nobis, dū nobis meruit gratiā, qua illum superemus, re stat tamē nobis bellū gerendum cum dæmonie, in quo quisq; hominum eum superare debet: & hinc sit vt Ecclesia sit. Terribilis ut castrorum acies ordinata, dicatur q; militans, quia exercitus est pugnātum. Sed multò superior homo est dæmonie, qui per Christum adeò infirmus factus est, vt non vincat, nisi volenter, & recte August. ait. Debilis est hostis, qui nō vincit, nisi volenter. Homo vero fortissimus redditus est gratia Christi, insignitus charactere Christi, tanquā illius miles. De qua re præclare Orig. ho. 1. in Iosue, vbi ait: Cū primū no mē Iesus datur Iosue. Exod. 17. dicitur: Vener Amalech, et ex Cant. 6. Augst.

**C** pugnabat Israël, & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim: Elige tibi viros potētes ex omnibus filiis Israël, & egredere, & conflige cum Amalech crastino. Nō potest Moyses eligere viros potētes, sed Iosue. Hic vbi primū inuenio nomē Iesus, ibi cōtinuò video mysterij sacramentū, lex enim vincere nō potuit, nec eligere viros potentes, qui vincent: hoc ad Iesum pertinet, qui dæ mones superauit, & suos gratia armavit, qua dæmonem de iicere possent. Iam verum habet illud Ioselis, infirmus dicat: Ioc. 3. Quia fortis ego sum, qui enim ante Christum infirmus erat, iam Christi gratia fortis effectus est. Hinc mira sanctorum fortitudo post Christum enuit, etiam in pueris, & puellis, vt admirationi mundo extiterint, impletum q; est illud Pauli. Hebr. 11. Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt

## In supplicatione publica

sunt reprimisones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impe- A  
tum ignis, castra uerterunt exterorum, fortes facti sunt in bello.

Athanaf.

Hinc dæmon Antonio confessus est, referente Athanasio in eius vita, post Christum vires se non habere aduersus homines, ligatus enim per Christum est, ut ipsemet ait: *Nisi prius alligauerit fortem. Ligatus vero canis nullum mordet, nisi qui accedere vult per inficiam, noli ergo tu mortifera delectatione ad eum propinquare, & nihil in te iuris habere poterit. Resistite diabolo, & fugiet a uobis,* ait Iacobus, si fugit: *victus abscedit, si locum pugnae deserit, victum se fatetur.*

Luc. 11.

Iacob. 4.

Ligatus vero canis nullum mordet, nisi qui accedere vult per inficiam, noli ergo tu mortifera delectatione ad eum propinquare, & nihil in te iuris habere poterit. Resistite diabolo, & fugiet a uobis, ait Iacobus, si fugit: *victus abscedit, si locum pugnae deserit, victum se fatetur.*

Pro hac victoria præcipuas gratias Deo referre debemus cum Paulo dicente: *Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum, qui eripiuit nos de potestate tenebrarum, & transluxit in regnum filii dilectionis sue.* Has gratias

Coloss. 1.

B

Psal. 102.

referebat, cum diceret: *Benedic anima mea Domino, & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Qui autem iustior est, has gratias ampliores reddere debet, quia ei concessa victoria est amplior, dum à peccato maxime liber est, dum peccata ab eo elongauit Deus. Vnde subdit Psal. *Sicut distat ortus ab Occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.*

Exo. 14.

Vides longissimè te à peccato distare, vides Ægyptios coram te submersos, & quas olim timebas iniquitates & quibus inservisti, nunc deletas vides ut nubem, dic cum Israël: *Cantemus Domino, glorijs enim magnificatus est.* Et cum Psal. *Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.*

Psal. 115.

C

Sed sciendum est, non solum per Christum nobis concedi spiritualia bona, sed & temporalia, qua saluti & eternæ conuenient, non solum victoria inimicorum inuisibilium, sed & hostium visibilium, qua parta gratias ei agere debemus, tanquam illius authori, præcipue autem, & singulari quadam ratione, cù de infidelibus fideles triumphant, victoria illa Christotribuenda est, qui sicut meruit nominis sui, ac fidei exaltationem: ita accepit potestatem conterendi, ac perdendi eos, quieci resistunt, & fidei hostes sunt. Ita Psal. ait. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas siguli cōfringes.*

Psal. 2.

- A** fringes eos. Ideo: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dñs, & pereatis de vita iusta. Explananda nobis hæc verba sunt, ex quibus liquido constabit, quod diximus. Theophil. in c. 1. *Theophy.*
- ad Hebreos ait, vt Deus innatum habet Christus uniuersorum imperium, vt homo decreto patris accipit: & ideo ait: Postula a me, & dabo tibi gentes in hereditatem. Addit verò: Reges eos in uirga ferrea. Ferreum in diuina Scriptura in malam partem accipi solet, & significat poenam, ac afflictionem durissimam. Sic in Deuteronomio dicitur: Scruties inimico tuo, quem emittebatur tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. Et in eodem Deuteronomio dicitur: Vos autem tulit Dominus de fornace ferrea *Deut. 28.*
- B** Egypti. Et ideo virga ferrea significat durum dominium, quo grauiter punitur homo, quia virga ferrea grauissimum iustum habet, & omnia comminuit, & ut id explicet Psaltes addit. Et tanquam uas figuli confringes eos. Sed hic etiam attendendum est id, quod de Christo nunc dicitur, promitti etiam ab eo suis in Apocalypsi, ubi sic ait: Et qui uicerit, & custodiuerit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringetur, sicut & ego accepera Patre meo. Non scilicet ergo Christus accepit potestatem in gentes, & virgam ferream, qua eas percutiat, sed & ille hanc virgam, & potestatem suis tribuit. Sed quando eam exerceat, videamus. Plane hac virga ferrea gentes conteret Christus in iudicio, cum inimicos omnes ponet scabellum pedum suorum, ac æterna percutiet damnatione. Vnde in Apocalypsi ait. De ore eius procedit gladius ex utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gentes, & ipse reget eas in uirga ferrea, & ipse calcatur torcular uini furoris irae Dei omnipotens. Quo loco manifeste ostenditur, in fine mundi hoc implementum esse, cum in iudicio omnes inimicos debellabit. Similiter etiam sancti hanc virgam ferream, ac potestatem in gentes exercebunt in iudicio. Vnde Sapiens: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Et Malachias: Calcabitis impios, cum fuerint cini sub planta pedum uestrorum. Et Psaltes: Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes Dei in gutture eorum, & gladij anticipites in manibus eorum, ad faciendam uincitam, *Apoc. 2.* *Sap. 3.* *Malac. 4.* *Psal. 149.*

## In supplicatione publica

dictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges A  
eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciat  
in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius.  
Hanc ergo potestatem, quam Christus homo accepit à Pa-  
tre iudicandi, ac puniendi impios, ipse promittit se daturum  
suis, vt eos iudicent, à quibus iudicati sunt, eos puniant, à qui-  
bus persequectionem sustinuerunt.

Licet autem in extremo iudicio præcipue hæc virga ferrea  
exercenda sit, tū à Christo Dño, tū à sanctis, sed & nunc etiam  
exercetur, vnde aliqui doctores de hac etiā vita accipiunt ver-  
ba illa Apocal. vt in eū locū Ribera ait. Nūc enim virga ferrea  
cōterit inimicos Christus, & sui etiā, cū iusto bello debellant fi- B

LIC. 22,  
dei hostes, & propagationē Euāgeliū impedientes. Duo enim  
gladij apud Christi discipulos reperti, cū aiunt: Ecce duo gladij  
hic, duas Ecclesię potestates, quibus in peccatores animaduer-  
tit, significant Ecclesiasticā, & sacerdotalem, gladiū spirituale, &  
materiale, quo Ecclesia vti potest, cū oportuerit, reges expu-  
gnando, ac debellando, & à potestate regia expoliando, hostes  
perdēdo, tunc etiā vtitur virga ferrea, & tanquā vas figuli cō-  
fringit eos, qui vasa cōtumelie sunt, ac vasa irę. In hac virga cō-  
triti nūc sunt fidei hostes tanquā vas figuli, quia vſus est Chri-  
stus, & eius Ecclesia ea potestate, vt illos deleret. Ex hoc autem  
illud colligit Psal., quod sequitur: Et nūc reges intelligite, erudi-  
mini omnes qui iudicatis terrā, seruite Dño in timore apprehēdite  
disciplinā, ne quādo irascatur Dns, & pereatis de via iusta. Quibus  
verbis primū admonentur principes terre, vt curēt Deo obse  
qui, ne ipsi similiter deleantur, & tanquā vas figuli cōfringan-  
tur, perire enim de via iusta est, à fœlicitate, & via plana, ac  
fœlici vitæ in instituto deturbari, ne ergo etiā regna temporalia  
amitatis: Seruite Dño in timore. Simul etiā iudices, & principes  
viri discat seruire Dño in timore, & iustos reuereri, ne in iudi-  
cio ad eorū deueniāt potestatem, & conculecentur ab eis, quos  
nūc conculcant. Sicut enim innumeri iusti fuerūt sub tyra-  
nū potestate in hoc seculo, à quibus vexati sunt, ita in iudicio  
omnis peccator etiam Rex, & Imperator, sub iusti potestate  
erit, & ab eo cōculabitur, vt lutū platearū. Noli ergo iustum  
contemnere, quia pauper est, cito enim sub eius ditione eris.

Simul

**A** Simul etiā illis verbis: Apprehendite disciplinam, nos monet Psaltes id agere, quod nūc hac publica supplicatione agimus. Hebrea nāq; habēt Nasecubar, quod Hierony. vertit, osculari filiū. Sed quid est osculari filium? Planè admonet nos Psa. vt Christi manus osculemur, vt gratias ei de omnib⁹ referramus, in omnibus gratias agētes ei, per quē omnia nobis bona proueniunt. Sicut enim gratias homini agere soles dicens, osculari manus tuas: ita gratias Christo referre debes illius manus osculās, & hoc est osculamini filiū, agnoscēs ab illius manib⁹ omnia bona prouenire. De cēlo ergo victoria cum fuerit, cælesti Dño gratiæ sunt referenda, quod & nunc agimus.

Hierony.

Sed & in hac vltione de hostibus sumpta Deo authore, ac **B** Christo regēte eos in virga ferrea misericordia Dei attēndenda est maxima, etiā in regnū ipsum, & prouinciā, quæ debellata est, licet enim tanquā iudex Deus hostes punierit, simul etiā Patrē egit, colq; vt Pater verberauit in correctionē, vt resipiscant, vt dū nūc à Deo iudicātur, & puniuntur, non cū hoc mūndo dāmentur: eò enim tendūt Dei supplicia, quæ in hoc mūndo infligit, quæ verò in inferno secus. Quā diuersitatē explicat Adamus in illud Isai. A uoce enim Dñi pauabit Asur, uirga percussus, & erit transitus uirgē fundatus, quā requiescere faciet Dñs Isai. 30. Adamus, super cū. Ait ergo Adamus. Dānatus pauabit percussus uirga diuinæ sententiæ, & erit transitus uirgē fundatus, id est, nequaquam eam uirgā Dñs leuabit, & more cedentiu finē faciet verberandi, sed quasi fundatā, & alta radice defixā in poenis eius faciet permanere, significat ergo æternitatem supplicij. Ecce uirgam fundatam, ac eternam, qua damnatos Deus confringit in æternum. Sed est altera uirga ferrea quidem, & dura, qua Deus in hac vita puniat, quæ uirga est regens, quia in emendam correcti dirigitur: de qua etiam Psaltes loquitur, cū ait: Reges eos in uirga ferrea, quo loco septuaginta transtulerūt, pascēs eos. Et sic sensus illorū verborum est, licet gētes ad uerū te cōsurgent, inania meditātes, tamē postula eas à me, & dabo tibi in hereditatē tuā, vt tuę sint, quas tamē regere debes in uirga ferrea, quia timore eas perterritū facere oportet, & castigatione, vt ad te redeant. Sic enim Ninuitis ostēsa uirga ferrea est, cum eis prædicatur, Niniae subuertetur, sed non in

**C** Super cū. Ait ergo Adamus. Dānatus pauabit percussus uirga diuinæ sententiæ, & erit transitus uirgē fundatus, id est, nequaquam eam uirgā Dñs leuabit, & more cedentiu finē faciet verberandi, sed quasi fundatā, & alta radice defixā in poenis eius faciet permanere, significat ergo æternitatem supplicij. Ecce uirgam fundatam, ac eternam, qua damnatos Deus confringit in æternum. Sed est altera uirga ferrea quidem, & dura, qua Deus in hac vita puniat, quæ uirga est regens, quia in emendam correcti dirigitur: de qua etiam Psaltes loquitur, cū ait: Reges eos in uirga ferrea, quo loco septuaginta transtulerūt, pascēs eos. Et sic sensus illorū verborum est, licet gētes ad uerū te cōsurgent, inania meditātes, tamē postula eas à me, & dabo tibi in hereditatē tuā, vt tuę sint, quas tamē regere debes in uirga ferrea, quia timore eas perterritū facere oportet, & castigatione, vt ad te redeant. Sic enim Ninuitis ostēsa uirga ferrea est, cum eis prædicatur, Niniae subuertetur, sed non in

48

## In supplicatione publica

interitum, sed in correctionem virga illa tendebat. Sic etiā du  
rē flagellat Deus in virga ferrea gentes, vt ad se trahat. Hinc  
Micheas: *Sabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate no  
minis Dei sui, & conuertentur.* Et suscitabimus super eum septem  
pastores, & octo primates homines, & pascent terram Assur in gla  
dio, & terram Nemrod in lance eius. Quæ verba iræ quidem  
sunt, sed in bonū diriguntur, & in correctionē, significat enim  
Propheta, Christum natum in Bethlehē (de quo dixerat re  
sturum reliquias Iudæorum, & conuersos ex gentibus, in for  
titudine Domini, id est, in magna fortitudine, quod idem est  
eum virga ferrea, quæ sic etiam appellatur propter fortitudi  
nem, sicut apud Danielem regnum Romanorum ferrenū di

D*mi. 2*

B  
citur propter fortitudinem. Et septem illi pastores, & octo primates significant pastores Ecclesiæ, qui in gladio, ac lâceis pascunt, dum potestate sibi à Christo concessa vtuntur, hos tradentes Satanæ, illos punientes, alios debellantes armis sæcularibus, vt nunc factum est. Ecce virginem ferream, ecce gladios, ac lanceas, quibus tamen pasci dicuntur gentes, quia in earum correctionem hæc vltio ordinatur, vt Ecclesiæ subdantur, nec rebelles sint, vt hucusq; fuere. Ribera disertissimus prophetarum expositor addit in illa verba Micheæ, possumus etiam accipere pascere pro depascere, & absumere, nam terra, cum depascitur, pulchritudinem suam amittit, vt sit sensus, auferent omnem pulchritudinem, & ornamentum terræ infidelium. Hoc autem factum est ab Ecclesia, cum principes, nobiles, & eruditos infidelium ad Christum adduxerūt, qui erant infidelitatis ornamentum. Et nunc etiam fit, cum bello infideles perdit, eorum diuitias absumit, & gloriam depopulat. Id vero fit in gladiis, & lanceis eius, quia his armis infideles superantur, quibus aduersus Ecclesiam pugnauerant, quod est glorioissimum victoriarum genus, quia infidelitas pugnauerat in Christi Ecclesiam eloquentia, subtilitate disputandi, & armis Regum, ac Imperatorum: his ergo armis Ecclesia aduersus infideles pugnans, eorum pulchritudinem abstrahit, vt nunc à nostris factum est in hoc bello.

Sed illud à nobis orandum est, si Christiana utimur charitate, ut hostes nostri hac accepta clade resplicant, & in meum liorem.

- A** liorem mentem redeant. Quod enim id Deus intendat, iam diximus, quod id sapienter ostendit apud Sophoniam; Sopho. 3. dicēs: *Quia propter expecta me (dicit Dominus) in die resurrectionis meae in futurum, ut congregem gentes, et colligam regna, et confundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei, in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra, quia tunc reddam populi labium electum, ut in innocentibus nominis Domini, et seruant ei humero uno.* Ecce post adhibitā ultione cōuersio eorum, qui puniti sunt, sequitur. Orandum ergo nobis est, ut infideles repescant, & labia electa habeant, quibus nomen Domini inuocent, & ei seruant uno humero. Tunc autem illud efficietur, quod in Psalmo sequitur: *Et tanquam vas figuli confringere eos*
- B** *vas figuli*, id est, quod est in manu figuli, ut exponit Hilarius, Hilar. *Vnde Varlenius ait:* non dixit tanquam testam, quæ fracta refici nequit, sed tanquam vas figuli significans vas, cum adhuc molle, & humidū est, & inter manus figuli versatur, quod de industria confringere solet figulus, ut illud melius efficiat. *Quām rem (ait Hilarius) mire expressit Dominus Hieremiacē, dicens: Descende in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super rotam, et dissipatum est vas, quod faciebat ē luto manibus suis, conuersusq; fecit uis alterum, sicut placuerat oculis eius, ut faceret, et factum est uerbum Domini ad me dicens, nunquid sicut figulus iste non potero uobis facere domus fratel?* ait Dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic nos in manu mea dominus Israël, repente loquar aduersus gentem, et aduersus regnum, ut eradicē, et destruam, et disperdam illud: si penitentiam egerit gens illa à malo suo, agam et ego penitentiam super malo, quod cogitauit, ut facerem ei. Et subito loquar de gente, et de regno, ut edificem, et plantem illud. Hinc Gregor. lib. 6. Mo raliū in caput 6. Job, in illud. *Qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, et succidat me,* ait. Sciendum est, quod aliquando nos aduersarius, aliquando conterit Deus, ex contritione autem aduersarij à virtute deficimus, per contritionē verò Domini Propheta prospexit, cū dicebat: *Reges eos in uirga ferrea, et tanquam uas figuli confringere eos.* In uirga ferrea Dominus regit, ac conterit, quia dispensationis sue fortitudine, cū nos in-

## In supplicatione publica

terius reficit, exterius affigit, nā quo virtutē carnis humiliat, A  
intentionē spiritus exaltat. Et inferius exponens illud, soluat  
manū suam, & succidat me, ait. Cū amore suū erga nos per  
verbera nō exercet, quasi ad ferienda nostra vitia manū ligatā  
tenet. An nō affectus sui manū ligauerat, cū peccanti populo

Ezech. 16. dicebat: *Iam non irascar tibi, et zelus meus recessit a te.* Qui ideo  
hic quibusdā parcit, vt eos in perpetuū feriat, ideo me hicfer-  
riat, vt non parcendo in ēternū parcat. Ecce furor fauor est,  
nō parcere parcere est; virga ferrea virga dulcedinis est. Hinc

1. Cor. 4. Paul. Quid uultis, in uirgaueniam ad uos, an in charitate, et spiri-  
tu mansuetudinis? Virga certè illa ferrea erat, cū statim capit. B  
tradat illum hominem Satanę in interitum carnis. Sed eō tē-  
debat illa virga, vt spiritus saluus fieret in die Dñi. Vnde Au-

August. gustinus verba illa: *Tanquam uas figuli confringes eos.* Sic ex-  
pli- cat, id est, conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris ho-  
minis lutu- lenta negotia: & ita fit in nobis cor contritū, & hu-  
miliatū, quod Deus non despicit, vt Hilarius ait. Et hæc est  
Hilarius. virga illa, de qua Isaías ait. *Percutiet terram uirga oris sui,* et  
Isai. 11. *spiritu labiorum suorum interficiet impium, quatenus impius est,*  
id est, impietatem auferet.

Psal. 79. Sed illud etiam nobis aduertendum est, non solum hostes  
nostros in virga ferrea rectos à Deo esse, sed & in vniuersum  
id ipsum suo modo toti Ecclesiae, & singulis fidelibus accidif-  
fe. Vnde Ecclesia amicè conqueritur in Psal. Qui Regis (uel  
pascis, ut est in Græco) Israël, intende, qui deducis uelut ouē Joseph.  
Quò usq; irascis super orationem serui tui, cibabis nos pane la-  
chrimarū, et potū dabis nobis in lacrimis in mēsura, posuisti nos  
in cōtradicione uiciniis nostris, et inimici nostri subsanauerūt nos.

Quod dicit in mensura Hebraicè est. Sollis, quod significat  
mensurā grandem quasi tertiarium, hoc est, abundē, & largi-  
ter nos potasti lachrimis. Conqueritur ergo Ecclesia dicens:  
O pastor Israël, attende quo pacto oues tuas pascas, pascis  
enim lachrimis ac tribulationibus, quasi virga tibi sit ferrea.  
Hac ipsam querellam sēpe proponit Deo humana infirmi-  
tas, quod multa Deus flagella immitat, quod dura sit ei⁹ ma-  
nus. Sed quod id Deus amore faciat, nō odio, & quod bonū  
sit nobis, quod nos humiliet, quod soluat manū, & succidat

nos.

**A** nos omnino certū est: de qua re quia plura multis in locis diximus, cū de tribulatione ageremus, nihil nunc dicendū est, sed ad gratiarū actionem redeundum, quā acturi cōuenimus.

Obtenta victoria nō nostris viribus tribuēda, sed Deo. Vn de fortissimus dux Iudas ait, nō in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est. Et David ad Goliā ait. *1. Mach. 3.* Tu uenis ad me in haſta, & clypeo, ego autē in nomine Dei uiuetis: Et licet prēclarī duces fuerint Israēli, à quib⁹ bella gesta sunt, tamē Psal. ait. Nec enim in gladio suo possederū terram, & brachiū corum nō saluauit eos, sed dextera tua, & brachiū tuum, & illuminatio uultus tui, quoniam cōplacuisti in eis. Tu es ipse rex meus, & Deus meus, qui mandas salutē Iacob, in te inimicos nostros uenti labimus cornu, & in nomine tuo spernemus omnes insurgeētes in nos. *Psal. 43.*

**B** Si ergo à Deo victoriā suscepimus, ei referenda gratiae sunt. Hoc autē & ipsi agnouerunt Ethnici, qui parta victoria insigni diis immolabant, eis gratias agentes. Cū verò nos gratias agimus Deo pro susceptis beneficiis, quid aliud agimus, quā noua promereris? Est enim gratiarum actio clavis, qua ianua misericordiæ Dei aperitur, vt misericordia eius ad nos dimanet, cum gratias agis pro hoc beneficio, aperis Dei cor, vt maius aliud tibi præstet. Cum plurimas misericordias Deus Israēli contulisset, Angelum misit, qui eos in memoriam reuocaret, *Iud. 2.* vt grati essent, qui de hac re concionem habuit in loco flentū, vt Iudicum tradit historia. Adeo enim necessaria gratiarum

**C** actio est, vt ob eam causam Angelus ad Israēlitas aduenerit. Nec satis Deo fuit Angelum ad hoc destinare, ipse enim venit, vt cum fructum vineæ exigeret, qui est gratitudo diuinis muneribus. Nec ullum beneficium insigne fuit, quod Deus Israēli cōcederet, propter quod Psalmus à Davide cōpositus nō fuerit, vt Deo gratiae referrentur. Et Christus Dominus exemplo nos docuit gratias referre, qui etiam ante collatum beneficium gratias referebat. Sic ante panis multiplicatiōnem, & Eucharistię institutionem gratias Patri egit pro *Ioh. 6.* illis beneficiis nondum susceptis, vt inde colligas, gratias *Matt. 26.* referre pro acceptis donis. Præcipua consideratione expendenda sunt verba illa Domini ad Hieremiam. Tu no- *Hiere. 7.* li orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem,

## In supplicati pro victoria obtenta.

orationē, & non obsistas mihi, quia non exaudiā te. Sed ô A  
Dñe licet Prophetam tuum non exaudiās, permittē illi, vt  
oret, ac laudet te, vt saltem ipse merito suo non defraudetur.  
Nihilominus Deus ait, noli orare, ac laudare me, quia si ora-  
tionē, & gratiarum actionem suferis corā me, continere me  
nō potero, quin beneficia confirā, ideo noli laudare me. Cū  
ergo Deū laudamus, & ei gratias referimus, non se continet,  
quin alia, ac alia bona praeſtet. Oratio, ac gratiarum actio vir-  
ga est, que de petra aquam educit, dicente Deo: Loquimini ad  
petram, & illa dabit uobis aquas. Quid si ex petra aquam sca-  
turire facit oratio, quid obſcro faciet ex fonte illo vberimo  
diuinæ misericordiæ?

Num. 20.



## C O N C I O.

B,

Coram sanctissimo Sacramento, cum re-  
dirent nostri a bello contra Anglos re-  
fecta, nec inimicis deuictis.

## T H E M A.

Nunc autē repulisti, & confudisti nos, & non egredie-  
ris Deus in virtutibus nostris. Et post pauca. Exur-  
ge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomē  
tuū. Psal. 43.



O Psal. primū David refert victorias patribus C  
collatas. Deus auribus nostris audiuitus, patres no-  
stri annuntiauerunt nobis, manus tua gētes disper-  
didit, &c. Sed cū procedente tēpore non ex vo-  
to eis cuncta bella succederēt, de hoc cōqueri-  
tur Psal. Nūc autē repulisti, & confudisti nos: non præbēs nobis  
illam expectatam victoriā, nec vt soles, egressus modō es cū  
exercitibus nostris in prēlium: vt solito more nobiscū, & pro  
nobis pugnes. Concludit Psal. Exurge Domine, adiuua nos, &  
redime nos propter nomē tuū. Licet non propter merita nostra,  
sed propter te metipsum fac, & propter gloriam nominis tui,  
ne ab

- A** ne ab infidelibus blasphemetur. 2. Mach. 11. ingreditur Ly- 2. Mac. 11.  
 sias Iudeam maximo cū exercitu, cui processit obuiam Ma-  
 chabæus exhortans suos, cumq; pariter prompto animo pro-  
 cederent, Hierosolymis apparuit præcedens eos eques in ve-  
 ste candida, armis aureis hastam vibrans, tunc omnes simul  
 collaudarunt misericordem Deum, & conualuerunt animis,  
 non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros fer-  
 reos parati penetrare. Ibant igitur prompti de cælo habentes  
 adiutorem: discedebat Christus in cælum Angelis comitan-  
 tibus, relinquebat suos in terra in medio inimicorum, armatus  
 erat vniuersus mundus contra eos: ino & omnes portæ infe-  
 ri, an non timeant, & clament: *Pone me iuxta te, et cutus suis ma-* 1ob. 17.  
*nus; pugnet estra me;* confortat suos Christus Dominus factus
- B** in hoc sacramento dux noster implens illud Psal. Propter no-  
 me tuum dux mihi eris, veste induitus candida appetet, quia  
 sub accidentibus albis, arma habet aurea, & diuinitatis hastâ  
 vibrantem in auxilium nostrum, tum animarū, tum corporum,  
 vt considerantes nos habere de cælo adiutorium tale mi-  
 sericordis Dei, extollamus nos, & animos erigamus, bestias  
 ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. Petet gratiam.
- Merito loquitur Psal. Non est similis tui in Diis Domine, & Psal. 85.  
 non est secundum operatua, quasi dicat, omnis res operatur, se-  
 cundum quod est, homo vt homo, Deus vt Deus, & cum nul-  
 lus sit, qui in esse Deo æquetur, ita non est, qui talia operetur:
- C** at Deus non est similis tui quisquam in operibus. Dic obse-  
 cro, quod humanum ingenium, vel etiam Angelicum tam  
 adinueniret inuentionem, qualis est illa, quam Deus adinue-  
 nit in hoc diuinissimo sacramento. In adiuventionibus tuis exerce Psal. 76.  
 bor, ait Psal. & Isa. Notas facie in populis adiuventiones eius. Isa. 12.
- Tā mirabilis hęc adiuuentio, vt de ea loqui non possimus ho-  
 mines, & Angeli aliter quād dicentes, quid est hoc? Multò  
 rectius quam Iudei videntes manna id dixerunt: unde no-  
 men huius sacramenti est Manhu, quid est hoc? Si enim con-  
 sideres, quod verbis humanis tanta res conficiatur, omnino  
 mirum est inuidum, nec enim tantam rem conficit Deus  
 verbo suo initio mundi, cum nū qui uinit in eternum, creauit omnia Eccles. 18.  
 simul, plus conficit sacerdos corpus Christi confiendo: hic  
 omnino

## Cum redirent nostri à bello Anglico

omino verū habet, quod aliquādo per exaggerationem dīctum fuit obdiente Deo voci hominis, si cōsideres quo modo corpus ibi sit admodum spiritus totum in toto, & totum in singulis partibus, & idem verum corpus in omnibus mundi Ecclesiis, in tam distantibus locis, illud esse maximum miraculorum, quæ in mundo facta sunt, inuenies, quod ni fides affereret, repugnare dicere nūs omni naturæ, nō tamē contra illam est, sed super illam. Si cōsideres, non frangi fractis speciebus, deficit ibi esse, cum deficiunt species, quod species sine substantia per se consistant, & nutritant ut substantia: verē in hoc sacramento locum habet illud Iob. *Qui facit magna & inscrutabilia absque numero.*

Iob. 5.

Tam mirabilis autem adiuentio, sine sufficientissima causa esse non potuit, immo multæ fuere, inter quas una est, vt nobis maneret refugium ad omnem nostram tribulationem, & laborem. In omni statu mundi est labor & dolor, nec putes deesse in altis: quia si gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Vbi Gregor. Gigantes, idest potentes saeculi, quò potētior, eo curis grauioribus oneratur, etiam cum nulla videtur adesse occasio. Quis consideret Aman, cui nihil videbatur de esse ad gaudium, & tamen gemit, quod Mardochæus non assurgat ei. *Spinæ & tribulos germinabit tibi.* Hic fructus, hoc germenterræ post peccatum. Unde Iob. *Si iustus fuero, nō te uabo caput, saturatus afflictione, & miseria, & uæ mihi est.* Si peccator est, plenus est miseriis, & vae, infernum in corde portat, dæmonem, à quo vexatur, & verimen, à quo torquetur dicens: Deus est mihi inimicus. Si iustus, saturatus afflictionibus, iusto Deus datur, tanta quidem res, quantus Deus est, non est dāda sine adiūcto aliquo incōmodo (*Gran peso con contrapeso*) Turbo dicit Eliā in celū, scalam tanti ascensus venit Deus, vt elaboraret in terra, ex qua materiā sumpsit, labores scilicet: si enim ex materia cæli vellet eā componere, scilicet ex delitiis nō huc descendisset, vt eā operaretur in terra: omnes qui tibi placuerunt per tribulationes transierūt: *Multæ tribulationes iutorū.* Maximos quisq; dicit labores suos, quia omnibus labor est. Sed quomodo iustus tata patietur incōmoda? Qua cōsiderat: one leuabitur inter tot inimicos? Accipite ait Christus cor

Iob. 26.  
Gregor.

Ether. 3.  
Genes. 3.  
Iob. 10.

4. Reg. 2.

Psal. 33.

A

B

C

pus

**A**pus meū , hoc est refugium in omni tribulatione, hoc solatiū, hoc consugiū contra omnes inimicos. Laborat Abraham viñ cēs quinq; reges, exit ei obuiā Melchisedech, vt eū confortet, sed quo? Panē, & vino. Panis enim cor hominis cōfirmat, sed alius panis, aliud viñ datur nobis lassis, vt cōfortemur, caro & san guis Christi. Abraham datur panis, vt leuetur à labore prēterito. Eliq datur ab Angelo panis cōfortans, vt in labores mittatur, vt viā longam peragat mulierē fugiens persequētē: quia Christus nobis est panis, cōsolans de laboribus superiorib⁹, & alleuās, & cōfortans ad futuros. Sic Apostolis hunc dat in cœ na cibū, in solamen sui abscessus, & ad labores passionis perfe rēdos. Iud. 7. narrans qui ī somniū ait, videbatur mihi subci

Psal. 103.

**B**nericus panis ex hordeo volui, & in castra Madiā descēdere: cūq; peruenisset ad tabernaculū, percusit illud. Respondet alter, nō est hoc aliud, nisi ḡadius Gedeonis, quia panis hic no ster gladius est, quo vniuersi inimici vincūtur, tētationes supe rātūr. Quantā addidit Ionathē virtutē! Quomodo eius ape ruit oculos fauus mellis, vt inimicos persequatur! Quomodo cōsolatur Danielē inter leonis panis Abacuc: quē à Angelus duxit nescientē, quo, vel quomodo iret: si ergo magna tribula tio, maior cōsolatio. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abūdat cōsolatio nostra. Bibit viñ Noë, nudatur, despicitur, & ille maledicit nepotē, sed hoc viñ germinat vir gines, iuuenes facit ex senibus, & facit benedicere persequētēs nos: inebriat, vt tormenta non sentiantur à martyribus, &c.

Iudic. 7.

Secundō tantā fecit adiunctionem, vt nos omnino confir maret in spe, quā vt nobis erigeret, innumera diēta sunt in scri ptura, & Christus Dñs longissimas super hoc habuit concio nes rationib⁹ refertas: quibus cōprobat, quanta securitate in Deo, vt in Patre amantissimo, fidendū sit nobis. Verē tu Dñe singulā iter in spe constitūisti me. Fidentissimū cor nostrū vo luit esse in diuina bonitate, ac amore: quōd vt nobis planū es set, inducit similitudines iniqui iudicis, patris dātis filio panē, & volucrum, quas pascit, & multa similia, Psaltes passim de hoc loquitur. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enu triet. Spera in Domino, & fac bonitatē. Beatus uir, qui sperat in eo. & Paul. Nibil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione

2. Cor. 1.

Psal. 4.

Psal. 54.

Psal. 36.

Psal. 33.

Philip. 4.

petiēches

## Cum redirent nostri a Bello Anglicō

petitions uestrae innescant apud Deum. Ut verò summe hæc A  
cōfirmaretur spes, se nobis dat in cibum, quo in omnibus nos,  
si modo sapimus, sui fidēs facit. Sicut enim mater puerum in  
vtero gestans, curam sui agens, curam etiam agit filij, quia eo-  
dem cibo illa alitur, quo ille, & si eus obliuiscitur cibandi, sui  
etiam obliuisci debet, sic ut tibi Deus ostenderet quanta erga-  
te cura sit sollicitus, dicit te non solum filium iam natum, sed  
filium in vtero esse. Cū natus est puer, iam alio cibo alitur fi-  
lius, & potest mater obliuisci filij, licet sui oblita non sit, at cū B  
in vtero est, non potest filij obliuisci, nisi sui obliuiscatur, quia  
eodem aluntur cibo. sic ergo Dominus per Isa. loquitur: Au-  
dit me domus Iacob, &c. qui portamus à meo utero, qui gestamini  
à mea uulua. Vide quomodo se vocat filium vteri sui nō natū.

Hoc quod Isaías verbo, Christus factō ostendit in hoc diu-  
nissimo sacramēto, in quo idem cibus noster est, qui D̄ ei est;  
quando ergo Deus sui oblitus fuerit, tunc tui obliuiscetur, se  
non potest obliuisci ergo nec tui, cum ergo hoc dato sacramē-  
to ostendit esse eundem cibum nostrum & suum, nosq; effi-  
cit filios in vtero adhuc positos, omnino confirmauit nos in  
spe, quia qui sui obliuisci non potest, nec nos obliuiscetur. Et si  
illa, inquit, oblitera fuerit filii uteris sui, ego tamē nō obliuiscarē, quia  
illa potest obliuisci infantem & se, volens se interimere, ego  
verò non sic, quia cum non possim mei obliuisci, nec tui un-  
quam obliuiscar. Vide confirmatā hæc dono spem à B. Paul.  
Qui proprio filio suo non pepercit, si pro nobis omnibus tradidit  
illum, quomodo non cum illo omnia nobis donauit?

Sed contra hæc arguit humana fragilitas, videns se à Deo  
deseri. Nunc autem re paliū & confudiūt nos, & non es egressus  
nobiscum in prælium. Vbi ergo tanta fiducia? Vbit tantarum  
orationum fructus? Vbi magnifica illa promissio, & eius ve-  
ritas? Et erit antequam clament, ego exaudiā, adhuc illis loquētibus  
ego audiam. Et iterum. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus,  
præparationē cordis eorū audiuit auristua. Vbi magnificētissi-  
ma Christi promissio. Si quid petieritis Patrē in nomine meo, da  
bit uobis: Omnia quecumque orātes petitis, credite, quia accipietis,  
& euenerint uobis. Vbi illud: Petite & accipietis. Relictus est no-  
bis Christus D̄ omnis in sacramēto, ut ea fiducia ad eū acce-

damus, qua ad eum accēdere omnes infirmi, dum veriaretur  
dāmus  
in mundo

Isai. 46.

Isai. 49.

Rom. 8.

Psal. 43.

Isai. 65.

Psal. 10.

Ioan. 16:

Marc. 11.

Ioan. 16.

- A** in mundo, omnes obtinuere tunc petimus & nō accipimus, num alter est Christus, mutatus est in virum alterum: absit, qui ascendit ipse est, & qui descendit. Heri & ho- *Ephes. 4.*  
dic idem Christus, tu autem idem ipse es. Quomodo ergo au- *Psal. 101.*  
diti non sumus? sed milites nostri Hispaniā deuenere re *Hebr. 13.*  
omnino infecta? Multa hac in re mihi dicenda sunt. Inter  
quæ illud sit primum quod Seneca dicit, naufragium pas- *Seneca.*  
sus es, cogita, quod euaseris, quasi dicat noli in malis pen-  
sare solum quod malum est, sed quod tibi relictum est bo-  
ni, sicut enim qui ollam igni proximam tangit non ea par-  
te illam tangit, quæ igni proxima est, & ardet, sed ea po-  
tius quæ ab igne remota alget: in omni ergo labore non id  
solum cogites, quod angit, sed illud potius respice, quod  
**B** delectat, perdidisti, omnino gratias age quod non mille  
perdideris. Naufragium passus es, quo bona tua in mari  
funditus perierte, non hoc solum cogita, sed potius quod  
euaseris viuus, potuisti enim fluctibus obrui. Nunc ergo  
primum vobis dico, cogitemus quod milites nostros, exerci-  
tum nostrum recepimus sanum & integrum, potuerunt in  
fluctibus perire, quia tam contrarij visi sunt à principio na-  
uigationis, potuerunt ab inimicis vinci, neutrum factum  
est, gratias Deo referamus, non sine fructu orationes ex-  
titere nostræ, hoc bonum à Deo nos accepisse negare  
non valemus, sed oblicis vbi est illud Ecclesiæ, omnipot-  
tent semperne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & me-  
rita supplicum excedis & vota, & adiicias quod oratio nō  
**C** præsumit, & Paul. *Ephes. 3.* Ei autem qui potens est omnia face *Ephes. 3.*  
re superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum uir-  
tutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria. Vbi D. Thom. exem- *D. Tho.*  
plum huius abundantiaræ nobis exhibet ostendit ibi secun-  
du m virtutem quæ operatur in nobis, quasi dicat, apparet,  
si attendamus, quod nobis hominibus præstít, nā neque  
affectionis nec intellectus hominū possent, vel considerare,  
vel appetere tata qualia à Deo accepimus, vt quod homo  
fieret, quod se nobis daret in cibum & similia, vnde Eccl- *Eccles. 18.*  
esiast. 18. Quis sufficiet enarrare opera illius, quis enim inuestiga-  
bit magnitudinem illius in uirtute autem magnitudini is quis annuntiabit?

## Cum nostri milites

Secundum mihi dicendum, ut huic dubio satis fiat, quo modo licet aliquid acceperimus, non acceptum sit praecipuum quod postulatum est a nobis, ne dum magis quam petimus intelleximus, & confidimus nos recepturos. Respondeatur, huc usque non omnino negatum est, sed forsitan dilatum, & quod differtur non avertitur, sed in commodius tempore res reruatur. Ex his quae seruus Dei in animo habere dicit, ut recte cum Deo agere sciat, unum est, ut magna sit præditus patientia & longanimitate, nec putet temporalia & spiritualia, etiam quae a Deo petit, in momento esse facienda, sed nouerit expectare & re expectare, & praestolari cum silentio misericordiam Dei, malorum ingeniorum est spectare nolle, sic dicitur Isaia. 5. Qui dicitis festinet & cito ueniat, opus eius ut uideamus, & approprietatem ueniat consilium sancti Israël. Contra ad iustum dicitur Isaia. 28. Qui credidit non festinet. Ideo monet Paulus imitatores eorum esse, qui fide & patientia promissiones hereditauerunt, fide nobis opus est, patientia & expectatione: si enim temporalia parui quae a rege petuntur non continuo obtinentur, quomodo maxima quae a Deo petis in momento accipies? recipies sine dubio, si tamen perseveraueris pulsans, si improbus fueris in petendo, hoc nos monet Ecclesiastes. 2. Deprime cor tuum & sustine, inclina uarem tuam & suscipe uerba intellectus, & ne festines in tempore obductionis, sustine sustentationes Dei, coniungere Deo & sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. Id est humilia cor tuum divinae ordinationi, & sustine, id est, expecta cum pro obdictione verbū Græcum significat est calamitatē, quam dicit obductionem, quod cor nostrum quasi nebula obducatur, ne ergo festines in tempore obductionis, id est, cum calamitas ingruerit non festines volens statim exaudiri, & liberari, sed sicut dicitur Abacuc. 2. Si moram fecerit, expecta eum, sicut enim tempore & opportuno ipse liberabit, & oratio tua exaudiatur, sustine sustentationes Dei. Id est, patienter expecta dilaciones quibus in futurum Deus reseruat danda, quae petis, persiste tandem patiēter expectando Deum, coniungere Deo. Psalmus: Expecta Dominum uiriliter age. Et sic crescat tandem vita tua in nouissimo, quoniam Deus tandem exaudiet & erit pietate,

Isai. 5.

Isai. 28.

Eccles. 2.

Abac. 3:

Psal. 26.

B.

C.

in misericordia

- A pietate, licet modo differatur. Huius autem expectationis innumera habemus exempla in scriptura in patribus, propter quod monuit Paul. Ut imitatores eorum simus, qui fide & patientia promissiones hereditauerunt. Vide patrum persecutiam in petendo Messiae aduentum, & iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis re promissionibus: sed numerationes eorum sine fructu: absit, auditæ & exauditæ sunt, obtinuerunt, sed suo tempore propter eas concessit Deus mundo vngeniti aduentum, secundum illud Psalmi: Propter misericordiam tuopum: & genitum pauperum nunc exur Psal. 13. gam, dicit Dominus: Nunc exурgo sed propter orationes ante factas, promisit Deus Abraham terram, cuius nec passum recepit, promisit Isaac, in quo benedicenda tribus terræ, sed nisi centenario non cœceditur. Vocatur Israël in terram fluentem lac & mel, sed post quadraginta annos illam intrat. Exaudita est oratio tua dicitur Zacharia: sed seni datur Iohannes, si niliter Maria Anna & Iohachimo: dantur ergo sanctis petita, sed aliquando differuntur, sed ut exempli negotio nostro aptius videamus, audi orationem sanctorum vindictam potentium iniuriorum, Apocalyp. 6. Vnde quo Domine sanctus & uerus non iudicas, & non Apoc. 6. vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleantur conserui eorum, auditæ sunt eorum orationes, sed fructum expectare iubentur modicium, Iacob. 5. Patientes igitur restote fratres usque ad aduentum Domini. Iacob. 5.
- C Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum, patientes restote, & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini propinquabit. Est duplex terra fructus quem ab ea expectamus, quidam temporaneus, qui breui colligitur, alter serotinus qui magis indiget expectatione, ita à Dei misericordia expectatur gratia temporanea, gloria serotina, gloria animæ temporanea, gloria corporis serotina, sic in aliis diuinis munib; quædam st. tim concedit, temporanea sunt hæc, quædam in longu' differt, serotina sunt ista, sed expectan-

# Cum redirent nostri à bello Anglico

da adhuc, voluerunt Israëlitæ tempus certum constituere A  
*Judith. 8.* diuinæ misericordiæ in eorum liberatione ab Holoferne  
Iudit. 8. Hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam, si transactis quinque diebus non uenerit adiutorium, faciemus hac uerba, que loquuti estis, scilicet, trademus ciuitatem, sequitur cap. sequenti dixit Iudit. Non est hic sermo qui misericordia prouocet, sed potius qui iram excitet, posuistis nos tempus miserationis Domini, & in arbitrium uestrum diem constituistis ei, dicamus flentes Domino, ut secundum uoluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam. Signabamus iam nos ex Hispania tempus victoriae nostræ, & diuinæ misericordiæ constituere tempus decreuimus, non sic sed dicamus, secundum voluntatem tuam da nobis Domine victoriam, hoc verò sciamus quod Eliachim sacerdos B  
*Judit. 4.* dixit populo Iudit. 4. Scitote quoniam exaudiet Dominus processus uestras, si manentes perseveraueritis in ieiuniis, & orationibus, in conspectu Domini.

Ex quo etiam singuli ad nostra oculos conuertentes colligamus, multa nos à Deo petere tum spiritualia, tū temporalia, & videtur Dominus factus quasi homo non audiens, in longumq; protrahit desideria nostra, nō vt misericors, fons est enim clementiæ, & quomodo non audiet, qui nos instigat ad petendum? Quomodo misericordiæ fons & pelagus siccabitur? audit te, liberabit te, dabit quæ petis, si tibi proficia sunt, sed differt in tempus, quia modo tibi non expedit ea accipere, audit medicus infirmum ptentem pharmacum, sed prius disponendus vt cum fructu C suscipiat. Ne ergo animo deficias, si continuo non recipis, tempore suo metemus, quæ seminauimus, persevera in oratione & operibus misericordiæ, dabit petitiones tuas propter nomen suum. Audi Eccles. 20. Hodie fœneratur quis & cras expetit, odibilis est homo huiusmodi, si mutuum dans odibilis est, quod continuo petat, quod ei debetur, quod quæ suū est, quam erit reprehensibilis, qui quod hodie petit oratione, cras recipere vult & expectet ergo vt recipiat cū dantis voluntas fuerit.

Sed tam pusillo dissidenti animo sumus, vt aliis atque aliis

Aliis rationibus confortandi simus. Sit ergo tertium dictum, auditæ sunt orationes nostræ, sed ut opera compleatur quod petimus, petit à nobis hac dilatione Dominus excellentem, grandemque sui fiduciam. Pro cuius intelligentia nota. Orationem non ideo à nobis exigi, nec à nobis fieri, ut Deum inclinemus ad miserendum nostri, hominem quidem oratione nostra flectimus, ut velit nobis modo benefacere, cum ante noluerit, sed Deus per infinitam bonitatē, misericordiā, atque amorem, sic propensus est, ut nobis benefaciat, ut necessarium non sit eum inclinare, nec verò necessarium est orare, ut ei patescant miseria nostræ, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius.

B Licet enim aliqui cogitarint hoc deliramentum, Deum in clinari nostra oratione, & ideo dicit Christus prout quod in multi loquio suo exaudiatur, in quo errore illi versabantur sacerdotes Baal. 3. Reg. 19. qui clamabant voce magna, Baal exaudi nos, quod tamen falsissimum est: sed ais, si oratio mea nec Deo declarat necessitatem meam, quam iam nouit, nec eum flectit ut mei misereatur, qui per se & naturam suam flexus est, ad quid ergo oratio mea? Respondeatur, non ut moueas Deum, nec eum facias scire necessitatem tuam, sed ut tu noscas necessitatem tuam, & tu movearis ad desiderium remedij eius, & ut cor tuum liquefiat Deoq; approximet, disponaturque ut Dei percipiat misericordiam, est oratio velut aurea cathena à cælo in

C terram demissa, per quam qui ascendere velit videtur qui dem cathenam ad se trahere, re autem vera trahitur ipse ab illa in cælu, hæc Isidorus Clarus in oratione de fructu operantur secundum inferiorum dispositionem, ideo una influentia cæli hunc sanat, illum interimit propter diuersas dispositiones: ut ergo Deus in te misericordiam suam operetur necessariū est dilatare cor, disponere illud, ut capiat Dei misericordiā, & quia hoc oratio operatur in nobis, ideo oratio est necessaria, sed inquiris, quæ potissimum dispositio est ea, qua disponimur, ut in oratione petita percipiamus?

## Cum nostri milites

- D.Tho. Respondet D.Thom. habet oratio à charitate, quod sit A  
meritoria, à fiducia quod sit impetratoria. Vnde quod  
primum Christus Dominus petebat ut miracula exhibe-  
ret, erat hæc fiducia, quæ nomine fidei significatur in  
**Math. 17.** Euangelio: Si habueritis fidem ut granum sinapis, &c. Vides  
**Matth. 9.** fidem illorum, magna est fides tua sicut credidisti fiat tibi. Iacob.  
**Matth. 8.** 1. Si quis indiget sapientia postulet à Deo qui dat omnibus abun-  
**Jacob. 1.** danter, & non improperat, postulet autem in fide nihil hæsitans,  
qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a uento circunfertur.  
Non ergo existimat homo ille quod accipiat aliquid à Do-  
mino. Vbi Diuus Thomas in fide, idest infiducia obtinen-  
**Matth. 2 1.** diillud, nihil hæsitans de imprestatione. Mat. 2 1. Si habueri-  
tis fidem, & non hæsiteritis non solum de fidelinea societis, sed B  
& si montem huic dixeritis tollere, & iactare in mare fiet. Nam  
qui hæsitat similis est fluctui, qui circunfertur. Quia non certus  
de exauditione cito mouetur à desiderio illius boni quod  
petebat, non ergo existimet homo ille, scilicet, carnalis:  
homo ibi in vitium dicitur, ait Diuus Thomas, de Iuda  
Machabæo aduertit diuina scriptura viciisse potentissi-  
mos inimicos facta semper oratione fidentissima Dei, sed  
postea ab hac fiducia in Deum aliquid minuens, scilicet,  
inuit cum Romanis societatem, ut eos adiuuarent contra  
**I. Mach. 9.** Græcos, quo facto pugnare compulsus cum inimicis. I.  
Machabæo. 9. non orat sed confractus est corde, & disso-  
lutus est, & ait. Surgamus & eamus ad aduersarios nostros, si C  
poterimus pugnare contra eos. & si appropinquauit tempus no-  
strum moriamur in uirtute nostra, & non inferamus crimen glo-  
rie nostræ, ecce deficiētem spe: deficiēte oratione deficien-  
te victoria, deficiente & vita, tunc enim occubuit.
- Sed inquiris quid habet fiducia hæc, ut ipsi plus etiam  
quam charitati tribuat exauditio in oratione? Respon-  
detur per hanc sentimus de Deo in bonitate & negotium  
nostrum ei omnino committimus, ipseque illud in se sus-  
cipit, ut perficiat. *Quis enim sperauit in eo, & confusa est?* Si-  
c ut enim quando sic committis amico homini negotium  
tuū illum maximè obligas, sic maximè Deum. Ex dictis

duo

- A** duo habes primū orationem esse tui motricem teque disponentem ut diuinis muneribus fruaris. Secundū id effice re orationē Deo omnino fidentem. Adde nunc tertīū misericordias maximas suscipendas à Deo, maior exigitur tūc dispositio, tum fides: quo nobilior forma inducenda, eō plures & optimas dispositiones exigit in materia, quo ergo maior diuina misericordia suscipienda, eo oratio ferventior, fides maior prærequisitur. Interrogo à te, quid his diebus petebas? Utique hæreticorum victoriam, integrī regni spirituale remedium, & innumera bona quæ in aliis regni Ecclesiæ partibus secutura erant. An hæc parua petitio? an non maxima Dei misericordia ista? ire non potes inficias, quid mirum quod à te exigitur ad rem tantam feruens oratio fides magna, vt dici possit tibi: *Magna est fides tua, si tibi sicut us.* Ut è corpore filiæ Chananeæ dæmonem pellat, dissimulat Christus & probat donec fides fiat magna, & vt dæmonem ex cordibus integri regni pellat non exigitur hæc fides?
- B** Rectè ais hoc, sed quid ad propositum? utique multum, quam tu putas magnam esse fidem dicam tibi, exemplum, ut intelligas: propono quod modò audisti, Chananeæ fidem, magna dicta est a Christo, sed quare ratione? quia petit, & non respondit ei verbum, nec auditur, imò repellitur, & repulsa passa, adhuc perseverat, discipulos sollicitat, illi repelluntur, ei que id nuntiant, adhuc iterum Christum adit, iterum eam non audit, imò repellit, & contumiciatur dicens eam canem, humiliatur, iterum petit, tunc ad eam Christus. O mulier magna est fides tua, fides probata, exagitata, repulsa & adhuc perseverans; hæc est fides magna, fides quæ in negotijs desperatis iam, & in quibus omne consilium humanū deficit adhuc Deo fidit, hæc fides est magna, & fidei magnæ nihil negatur.
- C** Audi adhuc fidem grandem, considera negotium omnino desperatum, quale fuit Susannæ, dicunt contra eam testes, & hi senes iudices populi, damnatur ab

## Cum nostri milites

omni populo , vt lapidibus obruatur eiicitur extra ci- A  
uitatem lapidanda , iam omnes compleuerant manus  
fusas lapidibus , iam parati iacere in eam.

Annon negotiū hoc desperatū audi fidem eius , erat cor  
eius confidens in Domino . O mulier magna est fides tua . Li-  
beranda es sine dubio , quæ sperasti in Deo cum alij iam  
desperassent , suscitat Dominus spiritum pueri Danielis ,  
qui eā innocentem ostendit & liberat , & eos perdit , qui  
maculauerant famam eius . Audi spem similem , si non for  
tē maiorem , Ionæ Prophetæ . Iactatus est in mare , deuo-  
ratus à pisce grandi , tribus diebus & tribus noctibus , ibi  
est conclusus , an non hoc desperatum negotium ? audi eius  
orationem fide magna præditam , cum ibi fuisset tri-  
bus diebus & tribus noctibus orauit Ionas ad Dominum B  
Deum suum de ventre pisces , & dixit : Clamaui de tribula-  
tione mea ad Dominum , & exaudiuit me . Iam se dicit exaudi-  
tum , & in ventre est pisces . Etego dixi , abiectus sum à conse-  
ctu oculorum tuorum , ueruntamen rursus uidebo templum sanctum  
tuum .

Iona . 2.

Rom . 4.

Quomodo putas te euasurum ? quod tibi remedium  
cum abyssus vallet te , cum ad extrema montiū descende-  
ris , & terræ vèctes te concludant ? Subleuabis de corruptio-  
ne uitam meam Domine Deus meus , en fidem magnam . Vide  
spem magnam , quam comendat Paul in Abraham . Rom .  
4. & propter quam dicit factum patrem multarum gen-  
tium . Qui contraspem in spem credidit , ut fieret pater multarum  
gentium ; secundum quod dictum est ei , sic erit semen tuum sicut stel-  
la celi & arena maris , & non infirmatus est in fide , nec conside-  
ravit corpus suum emortuum , cum iam ferè centum esset annorum  
& emortuam uulnus Saræ , in re promissione etiam Dei non hesi-  
tauit diffidentia , sed confortatus est fide dans gloriam Deo , plenis-  
simè sciens , quia quæcumque promisit Deus potens est , & facere  
ideò reputatum est illi ad iustitiā , non est autem scriptum tantum  
propter ipsum , quia reputatum est illi ad iustitiā , sed & propter  
nos quibus reputabitur creditibus in eum qui suscitauit Iesum Chri-  
stum . Comendatur ergo fides Abrahæ , quod diuinæ cre-  
diderit

C

A diderit promissioni, contra spem naturalem, quia iam gignere non valebat, & quia si filium immolabat, quomodo ex eo posteritatem suscepturus erat? Et non est infirmatus in fide. D. Thom. sicut temperantia ostenditur firma quæ D. Tho,  
magnis concupisibilibus non vincitur. Ita firma fides est,  
quæ magnis difficultatibus non superatur, & sic dedit gloriam Deo, est enim ei magna gloria ex nobis in eum confidētibus, quæ fides commendatur non solum propter Abraham sed propter nos, quibus simile continget, si similiter sperauimus ut ille.

B His ergo propositis exemplis cuique nostrum videret  
licebit quid iam in nobis desideretur, quid nostræ orationi  
deficiat & spei, ut petita obtineamus, non causemur diui-  
nam misericordiam, non orationis vim infirmam, sed nos  
circumpcientes videamus aliquid nobis deesse, quod si  
à nobis præstū fuerit, obtinebimus spe orasti. Sed vide  
an magna spe, si parua fuit, dic Deo cum Apostolis: Domi- Luc. 17:  
ne adauge nobis fidem. Sed ais quod augmentum erit mihi  
curandum? Respondetur initio vita Christi operabatur  
miracula non petens fidem, donec se manifestaret, quis es-  
set, sed postea ut mira operaretur, fidem exigebat. Credis Matth. 8:  
quia hoc possum facere, sicut credidisti mihi tibi, sicut magnus me-  
dicus ciuitatē intrans initio curat sine pretio, sed cum iam  
agnitus est medicus eximius, pretium exigit, & grande  
pretium, initio ergo Deus mira cum populo fecit suo Is-  
raël, & cum Ecclesia etiam sine tanta suscipientiū fide, sed  
C iam agnitus Deus, à nobis exigit fidem grandem, pretium  
non exiguum, Primum vt cum Chanaanæ perseveres in  
oratione etiam cum repulsam tibi videris factam, adhuc  
insta, molestus esto Deo, non dimittas eum, donec benedixerit tibi, ut Jacob, sine dubio benedicet omni benedi-  
ctione, non in terrestribus solum, sed & in cœlestibus.  
Quod tibi consilium seruandum est, non in hoc nego-  
tio solum, sed in omni tua causa, orasti Deum, non audi-  
dit, videtur tibi mutatus in crudelem, non est mutatus in  
talem, sed probat fidem tuam, perseverantiam tuam, ut

## Cum nosteri milites

cum Chananea fecit, insta ut illa, discurrere ora, tandem audies, quod illa. *Magna est fides tua, si tibi sicut uis.* A  
Si enim ab improbo iudice perseverantia obtinet ( Christus loquitur ) quid à sapientissimo Patre non obtinebit. Secundum ut in re qua desperata videretur humano con filio, & viribus scias in Deo sperare, hæc est fides magna Abrahæ, Susannæ, & Ionæ. Videtur hoc negotium desperatum iam, si enim tanta adhibita diligentia nihil efficietum est, quid iam possumus sperare? fide parua nihil, magna vero maximum quid:imo hoc verè est tempus maximè sperandi, inter vitos maxima spe præditos sine dubio numerandus est Dauid, nec enim hanc toties inculcet virtutem in Psalmis, nisi eam præcipuam haberet in corde. Audi ergo eum hac magna fide tunc spe antem B  
maxime, cum videretur desperandum. Psal. 26. Dominus illuminatio mea. Et si confituant aduersum me castra non timebit cor meum, si exurgat aduersum me prælum in hoc ego sperabo, ambigua hæc verba videntur: in hoc ego sperabo. Vtrum in Deo, an in ipso eodem, de cuius meminit bello, spem suæ salutis constituat, sed hæc ambiguitas in oratione latina est, nam in Graeco & Hebraico sermone nulla est ambiguitas, ostenditur enim quomodo bello inimicorum confidat, in eorum armis, ac castris, id enim roboris animi iustorum est, vt in desperatis rebus non modo non animo frangantur, immo intelligunt ea ipsa, que fibi aduersa videtur pro ipsis stare. Duplice enim tempore Deus suis auxilium præstare solet & potest. Primum cum res C  
integra & falsa est, facilique negotio perficienda, alterum cum res omnino desperata est, & hoc tempore auxilium præbere præstabilius est multò, Deique gloria conuictissimum, nam cum mala superari non possunt humanis consiliis, sed maximè exaggerata sunt, tunc ea dispellere, & suis accurrere gloriofissimum est. De quo genere illa sunt, quæ Moyses Exod. 15. Deo cecinit. Dixi inimicus persequar, & comprehendam diuidam spolia, impellebar anima mea. Planit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi

Psal. 16.

Exod. 15.

- A** Submersis sunt, qui si plumbum in aquis uhementibus, qui similis tui in fortibus Domine, quis similis tui & faciens mirabilia? Licet enim mala, antequam veniant, anteuertere, nobis proficuum sit, sed non ita in eo Dei manus appetat, & eius circa nos prouidentia, nec id nos à Deo recipere aduertimus sèpè. Ideo Deus gloria sua cupidissimus, & nostra salutis studiosissimus primum tempus auxiliandi non sèpè arripit, sed secundum, quo eius gloria maximè illustratur, nosque magis perficimur, & ideo suorum aliquando uidetur obliuisci, eosque deserere, sed non ut deserat in perpetuum, sed ut cum accurrerit magis illa & eius pruidentia conspiatur, sic scriptum est Exod. 14. *Dicitur Exo. 14.*  
*Exodus est Pharaos super filios Israël. Coarctati sunt in terra, conludite eos desertum. Et induabo cor eius, & persecuetur uos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius. Hoc autem videre licet in vniuersum in his quæ diuina Scriptura commemorat populo antiquo exhibita beneficia, quorum iter non tam stationibus distinctum, quod ipsorum periculis, rebus iam desperatis, & diuinis auxiliis eis præstatis. Primum enim egressi sunt de Ægypto, & loci iniuitate sic conclusi erant, ut Pharaonem effugere non possent, propter montes hinc inde circumstantes, & obiectum mare: & ineuitabili constitutis in periculo ad fuit Deus mareq; diuinitus, & in columis in aduersum littus peruererunt, Ægyptiis suffocatis. Vix mare transierunt & inopia ac fame laborant, cum nullum in deserto humanum erat præsidium, sed adfuit Deus rorem caelestem eis mittens per quadraginta annos. Statim siti fatigantur in terra deserta, inuia & inaquosa, sed è rupe fontem Deus scaturire fecit. Similia multa sunt acta circa illum populum, quibus licet in tribulatione constitutus erat, sic tamen cri-  
*Epis. 63.*  
 piebatur, ut Isai. 63. dicat: *Et in omni tribulatione sua non est tribulatus, idque his misericordiis perficere potuit populus ille, vt oculis cerneret Dei erga se amorem ac prouidentiam, qui de tantis eos periculis eruit, cum essent ineuitabilibus malis. Cum ergo iusti agnoscant huic**

## Cum nostri milites

hunc diem optatissimum , & hunc liberandi modum, A  
cum inueitabilibus sunt ma is irretiti , cum sic se vi-  
dent , non solum animo non deficiunt , sed tunc maxi-  
me fidunt , quando humana præsidia deficiunt , tunc-  
que norunt maximè sibi Deum affuturum , & inimi-  
corum impugnationem suam propugnationem arbi-  
trantur , illorum vim atque exercitum suum esse du-  
cunt , & persestare dicunt , scientes quod Paul. Roman.

Rom. 5.

dicit . Tribulatio patientiam operatur , patientia spem , spes

autem non confundit . Dicuntque cum Psal. in prælio , in

periculo , in inimicis sperabo . Hac in re tentat Chri-

Ioan. 6.

stus Philippum : Vnde ememus panes ut manducent hi ? Tri-

plex enim hominum est genus . Primum eorum qui sen-

su ducuntur , ideo bestiæ merito dicuntur . Secundum eo-

B ram quiratione .

Psal. 118.

Tertium eorum qui fide ducuntur , qui dicunt : Lu-  
cerna pedibus meis uerbum tuum Domine , & lumen semi-  
tis meis , & consilium meum iustificationes tu.e . Hanc via n  
omnes sancti ingressi sunt , hac stella omnes ducti , hac  
exiit Abraham nesciens quo iret , hac Moyses non est  
veritus regis animositatem , hac mare aperuit , ex rupe  
aquam eduxit , hac omnis Christianus duci debet præfe-  
rens Dei promissionem humano iudicio & rationibus ,

magis Deo fidens quam omni humano præsidio , & cum

Christus sit fidei author & consummator hanc sapientif-

sime à nobis exigit & suos in ea probat . Et hac in repro-

C bare Dominus voluit Saulem tentans eum , vtrum in se

fideret omni destitutus humano præsidio , congregatis

enim Philisthæis contra eum , populus qui erat cum

Saule dilabebatur , quia Samuel non veniebat iuxta con-

stitutos dies , vt offerre holocaustum ante pugnam , vidit

1. Reg. 13. se destitui humano præsidio Saul , & timens offert ho-

locaustum , quid si non egisset ait Samuel , Dominus præ-

parat et regnum eius in æternum , quia vero non confidit in

Deo , etiam omni populo dilabente , regnum ei ablatu est ,

hec enim est Dei probatio , qua tentat suos , an in eū fidant ,

vel

A vel non sinere eos omnino destitui, ut videant, ac adhuc fidem in eum homo retinent, quod si viderit retinere, fideles eos dicit, ac de se benemeritos, ut eis maxima largiatur, si minūs in tentatione inuenti sunt minūs fideles. Ergo fratres, quid nobis cum Dominus facit? tētāt vos Deus an fidem in eum habeatis, videte ut in tentatione hac fitis ei fideles, nec credatis nō audire eum orationes vestras, sed velle maximam vestrā esse fidem, ut ei fidatis cum res desperata videtur; tunc enim aderit Deus suis magnam in eum fidem habentibus, quam ipse clariatur cui nomen fidelis & verax, &c.



## C O N C I O.

Cum nostri milites ab Anglia redirent  
re infecta, cum tamen præcesserit longa  
omnium oratio, & de orationum  
nostrarū defectibus, quibus huc  
vsque impedita exau-  
ditio est.

## T H E M A.

*Petitis, & non accipiris, eo quod male petatis. Iacob. 4.*

B **I R V M** In modum nostri amantes sumus,  
imò amantissimi, in omnibus nos ipsos qua-  
rentes, non quæ Iesu Christi, adeò ut etiam  
in spiritualibus exerciis sèpissime nos quæ-  
ramus, nec in hoc alij simus à se quaren-  
tibus in terrenis & caducis rebus, ad nos enim aquam du-  
cimus.



## Cum nostri milites

cimus semper, sed cum caducis inhiamus per canales ter- A  
reos decurrit, cum nos spiritualibus tradimus exercitiis,  
aureis canalibus, sed tandem ad nos omnia conuertimus,  
maxima vis amoris proprij. Quæ eo vel maxime ma-  
nifesta est, quod cum alienis rebus curandis desides,  
obliuiosi, & inertes simus: in his tamen quæ ad nos spe-  
stant omnes velimus intentissimos, in nullo deficientes,  
sed omnino pervigiles. Huius rei innumera sunt exem-  
pla, vide quantam curam ac tollitudinem a seruo tuo  
exigis, dum tibi inferuit, quomodo vel in ministris eum  
deficere æquo animo non pateris: considera vero quanta  
tu inertia, quot defectibus Deo tuo inferuias, & hoc  
æquo animo Deum pati vis: Vide etiam quam animo &  
memoria tua hæreat, quid honoris ab aliis tibi dandum B  
fit, nec in hoc etiam amicissimi defestum ullum patieris,  
sed inexpiable sit scelus, si vel in paruo, vel obliuione te-  
cum defuerit. Te vero sapius deficere nihil curas: Ingredi-  
tur Aman Assueri palatum, stat ante ianuas Mardochæus,  
nec illi assurgit, tanta ira percitus est Aman, ut dicat se ni-  
hil habere donec illum coram oculis videat, machinatur  
propter tam leue crimen eius mortem, & vniuersorum Iu-  
dæorum interitum: summa profecto ira leui ex causa, quia  
apparet huius tyranni vis, amoris, scilicet, proprij. Vide  
similem iram in filiis Iacob, constuprata est eorum foror-  
Dina, sed iam resarcita satis videbatur iniuria, dum prin-  
ceps eam vxorem duxerat, circuncisionem admiserat cum  
omnipopulo suo, sed bestia amoris proprij non conquies-  
cit, donec in ultionem stupri sororis suæ omnem ciuita- C  
tem iugulat. Quod leniter Moses dicat Iudæo, cur fa-  
cis iniuriam proximo, ferre non potes, sed ait, quis te con-  
stituit iudicem super nos? Nec Iacob pati potest vultum  
mutatum Labam, & verba aliqua leuiam filiorum eius. Sic  
nostra curamus tanto affectu, tam acris uore, vt nos no-  
stri amantissimos prodamus. Contra aliorum tam facile  
obliuiscimur, quam ille Pincerna interpretis sui, nec cu-  
ramus si in multis deficimus, & offendimus, cum tantum  
curemus, ne offendamur.

Sed

A. Sed, ut non aliunde exemplum petamus, ne longè abieris, obsecro quantus nos inexor inuisit, quantus animi defectus, quomodo conquerimur, quod auditum non sumus orantes: quod repulsam passi videmur, quod Deum parum nos curasse videatur? Sed te interrogo, recordaris ne quot annos pulsauerit Deus ad ostium cordis tuis Ego sto ad ostium et pulso, & audire renuisti, sed cum sponsa dilatationes querens Deum diu detinuisti, & tu in momento exauditi vis? toties cum detinens, potasti absynthio, & tu continuo potari vis dulcedine exauditionis? Quoties ergo in oratione tua te videris a Deo despectum, nec tibi continuo ianuam aperientem, noli conqueri, noli dolere, sed dic, hoc meruere peccata mea,

Apoca. 3.

B. hoc excusationes meæ, quibus Deum detinam, hoc ostium quod super me clausi, nec aperire volui. Vis continuo audiiri a Deo? audi tu continuo eum: vis in puncto aperta tibi domus Dei ostia? aperi tu ostium cordis tui, ne tibi datur, illud Proverb. 13. Qui obtuerat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit & non exaudiatur, & Proverb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quasi dicat, par pari Deus referet, quemadmodum ipse non vult audire Deum loquentem per legem, ita nec Deus vicissim ipsum audiet sibi in oratione loquentem. Imò erit oratio execrabilis, vel ut Hebreis est execratio, iuxta illud Psalmi. 108. Et oratio eius fiat in peccatum. Grauis sanè punitio quando hoc ipso quo Dei

Prover. 13.

Prover. 28.

Psalm. 108.

C. gratiā obtainere nitimur, Dei iram magis prouocat, & oratio magis prouocet iudicem, vt plus cum damnet, postquam in iudicio fuerit condemnatus. Et hoc est, cum iudicetur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, quia oratio non ut par est offertur. Quia in re antequam ultra progressiamur, nobis illud maximè considerandum, quando orationem adis, & clausam inuenis ianuam, & oratio tua videtur execrabilis, nec enim cogitare quispiam boni potes, nec cum Deo colloqui, sed cælum videtur æneum factum. Attende ait Bernard. in illud: Nonne decem mūdati sunt Bernardi & nonne ubi sunt, aliquando nobis ingressum ad Deum pro- Lyc. 17: hiberi

## Cum nostri milites

hiberi, quia vestem non habemus nuptialem, quia si in vili A  
veste nemo intrat Assueri palatiū, quomodo in Dei con-  
spectū immundus intrabis? querēda ergo nobis ianua est,  
qua nobis sit facilis, pateatq; aditus, prodigus rediens do-  
mum patris benigne suscipitur, & si nos illum imitantes  
eadem ianua ingredemur, susciperemur ut ille. Sed volu-  
mus cōtinuō non deploratis peccatis, nec punitis, ad Deū  
intrare, & nos gerere quasi iam amicos & dilectos, & fœ-  
tore peccatorū nondum deleto ad Deum accedimus, non

*Isai. 58.* est hæc ianua qua intres, ad quos loquitur Dominus per  
*Isai. 58.* Me etenim de die in diem querunt & seire vias meas uo-  
lunt, quasi gens que iustitiam fecerit, & iudicium Deisui non dere-  
liquerit, rogant me iudicia iustitiae, & appropinquare Deo, uolunt.

*Iudit. 9.* Vis ergo ianuam nosse qua ad Deum tutus accedes, quæ B  
nunquam clausa est. Humilium & abiectorū semper tibi placuit  
deprecatio, nota verbum semper, patens est hæc ianua, nec  
vnquam clausa, deploра erga peccata tua, vlciscere ea in te,

*Psal. 7.* & tunc securus accedes. Consumetur nequita peccatorum & di-  
riges iustum, cum peccata fuerint dolore & castigatione con-  
sumpta atque deleta, tunc adeo dirigēris & suscipieris. Sed

*Psal. 39.* modo tibi qui hoc non fecisti, illud contingit quod *Psal.*  
ait: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut uide-  
rem. Tolle peccata & videbis, tu peccasti & nimis pecca-  
sti, & cito oblitus es peccatorū tuorum, parum fleuisti, fe-  
rè nihil te castigasti, iā te satis fecisse putas, oblitus es iam  
peccatorū, quasi ea non perpetras. Existimasti iniquum quod

*Psal. 49.* ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam. Con- C  
fundit nos Deus in oratione & statuit peccata nostra cōtra  
faciem nostram, exprobrat peccata, quia nos ea obliuimus, notat præclare Ambros. recte petit *Psaltes*: Auerte  
faciē tuā a peccatis meis, quia prius dixerat: Peccatum meum con-  
tra me est semper. Sed si tu obliuisceris, Deus reminiscitur.  
Huius rei defectu multi orationi vacates non proficiunt, nec  
eis ianua aperitur: cū ergo sic te videris in oratione adeo  
despectum, cum eum videris mutari tibi in crudelē, nolico  
queri, non eum accusare, sed te accusa, & dic: Peccatum enim  
& non sum dignus uidere altitudinem celi, quia irritauī iram tuam,

*Ambros.*  
*Psal. 50.*

*Luc. 15.*

**A** & malum coram te feci: non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis, deplora tunc peccata, quibus Deum tibi infensum redidisti, vindica in te ea, & dic: Iustus est Dominus. Et cu Iob 6. Quis det ut ueniat petitio mea, & quod exopto tri- buat mihi Deus, & qui cœpit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore nō parcatur. Deum ergo iustifica, te condemnata, deplora peccata, humiliare, & sic ministrabitur tibi abundanter introitus ad Deum, quia ianuam inuenisti nunquam clausam humilitatis & poenitentiae.

**B** Iam ergo incipiamus questioni respôdere: Quid nobis de fuit orantibus, ne simus exauditi? Optima interrogatio, & cui prædicatori incumbit respondere. Sic Paul. 1. Thessalon. 3. Nocte & die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei uestræ. Ad hoc Paul. desiderat ad Thessalon. venire, vt compleat ea, quæ desunt fidei illorū.

**C** Primò ergo dico. Non omnium fuit haec oratio, plurimi non orarunt, imò orantibus fuere impedimento, & peccatis suis obsterunt diuinæ misericordiæ, & iustorum orationibus. Multi sunt hodie in Ecclesia Christi, quibus in sua causa illud contingit, quod quidam memorie prodiderunt de latronibus magis, qui suis incantationibus ita dementabant viatores, vt omnia eorum bona coram eis raperent, nec vltimò cōmouerentur, & si sua omnia diripi viderent. An non sic dementatus peccator, à quo dæmon omnia bona tollit, cum diripit, vulnerat, nec tamen sentit? Sed dicit, vulnerauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi, mira profecto hominū dementatio! Deum tibi eripiunt, & non doles: Eiulat ille, clamores in cælum tollit dicens: deos quos mihi feci tulistis, & omnia bona mea, & dicitis: Quid ploras? Quid tibi es? & tollitur à te Deus tuus qui fecit te, & omnia bona tua, quæ cū eo habebas, & nil dicas? dementatus es, extra te factus es.

Hi ad sua insensibiles facti, etiam ad Ecclesiæ damna insensibiles sunt, & dum illi comedant, bibant, & securi sint, de aliorum damno & periculis non curat. Sed similes facti sunt Ionæ, qui in horribili illa tempestate ipse descendit ad inferiora nauis, & dormiebat soporem graui. An non grauissi-

Psal. 118.  
Iob. 6.

1. Thes. 3.

Ionæ 1.

## Cum nostri milites

ma hodie Ecclesiæ tempora, cum tot agitatur procellis, tot  
versatur in periculis? Tu vero quasi nil ad te pertineat dor-  
mis: accessit ad eum gubernator, & dixit ei: *Quid tu sopore de-*  
*primeris? Surge inuoca Deum tuum, si forte recognitet Deus de no-*  
*bis, & non pereamus.* Hæc diximus sæpè peccatoribus, sæpè  
hæc dedimus monita. Sed quid illi? Obturauerunt aures suas,  
nec audierunt, sed peccata peccatis cunctimulantes, non solum  
non orauerunt, sed orantibus impedimento fuere, et si in tem-  
plis visi sunt aliquando, sed non ut orarent, immo ut orantes im-  
pedirent, ut ibi maximè Deum offenderent. An putatis tales  
parum aliquid impedimenti præstissem, ne orationes iustorum  
audirentur? Audi quid super ha re dixerit orationum exau-  
ditor Ecclesiast. 34. *Vnus ædificans, & unus destruens, quid pro-*

**Eccles. 34.** *dest illis, nisi labor: unus orans, & unus maledicens, cuius uocem ex-*  
*audiens Deus? Non minori à Deo judicantur fuisse impedimen-*  
*to, quam est ædificanti, qui edificata diruit: tremendum pro-*  
*fecto iis referuatur iudicium, qui non solum Ecclesiam in ne-*  
*cessitate graui non iuuuerunt, sed iuuantibus impedimento sue-*  
*runt, die obsecro, qua poena ille censeretur dignus, qui in nauis*  
*exagitata tempestate consistens, non solum opera sua nihil*  
*iuuat eius liberationi, sed nauem conatur euertere, impedime-*  
*toq; est gubernantibus eam, & anchoras præscindit, tabulas*  
*frangit, ut nauis aqua plena pereat, an non hic in mare præci-*  
*pitanus?* Parum hoc est supplicij, illud q; significat Chri-

**Math. 18.** *stus Dominus iis loquens: Expedite, ut suspendatur mola asina-*  
*ria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Væ homini illi*  
*per quem scandalum uenit. Et qui dignus tanta poena est acerbum*  
*ei appareat, si ei vel leuiter hæc dicantur, ut ea caueat, tangendi*  
*non sunt, qui mille inferis digni sunt.*

Respondetur secundò. Multi orauere, & precati sunt Deū,  
qui tamen peccata non reliquerunt, sed peccatores existentes  
orationes fuderūt. Sed aīs peccator non auditur à Deo? Di-  
co cum D. Thom. 2.2.q.8 3.art. 1 6. Si peccatores Deus nō  
exaudiret (ait August.) frustra orasset Publicanus: *Deus pro-*  
*pitiis esto mihi peccatori.* & Chrys. super Matt. omnis qui pe-  
tit, accipit, siue iustus, siue peccator. Vnde peccatores Deo au-  
dit: si per se petat, necessaria ad salutē, pię & perseverāter: nō  
quod

D. Thom.  
August.  
Luc. 18.  
Chrysost.

**A** quod peccator de iustitia exaudiēdus sit, qui nihil potest mereri, sed quod ex pura misericordia Dei cui orans inititur obtinet. Iustus verò obtinet etiā ex iustitia propter Dei ad eum factas promissiones, cū petit adhibitis dictis cōditionibus. Infallibilis ergo exauditio promittitur iusto, & cōceditur ex misericordia peccatori, quādo pro se orat: necessaria petit ad salutē, pie & perseverāter. Primū requiritur, ut per se oret, ut infallibiliter obtineat. Vnde Aug. super Ioan. Si quid petieritis Pa August. trē in nomine meo, dabit vobis, ait exaudiūtur omnes pro se ip- Ioan. 16.

**B** sis, nō autē pro omnibus, vnde nō simpliciter dictū est dabit, sed dabit vobis: & ratio huius est, quia licet siat oratio de pertinētibus ad salutem, pie & perseverāter, quādo pro alio fit, si ponit ille impedimentū, non ob̄inet orans, secundum illud Hierc. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me non est anima Hier. 15. mea ad populu istum. & Hierc. 7. Tu ergo noli orare pro populo Hierc. 7. hoc, & non ob̄istas mihi, quia non exaudiām te. Non tamen ideō orandū non est pro aliis, licet nō sit infallibilis exauditio sicut pauper eleemosynā petit, licet nō necessario exaudiatur, maximē verò in domo, vbi ei regulariter cōceditur eleemosyna.

Vnde Iaco. 5. Orate pro inuidiis, ut saluemini. Imò verò orandū, Iaco. 5. quia sēpissimè, & multa obtinebim⁹ oratione. Vnde 1. Ioā. 5. Qui sc̄i fratrē suum peccare peccatū, & non ad mortē petat, & dabitur ei vita peccanti peccatū nō ad mortē. Est peccatū ad mortē, nō pro illo dico, ut roget quis. Peccatū nō ad mortē explicat Glos-

**C** fa esse veniale peccatū, si ergo videris in aliquo peccatū veniale, ora pro eo, & Dñs exaudiet te, & eū à peccato saluū faciet. Sed D. Th. peccatum non ad mortē dicit esse materiale pec-

catū, quod tamē à malitia nō procedit, de quo loqui Iacobū patet, quia in remissione eius dandāvīa pronūciat. Si ergo nō ueris fratrē in peccato esse etiā mortali ora pro eo, licet enim gratiā primā ei mereri nequam possis, sed tā bonus Deus noster est, ut oratione tua commotus eum disponat, ut primā suscipiat gratiam. Si verò fuerit peccatū ad mortem, id est ex malitia procedens, pro eo non quiuis orare debet, sed perfrētus: ideo forsitan non est ausus Noē orare pro mundo, ne disperderetur, quia peccata erant ex malitia. Videns, ait Gen. 6.

quod multa malitia hominum esset in terra. Similiter Apostoli

D. Th.

## Cum nostri milites

non orant pro proditore, quia peccatum agnouere malitiae. **A**  
Addit D. Thom. Peccatum ad mortem est finalis impoenitentia, in qua cum quis decesserit nullus pro eo orationi locus, sed si tale non sit peccatum etiamsi ex malitia procedat, ora Deum, qui tam benignus est, ut tua oratione faciat eum conuerti: sic exaudiuit Moysem pro vniuerso Istraeli orantem: Aut de le me de libro tuo, aut dimitte noxam populo huic. Et Monica exauditur pro August. Impossibile est ait Ambros. filium tantarum lachrimarum perdi. Non promittitur infallibilis exauditio pro aliis oratiis, sed promittitur exauditio regulariter, & vt in plurimum: & ideo orandum semper est pro aliis, quod si aliquid non exaudiaris, oratio tua in finu tuum conuertetur.

Secundum requisitum orationis, vt sit certa exauditionis, & infallibilis, est, vt sit de necessariis ad salutem aeternam, vel ad eam pertinentibus. Vnde August. in lib. sententiarum Profperi ait, fideliter supplicas Deo pro necessitatibus huius vitae, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur, quid enim infirmo sit utile magis nouit medicus, quam agrotus, & propter hoc etiam Paulus non fuit exauditus petens amionueri stimulū carnis, quia ei non expediebat: si vero id quod petitur sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinet ad eius salutem indubitate accipit quod petit, sed quando debet accipere? quaedam enim non negantur. Sed vt congruo dentur tempore differuntur. Ex quo sequitur simpliciter, & absque conditione illa petenda esse spiritualia bona, de quibus certi sumus nobis esse pro futura: temporalia vero licet orare & petere a Deo, sicut & desiderare, non ut in eis sistamus, sed ut ad minicula ad tendendum in beatitudinem, in quantum scilicet eis vita sustentatur, & instrumenta nobis sunt virtutum. In quibus tamen non est infallibilis exauditio, quia saepe nobis non expediunt. Imo vero nocent, contingitque petenti quod

3. Reg. 2. Adonias, de quo Salomon: Vivit Dominus, quia contra animam suam petiuit Adonias sunam item. Sicut ergo infirmus a medico ab re petit salutem, sed pharmacum petens commutat vocem, & sub conditione, si expedit, petit sic. Vnde refert D. Thom. art. 5. ex Valerio Maximo. Socratem arbitratum nihil amplius a Deo petendum, quam ut bonum tribueret, ille enim nouit

D. Thom.

A nouit quid cuique sit conueniens, nos autem plerumque id desideramus, quod non impetrasse melius foret. Est tamen in his ex auditio certa, quando ea nobis ad salutem conueniunt.

Tertia conditio, ut pie petas, id est intendens Dei gloriam & honorem in eo quod assequi desideras. Ad quod etiam pertinet, ut in Christi nomine & eius meritis innixi petamus, & ad gloriam redēptionis eius. Vnde ait: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis.* Sed ait, quomodo sic petās: Responde detur primo, in Christi nomine pete, quasi famulus tu Christi sis, qui ad Patrem accedis, & Christi nomine petis dicens: *Pater æterne Iesus Christus filius tuus petit a te per me,* ut famulū & nuntium, ut hæc facias. Sicut enim mittit herus famulum suum ad amicum, & famulus nihil petit, sed nomine heri vñus dicit, Dominus meus hoc a te petit pro me, quod si feceris ei gratu facies, quod si neges ei negas non mihi. Si vero ille diceret quid mihi, & tibi, ut hæc exposcas? Diceret famulus non ego nomine meo peto, sed nomine Domini mei. Ita Christus ait. *V/ que modo non petisti quicquam in nomine meo, petite et accepisti.* Secundo in nomine Christi petit, qui ad gloriam Christi & redēptionis eius petit, petit Christus a Pater: *Clarifica me tu Pater.* Et respondet Pater: *Et clarificavi, et iterum clarificabo.* Sicut enim filius gloriam Patris in omnibus quaesiuit, sic Pater gloriam filij, gaudetque sibi occasiones offerri, quibus ostendat quantum ei placuerint Christi infinita merita, quantumque eum diligit. In hunc ergo finem præclarum est maxima a Deo dona desiderare & petere, ut appareat copiosa Christi redēmptio, & quanta sint merita eius apud patrem. Sic ergo ora, Pater optime nunc in me ostende quanta sint apud te merita filij tui, & quo ego indignissimus sum, ut hæc obtineam, eò magis elucescat filij tui summum meritum. Dic mihi obsecro, si pro Christi meritis nihil hucusque Pater dedisset cuiquam, quanta tu fiducia accederes, tanta per te hominis merita, tanta modo potes accedere. Sicut enim mare nihilo immunitum est, quod ideo formicæ eo accesserint ad bibendum, tam integrum, & redūdans modo est omni accedenti, sic infinita sunt Christi merita, & si aliqui eis vī participes facti sunt amici dei, tam integra modo perseverant, ac si nullus ei pro-

*Ioh. 16.*

*Ioh. 12.*

C tūmque eum diligat. In hunc ergo finem præclarum est maxima a Deo dona desiderare & petere, ut appareat copiosa Christi redēmptio, & quanta sint merita eius apud patrem. Sic ergo ora, Pater optime nunc in me ostende quanta sint apud te merita filij tui, & quo ego indignissimus sum, ut hæc obtineam, eò magis elucescat filij tui summum meritum. Dic mihi obsecro, si pro Christi meritis nihil hucusque Pater dedisset cuiquam, quanta tu fiducia accederes, tanta per te hominis merita, tanta modo potes accedere. Sicut enim mare nihilo immunitum est, quod ideo formicæ eo accesserint ad bibendum, tam integrum, & redūdans modo est omni accedenti, sic infinita sunt Christi merita, & si aliqui eis vī participes facti sunt amici dei, tam integra modo perseverant, ac si nullus ei pro-

N 3 fecerit:

QQ Cum nostri milites Ads

fecerit: ideo securus accede. Pia ergo petitio fuerit, cu quod pe A  
tis ad Dei, & Chri gloria petis: cu humiliter & reverenter petis.

D. Tho.

Quarta cōditio est, vt perseueranter petas. Refert D. Tho.

Luc. 8:

art. 15. vbi has cōditiones posuit, Basilius dicit: ideo quandoq;

1. Thess. 5.

petis, & nō accipis, quia infideliter, vel leuiter, vel non confe-

rentia tibi, vel desististi. Ideo Luc. 8. Oportet semper orare, &  
non deficere. Et Paul. 1. Thess. 5. sine intermissione orate. Quod  
Christus ex professo probat exēplō amici perseuerāter pul-  
santis & potentis panes, & vidua iudicem expostulātis. Ecce  
ergo orationis cōditiones, quibus orans infallibiliter obtinet,  
iustus si fuerit ex iustitia, peccator ex misericordia.

Sed quia innumeræ sunt orationes, in quibus hæc non cō- B  
currunt: ideo nō semper, qui orat accipit. Sed etiam se pessū  
me recipit orans, etiam si hæc omnia non concurvant. Petui-  
tius victoria in contra Anglos iam deficit prima conditio, nō  
enim nobis petimus, deficit secunda nō enim necessaria ad sa-  
lutem: et si pīe petimus sit non tamen perseueranter, res enim  
tanta maiori digna est contentione, in hoc ergo non est infalli-  
bilis exauditio promissa.

Iacob. 5:

In his ergo minimi ponderis est oratio peccatoris, maximi  
verò oratio iusti, quia vt Iacob. ait. Multū ualeat de precatio iusti  
apud Deū. Cūm peccator petit necessaria saluti, sibi pīe & per-  
seueranter, tā misericors est Deus, vt eum audiat, quia in ex-  
trema constitutus est necessitate, cui continuò accurrendum  
est. Cūm verò alia petit, qui inimicus est, vilipenditur eius

Isai. 1.

oratio & merito, quoniam deprecatio est inimici. Inde Isai.  
sapè irridendas has orationes dixit in cap. 1. Cūm extenderi-  
tis manus uestras auertem oculos meos à uobis, & cum multiplicar-  
eritis orationem non exaudiām, manus enim uestræ sanguine plenae  
sunt. Lassamini, mundi estote, auferite malum cogitationum ue-  
strarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere,  
quarite iudicium, subuenite oppreso, iudicate pupillo, defendite ui-  
duan, & uenit, & arguite me, dicit Dominus. Mirabilem empha-  
sim habet verbum illud: Venite, arguite me, quasi dicat, ecce iu-

Psal. 144.

stitia petite, me in ius vocate, si vos non exaudiiero, quia uel-  
luntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudi-

Io. iii. 15.

Vnde Christus: Si manseratis in me, & herba mea in uobis  
manse-

**A** manserint, quod deinceps petieritis facti nobis. Multa enim iusti obtinenter sapissimè à Deo , sine omnibus illis conditionibus, quia iusti sunt. Sic ostendit Iacob. q. Nam Elias homo Iacob. 5.

erat similis nobis passibilis, & orauit oratione, ut non plueret super terram , & non pluit annos tres, & incise sex : & rursum orauit, & celum dedit pluviam , & terra dedit fructum suum.

& ratio D. Thom. 3. contra gent. capit. 9 §. est, nam de ratione amicitiae est, quod amans velit impleri desiderium amati, ideo dicitur amicorum esse idem velle, est autem inter Deum & iustum arctissima, coniunctissimaq; amicitia, ex parte Dei amore infinito copulata , ex parte iusti amore super omnia , si ergo iustus diuinam curat implere voluntatem in

**B** quantum potest, quomodo Deus amici voluntatem nō faciat.

Vnde ab amicitia Dei declinans indignus est exauditione.

Ex quibus omnibus patet, licet peccator audiatur cum orat conditionibus, quibus infallibilis est orationis exauditio , tamen cū extra eas orat, eius oratio est minimi pōderis: tale vero negotium, & causa super quam oratum est, in quo peccatoris oratio nō profuit: cū vero ex his qui orauerūt, tot extiterint peccatores, iusti vero pauci, ne credas plures orasse, sed paucos. Et vt modo propria nos curemus, atq; de, sēp̄ orasti, multa à Deo petis, nec accipis, & de hoc doles ac conquereris, interrogō te, amicus ne Dei es, an iniamicus? Eius impletas voluntates, an tuas? Quod à te petit Deus obtinet, an non? Si dicis,

**C** nō, quomodo ergo tu petis à Deo exauditionem & bona, ou opera tua comerebatur infinita mala? An nō audisti illud Psal.

Cū sancto sanctus eris, cū peruerso peruerteris, quod Deo tribue dum esse cōtinuo ostendit subiungens. Quoniam tu populu humiliū salutis facies, & oculos superbiorū humiliabis. Sed dubitas,

quomodo cū peruersis peruerterit Deus? An Deus peruertere potest? Peruertere est mutare rem in alteram (Boethia de rebus)

Deus ergo peruerterit cum peruerso, quia qualis te Deo exhibes, tale Deū tibi inuenies, & qui natura sua misericors, & miserator omniumq; exauditor est, peccatis tuis eum facis durum atq; crudelēm, vt mutatus Deus videatur, hoc est illum esse peruersam, vis Deam amicū, etlo ei amicus, vis

tuam faciat voluntatem, imple tu eius voluntatem, vis tuis ac-

D. Tho.

Ebier. 14

3. ad M

3. ad T

Intit. 9.

8. mo. 1

2. ad M

2. ad T

Intit. 9.

8. mo. 1

Psal. 17:

Deuter. 32:

# Cum nostri milites

currat necessitatibus, esto ei fidelis, homo sensatus credit legi A  
1. Tim. 2. & lex illi fidelis. 1. Tim. 2. Leuantes puras manus. Ecce nō san-  
guine plena leuandas, sed puras: si enim ostendas Deo ma-  
nus sanguine filii sui, quē occidisti, madidas: quid te putas ob-  
tenturum subditus ergo esto Domino, & ora cum, delectare in Do-  
mino, et dabit tibi petitiones cordis tui.

Psal. 36. Sed obiicis. Multi iusti orauerunt, & à Deo victoriā petie-  
re, nec obtinuerunt: quid fuit in causa? Respōdetur, multi etiā B  
defectus in iustorum oratione esse solent, propter quos non  
obtinent, qui à nobis considerandi sunt, vt lcamus quid desit  
nobis. Primus non toto corde clamasse, multæ sunt tepidæ  
orationes oscitanter factæ, quæ ideo parvū à Deo obtinet, aliæ  
feruidæ, maximō conatu toto corde, quæ obtinent ea quæ pe-  
tunt. Vide Christi orationē. Hebr. 5. Qui in diebus carnis suæ  
preces supplicationesq; ad eum, qui eum saluū posse facere à morte  
cum lacrimis, & clamore ualido offerens, exauditus est pro suare-  
uerentia. Ideo Psa. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine.

Psal. 118. In qua re Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostram dū in  
hac vita sumus faciēs nos à Deo postulare toto corde: de qua-  
re ad literam Rom. 8. (vt ibi D. Tho. explicat) Similiter autem,  
& spiritus adiuuat infirmitatem nostram, nam quid oremus sicut  
oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in-  
enarrabilibus, qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus,  
quia secundum Deum postulat pro sanctis. Spiritus (inquit) adiuuat  
infirmitatem nostram. Magna plane infirmitas nostra, mi- C

seriæq; multæ: quarum cum vniuersale remedium sit ora-  
tio, cum ad hanc rectè faciendam spiritus nos adiuuet, omne  
nostram infirmitatem iuuat. Nā quid oremus sicut oportet nesci-  
mus. Non enim nouimus in particulari, quæ nobis maximè  
expediāt, vt ea petamus, nec & nouimus ea petere sicut opor-  
tet, scilicet ex toto corde: & ideo Spiritus sanctus in nobis ha-  
bitans hanc nostram iuuat infirmitatem faciens nos postula-  
re gemitibus inenarrabilibus, nō Spiritus sanctus postulat in  
se, sed in nobis nos postulare faciens, sed quia oportet magno  
gemitu postulare hoc in nobis Spiritus sanctus efficit: &  
Deus qui nouit hominum corda videns postulationē illam à  
Spiritus sancto procedere, approbat eā, & concedit nobis que-  
petimus.

- A petimus. Oratio ergo inspirata à Spiritu sancto exauditur & approbatur à Deo, hæc autem gemitibus inenarrabilibus fit. Modo ingredere cor tuū, & vide quod inenarrabiles gemitus in tua oratione effuderis, & inueniemus innumeros etiam iustos orasse, sed oratione tepida, aliquid recitantes, & parū attēdentes, an non iocosa hæc oratio est? iocosa verò oratio seria non obtinet: sed seria oratio & magna oratio est, quæ obtinet. Multæ orationes in diuina Scriptura nobis sunt propositæ, quæ obtainuerunt quicquid petiere, exauditæ à Deo sunt. Sed omnes Scriptura notat maximo factas seruore, magna animi contētione, multis cum lachrimis. Orat regina Esther pro populo c. 14. Esther quoq; regina confugit ad Dominum paens periculum quod imminebat, cumq; deposuisset uestes regias, fletibus, & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis uariis cinere & stercore impleuit caput, & corpus suū humiliauit in iunctiōnē, omniaq; loca, in quibus ante lētari consueuerat crinum laceratione compleuit, & de prece abatur Dominum Deum Israēl dicens, &c. Orat Judith 9. Judith ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamat ad Dominū, exauditur Judith sic clamans. Orat Tobias & Sara filia Raguelis Tobiae 3. Sed quomodo audi primū Tobiae orationē, exprobratus ab vxore. Tobias ingemuit, & cœpit orare cū lachrimis dicens, præcipe in pace recipi spiritum meū, ex pede enim mihi mori magis quam uiuere. Orat Sara. Perrexit, ait Scriptura, in superius cubiculū domus suæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducavit, neque bibit, sed in oratione persistens cum lachrimis de prece abatur Dominum, ut ab isto improposito liberaret eam: & completa oratione certa de exauditione gratias agit. Cum completeret orationem benedicens Dominum dixit: Benedictum est nomen tuum Deus, qui cum iratus fueris misericordiam facis. Et sequitur in fine capititis. In illo tempore, exaudite sunt processus amborum in conspectu glorie summi Dei, & missus est Angelus Dñi sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Dñi recitatae. Sic Daniel orat c. 10. In diebus illis, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, pā nem desiderabilem non comedī, & caro, & uīnū non introierunt in os meum. Apparet ei Angelus hac oratione perfecta, & ait.
- Esther. 14  
Judith. 9.  
Tobie 3.  
Daniel. 10  
Ex die.

101 . 68 Cum nostri milites

- A** Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligentiam, ut te affligeres  
in conspectu Dei tui exaudita sunt verba tua, & ego ueni proprie ser  
monestus. Sic orat Ezechias cum lachrimis versus ad parietem &  
exauditur, sic Susanna, sic Ionas, & deinde omnis oratio, quae  
exaudita in Scriptura nouimus, magna semper animi conten  
tione, magno affectu legitur Deo oblata, sicut enim paruulo  
vbera, vel quid piam petenti negare mater solet, sed cum euilati  
bus & singultibus postulat, ei conceditur. ita Deus noster, qui  
pater & mater nostra est non nouit negare, quae clamantes &  
euilates petimus, sic clamabat corde non loquens Moyses cui  
**Exod. 14.** Deus. Quid clamas ad me? Sic idem obtinet populo venia, quan  
tata animi contentionem petiit, ut si non ei concederetur de libro  
**Psal. 90.** Dei delendum se diceret: Clamauit ad me, & ego exaudiem eum. Sic **B**  
**Sap. 8.** orauit Salomon pro Sapientia Sap. 8. Adiu Dñm, & deprecatus  
sum illi, & dixi ex totis precordiis meis. Confer ergo orationes  
tuas cum his quae audisti, & vide an ex toto corde clamaueris,  
an gemitibus inenarrabilibus a Spiritu sancto motus, vana  
enim est oratio, quam non praecedit inspiratio: et si sic non huc  
vixi, clamasti, in posterum sic clamare & orare discepotius  
corde quam ore, ut exaudiatur deprecatio tua: quod ut facere  
noueris cum in hoc negotio, tam in tuis aliqua tibi opus est  
consideratione & meditatione, in qua exardescit diuinus ignis.  
**C** Vnde clamor cordis procedit, in hoc ergo negotio propone  
ob oculos mentis tuae Ecclesiastis prophanas & dirutas, Deum  
blasphemari, sanctos irrideri, Ecclesiam & eius vicarium con  
temni, sanguinem sanctorum fundi, fideles ibi commoran  
tes sacris carere, in summo discernere versari, & omnibus his  
**Esther. 14.** pensatis clama, & dic cum Esther 14. Memento Domine, &  
ostende te nobis in tempore tribulationis nostrae, ne tradas Domine  
scoprum tuum iis qui non sunt, ne claudas ora laudantium te.  
Secundum etiam iustis validè est considerandum, an eorum  
orationibus, ut in celum euolauerint, defuerint duo illa precla  
ra adiumenta, quae a sanctis dicta sunt alas orationis, scilicet  
ieunium, & eleemosyna, quibus illa in Deum facile volat, de  
quibus Raphael ad Tobiam c. 12. Bona est oratio cum ieunio, &  
eleemosyna magis quam thesauros auri recondere. Oratione san  
cti sagittæ dixerunt, quae in Deum, ut in scopum edidit, sed sicut  
sagitta

- A** sagitta indiget duabus illis alulis, ita oratio, eleemosyna & ie-  
junio: sagitta Ionatae nunquam est reuersa retrorsum, vis ora  
tio tua retrorsum non eat, comitata sit eleemosyna, & ieju-  
nio, audi quid super hac re in simili causa Dominus oratibus  
responderit. Isa. 58. conqueruntur ibi filii Israël: Quare ieju- Isai. 58.  
nauimus, & nō aspergisti, humiliavimus animas nostras, & nescisti  
Ecce in die iejunij uestrj inuenitur uoluntas uestra, & omnes debito  
res uestrros repetitis, ut audiatur in excelsis clamor uestrer, nolite ieju-  
nare, sicut usque in hanc dictm, dissolute colligationes impictatis, sol-  
ue fasciculos deprimentes, frange esurienti panem tuum, ex egenos  
uagosq; induc in domum tuam, cum uideris nudum operi eum, tūc in  
uocabis, & Dominus exaudiet, clamabis & dicit: Ecce adsum. Simi-  
**B** lem querimoniam, ac illi nos habemus, videamus an simile  
nobis Dominus respondere possit, multa orasti, sed num affli-  
ctus es iejunio, & similibus? Nū eleemosynas dedisti? Quid  
Deo in numeris dedisti? Nihil caruit aliis sagitta tua. Sic Iud. 4. Iudith. 4.  
Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humili-  
uere animas suas iejunio. Et Dan. 9. Posui faciem meam ad Dñm, Dan. 9.  
rogare ex de precari in iejunio saeco & cinere. Et hanc crede esse  
dispositionem orationis, quā Spiritus sanctus petit Eccl. 18. Eccl. 18.  
Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui  
tentat Deum. Præparatur enim homo eleemosyna, & iejunio,  
vt à Deo obtineat quā petit, notat Chrysost. & Cypri. ideo Chrysost.  
pauperes solitos ante Ecclesiæ ianuas stare, vt qui eam intrat Cypria.  
**C** oratus, prius disponatur eleemosyna, vt dicere possit Deo,  
dedi in nomine tuo peteti, da tu mihi. Matth. 17. Matth. 9. &  
dicitur de dæmoniaco lunatico, quem curare non potuerunt 17.  
Apostoli, ad quos Christus, hoc genus dæmoniorum pessi-  
morum, scilicet non sola oratione eicitur, sed & iejunio opus  
est, de eleemosyna non dixit, quia omnia reliquerant, cū er-  
go peteremus à Deo dæmonium pessimum ab Anglia  
pellī, non hic dæmon, imò innumeri dæmones pe-  
luntur oratione sola, sed oratione, ieju-  
nio, & eleemosyna.  
(...)



A

## C O N C I O II.

Habita cum nostri redirent a bello contra  
hæreticos Anglos, re omnino infe-  
cta post multas orationes.

T H E M A.

*Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris. Psal. 43.*

B

2. Par. 25



R O P H E T A Quidam ait ad Amasiā Regem Iuda, 2 .Paral. 25. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Dominus ab hostibus, tui quippe est adiuuare, & insugam conuertere. Deum optimū maximum humanarum rerum curam, & prouidentiam habere non diuina fides solum, sed & humana ratio recte instituta docet. Iob. 5. Nihil in terra sine causa fit, & de humo non egreditur dolor, id est non à terra, sed à cælo mundi moderatio pendet. Isa. 45. Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, ego Dominus faciens omnia hæc. Vnde Dan. 4. Nabuchodonosor, qui imperij sui gloriam nō Deo, sed sibi tribuebat, eiicitur ex regno ut bestia, donec agnouit Dei esse regnum, quod dat cui ille voluerit. Sicut ergo omnia terrena à cælis, & eorum influentiis gubernantur, sic omnia humana à Deo, sic Lucae 12. Non est unus paser in obliuione coram Deo, & capilli capitum uestri numerati sunt omnes. Si paser non cadit, nec folium mouetur sine Deo, quæ res humana ab eo non pendet? Qui ergo res suas agit obliuus Dei, suaq; innixus diligentia iustissimo Dei damnatur iudicio, & à Deo derelinquitur, ne quid vñquam eius respondeat optatis. Ideo Sapiens: Qui confidit in diuitiis suis corruet, & Psal.

Iob. 5.

Isai. 45.

Dan. 4.

Luc. 12.

Prover. 11

C

**A** Et Psal. Non saluatur rex per multam uirtutem, & gigas non salua. *Psal. 32.*  
 bitur in multitidine uirtutis sue. Et ecce oculi Domini super metue-  
 tes eum, & in his quisperant super misericordia eius. Si ergo à  
 Deo ut à primo fonte nobis expectanda sunt omnia, illum  
 in omnibus te primum adire oportet, illum precari, ab eo pe-  
 tere, vt vias tuas dirigat, *Psal. Reuelata domino uiam tuam,* & spe- *Psal. 33.*  
 raineo, & ipse faciet. Plus proficit, cui diuinum est adiutorium  
 etiam si dorinat, quām qui ante lucem surgit: ideo uanum est  
 uobis ante lucem surgere. *B. Gregor. in Dialog. narrat de San-* *Gregor.*  
*Etulo sæpè in omni periculo hæc verba usurpante, ego Deum*  
*habeo, quo liberabatur ab omni periculo.*

**B** Sed res maximas humanas, & maximè bellorum victorias,  
 regnum mutationes à Deo gubernari, nec Gētlium qui-  
 dem ignorantissimi negauere. *Plutarchus referens Euripidis* *Plutarc.*

sententiam dicentis, Deum magna curare, & parua relinque-  
 re, ille ait, ego verò fortunæ nihil arbitror permittendum, &  
 addit, vitari inuidiam posse, si benefacta referas in Deum nō  
 in fortunam, quod consilium Sitho Atheniensium dux se-  
 quutus est, qui cum laudantibus Atheniæsibus, quod Cotim  
 Regem interemisset, & alia præclara gesisset. Respondit: Diis  
 habenda est gratia, quibus autoribus hoc præclarè gestū est,  
 nam ipse nihil aliud, quām manum & operam commodaui.  
 Ex quo sequitur, vt quamuis in omnibus rebus ad Deum no-  
 bis confugiendum sit, dicendum q;: *Leuavi oculos meos in mon* *Psal. 120.*

**C** *tes, unde ueniet auxilium mibi. Et oculi mei semper ad Dominum,* *Psal. 24.*  
*quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos.* Maximè tamen in

maximis, in bellorum discriminibus, regnum mutationi-  
 bus, & similibus, quia hæc à Deo sunt expectanda, quod etiā  
 gentes agnouerunt: & ideo ante bella tot sacrificia, & victi-  
 mas immolabant. Sed hoc præclara legatione ostendit Deus

populo suo. *Exod. 19.* Hæc dices domui Iacob, & amuntiabis

filii Israël, uos uidistis quæ fecerim *Ægyptiis*, quomodo portau-  
 em uos super alas aquilarum, & assumpserim mibi, si ergo audie-  
 ritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in pe-  
 culium de cunctis populis, & uos eritis mibi in regnum sacerdotia-  
 le, & gens sancta. Sed quid est regnum sacerdotale? Ostendit

differentiam regni sui ab aliis regnis, alia enim regna, quæ

*Exod. 19..*

*ENOD*

verum.

## Cōc. II. Cū nōstrī redirent ab Anglia.

verum Deum non habent, ad quem adiutorem accedant curā. **A**  
rant se suis viribus conseruare, & augere, sed vos qui verum  
Deum colitis, & agnoscitis ab eo cuncta pendere, eritis regnū  
sacerdotale, cum munus sacerdotis sit orare, significat Domini-  
nus eorum remedium in omnibus esse orationem, ostendens  
ea fusa regnum eorum cōsistere securum ab hostibus, & etiā  
augendum: ideo notat Origenes dictum esse, populus hic,  
quasi bos depascet populos: quia sicut bos ore, ita illi oratione  
depasturi erant nationes omnes, & quæ sīae oratione flunt,  
**Origen.**  
**Num. 2. 2.**  
**Iosue 9.**  
**Isa. 30.**  
**Deute. 11.**  
non proficent, sic Iosue 9. dicitur: Permisit Dominus Iosue, &  
populum omnem decipi, quia os Domini non interrogauerunt, qui-  
bus Isa. 3. 6. V. & filii desertores, ut faceretis consilium, & non ex-  
me, & ordiremini terram, & non per spiritū meū, ut adderetis pec-  
catum super peccatum, qui ambulatis, ut descendatis in Aegyptum,  
& os meum non interrogasti sperantes auxilium in fortitudine  
Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti, & erit uobis  
fortitudo Pharaonis iu confessionem, et fiducia umbra Aegypti in  
ignominiam. Hanc in eum fiduciam sapissimè & seuerissi-  
mè Deus petit, à populo suo, qui per omnes Prophetas eos  
accusat, qui eius ope neglecta totos se ad humana auxilia con-  
tulerunt: ideo quod tā acriter tulit eum regē petiuit à Samue-  
le, vt signis cælestibus se iratum ostenderet, & diceret, non  
te sed me abiecerunt ne regnem super eos: quid hoc Domi-  
ne, an non sub tutela tua erunt cum per reges administrantur,  
ac erant cum per iudices? Ita planè, sed multo magis sub diu-  
niæ prouidētiae arbitrio sub ducibüs, quos Deus eligebat, quā  
sub regibus, qui non diuina electione, sed propagatione crea-  
bantur, erant, ideo se repulsum dicit, quia more gentium non  
fide & spe, sed armis, & humana prudentia républicam tutio-  
rem putabant futuram, vt ipsi dixerat Samueli, nequaquam rex  
erimus erit super nos, & erimus nos, quā sicut omnes gentes, &  
iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit  
bella nostra: ecce similes esse volunt gētibus, & humanis cōsi-  
liis magis, quā Dei nutu républicam seruare. Ideo & terra  
quā eis tradit non est sicut terra Aegypti, in qua in hortorum  
morem aquæ ducuntur irrigare, vt dicitur in Deut. sed de ce-  
lo expectat pluvias, vt à terra ipsi discerent à Dōc expectare  
bona

**A** bona omnia. Qui ergo omnia sua voluerit prosperè euenire, & in bello victoriā reportare, dicat quod Moyses Dño: Si tu *Exod.* 33. nō p̄cedas nos, non educas nos de loco isto. Consule ergo diuinā voluntatē, accede ad Deum per orationē, pete à Deo, vt p̄cedat te, & ipse faciet: quo p̄ecedente, cū sit Deus magnus & terribilis, ipse consumet coram te omnes nationes.

Sed in his omnibus obiectis, ecce bellū, in quo ineundo pri-  
mū consultus est Deus, & eius voluntas, causa ipsius, & seruo-  
rū eius, causa vniuersalis Ecclesiæ, & fidelium, qui in Anglia ver-  
santur. Secundū ad Deū omnes accessimus tanta, & tā ardēti  
oratione, qualis non legitur in historiis vñquā missa, vbi ergo  
infallibilis orationis exauditio? Vbi eius omnipotentia: *Cum Rom. 8.*

**B** spiritus postulet pro nobis gemītibus inenarrabilibus. Et ipse spi-  
ritus ideo dicitur paraclitus, idest aduocatus, quia pro nobis  
in omnibus orat, & ipse etiam Christus dicitur aduocatus no-  
ster, quia etiā interpellat pro nobis, est ille hominū procura-  
tor, & quemadmodum petitionem clientis is qui partes eius  
agit dat iudici, ita orationem nostram Christus p̄fendant Pa-  
tri, quod ante faciebant Angelis oīlum, vt dicit Raphael ad  
*Tobiam: Cum orabas, ego obtuli orationem tuam Domino: modò Tob. 12.*  
faciūt Angeli offerētes incensum illud, quod dicitur *Apoc. 8. Apoc. 8.*  
Orationes sanctorum sunt. Et ipse Christus aduocatus noster,  
quid ergo tanto aduocato negari poterit, de quo Paul. *Exau-* *Heb. 5.*  
*ditus est profusa reverentia.* Vbi illud: si duo ex uohis consenserint *Matth. 18.*

**C** super terram de omni re, quam petierint, fiet illis à Patre meo. Ecce  
duo, & millia milliū in hac oratione consensere: cur non sicut  
orauimus factum est? Videntur confusi pedes euangelizan-  
tium pacē, anuuntiantium bona, diximus pax, & ecce nō est  
pax, promisimus bona, & ecce turbatio. Respondimus su-  
periore concione dilata est victoria nostra negata. Sed inquiris  
propter quid dilata? Aliqua dicta sunt, vt huic satissimā quæ-  
stioni, sed adiiciamus alia. Quorū primū sit, vt cum data fue-  
rit victoria Deo adscribatur non potentia nostra: vidimus  
nos in omnibus superiores inimicis, rē confectam putauimus  
fidētes viribus nostris, si victoria parta esset, quid diceret hu-  
mana, & maximè Hispana superbia. *Manus nostra excelsa,* & *Deut. 32.*  
non Dominus fecit haec omnia: Quomodo poterant resistere  
Angli

## Cōc. II. Cū nostri redirēt ab Anglico

Anglitantæ potentia, hæc diceremus saltem corde, & forsan ore, hoc autem non expedit nobis, immo expediens est, dicamus:

Psal. 43.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluavit eos, sed dexteratua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui, quoniam cōplacuisti in eis: tu es rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob, in te inimicos nostros uētilabimus cornu, ut hoc dicamus, ut parta victoria hæc confiteamur ne in robore nostra bella consistere putemus, quod magis nobis expediebat quam victoria, quid præstitit Deus? Distulit victoriā, quæ nobis non esset proficua, donec hoc agnosceremus, dabit hoc agnito: ostendit nobis hoc factō, nos nō sufficere, ne cum factum sit nobis adscribatur victoria. Gloriæ suæ amantissimus Deus, sic bellorum ipsius victorias concessit, vt ipsi gloria tribuatur non nobis. Hac ratione potentissimam illam.

Ezech. 27.

Tyrum subuertit, de qua sub nauis typoloquitur Ezech. 27. eq; accidisse ait, quod classi accidit nostræ. Ventus, ait, Auster contrivit te, & in corde maris auritæ tuae, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant, uiri quoq; bellatores tui, qui erant in te cum uniuersa multitudine tua, quæ in medio tui, cadent in corde maris, in die ruinæ tuae. Ideò ad Gedeonem

Iudi. 7.

ait: Multus est populus (Iud. 7.) tecum, nec tradetur Mādian in manus eius, ne glorietur contra me Isræl, & dicat mei uiribus liberatus, & unica admonitione reuersi sunt uiginti duo millia, & tantum decem millia remanserunt: dixitq; Dominus ad Gedeon, adhuc multis est populus, in trecentis uiris, qui lamberint aquas, liberabo uos, & tradam Mādian, & hos trecentos dicit Iosephus maximè timidos, qui ausi nō fuerū flexis poplitibus bibere. Ut quid hæc: vt nomini Dei adscribatur victoria. Holopernē per militis manum potuit trucidare, sed in manu foeminæ id factum est. Erit enim hoc memoriale nominis tui, ait Iudith, cū manus foeminæ deiecerit eum.

Iudith. 9.  
1. Cor. 1.

Et hac uetus est Paul. ratione, vt ostenderet, quam recte Dominus per ignobilia, contemptibilia, & ea quæ non sunt deiecerit mūdi altitudinem, & idola destruxerit. Ut non glorietur (inquit) omnis caro. Et ideo Isa, lugum enim oneris eius, & sceptrum exaltoris eius superasti, sicut in die Mādian, id est, sicut per Gedeonem in paucis, vt alius nō glorie-

Isai. 9.

C

A

B

C

**A** non glorietur de victoria quam tu. Expedit hoc maximè nobis Deo gloriam dare, sic Ioab ad Dauid, Cumq; iam trædenda esset urbs: (2. Reg. 12. uocat Dauid regem, ut nominie ius 2. Reg. 12 adscribatur uictoria, non mibi.

Qua in re mirum nobis proponitur exēplum Iudi. 20. Iud. 20. cum enim in Beniamin grande commissum esset piaculū, vt illud de medio tollerent, conuenit multitudo filiorum Israël in Maphat ad Dominum. 40000. pugnatorum, & consulerunt Dominum, quis erit dux noster, respondit Dominus Iudas, accepto à Deo duce pugnant, & vincuntur, & 2000. pereunt. Iterum filii Israël numero, & sortitidine confidentes aciem direxerunt, ita tamen vt prius ascenderent, & flerent coram Domino usq; ad nocte, consuleruntq; eum & dixerunt, debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin? quibus ille ait, ascendi te ad eos, & inite certamen, & adhuc vincuntur occisis 18000. postea fleuerunt corā Domino, & humiliati sunt, & tunc in eorum manus traditus est Bējamin omnino de lendus. Res quidem miranda, multò magis quam nostra, vincuntur qui causam Dei agunt, cum adeò essent numeri superiores, & Dei iussu pugnarent, quia numero & virtute sua confidunt, impletumque est in eis quod initio cionis diximus: Si putas in robore exercitus bella cōsistere, &c. An nostri ad pugniam processere numero, & virtute confidentes: forsan sic fuit, vincique meruerunt, nisi orationes obitassent. Sed demus non sic eos processisse, voluit Domini

**C** nus victoriam non dare, donec illi & nos confiteamur, non Psal. 93. in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Donec dicamus tua est Domine potentia, tuum est regnum, & quod Iudas Machabæus. 1. Machab. 3. Quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de celo fortitudo est. Interea vero quæ maximè Deus ita vult facere, vt ipsi tribuātur, illa sunt, quæ post longam concedit orationem, & meritum, vt ab eo videamus accepta, a quo petimus, sic victoriam Holofernis, quam longa oratio præcessit sibi volens adscribi per foeminam illam perfecit: sic victoriā Senacherib post orationem longam per Angelum. Hinc etiam singuli no-

## Cōc. II. Cū nostri redirent ab Anglia.

stra considerātes aduertamus , multa nobis parata esse certam  
mina contra inimicos nostros , cuius prālii corona , si legiti-  
mē pugnamus , non est corruptibilis sed aeterna . Et illi  
quidem ut corruptibilem coronam accipiāt nos autem incorru-  
ptam , vt ait Paulus : quod si in certaminibus , in quibus ca-  
ro pugnat contra carnem , in quibus vires ac industria ho-  
minum tantum iuuant , sui confidentia omnia destruit , dic  
obsecro qui ille vincet qui in spirituali certamine sibi fidit : si victoria belli temporalis Deo adscribenda est , illi  
que eius reseruāda gloria , quomodo non multo magis sp̄i  
ritualis Memoria prodidit Greg. in dialog. de Isaac mo-  
nacho , cui dona maxima Deus concesserat , sed defectu  
non carebat immoderati risus , & Gregor. ait : solet Deus  
electis suis victoriā dare potentiorū inimicorum , &  
peccatorum grauium , non tamen defectus leuis , vt maxi-  
ma quæ in eis bona posuit per humilitatem custodiat , vi-  
dentes enim se minima vincere non posse , agnoscunt vi-  
ctorias maiores à Dei gratia esse , non à suis viribus . Sic cū  
filii Israël Chananaeos & maiores inimicos superaseret Ie-  
busæum vilem non superauit , vt in eo quem non vicerat  
videret , quem vicerat non in se ipso vici se sed in Deo , su-  
perasti tu vitia magna , vis nosse quod Deo debes habe-  
re gratias , qui dedit tibi victoriā per Iesum Christum ,  
attende , non potes vincere minima quæque , murmurationem  
in minimis : qui minima non potes , quomodo maxima  
potuisses , nisi Deo vincente perte ? Adonne ergo impe-  
C.

Psal. 142. tum inimici primum humilia te , custodiens parvulos , dicens :  
Humiliatus sum et liberauit me , agnoscere exte nihil esse , vi-  
Cant. 1. etoriam à Deo tibi per Christum prouenturam & per  
eius gratiam , quo agnito Deus pugnabit pro te : alioqui  
si ignoras te , egredere & abi , si non nosti infirmitatem  
tuam non aderit tibi medicus de cælo . Humiliatus igitur  
Psal. 34. sub potenti manu Dei , dic ei : Absconde me in abscondito  
faciei tue , apprehende arma et scutum , et exurge in adiutorium  
meum .

Secundum hodie dicendum ut obiectioni propositæ  
fatis

A satis fiat est illud Psal. *Iudicia Domini uera, iustificata in se-* *Psa: 18.*  
*met ipsa*, at iudicium hoc ab illis multa, ut videar mihi non  
 immittero pronunciare beatum, qui non fuerit scandaliza= *Bernard. ad*  
 tus in eo. Recordemur supernorum iudiciorum quæ à se= *Eugenium.*  
 culo sunt, si fortè sit consolatio, nam Psal. ait. *Memor sui Psa: 118.*

*iudiciorum tuorum à seculo Domine & consolatus sum. Rem*  
 dicam ignotam nemini, nunc nemini notam, ne impes sic  
 se habent mortalium corda, quod scimus cum necesse  
 non est, in necessitate nescimus. *Eductus M̄ yles Israēl de*  
*Ægypto meliorem eis pollicitus est terram, num quando ipso aliter sequeretur populus solam sapiens terram?*  
*eduxit, sed non induxit in promissa, & Deo iubente hæc*

B præstítit, & sermonem eius confirmante. Sequentibus  
 signis, promiseramus victoriam, sicut promissit Moy-  
 ses terram, ille Dei iusu, nos eiusdem imperio; aliquid defuit illis, vt promissa non assequerentur, aliquid defuit nobis, ne obtineremus: quæ sint hæc, nouit Dominus, satisque nobis esse debet, hanc diuinam esse voluntatem, cui omnino subiici debemus, sicut enim diuinae præde-  
 stinationis non est alia causa quam diuina voluntas. *Quia*  
*sic placitum fuit ante te, ita multa sunt diuinae prouidentiae*  
*opera adeo occulta, vt alia eorum ratio reddi non possit,*  
*quam diuinum beneplacitum.*

C In iudicio vero vniuersali omnium horum rationem  
 reddet, vt dicit Gregor. 29. moral. capit. tertio, & Augu- *Greg.*  
 stinus. 20. de ciuitate capit. secundo, & tunc implebitur *Aug.*  
 illud Psal. *Lætentur celi, & exultet terra, quoniam iudi- *Psal. 66.**  
*cas populos in æquitate, & gentes in terra dirigi. Tunc osten-*  
*det quare legem dedit Hæbræis, derelictis gentibus,*  
*Euangelium gentibus, derelictis Hebræis: cur elegit Da-*  
*uid, & non fratres: dereliquit Iudam, & assumpit latro-*  
*nem, incolumes seruat hæreticos, affligit pios, nec in il-*  
*lum usque diem plenè hæc intelligentur à nobis. inde Psal-*  
*tes. Quam bonus Israël, &c. mei autem pene moti sunt pedes. Exi- *Psal. 72.**  
*stimabam, ut cognoscerem hoc, labor est ante me, id est, vidi*  
*menon posse hæc penetrare, donec intrem in sanctuarium*  
*Dei, & intelligam in nouissimis eorum, in iudicio, scilicet quo*  
*adūm*

## Conc. II. Cū nostri redirent ab Anglia

hæc assequemur, interim vero vir prudens diuinam mag- A  
ni faciat prouidentiam, & dicat: *Iustus es Domine & rectum  
iudicium tuum, & pondus & statera iudicia Domini.* Et quemad  
modum infirmus qui curatur à peritissimo medico, licet  
dubitetur, an recte curetur, sed euentus conueniens & vale-  
tudo sequens ostendit medici peritiam, sic in fine mundi  
nobis innotescet, qua arte à Deo nobis remedium adhibi-  
tum sit, & omnis res nostra comparebit interim satis no-  
bis sit nosse Deum medicum prouidentissimum hæc or-  
dinate in bonum nostrum. Sunt enim multa diuina arca-  
na quæ humana ratio pertingere nō potest, de quibus scri-  
ptum est: *Purima super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Lo-  
quitur Angelus ad Esdram. lib. 4. cap. 4. qui hæc diuina in B  
4. Esdr. 4. scrutabilia scrutari conabatur, mons cogitauit bellum in-  
dicere mari, eiusq; locum sibi usurpare, ut esset alias mōs,  
vbi modo est mare, similiter mare dixit volo montis locū  
occupare, & neutrum factum est, quia mare ab arena de-  
tentum est, & mons se mouere non potuit, quis amplius  
errauit?

Respondit Esdras vterque, vtrique enim à Deo sig-  
natus est locus, quem præterire non poterunt, bene, in-  
quit Angelus, tu iudicasti, quare non iudicasti tibi metipſi? quemadmodum enim terra filiæ data est & mare fluvi-  
bus, sic qui super terram habitant, quæ sunt super terram  
solummodo intelligere poslunt, & qui sunt super cælos,  
quæ sunt super altitudinem cælorum. Cùm enim in di-  
uina prouidentia quædam sint omnino arcana, quæ solus C  
Deus nouit, ea nos licet conemur pertingere nō valemus.  
Et cum ea vi erimus humiliemus animas nostras, & in  
multis operibus eius non simus curioſi, sed quæ præcipit  
nobis Deus illa cogitemus semper. Huiusmodi est quod  
præ manibus habemus negotium, cuius ratio apud Deum  
abscondita est, qui nouit quare diu patiatur hæreticos, &  
peruersam mulierem regnare, hoc autem certum sit, quia  
cito veniet iudicium eius sicut Babylonia & meretricis, &  
proiicitur in profundum. Nec vero hoc factum aduersus  
promissa Dei est, quibus orationum exauditionem pro-  
misit,

**A** misit, sed propter quid modo distulerit, ipse nouit, & manifestabit nobis suo tempore.

Ex quo tibi collendum est, multa tibi in vita futura, quorum ordinem ac rationem ignorabis omnino, & quæ non in bonum ordinata tuum videantur, sed in malum, cū tamen tibi Deus promiserit optima, nec de tāti patris manus alia speranda fore credas, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū. Satis hoc tibi sit ē manu diuina ad te venire, ut nihil credas tibi obsfuturum, licet modo rationem ignores, & hoc est cor filiorum, quod à nobis Deus tenere exigit & meritò, cum non possimus uocare patrem super terram, Rom. 8. Matth. 23. unusest enim pater uester qui in celis est, hoc cor filij ostēdit naturalis Dei filius Petro dicens: Ioan. 18. Similis. Calicem quem dedit mihi Pa-

**B** ter medicus potionem daret, quam ille sumere recusaret, ne forte cā pater veneno miscuisset, cōquereretur pater, filiumque ingratissimum diceret, cum qui de amantissimo patre tale quid suspicatus sit, multò iustius indignabitur nobis Deus, quibus plusquam paterna ostendit viscera, si calicem, quem nobis dat, veneno putemus infectum, & illum bibere recusamus, satis sit tibi, hoc à Deo pra scribi, si ergo infirmitate grauaris cuius causam non nosti, si penuria, si infamia, vel quopiam alio, cuius ignoras causam, & tibi videtur aliter tecum agendum, vel si tentatione, ariditate & similibus, dic, fiat voluntas tua, sicut Domino placuit sic factum est: sit nōmē Domini benedictum, calix in manu Domini est, ille me potat eo, mihi erit præclarus, calix Matth. 6.

**C** meus inebrians quam præclarus est.

Tertium in hac re adhuc adiiciendum est illud Genes. Gene. 15. Psal. 115. 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Hœr Chaldeorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam, & postea ait de filiis eius, generatione quartæ reuertetur huc, nequā enim complete sunt iniqüitates Amorbiæorum usque ad præsens tempus. Promittitur terra illa Abrahæ & semini eius, sed quia tollenda prius Amorbiæis, differtur promissio, donec eorum compleantur iniquitates, quibus id mereantur. Sic etiam. Reg. 15. 1. Reg. 15. dicit Dominus ad Saul: recensui quecumque fecit Amalech

O 3 Israëli,

## Conc. II. Cū nostri redirent ab Anglia

Israëli, quo modo restitite ei in iua, quando ascendebat de Agypto, **A** nunc ergo uade, & percutie Amalech, & demolire antiuersarios. Sic tollenda ab impiis hereticis Anglia est, sed ne cum completæ erant iniquitates eorum, nunc recensuit Deus peccatorum numerum, sed ipsum non vedit completum, oratio exaudita est & cum numerus peccatorum completus fuerit, vota nostra complebuntur.

Sciendum ergo est tum bonis, tum malis hoc esse comune, vt si uat Deus eos crescere, & ad maturum peruenire prius quam mittat, & falce metat. Sicut enim in naturalibus, non colligis continuo ortum pomum, aut triticum, sed crescere finis usq; ad debitum rei statum, & tunc ea colligis. Ita Deus ab aeterno decreuit, neminem, sive malum, sive bonum, amplius expectare quam ut ad tales tandem statu perueniat, & quousq; illuc peruenientem sit, neutrum colligit, **B**.

**Matt. 13.** sic ait Matth. 13. de tritico & zizania, Sinite utraq; crescere usque ad messem, & tunc dicā messoribus meis, colligit ea. Et ideo dixit nondum complæ sunt iniquitates Amorphaeorum, & in his omnibus apud Deum certus est numerus, de quo dicit: recensui quecunq; fecit Amalech. Sicut ergo super aquam aliquando ponitur vrceus vacuus, qui natat super aquam, sed hac & illac se vertens aquam bibit, & cum aqua plenus fuerit, descendit in profundum quasi lapis, ita impio contigit, modò impletus non est aqua peccatorum, sed ab omnino nabilis & inutilis homo, qui bibit iniquitatem quasi aquam, impletetur citò, & in puncto ad inferna descendet, de qua impletione loquitur Christus Matth. 23. **C** Et uos implete mens iram patrum uestrorum. Et Iob. 20. Utinam impletatur ueteris, ut immittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellus sui.

**Amos. 1.** & Amos. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam illum, ternarius est numerus in scriptura significans multitudinem, vt dicit Chrysost. hom. 47. in Matt. super illud tria sata farinæ, quia ternarius est primus numerus multitudinis quo aliqui multi dicuntur, vnde cum super tres addit quatuor, significat peccata Damasci super multa esse, vt iam non sit locus vindictæ diffundendæ.

- A** Ex quo collige, cauedum tibi, ne sis in peccatis nimius, vt super tria sclera dicaris addidisse, tūc enim vindicta nō differetur, ideo monet Ecclesiast. 3. Non adiicias peccatum *sui* Eccles. per peccatum, subito enim ueniet ira Dei, & in tempore vindictae desperdet te, nec vero in omnibus tantam Deus expectat peccatorum plenitudinem, vt contra eos proferat sententiam, vnde Psa. 57. Priusquam intelligerent spinae uestre rhamnum, *Psal. 57.* sicut uiuentes sic in ira absorbet eos, idest, priusquam spinæ pertingerent ad hoc vt essent rhamnum absorbentur, hoc dicit. fert spina à rhamno, quod spina est tenerior, rhamn⁹, vero spinosa arbor iam durissimus referta spinis, quæ dicitur: (Cambron) multi ergo peccatores antequam proueniant ad rhamnū, ante maximam plenitudinem peccatorum, ante
- B** quām opere explent cogitationes suas, antequām iustis fiant intolerabiles succidantur. Alios vero peccatores expectat Deus, donec perueniant ad rhamnum, vt maximis & innumeris sint pleni peccatis. Quod maxime Deus expectare solet in regnorū euerctionem, vt patet cū ad mundi interitum prouocatus est. Videlicet quod multa malitia hominū *Genes. 5.* esset in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum omni tempore. Patet etiam in eo quod de Damasco dicitur Amos. 1. Cum iam super tria exercuisset peccata, patet in eius uersione Hierosolymorum, & in omnibus euersis regnis de quibus Prophetæ vaticinantur post innumera peccata fuisse destructa, quod idem historiis multis comprobatur. Cum ergo modo regni euercio tractetur, expectat Deus
- C** vt spinæ rhamnū sint, vt ad summum fastigium peccata perueniant, quod cum fuerit impletum, regni euersio erit sine dubio, secundum illud Tobiæ vlt. Scio enim quod iniqui *Tobie ult.* tas finem dabit ei, scilicet Ninive civitati, tale est enim peccati uenenum vt finem det bibenti sine dubio licet aliquando differatur.

Sed dices vellem ego cōtinuō videre ultionē peccatorū, nec ad momentum differri, biliosi sumus & angusti maribus, Deus vero dicitur misericors, & latarum narium & longarum, non tam citō irascitur ac homo: pronus Deus natura sua ad miserenduni citō miseretur, cumque pronus

## Conc. II. Cū nō st̄i redirēt ab Anglia

non sit ad iram, nec hoc ei primum sit, illam differt in longum. Nec mirum, videt enim atrocitatem penarum inferni, & meritò nō continuo in illum locū homines detrudit, quod pulchrè Psal. ostendit, dicens: Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas, idest, antequam tradas in tuas manus homines, quod est extremo supplicio perdere, vides laborem & dolorem, qui eos manet, ideo manus contines, ne irascaris, sicut qui nō uit, si irascitur, nimium castigare filium, se continet, neminem castiget eum. Siergo ut in Ecclesia, ut quis excommunicetur cras absoluendus, tot prius monitiones fiunt, quid mirum sāpē Deum monere & expectare peccatores ante aeternam excommunicationem? Sic cum Deus iratus aliquando castigare vellet, inducitur in scriptura se ipsum continens, quia videt atrocitatem pœnæ, sic Osee.

Ose. 11. 11. Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israēl? Quomodo dabo te? sicut Adama ponam te, ut Seboim? (idest,) ut Sodomam & Gomorrah, quæ sitæ erant in campis Adamæ & Seboim.) conuersum est in me cor meum, pariter turbata est pœnitudo mea, non faciam fauorem iræ meæ, verba sunt omnia volentis punire, ac se detinentis propter pœnat atrocitym. Nunc ergo monuit Deus Anglos, iam vii o tanto armorum apparatu, si forte resipiscerent, quod si non fecerint, vltio aderit diuina continuo.

Hinc etiam disce iras tuas temperare, quibus velles alios peccatores continuo perire, nec à Deo eis concedi inducias tantas. Huic rei aptum est exemplum quod refert Beatus Dionyssius, in epistola ad Demophilum de Episcopo petente damnationem peccatoris, cui Christus apparet dicens, iterum paratus sum pro eo crucifigi: qui ignoras inferni pœnas, cito sententia tua eo detrueres homines, at Deus non sic. Vide Dei misericordiam propositam in exemplum nostrum dicentem ad Ionom,

cap. ultimo. Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, et sub una nocte periret, & ego non parcam. Ninive ciuitati magna, in qua sunt plus quam centum uiginti milia hominum, qui nesciunt quid sit inter-

dexteram

Ione. 4.

XI

A dexteram & sinistram suam, & iumenta multa: Iratus erat Iona  
nas quod Deus Ninius non funditus deleuisset, sed exem  
pto hederæ, de qua ipse doluerat vehementer, docet, quam  
Deo doleat perire regnum, vellemus nos obrui continuo  
Angliam, sed Deo dolet, quoniam ipse fecit eos, illique  
cordi non esse non possunt. Cito vero venit Ninius sub  
uersio, quoniam iterum peccata commisit, citò & Anglia  
nisi poenitentiam egerit, sed haec expectatione causam  
suam Deus iustissimam ostendet, ut omnis iniquitas op  
piles os suum, nihilque habeat quo Deum causari possit.

Quartum althuc adiiciendum, omnis oratio similis ei,  
qua facta est, exauditur, eique concedendum est quod  
petit, sed aliquando melius exauditur quam petat, qui  
orat, oranti ut decet semper Deus annuit, sed aliquando  
non concedit quod petitum est, concedit vero aliud multo me  
lius, quod non est, non exaudiri orationem; sed bis exau  
diri, petis nummum argenteum in eleemosynam, concedi  
tur tibi numus aureus, non potes dicere, auditus non sum,  
imo bis auditus es, ter Dominum rogat Paul. ut auferre. 2, Cor. 12  
tum ab eo stimulus carnis, non auditur, imo plusquam au  
ditur, quia ei conceditur gratia & profectus spiritualis,  
qua multo meliora sunt, ideo audit. Sufficit tibi gratia mea,  
nam uirtus in infirmitate perficitur. Petimus aliquando qua  
verè non conuenient nobis, exaudit Deus conuenientia  
præstans, multa interdum optamus, qua si darentur ef  
fent in nostram perniciem, ideo monet Ecclesiastes. 5. Eccles. 5.  
C Ne temere quid loquaris coram Deo, & sane tunc esset Chri  
stianis ab Ethniciis in hoc superari, nam de Lacedemoniis

memoriæ prodidit Plato, solere eos orantes petere, pul  
chra & bona sibi dari, nec plura illos precari, quenquam  
audiuisse, petit puer gladium aut ignem, dat mater pa  
nem, an non audit? audit planè melius dás ei. Orauimus,  
sine dubio, nobis dabitur, quod petiuimus, vel aliud me  
lius, quid sit hoc nouit ille, qui scit, qua nobis conue  
niunt, nos enim quid oremus sicut oportet nesciuimus, quia Rom. 8.  
qua maximè nobis expediunt ignoramus, verè cogita  
tiones mortalium timendæ, & incertæ prouidentiæ no  
s. Sap. 9.

901 de bello infœliciter gesto.

Gregor.

stra; ideo pete à Deo quæ optima tibi futura sunt: infirma A  
ti sumus peccato, hoc vero infirmatum proprium est, ut  
ea respuant, quæ sibi profutura sunt, illa petant, quæ illatu-  
ra damnum. sic Gregor. Expedit homo felicitatem tem-  
poralem, quæ sibi venenum est, respuit tribulationē quasi  
pharmacum. Sicut ergo est via, quæ videtur homini re-  
cta, & nouissima eius auncunt ad interitum, ita sunt multa  
quæ optamus tanquam nobis conuenientissima, quæ ta-  
men non sunt, sed nobis exitum allatura, contra hucus est  
via quæ videtur homini prava, & nouissima eius ducunt  
ad vitam, sic multa nobis apparent contraria, viæ que ob-  
stacula, quæ verè vita sunt nobis, quis autem nouit quæ ho-  
mini conueniant, nisi ille quem latet nihil, ab eo ergo pete  
vt vias tuas dirigat, vt tibi pulchra & optima donet, dona- B  
bit vero si gratiam & gloriam dederit, &c.

Saluianus.

Quintum à nobis in hac re à nobis attendendū est. Pec- C  
cata plura in nobis esse, in quæ Deus vlcitetur bello infœ-  
liciter gesto. Quando Gothi Vandali, & alij Barbari Im-  
perium Romanum infestauerunt, & Hispanias, Gallias,  
ac Italiā occupauerunt, & Africam etiam, miratus or-  
bis est de tanto supplicio. Et sanctus Saluianus episcopus  
Masiliensis de hac re libros edidit octo, in quibus rationes  
reddit. Sed libro tertio ait, in causa fuisse peccata fidelium.  
Inter quæ peccata numerat, obliuionem Dei magnam,  
tepidam Ecclesiasticorum vitam, rapinas, ac iniustas op-  
pressionses potentium in minores, iniustos mercatorum  
contractus, avaritiam diuitum, violentia, ac tyrannica iu-  
dicia iudicum, crudelitatem militum. Et in libro quarto alia  
peccata enumerat eiusdem mali causas, inter quæ dicit es-  
se effrenatam libidinem nobilium, plura grauamina, ac  
tributa onerosa pauperibus imposita, à diuitibus ablata,  
plurima iuramenta, iniustitiam, ac violentiam exigentium  
tributa, qui pauperes excoitant nullo resistente  
prædicatoribus veritatem dicere audentibus, dissolu-  
tio in comedijis plurima, de qua toto libro sexto agit.  
Videamus ergo, an hæc peccata in nobis sint, quod si  
faerint,

# In Natiuitate Principis maximi. 110

A fuerint, nullam Dei vltionem admireremur, sed ea corriga-  
mus, & Deus propitius nobis erit, &c.



## C O N C I O.

In Natiuitate Principis maximi, cum pro-  
eius ortu desiderato Deo gratiae  
referuntur.

### T H E M A.

Fleuitq; Ezechias fletu magno. Isa. 38.

BICE T Diuina prouidentia vniuersa curet,  
quaे in mundo sunt, sed singulari prouidentia  
hominem curat, potioriq; quam in cætera ani-  
mantia, adeo ut Paulus dixerit: Num de bobus  
cura est Deo? Est certè, sed quia homines potius respicit,  
ideo quasi incuriam dicit, quam de bobus habet. Simili ra-  
tione inter homines singulari prouidentia reges, ac princi-  
pes gubernat, & hac ratione sapiens ait. Sicut diuisiones aqua-  
rum, sic cor regis in manu Domini, quocunque voluerit uertet illud;  
C In manu esse dicitur Domini, quia sicut id, quod manu  
portas, & præoculis semper habes, magis curas, ita singu-  
lari ratione cor regis Deus gubernat.

Id vero, quod de Deo diximus, de Maria accipiendum  
etiā est, omnes homines curat ut mater. Sed præcipue regē  
quem tanquā primogenitū habet, & qui filii sui vices ge-  
rit in terris, sic enim sapientia ait. Per me reges regnant, & Proh. 8.  
legum conditores iusta decernunt. Vnde si vniuersa bona  
ad nos veniunt oratione Mariæ. Maximè credendum  
est

## In Nativitate

**A**est ipsius interuentu donatum nobis principem natum, ei ergo gratias referamus, & simul gratia, ut nobis obtineat, **F**ac. 22. oremus, vt hodie aliquid utile dicamus.

**S**i musica in luctu importuna narratio, an non importunæ lachrymæ erūt Ezechiae in maximo gaudio nostro propter principem natum? Sed si bene consideretur lachrymæ Ezechiae multū proposito nostro cōueniūt, quia sicut extrema gaudij

**P**roue. 24. luctus occupat. Ita extrema huius fletus Ezechiae gaudium occupauit, vita scilicet ei à Deo cōcessa, & filius princeps, quo carebat, qui ei in regnum succederet: sed quomodo rex iustus, & perfectus mortis nuntio auditu fletu magno? Respondet Hieronymus in ea Esaiae verba. Fleuit autem fletu magno propter promissionem Domini ad

**D**auid, quam videbat in sua morte periturā. Eo enim tempore Ezechias filios non habebat, nam post mortem eius Manasses, cum duodecim esset annorum regnare cœpit in Iudea. Ex quo perspicuum est, post tertium annum concessæ vitæ Manassem esse generatum. Ergo iste omnis est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nascitum.

**2. Reg. 7.** Promiserat Deus Dauidi, ædificaturum se ei domum fidelem, nec defuturum de semine eius filium, qui sederet super thronum Iudaï usq; ad Christum. De hac vero re gratias multas Deo egerat Dauid. Audi promissa Dei per Na-

**2. Reg. 7.** than. Cum cōpleti fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, et firmabo regnum eius. Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usq; in eternum ante faciem meam, et thronus tuus erit firmus ingeriter. Audi nunc gratiarum actionem! **C**

Ingressus est autem rex Dauid, & sedet coram Dño, & dixit. Quis ego sum Dñe Deus, et que domus mea, quia adduxisti me hucusq; Sed et hoc parum usum est in conspectu tuo Dñe Deus nisi loqueris etiā de domo servi tui in longinquum, ista est enim lex Adam. In omni Deus. Quid ergo addere poterit abhuc Dauid, ut loquatur ad te? Sedisse coram Domino Dauid dicitur, ut gratias agerat, quoniam longa oratione oravit, qui summi beneficium vidit, dum ei posteritas promissa fuit, & inter posteros Christus nasciturus. Ait vero, ista est lex Adam, id est, hæc natura hominis,

hoc

A hoc ei innatum desiderium ut domus eius, ac posteritas in  
eternum duret, sic enim sit, ut licet homo moriatur, quasi  
non moriatur filio relieto. Vnde Sapiens ait. Mortuus est Eccles. 30.  
Pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post  
se. Subhmo ergo gaudio perfusus David fuit, cum ei poste  
ritas promittitur. Summa vero tristitia Ezechias, quia vi  
debat sine filiis se decidere, & ideo promissionem Daui  
di factam perire in se se. Ex quibus colligitur, dolendum  
maxime, si posteritas regibus non sit, gaudendum vero  
principio gaudio, cum sboles regia suscipitur.

In hoc ergo communis totius regni gaudio aliqua nobis  
tractanda sunt, quae ad illud pertinent. Primum de homi  
nis desiderio, quo regem vehementer desiderat. Secundum,  
B cur Deus iratus est, cum ab eo primus Rex postulatus est.  
Tertium, quomodo tandem Deus illum concesserit, volue  
ritque successionem, ac propagationem regnum conseruari, ut  
filii regum reges essent, non vero electione. Quartum, quo  
pacto fieri poterit, ut Princeps natus optimus Rex sit, rego  
nique perutilis: & demum de gratiis Deo referendis pro  
pter principem nobis natum.

De primo. Innatum hominibus desiderium habendi re  
gem ostendunt uniuersa ferè mundi nationes, quibus om  
nibus placuit reges habere, à quibus gubernarentur. Sed  
in hac re expendendum est summum regis desiderium, quo  
filii Israël exarserunt, cum Samueli dixerunt: Constitue  
nobis regem, ut iudicet nos, sicut & uniuersae habent nationes. Con  
stitutus super hoc re Samuel Dominum, & displicuit sermo  
sic in oculis eius, dixitque se abiectum esse ab eis, dixit deinde  
de leges regni durissimas, ac tyrannidem, quam reges exer  
cere debebant, auferentes ab eis prædia, filios, & filias. Et  
licet Samuel hæc omnia populo proposuerit, tamen regis cu  
piditate tenebantur, ut arceri non potuerint, sed dixerint.

Nequaquam, Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut  
omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, &  
pugnabit bella nostra pro nobis. Nec à proposito discesserunt,  
etiam cum vidissent tonitrua, pluiam, & cæli commotio  
nem, qua se morituros patauerunt, cum scirent ea omnia  
eueniare.

## In Natiuitate

euenire propter peccatum, quod admiserunt rege petito. Mirum profecto hominum desiderium, à quo arceri non potuerunt Samuélis verbis, Domini increpatione, duris regni legibus, & Dei manifesta in eos ira. Sed quæ tanti de siderij causa est? Certè hāc vnam nunc dicam ex D. Thoma. i. p. q. 103. art. 3. Qui probat regimen per vnum esse excellentius ex Aristot. qui 12. lib. Metaphysicæ ait. Entia nolunt disponi malè, nec bonum pluralitatis principatum, vnum ergo princeps, & ratione cōfirmat, quia finis gubernationis est pax, & vnitatis: vnitatis vero causa per se est vnu. plures enim multavniere nequeunt, nisi ipsi vniantur. Illud autem, quod est per se vnum, potest esse conuenientius causa vnitatis, quā multi vniū, vnde multitudo melius gubernatur per vnu, quā per plures. Hoc vero hominū cordibus innatū dicimus, quia cū vnum sit Deus, natura nos dicit, vt ab uno regamur rege, sicut ab uno Deo.

1. Reg. 8. Sed cum hæc ita se habeant, mirum illud est, quod secundo loco diximus exponendum, quod iratus Dominus sit, & se repulsum dicit, quia regem petit Israël, ait enim. Non te, sed me abiecerunt, ne regnem super eos. Et postea Samuel ait. Videbitis, quia grande malum feceritis in conspectu Domini petentes super nos regem. Gregorius in primum Regum lib. 4 ca. 1. ait, Valde difficile respondetur, si quereritur, cur omnipotens Deus & abiectum se in regis petitione conqueratur, & tamen id, quod petebatur, fieri decernat. Rursumque si dignitas regia ordinanda fuerat, cur velut indignata Dei maiestate fuērit permissa. L. a solūm apparetratio, qua Dominus se abiectum dicat à potentibus regem, quod ea singulari prouidentia eò vsq; vslis fuerat Deus cum Israël, vt ipse eis elegerit iudices, misis ad hoc Angelis de cælo, qui eos ab inimicis tuebantur, atq; adeò à Deo in gubernatione pendebant. Ipsi verò noluerunt ita à Dei prouidentia pendere, sed regem habere, cuius filii, & successores regnum obtinerent, nec illis expectandus esset dux de cælo allatus, qui eos iudicaret, & pro eis pugnaret. Propter hāc ergo infirmam spem Dñs abiectum se dicit ab eis. Sed num Domine, cum sub rego fuerit Israël, nonne sub tua tutela,

Gregor.

8. g. R. 1.

8. g. R. 1.

8. g. R. 1.

- A** tela, & prouidentia erit? Ita planè, sed multò magis sub diuinæ prouidentiæ arbitrio erant, cum eo humano subsidio carebant, & à Deo iudicē exspectabant, quām cū illud habebant, eq; initibantur, quia more gentiū, nō fide, & spe, sed armis, & humana prouidentia rē publicam tutiorē putabant futuram. Quo facto admonemur, potius fidei inniti, quā rationi humanae. Homo quidē animal rationale est, & ratione, ac experientia sola duci vellet, & hinc fit, vt spei in Deū parū innitatur, & fidei, qua supra rationem est. Cū tamē fidelis legi Dei, & spe in Deum inniti debet, etiā firatio nō inueniat viā, qua ei remedū venire possit. Quia vt Sapiens ait. Homo sensatis credit legi, & lex illi fidelis. Audis Eccles. 33. legem Dei tibi dicente: querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiicientur uobis, nō potes ratione tua Matth. 6. assequi, qua via tibi Deus necessaria p̄stabit, crede tamen legi, & lex tibi erit fidelis, & p̄faset te Deo. Ait tibi lex. Inuoca me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me, nescis, qua via id Deo facere possit, & ideo ad peccata accedit, vt libereris? crede legi Dei, & illa fideliter, p̄missis stabit. Vis fidei huius, quā supra rationē est, exēpla videre? Audi. Abram patriā reliquit, nesciens, quo iret, vt Paul. ait. Moyses Heb. 11. non veretur animositatē regis, rudis pastor cū esset, & impeditæ linguis, populū Dei liberare non dubitauit, & aquā de peira produxit. Sic ergo cum tibi dicitur, ne sollicitus sis in crastinū, quoniā Deo est cura dete; exigitur à te, vt etiā reclamante ratione speres, certior factus Dei verbo, quā si
- B** numismata in techa haberet, hac virtus propria fidelium est, in aliis enim virtutibus multum commune nobiscum habet philosophi. In hoc vero ab eis differimus, q̄ illi nudā rationē sequuntur, nos verò potissimū fidei ductū. Hac fiduciā in ipso seuerissime, & sapissimè Deus petebat, qui per Prophetas eos accusat, qui eius ope neglecta totos se ad humana præsidia cōferebant. Eam verò præcipue à nobis exigit Christus Dominus, quem Paulus vocat: authorē Heb. 12. fidei, & consummatorem. Quia ergo Dei populus infirmus in hac fide more gentium regibus voluit inhārere, se derelictum ab eis Dominus dicit.

Deinde.

## In Natiuitate

Glossa.

Exod. 19.

Deinde peccauerunt regem postulantes, ait Glossa in A eum locum, quia Deus voluit solus haberi, ac dici rex I-  
raël, & Dominus, ideo Exod. 19. ait, *mea est omnis terra, &*  
*uos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta.* Vnde iudi-  
ces mittebat, qui solum proreges eius erant, ipse vero im-  
mediatè eorum Dominus, ac rex esse voluit, & tanquam  
rex leges dedit etiam forenses, nec id iudicibus permisit,  
sicut nec rex proregibus suis. Nunc ergo regem petentes,  
me abiecerunt, ait Dominus, *ne regnem super eos.* Quia vo-  
lebant regem Dominum absolutum, qui eos iudicaret, le-  
ges ferret, & prælia ageret, quæ ei liberent, & tributa exi-  
geret. Hæc vero vniuersa Deus efficiebat prius, eo enim  
consulto prælia committebantur, ipse leges ferebat, iudi-  
ces eligebat, tributa exigebat. Qua in re hi monentur, qui B  
singularem curam, & beneficia in se experti sunt, ad Deū  
in omnibus accedere, singularis enim Dei in eos prouiden-  
tia monet, ut singulare fide ipsi inhærent. Peccauerunt  
etiam, ingratii enim Samuelem erant, à quo plurima benefi-  
cia receperant, quorum obliiti eum penitus reliicabant. In-  
gratitudo vero Deo odibilis est, & hominibus, si enim Sa-  
muele defuncto regem postulassent, nulli irrogarent iniu-  
tiā, at eo viuente ipsi erant ingratii. Peccauerunt etiam,  
quia postquam audierunt à Samuele loquente Dei nomi-  
ne, non ipsi expedire, quod petebant, Deoq; non place-  
re, nihilominus aiunt. Nequaquam, sed rex erit super nos. His  
de causis peccauerunt Israélitæ regem postulantes. Sed C  
quia regimen regale absolutè melius est, ipse Dominus  
secundum regem elegit, priusquam à populo peteretur, &  
eum vnxit in regem, Dauid scilicet, cui vt diximus pro-  
misit, filios eius in æternum regnatores, voluitque Deus,  
vt successione filiorum regia potestas cōseruaretur. Cuius  
rei duplex est ratio. Prior, quia si electione res agenda es-  
set, innumeræ essent dissensiones in republica. Altera ve-  
ro, quia filij regum ingenitam habent nobilitatem, animi  
magnitudinem, &cætera, quæ reges decent. Filios enim  
nobilium nobiles ducimus, & filios regum reges, nec eos  
credimus à patribus degeneraturos. Hoc vero quia ter-  
tium

**A**tiū est ex his, quæ initio proposuimus, latius à nobis explicandum est.

Nobilitas magno in pretio ab omnibus habetur, & multa præcipua in republica nobilibus seruata sunt. Hos verò nobiles dicimus, qui ab illustribus parentibus nati sunt. Sed absq; illa ratione hic hono's eis deferri vide'ur, quid enim filio prodest parentis fortitudo, si ipse minus fortis sit? Sicut si ego cœcus essem, aut literarum inficius, nihil mihi prodesset, quod pater meus magna fuit scientia præditus, vel optimis oculis, ita omnino in nobilitate videtur philosophandum, quid enim infirmo, ac timido filio præstet auorum fortitudo? Nihilominus tamen nobilitatem in magno pretio mundus habet, quid ergo nos dicemus? Certè id mihi videtur dicendum, quod nobilitas, & illius pretium in præsumptione, ac coniectura fundamentum habet. Quia enim parentes filios educare solent, ac imbuere suis moribus, & fortis curat, ut filius fortis sit, & sic in reliquis. Ideò cum nouimus aliquem à fortibus parentibus progenitum, speramus, ac coniectamur, eum fortiter factum. Huc etiam accedit naturalis inclinatio, qua parentes imitari filij curant. Atq; adeò cum filium videmus à fortibus, & illis viris genitum, credimus eum curaturum fortia aggredi, & in fortibus actibus à parentibus credimus eum educatum: vis hanc de nobilibus coniectaram bonam inspicere: attende illud 1. Machab. 7. cum Alchimus dolo capere vellet Israël, Scribæ dixerunt: *Homo sacerdos de semine Aaron uenit, non decipiet nos.* Nobilitas ergo in coniectura, & præsumptio ne fundatur.

**C**Hinc sequitur, in nullo habendum pretio, nec nobilem censendum eum, quem manifeste videmus turpiter agere, ac vile esse moribus, licet illusterrimos habeat progenitores, quia omnis coniectura, & præsumptio cessat, cum rei evidētia ad est, si ergo hæc ostendit, hunc timidum, & pusillum animo esse, coniectura omnis cessat: & ideò hic nobilis dicendus nō est. Sinunc duos homines videoas, quorum alter filius sit fortissimi viri, alter verò filius hominis infimi, priusquam vtriusque virtus oculis conspicatur, putabimus, filium fortis fortius acturum, at si re ipsa oppositum apparet ille nobilis cen-

1. Mach. 7.

## In Natiuitate

fendus est, qui fortiter agit, & ille ignobilis putandas, qui vilia gerit. Hinc sit, ut coram Deo, & in eius iudicio nulla nobilitatis ratio habeatur, quia Deus non coniecturis iudicat, sed re ipsa conspecta: & ideo coniectura omnis coram eo cessat, & nobilitas, quae in ea fundatur. Hinc etiam sit, ut vana sit eorum gloria, ac gloriatio, qui nihil agentes, solum de parentum magnilib<sup>o</sup> gloriatur. De quibus Propheta ait. Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum a partu, & ab utero, & a conceptu. Ephraim abundans interpretatur, & a Ioseph descendebat, qui etiam a Iacob ante Manassem constitutus fuit quasi primogenitus, recte nobiles mundi huius significat: de quibus Psal.

Ose. 9.

Ecce ipsi potentes, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Hic vero qua

Psal. 72.

B si uis auolasse dicitur, licet enim omnis peccator a Deo rece dat, sed hic quasi auis recedit, quia in alta volat, se magnu<sup>m</sup> du cit, alios vero despicit, & absolutè de se pronuntiat nobilis, ego melior sum illo: & ita vulgus hominu<sup>m</sup> loqui solet, ille melior est illo, sed hoc vulgi est, nec enim absolutè meliorem dicere deberent, sed meliorem genere, ac origine, simpliciter enim ille melior est dicendus, qui virtute praestat: quia ergo nobiles superbè sapere solent, recte dicuntur quasi aues auolasse. Addit Propheta: Omnis gloria eorum a partu, & quia de hac re nobiles gloriatur, quod ab optimis parentibus sint geniti. Cum vero hec est omnis eorum gloria, vana profecto gloriatio est, si enim nihil habeant propriu<sup>m</sup>, unde gloriari possint, nulla redditur eorum gloriatio. Sic gloriabatur Iudei patre se habere Abraham,

Iohn. 8.

C ad quos Christus ait: Si filij Abrahæ es sis, opera Abrahæ facite.

Iohn. 10.

Et de se ipso, cum dixisset se filium Dei, ait: Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.

Sicredendus Dei filius non est, nisi faciat Dei opera, nec credendus filius nobilis est, nisi opera prestet optima. Ideo nobiles audiant Isaia dicente: Attendeite ad petram, unde excisi estis, & ad cauernam lacis, de qua præcisi estis.

Isai. 50.

Attendeite ad Abraham patrem uestrum, & ad Sarā, quem peperit uos.

Si ergo patres pios, nobiles, fortes, & reipublicæ amatores, ac pauperu<sup>m</sup> defensoris habuistis: similis illis vos præstate, quod si id non feceritis, nulla vobis gloria relinquitur. Quod si inde omni viro nobili ea coniectura, ac iuris præsumptio est, quod

paternas, ac auitas virtutes hereditabit, præcipue in filiis regi id cre-

A id credendū est, tum quia maiora habent in parētibus virtutū exēpla, quae imitantur, tū etiam, quia maiori cura educantur, vt regiū animum à pueritia imbuant. De se Salomō testatur: *In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis*, & licet illæ curæ alio referri possint, nostro tamē proposito accommodari valēt, maxima enim cura filij regū educantur, vt omni ornentur virtute, præcipue in Hispania: in qua de hac re leges statutæ sunt, quæ habētur initio legū, quæ partitarū dicuntur. Et ideo si de viris nobilibus, & eorū filiis bona credimus, ac speramus: multò magis de principe nato nobis speranda sunt, qui tátos habens progenitores, quorum virtutes imitetur, credendus est non futurus degener ab eis, & qui maxima cura enutriendus cum sit, virtutis viam ingressurum speramus.

Sed quia nihil in hac re nobis certi esse potest, sed coniectu-  
ris, vt diximus: Sæpè enim filij nobiliū degenerare solēt: ideo  
vt principis nostri natale felix, faustumq; sit, vt de illo bona  
maxima nobis sperare possimus, & coniectura certiori id af-  
sequi, quæ potior sit his, quas diximus, curanda nobis, & vni-  
uerso regno est morū correctio, & virtutis studium. Si enim  
hæc in nobis fuerint, optimus princeps noster erit, si verò de-  
perditis morib; regnum maculetur, principem errare, ac per-  
uerti facile erit, & illud Deus in regni supplicium patietur.  
Tritum philosophis esse solet proverbiū, causæ sunt sibi ini-  
uicem causæ: & ita in hac re agi solet, optimus enim res op-  
timos ciues facit, & optimi ciues optimum regem. De qua re

C multa ex diuina Scriptura petere possumus, sed aliqua seli-  
gamus. Ex quibus illud primum sit, quod 2. Regum 24. habetur. Et addidit furor Domini iras contra Israēl, commo-  
utat. David in eis diecentem ad Iob: Vale numera Israēl & Indā.  
Vbi Glossa sic ait. Ex hoc autem ostenditur, quod propter malitiam populi permittit aliquando Dominus bonum prin- cipem errare. Vnde dicit Gregor. exponens locū istum. Se- cundū merita subditorū disponuntur acta regentiū. Vnde sa- pè sit, vt pro culpa gregis delinquatur boni vita pastoris. Da- uid enim Deo teste laudatus, secretorum Dei cōscius, tumore repētinge elationis elatus, populū numerādo peccauit, & popu- lis poenā suscepit, quia secundū merita plebii disponuntur

Sap. 7.

2. Reg. 24

Gloss.

Gregor.

## In Natiuitate

corda rectorum. Iustus verò iudex peccantis vitium ex ipso-  
rum anima duessione corripuit, quorum causa peccauit. Sed  
quia propria voluntate superbiens, à culpa alienus non fuit,  
vindictam etiam ipse suscepit, ira enim, quæ corporaliter po-  
pulum perculit, ipsum quoq; dolore prostravit. Ita enim vin-  
cta sunt merita rectorum, & plebium, ut sacerdote ex culpa pasto-  
rum deterior fiat vita plebium, & ex merito plebium mutet-  
ur vita pastorū. Hæc Gregorius. Peccauerat Israël, sed quo  
peccato non manifestè Scriptura ostēdit. Nicolaus de Lyra

Lyran.

2. Reg. 20.

Ait Peccatum illud fuisse seditionis, ac rebellionis contra Da-  
uid, sequendo Seba, qui seditionem mouerat, ut dicitur capi-  
te 20. Et Seba solus fuerat hac causa punitus, nunc verò po-  
pulus fuit puniendas pestilentia in eum immissa. Et ideo fu-  
ror Domini iratus est in Israël, & commouit David, ut popu-  
lum numeraret. Si verò dicas, quomodo Deus commouit

B.  
David, ut populum numeraret, quod peccatum fuit. Respon-  
detur. Si Deo id tribuatur, permisiuè accipiendum. Diabolo  
verò tribuitur etiam, quem per furorem Domini intelligen-  
dum quidam volunt, ut Abulensis in eum locum. Sicut etiam  
Asur dicitur ab Isaia. Virga furoris Dei. Et ideo cum hæc eadē  
historia in libro Paralipomenon narratur, ait: Consurrexit au-  
tem Satan contra Israël. Permissus verò à Deo est David cade-  
re, ut populus puniretur, quia ille sua sanctitate Dei suppliciū  
tenebat. Sicut verò propter populi peccatum permisus est

C.  
David peccare: ita etiam propter Israëlis peccatum permis-  
sus est Moyses, & Aaron peccare ad aquas contradictionis.  
Vnde Moyses populo dixit: iratusq; est Dominus mihi propter  
uo., ne exaudinit me, quia ut Gregorius dixit. Secundum mer-  
ita plebium disponuntur corda rectorum. Hæc Abulensis  
vbi suprà.

Hinc etiam sit, ut non solum unum peccatum regis Deus  
permittat propter populi peccata, sed plura, ita ut dicat Iob:  
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.  
Et populo peccanti per Osseam Dominus dicit: Vbi est rex  
tuus? maximè nunc salut te in omnibus urbibus tuis, & iudicis tui,  
de quibus dixisti, de mihi regem, & principes. Dabo tibi regem in  
furore meo, & auferam in indignatione mea, quasi dicat. Postula-  
tis.

Abulensis.

Isa. 10.

1. Par. 2. 1.

Deut. 3. 2.

Iob 34.

Osee 13.

Principis maximi. 115

A *Sis à me regē, cum petere non debuistis: & ego dedi eum in furore meo, vel dabo, id est, dixi me daturum, sed regē tales, qui te non liberet, quem concessi indignatus tibi, saluet ergo te nūc rex tuus: si ego rex essem, saluatē te, sed nūc saluet te rex, quē voluisti tibi.* Hinc Gregor. 2. 5. Moral. c. 20. ait. Nullus, quia ita rectorem patitur, eum, quem patitur, accuset, quia nimur sui fuit meriti, peruersi rectoris subiacere ditioni. Culpam ergo proprij magis accuset operis, quam iniustiam gubernantis, scriptum namq; est. *Dabo tibi reges in furore meo.* In furore etenim rex datur, quando malis peior p̄cessere decernuntur. Talis quippe pastor tunc datur, cum talis populus regendus suscipitur, qui pariter æterna poena damnentur.

B *Contra verò iustitia populi optimum à Deo regem impletat, quia enim populus diligitur à Deo, plurima ei bona Deo concedit, inter quæ non minimū censendum est, sed præcipuum rex optimus.* Hinc Regina Sabba Salomonem admirata ait: *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israël, eo quod dilexerit Dominus Israël in sempiternū, & constituit te regem, ut faceres iudicium, & iustitiam.* Rectè Regina Sabea ait, quia Dñs dilexit Israël, ideo regem sapientem, ac iustum ei dedit. Sic etiam cū filij Israël oppresi clamabant ad Dñm, & ad eum conuertebantur, suscitabat eis Deus saluatorem, qui iustus, & fortis erat, vt Iudicum tradit historia. Suscitavit nobis Dñs nunc principem, qui regnet super nos, si prauifuerimus, dabit nobis regē in furore suo, qui nos perdat. Si verò ad Deum conuerterimus, dabit regem in benignitate sua, qui Saluator noster dicatur. En quomodo causæ fibi inuicem causæ sunt: nos enim iusti regē iustum facimus, & ille iustus optima gubernatione bonos nos efficit: hic enim finis gubernationis est, bonos facere gubernatos. Boni innumera sunt, quæ ex optimis principibus, ac gubernatoribus reipublicæ veniunt: & ideo pro eis, ac eorum felici statu orandus Primum Deus est. Ideo Paulus ait. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui insublimitate constituti sunt, ut quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate.* Hoc enim bonum, & acceptum

Gregor.

3. Reg. 10

et 1. Tim. 2. 1  
et 2. Tim. 2. 1  
et 3. Tim. 2. 1

1. Tim. 2. 2

# In Natiuitate Principis maximi.

- D.Tho. est coram Salvatore nostro Deo. In quæ verba D.Tho ait, obsecratio est assignatio cause, qua à Deo contendimus beneficium aequi, scilicet, miseratio diuina, merita Christi, & Sanctorum. Sic Daniel obsecrabat, dicens: Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Et sic obsecratio est attestatio per sacra. Oratio vero est meditatio, qua ascendimus in Deum. Postulatio vero est petitio eorum, quæ desideramus: ultimò omnium ponitur gratiarum actio pro beneficiis acceptis, sicut etiam ad Thessalo. ait. In omnibus gratias agite. Et ad Philippenses. In omni oratione, & obsecracione, cum gratiarum actione petitiones vestras innoverescant apud Deum. Dicit vero Paulus primum pro omnibus hominibus orandum, quia charitas omnibus vult bonum. Sed singulariter pro regibus. Ideo Baruc ait. Orate pro uita Nabuchodonosor Regis Babylonie, & pro uita Balthasar filii eius. Et Paulus ait. Omnis anima potestatis sublimioribus subditas sit. Et Petrus. Subiecti estote omni humanae creature propter Deum, sive Regi, quasi praecellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis. Subiecti vero oportet, quod impendant dominis de suis officiis. Et nostram hinc utilitatem pendere ostendit Paulus dicens: Hicre. 29. Ut quietam, & tranquillam uitam agamus. Hinc Hicre. Quare pacem ciuitatis, ad quam transmigrare uos feci. Ex pace enim regum pax nostra pendet. Orauimus ergo, & postulauimus Principem. Datus à Deo nobis est. Nunc gratias ei referamus pro munere tanto, sicut enim temporale hoc domum videatur, sed multa spiritualia secum ad fert. Princeps enim legitimus regni successor pacifice suscipitur ab uniuersis regnis, & Princeps, qui naturalis est Dominus, multa bona regni curat, & Princeps denique Christianus fidei defensor est, & Ecclesiæ firmamentum: tanquam ergo de magno bono gratias Deo rese. C
- John. 14. 6. Et mihi. Et ramus, &c. P
- CON

A



## C O N C I O.

In supplicatione publica pro salute  
Regis impetranda.

## T H E M A.

*Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die, qua  
innocauerimus te.* Psal. 19.

B



R G V M E N T V M. Huius Psalmie est  
precatio, seu votum pro pio Principe in graui  
aliquo discrimine constituto, ut Deum ha-  
beat propitium. Et ideo vniuersus hic Psal-  
mus praesenti necessitati conueniens est.

Infirmatur nunc grauiter Rex noster, nec regni dignitas,  
nec principatus amplitudo cum immunem reddere potest  
à dolore, ac infirmitate. Omnis creatura deficere potest,  
solus Deus nulli est defectui obnoxius, id enim est intrin-  
secum perfectioni infinita, vt deficere non possit, aut mu-  
tari. Et hinc sit, vt omnis creatura infirmari possit, infirma-  
ri enim deficere est, & infirmitas defectus quidam est. In cor-

C oralibus tunc homo infirmari dicitur, cum à naturali, &  
conuenienti dispositione distrahitur. Et hinc sit, vt licet crea-  
tura spiritualis in esse naturali sit incorruptibilis, atque a leò  
infirmari non possit, tamen in esse moris infirma esse po-  
test. Et huius ratio manifesta est, quia cum habeat extrinse-  
cam regulam, cui conformari debet, diuinam, scilicet, volun-  
tatem, cum ei non inhæret, infirmatur. Et ideo omnis pecca-  
tor infirmus dicitur à Christo Domino, cum ait. Non est opus ualentibus medicus, sed male habentibus, qui autem sint hi male habentes exponit, cum ait. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Et regius Psaltes, cum se

## In supplicatione publica.

**Psal. 6.** peccatorem vidit, infirmum se dicit: *Sana me Domine, quoniam infirmus sum.* Ethos infirmos se curaturum promisit Deus. A.

**Ezech. 34.** per Ezechiem, cum ait. *Quod infirmum fuerat, consolidabo, & quod pingue, & forte custodiam.* Nec verò mirum, quòd peccatorem infirmum dicamus, in quo vniuersa deordinata sunt, humores passionum supra modum excedunt, calor contra naturam mirum in modum excreuit, concupiscentia dominante ratio iacet deorsum, & appetitus eleuatus supra modum est. Deniq; homo vniuersus male se habet, & ideo infirmatur. Hinc Sapiens: *Est & alia infirmitas pessima, quam uidetis sub sole, diuitiae conseruatae in malum Domini sui, pereunt enim in afflictione pessima.* Et statim subiungit: *Miserabilis prorsus infirmitas.* Sicut verò avaritia infirmitas est miserabilis, & pessima, ita de reliquis vitiis philosophandum est, quibus male se habet anima. B.

In hac autem re illud nobis considerandum occurrit, quòd salus corporis minimum bonum est, sicut & cætera temporalia, ac caduca bona. Et ideo infirmitas corporis paruum malum est. Salus autem animæ summum est bonum, & illius infirmitas summum est malum, imò infinitum, quia infinito priuat bono. Deo scilicet. Temporalia sanè bona vniuersa adeò parua sunt, ut nihil habeat, qui ea possidet, & ita se gerere debet, qui eis abundat, ac si nihil haberet. Sic monet Paulus. *Hoc itaq; dico fratres, tempus breve est, reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, preteriu enim figura buiis mundi.* C.

**Simile.** Quemadmodum enim inscius puer ex tegulis, ac lapidibus conficit sibi per unias, & in theca seruat, patatq; se diuitem, cum plurinam huiuscmodi pecuniam congregat, sed vir falsas illas diuitias contemnit, quæ nullius sunt pretij, & quibus vita necessaria emere non potest. Ita sanè, qui bona huius mundi congregat, non veras diuitias, sed fallaces habet, quæ nihil illi proderunt in tempus necessitatis. Hinc Sapiens: *Non proferunt diuitie in die ultioris, iustitia autem liberabit a morte.* En veras diuitias, quæ à morte liberant virtutes. D.

A tutes. Hic sit, vt defectus temporalium omnium, etiam salutis, parvum sit malum, & nullius ferè momenti. Hinc, cum omni nodari vastitatem Iob inferri dæmon postulauit, ait ad Dominum. Extende paululum manum tuam super Iob. 1. eum, & tanze cunctu, quo possidet. Paululum ait, id est, in re partu, quasi in nihilo. Si nunc cerneres principē virum à se de sua deie sturn, bonis omnibus expoliatum, à capite usque ad pedes graui vlcere percussum, & in sterquilino constitutum, ab omnibus deniq; irrisum, dicentes sanè illum miserium, & grauissimè à Deo percussum, sed sic percussus fuit Iob; & nihilo minus paululum percussum scriptura dicit. Et ad vniuersos iustos Dominus per Isaiam ait. Ad punctum, & Isa. 54.

B. in modico dreliquit. Et Petrus ad vniuersos martyres ait. Deus autē omnis gratia, qui uocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, ipse perficiet in modico de relatos. Isaia dicit iustos, & Petrus dicit: modicum passos. Licet innunera sustinuerint tormenta, licet vitā profuderint, nullū ergo magnum malum, si corporale est, nulla magna miseria, si temporalis sit.

Quod ergo sumimum est malum, quæ infirmitas pessima certè peccatum, quo anima male habet. Priuatio enim à bono, quo priuat, magnitudinem sumit. Ideò mala temporalia parua diximus, quia bona, quibus priuant, parua sunt: & ideo peccatum infinitum dicimus malum, quia animam expoliat diuinis bonis, gratia, & eterna vita, & deniq; Deo ipso, quod in finitum est bonū. Cūm gratia ornatus eras, Deum possidebas, quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Meritò de eo Psaltes ait. Beatus populus cuius Dominus Deus eius, quasi dicat, noli beatum dicere populum, qui temporalibus abundat, sed eum, qui Deum possidet, qui infinitum bonū est. Per peccatum vero lethale homo Deum amittit, quia vt Sapiens ait. Longè ab impiis Dominus. Et Isaias: Iniquitates uestræ diuisserunt inter uos & Deum uestrum, reliquisti Deum, reliquit ille te, recefisti ab eo, recefist ille à te, qui tibi pater erat, iam inimicus es, qui tua hæreditas erat, nūc tua non est, sed hæreditas tua versa est ad extraneos, hoc ergo sumum est malum, infinito bono carere. De hac re plura alibi diximus, vide ea,

1. Joan. 4.  
Psal. 143.

P. 5. quæ

## In supplicatione publica

qua in Dominica X. V. post Pentecosten in 2. tomo nostrarum concionum habes, vbi ostendimus adeo esse magnum malum peccati, ut simile malum nullum aliud sit, nec omne illud, quod divina potentia efficere potest. Ex quibus sequitur, qua solicitudine curandum est, ut a peccato liberemur. Si enim gratissimam corporis infirmitatem, aut lethale vulnera sic curas, ut statim medicum consulas, & medicamina suscipias licet aspera, an non insanus es, si infinitam animae infirmitatem negligas? si medicinas faciles non admittas? si medicum non consulas?

Sed iam ad nostra redeamus. Nunc de salute corporis anxious sumus, dolemus regem corpore infirmari, & supplicatio publica instituta est, ut oremus: *Dñe saluum fac regem.* Si autem salus corporis minimum quid est boni, si infirmitas parum malum, ut quid tanta cura ad orationem accedimus? Sanè plura sunt in se minima, quæ aliqua ratione, aut circumstantia maxima merito censentur, & huiusmodi est salus, ac vita Principis Christianissimi, Ecclæx protectoris, Fidei defensoris. Vita enim illius, in se considerata parum est bonum, at si attendamus recipiebare utilitates quam plurimas, quæ ex illa pendent, maximæ momenti est. Innumeræ enim commoda sunt, quæ à Principe optimo procedunt, cuius modis sunt fidei propagatio, illiusq; defensio, iustitiae, ac pacis conseruatio, & ideo dolendum maximè de illius ægra valetudine, timendum de morte, orandumq; ad Deum ardentissima oratione.

Ione. 4. Audi quid persimile, quod Iona Prophetæ accidit. Preparauit Dominus Deus hedera, & ascendit super caput Ione, ut esset umbra cula super caput eius, et protegeret eum. Et letatus est Iona super hedera letitia magna. Et parauit Dominus uermem in crastinum, et percussit hedera, & exaruit. Et ait Dominus ad Iouam, patas ne bene irasceris tu super hedera? Et dixit, bene irascer ego usque ad mortem. Quid obsecro Princeps iustas, ac fidelis es, nisi hedera nos protegens, & sub cuius viuimus umbra? Cui dicimus: *In umbra tua uiuimus inter gentes.* Sub umbra iuniperi securus dormit Elias, nec timet Iezabelem eum inseguientem, & sub umbra regis sine timore iniicorum quiescimus. Si ergo Iona recte se iratum usque ad mortem dicit,

Thren. 4.

3. Reg. 19

**A** dicit, quia vermis corrosit hederam eum protegentem: cur nos dolore non conficiemur, videntes infirmitatem, quasi verme hederam nostram corrodentem? Cur ad Deum non clamemus: Domine saluum fac Regem? Quid praelatus Princeps est reipublice, nisi lucerna illius? Nonne ergo solliciti de lucerna nostra erimus, ne extinguitur? Audi, quid hac in re dicant se rui optimi Principis. Perditatus fuit David in pælio. Tunc iurauerunt viri David dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israël. Lucerna quidem populi fidelis Christus est, qui super Crucis candelabrum illuxit nobis. Sed & Princeps optimus lucerna est, qui iustitia, & virtute luet toti populo, cum Regis ad exemplar totus componitur orbis. Hinc Sapiens.

2. Reg. 21

Vae tibi terra cuius Rex puer est, & cuius Princeps manu condunt. Beata terra, cuius Rex nibilis est, & cuius Princeps nesciunt in tempore suo ad resciendam, & non ad luxuriam. Et idem Sapiens, cum multa documenta regibus praebuisset, deum ait. Multitudo autem sapientium sanctas est orbis terrarum, & Rex sapiens stabilimentum populi est. Eccles. 10,

Sap. 6.

Hinc fit, ut cum Deus diligit regnum aliquod, ei concedat optimum Regem, cum vero irascitur in populum ei tribuat Regem peruersum. Vtriusque rei manifesta testimonia habemus in diuina Scriptura. Et primum quidem Regina Sabba manifestis verbis dixit, cum ait. Si Deus Deus tuus benedictus,

3. Reg. 10.

cui cōplacuisti, & posuisti te super thronum Isræl, eo quod dilexit Dñs Israël in sempiternum; & constituit te Regem, ut faceres iudicium, & iustitiam. Ecce propter dilectionē Dei ad Israël constitutus est Rex sapiens. Et secundum manifestis verbis dixit

Iob. 34:

Eiū apud Iob, cum ait. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Supplicium Dei maximum est in populo, quod Rex iniquus sit, sicut contra beneficium existimū,

7. q. 2

quod bonus. Hinc ante peccatum Davidis in populari numeratione premitit Scriptura verba ista: Addidit furore Domini irasci contra Israël, communis David dicentem ad Iob, &c.

2. Reg. 24

Ira enim Dei contra Israël fuit, quod eorum rex delinqueret, quia ut Sapiens ait. Rex insipiens perdet populū suū. Quod bonū in republikā veniant propter bonū Regem, &

Eccles. 10.

idem

quot

823  
In supplicatione publica

quot mala propter iniquum principem, adeò manifestum A  
est, ut probatione non egeat. Est ergo optimus princeps lu-  
cerna regni, & ideo vniuersum regnum curare debet, ne lu-  
cerna hæc extinguitur, quod ea animi contentionे serui Da-  
uidis cugauerunt, vt iurauerint nunquam amplius in bellum  
egressurum, ne extingueretur lucerna Israël. Nunc autem  
propè extincta est lucerna nostra, curandum nobis enīxē, &  
oratione à Deo postulandum, ne extinguitur. Dicamus er-  
go: Domine saluum fac regem. Salus ergo, ac vita regis no-  
stri magni habenda, non qua parte temporalis est. Sed quia  
nobis vimbraculum est, ac lucerna nos dirigens, iustitiam con-  
seruat, & in pace reimplicat tenet. Ideò Paulus monet, ut,  
1.Tim. 2.

B  
primum pro regibus oremus, vnde ait. Obsecro igitur primum  
omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum  
actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in  
sublimitate constituti sunt, ut quietam, & tranquillam uitam aga-  
mus in omni pietate, & castitate, hoc enim bonum est, & acce-  
ptum coram Saluatorе nostro Deo. Rationem huius singula-  
ris orationis Paulus reddit, ut pax, iustitia, & castitas con-  
seruetur. Ex his Pauli verbis usurpauit Ecclesia, ut in Missa  
diuinissimo sacrificio orationem fundat, & sacrificium offerat,  
primum pro summo Pontifice, Antistite, & Rege, & deinde  
pro omnibus fidelibus.

C  
Est autem aliud, quod in hac regis nostri infirmitate atter-  
damus, illud verò est, quam sit tenuis, ac exigua, & impotens.  
humana celsitudo, ac felicitas, quæ hominē liberare non po-  
test ab infirmitate, & aliis miseriis corporis. Magna plane ap-  
paret dignitas regia, sed quod nihil sit, ostendit corporis infir-  
mitas, & ideo regibus, ac principib⁹ viris alia curāda sunt, quæ  
verè sint magna. Audiamus inclytū regem de hac re philoso-  
phantē, Salomonem inquā, qui ait. *Sum quidem, & ego morta-  
lis homo, si natus omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior fa-  
ctus est, & in uentre matris figuratus sum caro. Et ego natus acce-  
pi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, &  
primam uocem similem omnibus emisi plorans. Nemo enim ex  
regibus aliud habuit nativitatis initium. Vnus ergo introitus est om-  
nibus ad uitam, & similis exitus.* Proptenec hoc optani, & datus est  
mihi

Sap. 7.

1030

- A** mihi sensus, inuocauit, & uenit in me spiritus sapientiae, & preposui illam regnis, & sedibus, quasi dicat, licet rex videar alterius generis esse, quam reliqui homines: sed ex eodem terreo Adamo descendeo, non ex Adamo aureo. Simili modo in hunc mundum ingressus sum ac alij homines, easdem subeo infirmitates, simili modo decedam. Et hac ratione curauit, ut excederem reliquias sapientia, natura enim similis sum omnibus. Dicebant Alexandro Magno adulatores, eum filium esse Iouis Amonij, sed vulnere in bello suscepto, dixit ipse, vulnus hoc ostendit, me hominem esse similem reliquis, non Dei filium. Id verò in illa mirabili statua ostendit Deus Nabuch-  
donosori, in qua ipsius regnum, & monarchiam, & imperia  
**B** reliqua futura in mundo descripsit, quam ut attigit parvus lapis abscissus è monte vertit in cinerem, nec id factum est graui aliquo iectu, cum à valida manu lapis iactaretur, quia sine manibus, sine impetu venit lapis ille. In figura expresa nobis est infirmitas temporalis felicitatis, quam perdit exiguus lapis: immo & aliquando aér, aut parvus cibus. Quid nequius, quam quod excogitauit caro, & sanguis? Quid imbecillius, quam quod deicuit parvus lapis, exiguusque aér. Rectè Psaltes  
ait. Non saluatur rex per multam uirtutem, & gigas non saluabitur  
in multitudine uirtutis sue. Rectè etiam Baruc: Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quae sunt super terrā,  
**C** qui in auribus celi ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum. Ex terminati sunt, & ad inferos descenderunt. Qui ergo regia dignitate, aut simili fulget, non ideo se magni ducat, quia fallax gloria illa est, curet verò veram gloriam, quam ex diuina sapientia colliget, propter quam stabilimentum populi erit, vim braculum, & lucerna eius, propter quem merito magni erit ducus, sicut nunc rex noster, cuius ideo salus expetenda, & vita à Deo poscenda supplici oratione, Domine saluum fac Regem.

Sed iam ad secundam Thematis parten deueniamus, qua nobis ostenditur, qua ratione, ac via obtinere possimus regis salutem, ac vitam, ait enim. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te, id est, ut hoc nobis concedas, oramus ad te, & oratione fundimus publicam, in qua vniuersi orant, & plurimum oratio-

calos,

# In supplicatione publica

caelos penetrat. Quia in re illud primò aduertendum est, A  
larem præcipue regis, & vniuersa bona à Deo vero peten-  
da esse, ad quem accedere primum debemus. Ne si id non

4. Reg. 1. fiat, accidat regi, quod Ochozia accidisse sacra Regum histo-  
ria memorie prodidit. Agrotauit ille, et ait: ite, consulite Bel-  
zebub Deum Accaron, utrum uiuere queam de infirmitate hac. An-  
gelus autem Domini loquutus est ad Eliam Thesbiten dicens: Sur-  
ge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samarie, et dices ad  
eos, nunquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Belze-  
bub Deum Accaron? Quam ob rem, hæc dicit Dominus, de leitulo,  
super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Sed  
nunc forsitan quis, nunc ad Belzebub accedat? Certè hi,  
qui in necessitate constituti, ut ab ea liberentur, peccata ad-  
mittunt. Sed in hac regis salute curanda nullus id peragit,  
ita sanè est, sed nihilominus nosse oportet. Primum om-  
nium ad Deum accedendum, & in eo fidendum nobis es-  
se, potius quam in arte medicorum, quod si non præstite-  
tius, medicinæ omnes nihil proficiunt: sed accidet, quod

2. Par. 16 Regi Asu: de quo sic scriptum est. Agrotauit Asa dolore  
pedum uhementissimo, et nec in infirmitate sua quasivit Domi-  
num, sed magis in medicorum arte confissus est, dormiuitque cum  
paribus suis. Artem quidem medicorum, & eorum eu-  
ram querendam esse, manifestè ex Scriptura diuina colli-  
gitur. Medicos enim habuit Ioseph, ut ex Genesi patet.

Gen. 50. Et Sapiens ait: Honora medicum propter necessitatem, etenim  
illum creauit Altissimus: à Deo est enim omnis medela, et à re-  
ge accipiet donationem. Ab omnibus ergo honorandus me-  
dicus est, & præcipue à regibus, & quibus donationem ac-  
cipiet, sed aliud est medicum accersere, & medicamenta  
suscipere, & aliud in eis spem collocare, & non in Deo, pri-  
mum fieri debet, non secundum. Quia ergo Asa rex in  
medicorum arte confillus est, nec ad Deum accessit: ideo obiit  
ex illa infirmitate. Cum ergo etiam lumine naturali con-  
stet, Deum primam esse causam, à qua vniuersa bona pro-  
cedunt, manifestum est: ad eum primo loco accedendum pia-  
oratione, & operibus bonis, ut ab eo obtineamus bona cuncta:  
Quia omne donū perfectū desursum est, descendens à patre lumenū.

Hac

**A** Hac humili oratione Ezechias à Deo impetravit salutem, & quindecim vitæ annos, cū mortis sentētiam ab Isaia audisset. Est enim oratio vniuersale remedium, quod nobis Deus reliquit ad vniuersa bona impetranda. De qua re plura diximus in 2. tomo nostrarum Concionum, in Dominica V. post Pascha, & in Rogationibꝫ. Et in hoc tomo in cōcionibus illis, cum nostri redirent ab Anglia re infecta, ex quibus multa perte licet ad hunc locum.

Vt verò oratio nostra efficacior sit, prīmū multi cōuenimus in hac oratione, ac supplicatione publica, pluriū enim oratio plurimum obtinere solet. Ideò cælestis magister ait. *Si duo ex uobis consenserint super terran. de omni re, quancunq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlī est, ubi enim sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Matth. 18.

**B** Quibus verbis singularem vim impetrandi tribuit orationi multorum fideliū, licet enim quisq; fidelium orans obtineat, sed præcipue cum plures orant simul. Cuius rei multiplex est ratio, prior sit, quoniam cum plura requirantur, vt oratio exaudiatur, & ea omnia in uno orante aliquando non sint, in pluribus facile reperiuntur, uno supplente alterius defectum. Altera autem ratio est, quām Christus ostendit, dicens: *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, id est, mei causa, ibi sum in medio eorum, id est, adsum ego orantibus, & cum illis oro,* & adsum orantibus vt Deus, vt eorum orationes exaudiam. Nunc ergo in Christi nomine conuenimus plures ad orandum, in medio nostri Christus Dominus est, simul nobiscum orans, & ideò exaudiatur pro sua reverentia. Et iterum in medio nostri est, & ideò: *Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in ueritate, voluntatem timentem se faciet, & deprecationem eorum exaudiens.* Merito ergo dicemus: *Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te, ad hoc enim nunc conuenimus.* Memorize proditum est in literis ex Orientali India scriptis à patribus Societatis Iesu, in quodam oppido relictum à quodam ex patribus hominem fuisse, qui licet recens ad fidem conuersus esset, ardebat præcipua charitate, relictus verò est in reliquorum fidei hui doctrinam, ac consolationem, vt ad eum accederent dum

Psal. 144.

Cum orans, & ideò exaudiatur pro sua reverentia. Et iterum in medio nostri est, & ideò: *Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in ueritate, voluntatem timentem se faciet, & deprecationem eorum exaudiens.* Merito ergo dicemus: *Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te, ad hoc enim nunc conuenimus.* Memorize proditum est in literis ex Orientali India scriptis à patribus Societatis Iesu, in quodam oppido relictum à quodam ex patribus hominem fuisse, qui licet recens ad fidem conuersus esset, ardebat præcipua charitate, relictus verò est in reliquorum fidei hui doctrinam, ac consolationem, vt ad eum accederent dum

pater

In supplicat. publica pro salute Regis.

pater aberat. Accidit verò ut homo illa infirmitate grauatus **A** animam iam ageret: conuenerunt vero in eius domum fideles, qui de illius dolabant discesu, quia illis nimium vtilis erat, cumq; sic contrastati lugerent, quidam ex illis dixit: Inter alia, quæ nobis predicata sunt, vnum est, ut cum aliqua re indigne rimus, eam à Deo postulemus, qui nobis illam præstabit, eamus ergo in Ecclesiam, & huius vitâ à Deo postulemus, quæ nobis necessaria est. Hoc auditio omnes in Ecclesiâ conuenerunt, & fusa ad Deum oratione infirmus in integrum restitutus est sanitatem: ita ut in Ecclesiam veniret, & orantes offenderet, cum quibus orauit, ac gratias egit pro salute suscepta. Nunc similis nobis imminet causa, & maior, ac grauior, per necessaria enim regis vita nobis est, oremus Dominum ple-**B** na fide, & exaudiemus nos.

Illud verò ultimo loco dicendum restat, ut nō solum ore-  
mus, sed vitam in melius mutemus, & si quis in peccato iacet,  
contritione nunc surgat, & confessione peccatum omnino de-  
leat, sic enim facile fiet, ut optata consequamur. Hoc verò du-  
plici de causa, prior est, quod licet peccatores aliquando Deus  
exaudiat, s; p; tam non exaudit. Vnde Sapiens ait. Qui de  
climat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Volu-  
tatem autem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiens.  
Altera ratio est, quod sapè propter populi peccata Deus re-  
gem optimum de medio tollit in populi supplicium. Si autē  
peccata deleanor, Dei ira quiescat, regem q; nostrum incolu-  
men nobis reddet. Sicut enim cum populum Deus puniebat **C**

**2. Reg. 24.** propter peccatum David regis, eo ad Deum conuerso, & poenitentiam agentे vltio diuina quietuit, ita cum regem percutit propter peccata populi, conuerso populo, & poenitentiam agentе, rex incolumis seruabitur. Audiamus ergo monētem:

**Luc. 13.** Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ne ergo  
pereamus, ne rex noster culpa nostra intereat, poe-  
nitentiam agamus, & fusis lachrimis Dei  
misericordiam implore-  
mus, &c.

C O N-

## C O N C I O.

### In Exequiis.

#### T H E M A.

Hoc itaque dico fratres, tempus breve est, reliquum est,  
ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint,  
& qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent,  
tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam  
non possidentes, & qui vivuntur hoc mundo, tan-  
quam non vivatur, præterit enim figura huius mun-  
di. 1. Corinth. 7.

B

**V**ULLVS Hominum ita inscius, & igna-  
rus est, vt in omnibus erret, sicut nul-  
lus ita sapiens, qui aliquando à recto non  
deuerit. Vnde in primis principiis, quæ lu-  
mine naturali sine discursu cognoscimus, vel experientia  
tenemus, non potest esse error. Et si aliquis proterius ea  
ore neget, corde tamen negare non potest, vt ait Aristote-  
les. Iustus sapiens dicitur, peccator vero stultus, non quia

Aristo.

C in principiis hic erret, ille vero rectum sentiat, vterque  
enim in principiis conuenit. Omnes dicunt, bonum sectan-  
dum, malum fugiendum, beatitudinem esse quærendam,  
& similia. In deductione ergo cōclusionum diuersitas est,  
quia iusti recte colligunt, ac argumentantur, tanquam sa-  
pientes, peccatores vero male, & ideo stulti appellantur.  
Huius rei exemplum non longe petamus, sed in eo, quod  
præ manibus nobis est. Attēde principium, in quo iustus,  
& peccator conueniunt, tempus breve est. Nec mirum, id  
omnes concedere, quia oculis cernitur, & manifesta agno-  
scitur experientia. Quia omnes morimur, & sicut aqua dilabimur. 2. Reg. 14.

Q

vt.

# In Exequiis.

ut Thecuitis Davidi dixit. Iusti illud dicunt. An non iustus Paulus, qui ait, hoc itaque dico fratres tempus breve est. Id ipsum Iacobus confitetur, cum ait. Quæ est enim vita vestra, vapor est ad modum cumparens, & deinceps exterminabitur. Peccatores etiam, & ethnici id fatentur. Plato dicit simile vitæ nostræ scintillæ, quæ in istu oculi perit. Aristotle dixit simile animali, quod iuxta Nilum oritur, quod vnicam die vivit, mane oritur, vesperi senescit, nocte moritur, & tandem omnes impij fatentur apud Sapientem: Nati continuo definiuntur esse. Hoc ergo principium, tempus vita breue est, ab omnibus conceditur. Sed peccator ex hoc principio conclusionem male colligit, & malam, & ideo stultus est. Iustus contra bene multa inde colligit, & ideo Sapiens dicitur:

Sapien. 2. Sed quid peccatores ex eo principio colligunt? Audi eos philosophantes Sapientiae. 2. Dixerunt impii, cogitationes apud se non recte. Exiguum, & cum tardio est tēpus uitæ nostræ, & transibit uitæ nostra tanquam uestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creature tanquam in iuuentute celeriter, uino preioso, & unguentis nos impleamus, & nō prætereat nos flo temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratrum sit, quod non pertranscat luxuria nostra. Idem principiū assumūt, idem antecedens, quod Paulus, exiguum est tempus vitæ nostræ. Sed recte Sapiens ait, cogitare eos apud se non recte, id est, male colligere, & argumentari. Manifestè illi colligunt, cum dicunt, venite ergo, particula enim ergo argumentantis, & conclusionem inferentis est. Quid ergo ex breuitate vitæ colligunt? certè frui voluptate, delitiis se tradere, penitentiā nō agere, sed vel illā omnino relinquere, vel morte indifferre. Male profecto argumentantur, ut ipsi met fatetur apud Sapientem. Ergo errauim, his enim accidit, quod fontib⁹, ex quib⁹ dulcis emanat aqua, & cū hęc aqua ex illo, & alia ex alio, permanet, simul collectę flumē efficiunt quod in amarū veniens mare, amarū omnino redditur. Sic hi dulci vita fruuntur, coglobatur in malū, tenet tympanum, & gaudet ad sonitū organi, & in punto ad inferna descendunt. Hos

repente

Sap. 5.

Simile:

Ioh. 2. 1.

**A** repente mors arripit, cū minus sperabatur. Sicut diluuiū, quod primo vere venit, quādo minus timebatur. Accidit q; illis, quod paseri, qui in viridi arbore cōsistēt, delectatur, ac dulciter canit, & cū nihil minus speraret, auceps sagittā in cū dirigit, qua interimit. An nō ita diuiti illi accidit, q; dulciter sibi canēt aiebat animē suę. *Habes anima mea in annos plures, gaude, comedere, epulare, sed attēde auctupē dicentē. Stulte hac nocte repetēt animā à te, & quae parasti, cuius erūt?* Et licet hi dicant, in morte poenitentiā agā, reprobantur à Deo. Sicut reprobatur in lege Cygnus, quia dulciorē cantum in morte differt, ita hi bona opera in horā mortis. Sed quia nunc de mortuo agendū est, qui non sic collegit, sed omnino diuersē, videamus, quid iusti ex illo codē principio colligat.

**B** Iustus ratiocinatur, arguit & colligit, tanquā sapiens Cū Philosophus moneret nobilem virum, vt filium ad scholas mitteret, vt Philosophia operā daret, interrogavit nobilis philosophum, quam filius meus assequetur utilitatem ex studiis Philosophiæ? cui Philosophus respondit: Cum fuēt in theatro, non de eo dici poterit, lapis est, qui super lapidem sedet, sed homo ratione v̄tens, peccator habet solum bestiarum oculos, & ideo insipiens est in spiritualibus, aut nihil, aut malē colligit. *Sicut illi, ad quos Moyses ait. Vos vidistis vniuersa magna, & portenta, quae fecit Dominus in Aegypto, (ecce bestiarum oculos) sed non dedit vobis Dominus oculos videntes, & cor intelligens usque in præsentē dīe.* Hoc vero dixit, quia ex diuinis misericordiis.

**C** & vltionibus nescierunt colligere Dei amorem, & timorē. Sapiens verò ultra hos oculos bestiarum oculos habet in corde, quibus ex vniuersis deducit doctrinā, veritates, discursus, monita salutis. Ideo mystica illa animalia Ezechie lis plena erant oculis ante, & retro: quia iustus plenus est discursibus, reflexionibus, & doctrinis. Hos oculos dixit ille Philosophus à Philosophia traddi. Sed præcipue eos gratia donat. Videamus ergo quid his oculis iustus videat, ac colligat ex eo principio. Tempus breue est.

Primū ex eo iustus colligit sui cognitionē, & quod vere nihil sit, quod enim adeo cito trahit, quasi nō sit reputā-

*Q. 2 dum*

*Simile:*

*Luc. 12:*

*Deut. 29:*

*Ezech. 1:*

## In Exequiis.

dum est. Similis est homo oculo, qui omnia respiciens se non respicit, nisi reflexione in speculo, ita homo cum omnia facile nouerit, se non agnoscit, nisi speculum obiciat, in quo reflecti possit. Sed quod nam erit conueniens speculum: Planus defunctus homo, in eo videre poteris, quid tu sis, & qualis futurus sis. Mihi autur Babylonici statuam auream, quæ maxima videbatur, septuaginta enim cubitos altitudinis habebat, & ideo eam adorant, sed non Daniel, cui Deus ostenderat, quid illa statua esset, cum lapis parvus eam comminuit, & in cinerem redigit, ita profecto qui exteriora solum considerat, magnus sibi apparere solet, sed iustus, qui nouit secuto in cinerem vertendum, se agnoscit, & despicit. Quantumlibet flos pulcherrimus sit, si continuo exiccandus est, & vento flante cassurus, quid superbit? Sicut cum Hedera pulchra Iona vernis oritur, qui cito eam perdit, ita cum homine calor innascitur, qui eum cito interimit. Quidam (nescio vero an incerta historia, sed proposito nostro congruit satis) in Alexandri vita memoriæ prodiderunt, sapientem virum ad eum misisse lapidem pretiosum, & simul consilium, ne superbiret in numeris a le partis victoriis, quoniam ille similis erat illi lapidi, qui ad eum mittebatur. Cum vero Alexander inquireret, qua in re similis lapidi esset, inuentum est, eam esse illius lapidis naturam, ut positus in una statera lance plus ponderaret, quam quidquid in alia lance ponebatur. Sed cum parvum pulueris immitebatur super lapide, nullius ponderis reddebatur. Intellexit ergo Alexander a sapiente sibi nützari, tunc quidem, dum viuebat, plus posse, ac valere, quam vniuersi principes terræ, sed cito futurum, ut morte interemptus, & terra opertus nihil omnino esset. Id ipsum omni homini considerandum est, si apparet tibi magnum, si plus esse quam reliqui sint, cogita tamē, proximam tibi mortem esse, in qua sepulchro operiendus, & nihil ducendus. An non tibi accidet, quod principibus illis, de quibus Baruch ait, ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias, que sunt super terram, qui argentum thesaurizant, et aurum? Exterminati sunt, et ad inferos descendierunt.

Daniel. 2.

Ioan. 4.

Simile.

Baruch. 13.

A

B

C

Ita.

**A** Ita extermināndus tu es, nihil ergo te esse cognoscere. Non *Leuit. 1.* sine causa auis sacrificiā & pennā in loco cineris ponebantur Dei praecepto, ut, scilicet, nobis innuat, si Deo offerendis sumus, id nos efficere opportere, ut in morte ea omnia ponamus, quae nos in altum eleuant sicut pennae, si enim eo in loco ea posuerimus, intelligemus nihil esse. Quid te eleuat o homo, quid te facit ambulare in magnis, & mirabilibus super te? Nobilitas, ingenium, diuitiae, honores, dignitates: pone ista in loco cineris, & videbis nihil esse. Non *Proue. 20.* enim proderunt diuitiae in die ultionis, & cum interierit, non summet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Nec nobilitas te salvabit, non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non salvabitur in multititudine uirtutis sue. Hoc ergo est primum, quod *Psa. 4. 8.*

**B** iustus colligit ex vita breuitate.

Secundo ex hac vita breuitate iustus colligit id, quod Paulus subinfert. Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam nou habentes sint, &c. Praeterit enim figura mundi huius. Quibus verbis duo ostendit mala eorum, quae nunc bona videntur. Primum quod prætereunt, unde licet magna bona essent, bona censenda non sunt, cum tam citò trahant. Secundum, quod figura sunt, non vero rei veritas.

Quomodo pertransiant audi à sanctissimo Iob. *Dies mei Iob. 9.* uelociores fuerunt cursori, fugerunt, & non uiderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut Aquila uolans ad escam. Summam his verbis expressit velocitatem vita, & bonorum ipsius. An non sic pertransiit pueritia, adolescētia,

**C** ac virilis ætas? An non sic ludi, comedationes, & delitiae? Sed non hoc solum malum in eis est, sed quod figure sunt, non vera bona, sed picta, non corpus, sed umbra. Inscius puer putat umbram aliquid esse, & manu eam tenere vult, sed apprehendit nihil. Depictas vuas videt, & putat veras esse, cum eas capere vult, nihil inuenit. Ita stulto contingere Sapiens ait. Sicut qui apprehendit uentum, & sequitur umbrā, *Eccle. 34.* sic qui attendit ad uisa mendacia. Putasti o homo ad veras diuitias extendere manum tuam, sed fallaces diuitiae sunt, non veræ, pictæ non naturales, & ideo eis faciatus non es. Putasti veram te obtinuisse dignitatem, verum honorem, sed

## In Exequiis.

umbrae transitus haec omnia fuere, nihil utilitatis ex his per Acepisti. Quid ergo reliquum est? Certe, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sunt, qui utantur hoc mundo tanquam non utantur. Omnia temporalia nihili ducenda sunt, quia vera bona non sunt, & citò transiunt.

Tertio ex vita breuitate, & mortis citò venientis memoria colligit iustus, valde expediens esse, mortem præoccupare, ac præuenire, vt onus, quod simul, & semel sublatum importabile est, diuisum in plures partes suave sit tollere, hac enim arte facilè tolluntur grauissima onera. Vis ô homo facilè mori præueni mortem, priuata te vita paulatim. Sed ais. Quomodo id faciam? Certe, si mortificaueris membra tua quæ sunt super terram. Effice ut moriantur oculi, auertens eos, ne videant vanitatem, dic cum Iob: Peperisti fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem quidem de virginie. Similiter ratione aures occlude iis, quæ de mundo sunt, vt sis sicut surdus non audiens. Lingua tene, ne verba inutilia loquatur. Cor, ne in ea, quæ mundi sunt, diffluat, illud à terrenis euellere cura, sic enim pacem mortis sustulisti, & facile tibi erit, quod reliquum est portare. Cum enim mors vniuersa sit à te ablatura, si tu plura abstuleris, partem mortis suscepisti, mortem præuenisti, vt tibi facilis reddatur. Finge nunc arborem sensu vigere, quæ per quinquaginta annos altas radices misit, si uno temporis oromento euellenda foret, summo afficeretur dolere, & gemitibus se discruciaret. Si verò radicari se non permisisset, facile eradicaretur, & absque dolore. Cōsidera nunc hominem, qui per multos annos in terrenis fixit cor suum, & vniuersum affectum in terra collocavit, dilexit uxorem, liberos, substantiam, honorem, & ea omnia, quæ in mundo sunt, cum mors adest, euellendus in puncto est ab omnibus his, an non discruciabitur doloribus? Rexte Sapiens: O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua, id est, homini, qui altas radices iecit in substantia. An non hic dicet cum Agag pinguis simo, sic sine separati amara mors? Radicare ô homo in terra, dilige nimium, quæ in mundo sunt, aliquando eradicandus eris, & clamabis, & præcontritione spiritus vlabis.

**A** labis. Fœlices hi, qui in cœlo posuerunt radices suas, qui cor à terrenis abstraxerunt, facile enim hi mortem suscipiant. Cum molaris dens ab ore tuo euellendus est, si carni nimium adhæret, sine magno dolore non euellitur, si vero carni nihil adhæret, sine dolore tenui filo, vel manu extrahitur. Ita omnino anima si carni, & mūdo nō adhæsit. Fœlices profecto hi, qui omnia propter Deum relique rūt, quibus dulcis mors est, nihil enim illa inuenit, quod ab eis auferat, omnia enim illi prius reliquerant. Qui etiā ex hoc mūdo in aliud migrant chyrographo Dei manu subscripto, quo dicitur: qui reliquerit patrē, uel matrem, aut domū, aut agros proprios nomen meum, centaurum accipiet, & uitam eter

Matib. 19

**B** nam possidebit. An non securus hinc migrat, qui omnia propter Deum reliquit, cū chyrographum Dei habeat, quo vita aeterna ei promittitur?

Recte ergo philosophantur iusti ex vita breuitate colligentes, omnia relinquenda propter Deum. Ut vero omnem à temporalibus affectum tollant, memoria mortis facile affequuntur. Sicut enim absynthium, vel aliquid amarum admotum vberibus natricis efficit, vt puer nūnium vberibus affectus ab eis se auertat, & sic ablaetatur infans, ita mortis memoria nos auocat à mundanorum affectu. Amara mors est, & eius memoria, absynthium est. Omors quam amara est memoria tua! Hac ergo amaritudine abducendi sumile.

**C** mus ab amore omnium temporalium. Si nimis affectus diuitiis es, vis ab eis ablaestari? mortis memoria id fiet, si attendas sindonem duntaxat hinc à te serendam, quia cum interieris nō sumes omnia. Si luxuria delectatio te tenet, considera vermes illos, qui carnem tuam deuorabūt cras, si honores te extollunt, memor esto, citò sub puluere te constituendum, vbi ab omnibus es conculcandus: sic sic ablaestandus es ab his, quæ mundi sunt, vt scilicet cibum cælestem percipias. Cumq[ue] sic ablaetatus fueris festum diem Deus aget, quia te ablaestauit, sicut olim gratia de conuiuio Abraham fecit, non quando ei natus Isaac est, sed quando eum ablaestauit, quia non delectatur Deus in multitudine filiorum infidelium, sed in his quos abla-

Genes. 21

## In Exequiis.

**Esa. 28.** ablaestauit hos enim magnificat, hos docet scientiam cæle A  
stem, sicut Isai. ait. Quē docebit Dominus scientiā, & quē intelli-  
gere faciet auditiū ablaestatos à latte, aquos ab uberibus. Quia om-  
**Hebr. 5.** nis, qui luctis est particeps, expers est sermonis iustitiae, vt Paulus ait. Puer est, qui terrenis delectatur, hic cælestia nō ca-  
pi, qui terrena despexit, ablaestatus est, hunc docet Dominus cælestem scientiam, hunc intelligere facit auditū. Hoc  
**Greg.** vero, vt diximus, mors, & eius memoria præstat, ex qua  
**Iob. 2.** illud iusti colligunt, ablaestari se oportere, & sic, ait Grego-  
rius, spiritualiter homo facit quod Iob, qui sedens in sterqui  
linio testa saniem radebat, quia sedens homo in mortis me-  
moria, & propriæ misericordiæ consideratione saniem malarū  
concupiscentiarum à carne prodeuntem tollit, & curat.

**Quarto** ex vita & breuitate iusti colligunt, multi bona ope B  
ra in slater operari, quib⁹ digni siāt regno cælesti, & māfio-  
ne optima, & quib⁹ etiā cū mors aduenere speret, nec des-  
peratione deficiat. Tēpus breue nobis à Deo cōcessum est,  
vt sedem regni consequamur præcipiam, laborandum er-  
go nobis est in slanter, quia post mortē laborandi tēpus nō  
est. Venit nox, quando nemo poterit operari. Ait Christus Dūs.  
**Ioan. 9.** Ergo dū tēpus habemus, operemur bonū ad omnes. Hinc Sapiēs:  
**Eccles. 9.** Quodcumq; potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec  
ratio est apud inferos, quō tu properas. Dicit ad inferos omnes  
properare, quia ante Christi aduentū omnes descendebāt  
ad inferos, licet ad loca diuersa iusti, quā impij. Quod ve-  
ro de inferis dicit, etiā de celis nūc verū habet, in quib⁹ ope  
ranti opera meritoria tēpus non est. Pro sua enim v. lunta C  
te cōstituit Deus tēpus inerti, & hoc esse voluit tēpus vi-  
ta huius. Si ergo merendi tēpus breue est, instanter in eo la-  
borare oportet. Si longū est, et otiori aliquando liberiū pos-  
semus, at vero cū breue sit operi ini slater incumbendū est.

**Eccles. 3.** Quia cū omnia tempus habeat, vt Sapiens ait, est tempus semina-  
nandi, & tempus metendi, nūc vero tempus est seminandi, &  
**2. Cor. 6.** quis seminat in benedictionibus, ac benedictionibus & metet, id est,  
qui largè seminat, multū colligit. Quid ergo reliquū est, ni-  
**Psal. 125.** si ut de ilis simus, de quibus Psal. ait. Euntes ibant & flebant,  
mittentes seminasua, uenientes autē uenient cum exultatione portan-  
tes

**A**tes manipulos suos. Repetitio illa, euntes ibant, phrasí scriptu-  
ræ significat, veloci cursu, ac magno conatu, & sollicitudine  
aliqd agere. Ita ergo nos seminare oportet. Et hac ratio-  
ne Paul. nos monet, vt qui vtuntur hoc modo sint quasi nō  
vtantur, quia, ait. Volo vos sine sollicitudine esse circa temporalia,

scilicet, vt solliciti sitis in caelestibus. Hoc nos Petrus mo-  
<sup>2. Petr. 1.</sup>

net. Fratres magis satagit, ut per bona opera certam uestram no-  
cationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabi-  
tis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in  
eternum regnum Dñi nostri, & Salvatoris Iesu Christi, quasi dicat,  
tria colligetis ex operibus bonis, quæ seminaueritis. Pri-  
mū, si facietis electionem, & salutem eternam certiorē, sicut qui  
in causa sua plures adhibet testes, certius sententiā pro se fe-

**B**rendā sperat. Secundū, quod hęc bona opera tenebūt vos,  
ne in peccata, plabamini, quod maximè homini expeten-  
dū est, quia hic est omnis fractus, vt auferatur peccatum, vt  
Propheta ait, & quando aliū fractū ex sacra mentorū fre-  
quentia, & piis operibus non colligeres, hic satis erat, vt ea  
præstares. Tertiū deniq; quia sic abundantior gloria per-  
frueris, quæ pro meritis datur, & quò maiora, ac plura sunt  
merita, eo maior dabitur pro eis gloria. Similiter etiā in mor-  
te ex piis operib⁹, aliū colligit fructū iustus, & hic est mors

<sup>Ezai. 27.</sup>

dulcis, facilis, & spe in Deum plena. De aue Phenice, quæ  
vnica dicitur esse in Arabia, tradit, qui de rerū naturis scri-  
psere, plures in annos viuere, & ad summā vetustatē perue-  
nire. Cū vero mortis appropinquat tempus in igne cōbu-  
rit, & vermis parvus ex illis cineribus oritur, qui paulatim  
crescens auis fit similis ei, quæ periiit. Quia vero mor-  
tis tempore nimia senectus & granatatur, & factore corporis  
iam iā moribundi premitur, vt ab hoc factore sibi eretur, &  
vires resumat, quibus igne alis accendat, plura ligna aroma-  
tica colligit, quorū præclaro odore latatur, ac factore suū  
procū fugat, & vires resumit in morte obeundā. Quasi in  
imagine dei, ita nobis in hoc est iusti mors. Cum supra  
illa hora homini adest, multa sunt, quæ illum tunc grauāt,  
& quæ animū nullius ac vires deliciūt. Mītas faciamus insir-  
mitatis anxietates, & dolores, & quo dū p̄cipuum est atte-  
<sup>Simile.</sup>

**C**ritur, & vermis parvus ex illis cineribus oritur, qui paulatim  
crescens auis fit similis ei, quæ periiit. Quia vero mor-  
tis tempore nimia senectus & granatatur, & factore corporis  
iam iā moribundi premitur, vt ab hoc factore sibi eretur, &  
vires resumat, quibus igne alis accendat, plura ligna aroma-  
tica colligit, quorū præclaro odore latatur, ac factore suū  
procū fugat, & vires resumit in morte obeundā. Quasi in  
imagine dei, ita nobis in hoc est iusti mors. Cum supra  
illa hora homini adest, multa sunt, quæ illum tunc grauāt,  
& quæ animū nullius ac vires deliciūt. Mītas faciamus insir-  
mitatis anxietates, & dolores, & quo dū p̄cipuum est atte-

## In Exequiis.

damus. Tūc enim malus odor vitæ ante aetæ, & vniuersa **A** peccata cōmissa homini in mentē veniūt, & dēmō illi proponit, vt eū desperare faciat. Audi Antiochū id manifeste asserētē. Et uocauit omnes amicos suos, & dixi illis. Recessis somnus ab oculis meis, & cōcidi, & corrui præsollicitudine, & dixi in corde meo: in qua uā tribulationē deueni, & in quos fluerit tristitia, in qua nūc sum, qui iucūdus erā, & dilectus in potestate mea. Nunc uero reminiscor malorū, quæ feci in Hierusalē, unde & abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erāt in ea, & misi auferre habitates Iudeā sine causa. Cognoui ergo, quia proptere à inuenērūt me mala ista: Ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Quid tūc homo faciat, cū innumera videt peccata: videt tūc homo euaginatū iustitię Dei gladiū, quē iā bibrat, in se vero multā putridā carnē, quē scindatur. Videt ignē diuinę indignationis, in se verò multā collectā stipulā, & paleas, quæ ardeat. Hinc **B** Pl. Posuit iniquitates nostras in cōspectu tuo, & seculū nostrū in illuminatione uulnus tui. Quasi dicat, rationes omniū peccatorū quasi in vngue, vt valgo dicitur, & ignē diuinae ultioris paratū. Quid obsecro, tunc peccator faciat? Quid facietis in die uisitationis, ad cuius cōfuziōtis auxiliū: quia nec ab Oriente, nec ab Occidente, nec à desertis montibus, auxiliū vobis prouenire poterit, quoniam Deus iudex est. Vnico peccato maculatus fuit Adā, & audiēs vocē Dei rationem exigētis fugit, & abscondit se, quid obsecro facies, cum omni bono te nudū perspexeris, & multis peccatis onustū: cum quæsierit, quid respōdebo illi: aiebat, qui simul dixit: nō repreheadit me cor meū in tota **C** uita mea. Si sursum conspicias, videbis cælū clausum, & iudicem iratū. Si deorsum, videbis sepulchrū patens, & infernū apertū. Si eos, quī te circumstant, inspexeris, nullus tibi auxilio esse poterit. Si intra te conspicias, videbis cōsciētiā de multis te accusantē. Si quē precesserunt, cōsideres, videbis prauā vitā, quam duxisti. Si quē sequuntur, videbis sæcula innumera, & infinita, quē sibi inuicē connectuntur regionemq; nouā, & incognitā, in quā ingressurus es. Verētūc dices: Circundederūt me dolores mortis, torrentes iniquitatēs cōturbauerunt me. Merito Sapiens monet. Nunc ergo fili miaudi me, & ne recedas à uerbis oris mei, ne gemas in nouissimis, quando

**a. Mach. 6.**

**Pſa. 99.**

**Iſa. 10.**

**Pſa. 74.**

**Iob. 31:**

**Pſal. 17.**

**Prouer. 5.**

- A quidem consumperis carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: eum detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquiescuit cor meum, nec audiui vocem docentem me, & magistris non inclinaui aurum meum. Enim peccatoris angustias in morte. Enim extrema gaudijs luctus occupat. Enim fontes dulces in amaritudine versos, en flore; in spinas mutatos. Quid ergo iustus facit, ut haec effigiat? Certè quod Fenix. Congregauit iustus ligna odorifera, quorum odore factio malorum operum tollatur, quibus spe leuetur, ut desperatione non ruat. Sed quae nra haec ligna sunt aromatica? Certè virtutum opera, quae eum tunc mirant, & eius animam confirmant: factore peccatorum tollit confessio vera, & reliqua sacramenta debitè suscepta, eleemosynæ, corporis afflictiones, quibus pro pecatis satis fecit Deo, his tunc iustis consolationem percipit, haec enim opera illi comitantur, eum cingunt, ut inimicis non pateat. Hinc Ioan. vocem celi: audivit dicentes: Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo iam dicitur spiritus, ut requiescant a labore bus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Et de his lignis odoriferis loqui videtur spousus ad sponsum cum ait. Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum, cum uniuersis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis. Surge Aquilo, & ueni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Ligna odorifera, & aromatica innumerat spousus plura, per quae virtutum diuersarum exercitia intelliguntur, quae mirum odo-
- B cati satis fecit Deo, his tunc iustis consolationem percipit, haec enim opera illi comitantur, eum cingunt, ut inimicis non pateat. Hinc Ioan. vocem celi: Apoc. 14: audivit dicentes: Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo iam dicitur spiritus, ut requiescant a labore bus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Et de his lignis odoriferis loqui videtur spousus ad sponsum cum ait. Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum, cum uniuersis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis. Surge Aquilo, & ueni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Ligna odorifera, & aromatica innumerat spousus plura, per quae virtutum diuersarum exercitia intelliguntur, quae mirum odo-
- C rem sponsæ tribuit, quibus speret in morte. Hinc Sapientia. In morte sua re pelletur impius, sperat autem iustus in morte sua. Proph. 14: Sicut enim aqua submersus terram decurrens, si per optimam terram decurrat, optima tandem procedit, si vero per sulphuream terram veniat, impotabilis est, ita vita, quae per virtutes vel virtutem tripliuit ad mortem venit, & procedit vel preciosissima, vel pessima, quia pretiosa in conspectu mundi mors sanctorum eius. Psal. 105: contra mors peccatorum pessima. Sicut vero vita iusti omni virtute redoleat, ita & mors. Unde de anima iusti spousus ait. Quae Cant. 3: est ista, quae adest per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrae, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij. Ois enim virtutum Similes ornatius

## In morte

ornatus illa die magis splendet, quibus quasi sponsa ornatur viro suo, & quas virtutes in habitu habuerat, nunc in actu producit, ut ornetur viro tanto. Sicut monilia in theca reclusa producere solet sponsa, eisq; se ornare in die dispensacionis, ut sponso pulcherrima appareat, &c.



## C O N C I O.

### In morte magni Principis.

T H E M A.

*Spolianit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vnde quis, & pereo, & quasi arbore euulsæ abstulit spem meam. Job.19.*



C Y T H A R V M , ac Persarū mos fuit, vt Regū suorum defuncta corpora per vniuersas ciuitates ducerent, vt vniuersi lugerent cōmune omniū damnum. Hispanorū verò mos est, vt vbiq; exequiæ defunctis celebrē tur, vt omnes pro eis Deū orent, sicut ipsi omnibus vtiles extitere. Simil verò dolore tangamus, ac cum Hieremia dicamus: Abstulit omnes magnificos meos Dñs de medio mei, uocauit aduersum me tēpus, ut cōtereret electos meos, idcirco ego plorans. Si enim totius reipublicæ damnum est, cum vir vtilis

*Thren. 1.* ab ea tollitur, quale obsecro erit, cum caput absconditur, & qui omnium protectio erat de medio tollitur, Hac de causa David ait. Filiae Hierusalem super Saul flere, qui uestiebat uos coccino in delitiis, qui præparabat ornamenta aurea cultui uestro. Præparauit Dominus hederam, & ascendit super caput Io næ, vt esset umbracula super caput eius, & protegeret eum, & latitatus est Ionas super hedera latitia magna. Et parauit Deus vermem, & percussit hederam, & exaruit. Et adeo doluit Ionas, vt petierit animæ suæ, vt morexetur. Simile quid nobis nunc accedit. Præparauerat nobis

*2. Reg. 1.*

*Ionæ. 4.*

**A**n nobis Dominus principem qui nos protegeret, cui dicere possemus, in umbra tua vivimus inter gentes. Latati sumus tanto protecti principe. Sed nunc accelsit mors, vermis vniuersa corrodens, & percussit hederam nostram, & exaruit, an non iure dolendum? sed ut ex tanto expectaculo fructum nobis colligamus, extremus Mariam, &c.

Duo supplicia homini peccanti à Deo inficta sunt. Primum fuit rebellio carnis, & pugna in spiritum, illa discordia, quam nulla pax in hac vita poterit conciliare, quam significauit lucta Iacob, & Esau in utero matris, ubi collis debantur parvuli, quæ sic matrem afflixit, ut diceret, si sic futurum erat, quid necesse fuit, me concipere? Quoniam

Genes. 25.

**B**causa maximi doloris est, quod hoc bellum intra se homo habeat, quod nulla alia creatura patitur. Angeli namq; & bruta simplici, ac unico appetitu ducuntur, aut omnino volunt, aut nolunt, nihilq; intra ipsos contrarium illis est. At vero homo duplici appetitu constat, & alter alteri contrarius est, dum unus cælum, alter terram, unus spiritualia, alter corporalia querit. Ante peccatum quidem, licet duo hi appetitus essent in homine, tamen iustitia originalis perse-  
cte subdebat carnis appetitum rationi, & ideo bellum non erat, sed summa pax. At per peccatum inobediens, & de ordinatus homo à Deo est, & ideo appetitus in eum rebel lauit. Hoc supplicium grauissimum est, adeò ut propter il-

**C**lud se dicat Paulus infelice m. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et propterea se collaphizari dicit, cum ait. Datus est mihi stimulus carnis mœ, angelus Sa- 2. Cor. 12. tanæ, qui me collaphizet. Quod si homo honoris veri cupidus esset, & ea, quæ hominem decent, in pretio haberet, hoc suppliciū magnopere erubesceret, atque doleret. Et hac ratione statim post peccatum Adam erubuit, qui sensualē Genes. 3. expertus est motum. Quod ergo tu alapam sentis, & doles, si tibi infligatur, hoc iste motus sensualitatis sentiēdus.

Sed quoniam homo, cum in honore esset, non intellectus, sed com- Psal. 48: paratus est iumentis insipientibus, hoc supplicium non sentit imo eo gaudet, ac delectatur. Ita infideles homines agunt, & plures fidèles, qui licet nouerint hoc venenum esse, sed

quia

## In morte

Psal. 80.

Rom. 7.

3. Esdr. 4.

quia eis dulce est, delectantur motibus appetitus', estque A illis veluti falsamentū, gaudentq; cū appetitus proui insurgent, & aliquādo etiā illos ipsi excitant cogitationibus turpibus, & aliis rebus. De quibus Psa. Dimisi eos secundū desideria cordis eorū, ibunt in adiuventionibus suis. Iusti dūtaxat sunt, qui hoc supplicium dolentes tolerāt, ac dicunt cum Paulo: Video alia legē in mēbris meis repugnātem legi mētis meae, & capiunt me in lege peccati. Rectē captiuum se dicit, quia hominē à ratione, & natura sua alienū facit. Impij vero delicias putant. Quod miris verbis exprimit Esdras dicēs: Vi- dēbam Apemēn mirifici concubinā regis sedentem iuxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentē sibi et palmis cædebat regem. Et super hēc aperto ore intuebatur eam, & si arriserit ei, ridet. En quid rex ille delicias putabat. Hæc B vniuersa caro cum peccatore agit, percutit eum alapis, auferit gratiam de capite eius. Et tamen aperto ore spiritus intendit in carnem, & delicias illas appellat, cum vere sint ignominia plena ea omnia.

Quia ergo multi hominū in bestias de generaturi erant, nec honorem ducturi, decreuit Deus aliud supplicium hominibus inferre propter peccatum, quod omnium supplūcium esset, ex quo falsamentum, & delicias nemo agere valeret, quod bestiarū propriū est, & hoc fuit mors, & mala pœna vniuersa, quę omnes tangūt, & ab omnibus sentiuntur. Mirū hoc in morte profecto est, quod omnib⁹ sit horribilis, & semper horrōne inquietat, licet præ manibus, & in cōspectu semper versetur. Reliqua nāq; horribilia assiduitate facilia fieri solent, lic enim & ipsi dēmones horribiles non sunt iis, qui familiariter, & sāpē cū eis cōversantur. Et peccata ipsa assiduitate viluerūt. Mors vero licet assiduit, & quotidie millies cernatur, adhuc semper terret, omnīū ergo terribiliū terribilior est mors. Sed attendēda in hac re est diuina, mira q; dispositio. Quia enim iusti primū sensuū lictus suppliciū maximē dolēt, ac sentiunt, voluit Deus, vt secundum mortis suppliciū minūs sentirēt, imo eis facilis esset. Vnde Sapiens: iustorum anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Imo vero sapientis cum morte siup ludunt,

Sapien. 3.

siup

ludunt,

**A** ludūt, ut cum Sampone Philisthæi, terrori namq; fuerat vniuersis Philisthæis Sāpson. Sed captus illis, & pueris eorum ludo, ac ludibrio fuit. Ita, ait Chrysostomus, mors, quæ ante Christum terror fuit omnium gentium, ablata ab ea fortitudine per Christum, ludo, ac ludibrio iustis fit. Quia, vt Paulus ait. Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen. Rom. 5.  
Iam verò à Christo non regnat, ideoq; non est, cur timeatur, sed quod cum ea ludamus dicentes: Vbi est mors iuctoria tua? ubi est mors stimulus tuus?

Licetverò mors cuiuscunquæ terribilis sit, sed Principis mors terret magis, docetq; nos, quam nihil vniuersa humana sint, quamq; Deus potens, qui Principē, quæ vniuersus mūdus non capiebat, paruo includit sepulchro. Vnde cū Principis honores fieri vulgo dicūtur, recti<sup>o</sup> loqueremur, si diceremus, agi quidē Dei honores, & hominū ignominia. Hinc Iob: *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpet, quasi de vnuua procedens? Circundedi illud terminis meis, & posui uectē, & ostia, & dixi: Vsq; buc uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Quid similius mari quā rex, qui vniuersum orbē sibi subiicere parabat? Sed ostia huic mari Deus ponit, & dicit: *vsq; ad tales diem regnabis, eo verò die confringes fluctus tuos, & deficient superbæ cogitationes tuæ.* Hoc se didicisse ex maris cōspectu asserit Nazianzenus in oratione, cum reuerteretur ex agro. Vidi, ait tumentes maris fluctus, sibi inuicem succedētes, & vnum deficiebat, nec vestigiū relinquebat, alter aderat, cui persimile accidebat. Sic enim principes mundi sunt, imperat nūc vnum, qui vnda apparet, & fluctus cælum pertingens, sed in parua arena mortis deficit, & iam non apparet, succedit alias ei similis, & simili ratione deficit. Hinc mundi principes confert Iudas in sua canonica fluctibus maris, Iud. cum eos dicit: *Fluctus feri maris despumantes suas confusiones.* Sed quid est, despumare confusiones suas? Certè si cut fluctus magni maris nullum sui vestigium relinque-re solent, nisi fortè paruam aliquam, & inutilem spumam, ac paleas, ita quid princeps maximus relinquit nisi puluerem, & vermes? Hinc apparet, nihil esse omnia

## In morte

Baruch. 3. omnia, quæ mundus suspicit. Hinc etiam Baruch ait. Vbi A sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in aubus cœli ludunt, qui argētum thesaurizant, & aurum? Exterminatisunt. Quid ergo dicendum? Certe Deum magnum, & terribilem hoc in opere ostendi, hominem vero, licet magnus videatur, nihilominus nihil esse.

Psal. 75: Hinc Psaltes. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & re liquæ cogitationi diem festum agentib[us]. Vouete, & reddit[us] Dño Deo n[ost]ro omnes, qui in circuitu eius afferis munera, terribili, & ei, qui afferit spiritu[m] principiū, terribili apud reges terræ. Que verba difficultia sunt, sed eorū literalis sensus hic est. Osten- derat diuinam potentiam, & iram Psaltes. Nunc vero ad- dit. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Metonymia est, quasi B dicat, cogitans homo, & contemplans tuam potentiam, & iram, laudabit te. Et extrema cogitationis eius eò ferentur, idest, eò desinet ipsorum cogitatio[n]i, vt diem festum agant tibi, teque celebrent, ac solenniter colant, & ad te conuer- tantur. Addit deinde Psal. Vouete, & reddit[us], &c. periphrasis est piorum, quasi dicat. Si omnis homo hæc consideras Deum laudat, vos præcipue, qui proximi Deo estis eum laudate, & munera ei deferte. Terribili, & ei, qui afferit spiri- tum principum. Hebræa habent, qui vindemiat. Metaph. qui tanquam præscindit racemos, spiritum, idest, animam principiū, vel iuxta Rabbi David, fastū, arrogantiā, animo sitatem, sicut Latinè dicimus, gerit magnos spiritus. Hanc vero similitudinem usurpauit Ioannes in Apocalypsi, cū C

Apocd. 14. ait. Malle falcam tuam acutā, & vindemia botros uineæ terra, quo- niam maturæ sunt uiae eius, idest, excide, aufer de vita, vt de vi te botros. In hoc enim Dei potentia ostenditur, quod non solum reges occidit, sed eos præscindit quasi botros, om- nes enim æquales mors facit. Aequo pede pulsat regum turres, pauper amque tabernas. Quemadmodum pastor uiae sas oues in caulam ingredifacit per eadem portam an[ti]pastam. Iisdem enim angustiis, & infirmitatibus rex moritur, ac pauper. Sicut etiam calculis accidit, quibus in ludo latruncularum vti solent homines, vulgo dicitur, Axedrez. Cum enim in tabula collocant r, suus h[ab]et, ac locus

Simile.

A locus cuiq; datur, dignior Regi, secundus Reginæ, & sic cæteris: at ludo finito, cum in bursam mittendi sunt, omnes redduntur æquales. Ludus profecto vita humana est, comædia, quæ nunc agitur: & ideo Principi primus datur locus, supremus exhibetur honor: sed in morte persona illa deponitur, & amplius non est Rex, quām infimus de plebe, quia ut Psaltes ait. *Cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Deo enim *Omnis caro fœnum est, & omnis gloria eius,* Isa. 40. quasi flos agri: & quemadmodum falce secatur omne fœnum, ita morte omnis homo. Nobis quidem Principes non fœnum apparent, sed cedri sed palmæ, & arbores elatae, at Deo omnis caro fœnum est: & ideo omnem hominem metit quasi fœnum, etiam si Princeps fuerit.

B Licet ergo cuiuscunq; hominis mors nos admoneat, ut Dei potentiam timeamus, ut omnia temporalia nihil pēdamus: sed præcipue mors Principis, in qua hæc maxime apparent. Sicut enim dormienti apponi solet horologium excitatorū, quod ipsum tali tempore excitet, quod maximo facto strepitu etiam profundè dormientem excitat. Ita mors Principis excitare nos debet, quæ maximum facit strepitum, ut à somno surgamus. *Frates hora est iam nos de somno surgere, excitemur ergo hac visa morte.* Nunc enim illud impletur, quod Psaltes ait. *Dedisti metuentibus te significationem, ut figiant à se arcus, ut liberentur dilecti tui.* Arcum quidem tetendit Deus, & paravit illum, & in eo paravit omnibus uasa mortis. Fugere quidem mortem poteris, sed non effugere. Nihilominus iustus fugit à facie huius arcus, cum ita sua disponit, ut non tangat illum tormentum mortis, nec damnum ex morte ei proveniat, immo lucrum, quia ei mori lucru est, sicut Paulo. Ut verò hac fuga se recipiat iustus, ut liberetur dilecti, dat Deus significationem, id est, signum aliquod, strepitumq;. Sicut aucepis, qui aues capere non vult, strepitu factō eas terret, & auolare facit. Non quidem uult Deus mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur & uiuat. Et quare moriemini domus Israël? ut ergo arcu, & sagittis non pereamus, fecit nunc strepitum magnum in Principis morte, ut astutus videns malum abscondat se, & fugiat à facie arcus in eum distenti.

Psal. 57:

C

## In morte

Mors ergo Principum ipsos Principes monet, ac docet, A  
quid sint, & vniuersos alios homines simul docet, nihil omnia  
humana esse, quantumuis alta apparent. Vita quidem re-  
gum laboriosa est, misera, ac curis plena. Quod etiam ipsi  
Ethnici dixerunt: Pertinax enim Romanorum Imperator,  
& Antigonus Rex dixisse memoriæ traditum est, cum coro-  
nas manu tenereat. O corona pulchra quidem, sed infelix,  
qui te rectè agnosceret, & curas videret, que in te latent, etiam  
si te in via publica inueniret, non aciperet, immo fugeret. Nihil  
lominus tamen, cum homini insitum sit quasi à natura ea so-  
lum contemplari, que exterius fulgent, nec interiora pene-  
trare, hinc sit, ut Principes superbire soleant, sibi ipsis fidere,  
se magnos ducere, ac voluntatem suam plus a quo diligere. B  
Et qui eos intuentur, nec interiora penetrant, rieci crucis vi-  
dent, sed consolationes, putant diuinum aliquid Princi-  
pem esse, ac principatum, quasi diuinitatem reputant. Quis  
ergo deceptos homines ad mentem reducat? Quis vanita-  
tem principatum ostendet? Certè mors, illa magistra est  
veritatis omnibus, illa flagellum Principum. Quis enim Na-  
buchodonosorem docuit Deum non esse, ut ille putabat?  
quis statuam illam auream ostendit puluerem esse? Certè  
lapis abscessus, de monte, qui eam in puluerem rededit. Quis  
arborem illam grandem oculis hominum paruum arbustum  
fecit? Vigil sanctus, qui ait. Succidite arborem, preceindite ra-  
mos. Et superbus Alexander, qui se deorum filium iacta-  
bat, cum vulnera inflicto ægrotaret, dixit, vulnus hoc me  
hominem, & hominis filium declarat, non Dei. Certè vt  
Sapiens ait. Sic rex hodie est, & cras morietur. Cui ergo, si  
sapimus, similem dicemus hominum vitam, nisi figuræ, &  
comediæ, in qua hic rex est una die, sed altera nihil est, quia  
personam sumpsit, quam statim depositit, hinc ergo nos  
mors Principis docet, illud facit, quod Iob dixit: spolia-  
nit me gloria mea, & abstrahit coronam de capite meo. Sed cum  
mortem dixerimus pœna esse peccati, dubium est, quo mo-  
do remissio peccato mors non tollitur. Respondet Augusti-  
nus in libro de peccatorum meritis, & remissione. Mortem à  
Deo relictam, ut homines peccatum horreant, & illud ex-  
crentur,

Dan. 2.

Dan. 4.

Ecccl. 10.

Iob 19.

August.

**A** crentur, per quod mors intravit in orbem terrarum. Sicut etiam patibulum relinquitur, in quo suspensus malefactor est, & funis ex eo pendens, ut homines timeant, ac delicta non perpetrent. Ita etiam licet per penitentiam David deleuerit peccatum suum, nihilominus filius moritur, & Absalon in eum surgit, ac regno priuat, & uxores illius dehonestat, ut omnes homines in eo suppicio discant, quantu[m] malum sit in Deum peccare, & illud caueat. Audi prauorum ingenium, quod Sapientia explicat, cu[m] ait. *Quasi per visum stultus operatur seculi s. quasi nihil mali ageret, sic homo peccat, quasi Deum ligneum offendere, sic eum despicit, quomodo ergo homo edoceri debet de summo peccati malo? quis illud explicabit?* Num ad hoc verba

Prov. 10.

**B** satis erunt? Certe sapienti satis esse debuerunt. Sed insipienti quis docebit? Certe mors, & vniuersa corporis mala, quae propter peccatum veniunt. Sicut enim sapiente in ministerium, cu[m] errat, satis est, si verbo corripias, ac occasias at insipientis indiget tortura, & flagellis, sic hominis tanta stultitia est, ut necesse fuerit, edoceri eum de peccati malo per mortem, & innumeraria eius mala. Vis nosse o[mn]i homo, qui per risum operaris seclus, quantu[m] malum opereris? Attende. Pominum vnuim sortiuit Adam peccato admissio, & ipse morti addicatus est, & in numeris laboribus, nec ille solus, sed vniuersa eius posteritas, attende innumeratas mundi miseras ab initio mundi, dolores, ægritudines, paupertates, ignoranias, mortes, & omnia de-

**C** mique mala, haec omnia supplicium sunt illius transgressionis. *Ad. 1.*, nec tot, tantæque penæ satis fuerunt, ut vltio diuina cessauerit, quia in fine usq[ue] mundi haec mala durabunt. Tatum malum peccatum est, ut vnum peccatum haec omnia mala in mundum induxit, quia vt Paulus ait. *Per unum hominem peccatum, et per peccatum mors.* Sumus ergo nobis cauendum peccatum est, sicut enim innumerata mala in mundum induxit: ita infinita mala tibi parat in æternum in inferno subeunda.

Rom. 5:

Secundò relictæ mors est, & passiones, etiæ ablato peccato, in hominum meritum, & gloriam. Si mors non esset, vbi fuisset gloria martyrum, meritum confessorum? Si passiones sustinendæ non essent relictæ, vbi essent præcipua sanctorum

xviij

R 2

merita,

## In morte

merita, quæ potius ab his, quæ sustinuerūt, quam ab his, quæ A  
egerunt, collecta sunt. Præcipue verò hæc relinquere oportuit  
cum Christus passiones, ac mortem sustinuerit pro nobis, vt  
ea nos compescere pro modulo nostro possimus, cum eadem  
patimur eius causa, ac eum imitari in morte, & passionibus su-  
stinentis. Fœdum enim militi esset, si videret Regem, ac du-  
cem suum in bellum procedere, & primum se obuum hosti-  
bus præberet in primo certantium agmine, ipse verò in tento  
rio manere vellet ludo, & commissationibus vacans. Cū ergo  
decreatum Dei fuerit conuenientissimum, per Christi mortem  
nos redimere, & ille ad hostes primus prodierit, fortiter pu-  
gnauerit, ac sanguinem fuderit, iure nos in eandem procede. B

Heb. 12.

re dehinc pugnam. Sicut nos monet Paulus. Deponētes om-  
ne pondus, & circumsans nos peccatum, per patientiam curramus ad  
propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidem, & con-  
summatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, &c.  
Licet ergo nobis relicta mors, & labor sit, cum tanto tamen  
fœnore meritorum relinquatur, vt dolendum nobis non sit,  
sed potius gaudendum.

Cum deniq; vita misera nobis relicta sit, æruminis plena,  
optanda, & expetenda nobis mors est, quæ finis est laborum,  
& hominis requies. Mirum hoc in morte est, quod supplicium  
fuit, quod homini Deus comminatus est, & simul medicina  
est omnium malorum, quæ incurrimus per peccatum. Sicut  
etiam comminari soles amicum dices, caue, ne ista comedas: C

Gen. 2.

si enim comedederis, flebotomias, & purgationes sustinebis,  
illi enim minaris, propositis medicinis, quæ malum depellent.  
Ita tanquam supplicium comminatus est Deus Adæ, in qua-  
cunq; hora commederis, morte morieris. Sed eandem mortem  
medicinam malorum ostendit, cum ait. In sudore uultus tui ues-  
ceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia  
puluis es, & in puluerem reuertaris. Quibus verbis mortem con-  
stituit malorum terminum, ac remedium. Hinc sit, vt mors sit  
liberatio hominis à carcere, carcer enim animæ corpus est. Et  
ideo Simeon è carne discessurus ait. Nunc dimittis seruum tuum  
Domine, secundum uerbum tuum in pace. Qui se dimitti dicit, car-  
ceri mancipatum ostendit. Ut vero id explicemus. Attende  
triplex.

Luc. 2.

- A** triplex esse genus habitaculi, vel domus. Est enim domus, *simile*. quæ regia dicitur, vel palatiū: est etiā domus, in qua conuenienter habitas, & est domus, quæ carcer est, in qua habitas quidē, sed multis in cōmodis percessis. Audi ergo triplicem corporis humani statū, ex quo disces triplex huius habitationis genus. In statu innocētiæ corpus animæ erat domiciliū aptum: non quidē ita vile, vt carcer dici posset, nec ita pulchrū, ac magnificū, vt regia possit appellari, aut palatiū, sed ita dispositū, vt conueniens domus eslet. Si in eo statu homo perseveraret, opus non eslet, vt domus destrueretur, vt regia ædificaretur: sed sicut domū tuam ita aliquando ornas, & perficis, vt palatiū conficias, ita gloria ornaretur suo tempore corpus, & regia efficeretur, sine villa sui destructione. Peccauit homo, data est ei domus propria in carcerē, & corpus, quod prius domus apta, ac conueniens animæ erat, ubi sine ullo labore versabatur, nunc carcer est ęrumnosa, ac vilis, & multis incommodis affecta: attende corpus tuū, & omni ex parte carcerem animę compries. Carcer habitatio est vilis, obscura, fœda, ac foetida, incommodisq; plena, hęc omnia corpus habet. Vnde Sap. 9.  
**B** efficeretur, sine villa sui destructione. Peccauit homo, data est ei domus propria in carcerē, & corpus, quod prius domus apta, ac conueniens animæ erat, ubi sine ullo labore versabatur, nunc carcer est ęrumnosa, ac vilis, & multis incommodis affecta: attende corpus tuū, & omni ex parte carcerem animę compries. Carcer habitatio est vilis, obscura, fœda, ac foetida, incommodisq; plena, hęc omnia corpus habet. Vnde Sap. 9.  
**C** intras nō voluntate tua, & ex his similiter iussu prætoris, ita in corpus anima intrat, ac exit, cū Deo placet. Sicut in carcere est cancellū ferreum, per quod negotia tractas, recipis, ac das, ita anima per foramina sensus recipit omnia, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: & ideo spiritualia nō percipit directè: voluntas etiā in carcere est, ait enim. Nō quod uolo bonū, hoc ago, sed quod odi malū illud facio. En voluntate vinculis huius carceris impeditā. Memoria etiā impedita est, fragilis, ac ita breuis, vt similis sit breui pallio, quod te totū operire nō potest, sed si hac te tegis, illac nudus relinquoris: ita memoria se habet, si hęc retinet, illa obliuiscitur. Corpus ergo carcer est animę. Vt verò ex carcere regia fiat, opus est, carcerē euertere, ac omnino destruere, & ideo anima exire à corpore iubetur in morte, vt carcer destruatur, & in resurrectione palatiū, & aula regia fiat, non ergo omnino corpus destrui dicuntur, quia ideo destruitur, vt melius surgat, nō ergo in destruktione sicut ē dum, sed in reædificatione, & ideo bonū est iusto, Rom. 7.

## In morte magni Principis.

vt cadat, sic enim melius resurget. Sed nobis, quidem dolendum tanto amissio Princeps, qui nos protegebat, vt cum Hieremia clamare possimus. Vide Dñe quid acciderit nobis, pupilli facti sumus absq; patre. An non pater patriæ rex erat, pupilli ergo relicti sumus: & deinde his annis abstulit omnes magnificos, & electos nostros, vt ex Hieremia initio diximus. Multi enim Principes viri his annis deceperunt, quorum sicut vita utilis reipublicæ fuit, ita mors est maximi causa doloris.

*Thren. 2.* Hierc. 47. **A** Ut cum Hieremia clamare possimus. O mucro Dñi usquequā non quiesces! Ingredere in uaginam tuam, refrigerare, & sile. Quo modo quiesceret cū Dñs præcepit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimæ eius regiones, ibiq; condixerit illi? Propter peccata nostra mucro Dñi nō quiescit, sed liberè debachatur in magnificos nostros, cessent ergo peccata, & cessabit gladius. Defuncto vero Principi tanto gratulemar, quoniam de carcere exiuit, & opera eius pia, aciusta sequuntur illum, quorum numerū multis verbis exprimere nō possumus: vnde licet mors spoliauerit eū corona, & regno corruptibili, sed percepit immarcessibilē coronam, & incorruptā. **B** Quia vero aliqua purganda solent in hac vita relinqu, quæ igne purgatorij mundatur, & orationibus, & oblationibus nostris, eū nos iuuemus, vt par est, &c.

**C** Similiter vero nos ex hac morte discamus, morituros nos esse sine ullo dubio: licet enim in omni morte id discere possumus, sed præcipue in Principi morte. Cū enim pauper moritur, possit cogitare, vel fame, miseria, aut mala curatione, aut in medicinarū defectu mortuum esse, at cū is moritur, cui omnia suppetunt, manifestius relinquitur, nullū à mortis imperio liberū esse. Et cum Princeps moritur, viuens mundus mori videtur, quia moritur, ac deficit quidquid est in mundo, quia concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ, omnis deniq; diuitiæ, fastus, delitiae, celsitudineq; deficit. Ideo fratres, nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt, quæ citò pereunt, &c.

**CON-**

A



## C O N C I O.

In exequiis præcipue Religiosi, &  
& perfecti viri.

T H E M A.

*Melior est dies mortis, quam dies nativitatis. Melius  
est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiij,  
in illa enim finis cunctorum admonetur. Ecclesiast. 7.*

B

**I C T V M** Hoc paradoxa videtur, & certè  
mirabile est, cum morti tituli dentur, ac cogno-  
mina diuersa valde. Dicitur enim pallida, horri-  
bilis, tetra, crudelis. Sed consuetum est, veritates  
altissimas differre à vulgi sententia. Nihilomi-  
nus mirabile dictum hoc est, melior est mors vita. Quòd si id  
dixisset homo pauper, æger, qui multa pataretur, non adeò  
mirandū esset, ei enim mors optabilior uidetur, quā vita. Vn-  
de Sapiens: *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, &*  
*qui minoratur uiribus, &c.* Sed hoc dixit Salomō, qui omnibus  
ditiis, & delitiis abūdauit, qui vitā duxit felicissimam, in cu-  
ius diebus non fuit occursus malus, neq; Satan.

Eccles. 41.

C

Certè si ea, quæ exterius in morte apparent, attendas, ti-  
menda, & fugienda uidetur mors, non vitæ præponenda est  
enim mors vniuersale malum: & ideo dicitur omnium ter-  
ribilium terribiliſſimum. Si enim oculis, auribus, aut pedibus  
priuari, malū est, quomodo non pessima mors erit, quæ omni-  
bus bonis priuat? nec enim relinquit homini oculos, manus,  
pedes, filios, substantiā, omnia aufert, maximū ergo malū est.  
Confirmat verò hanc rationē timor mortis, qui fuit in Christo  
Dño, qui cum in pugnā descenderet cū hominū amore, tam  
aere fuit bellū, ut coepit pauere, & tædere: & licet perfecta  
charitas foras miserit timorem, & eum superauerit, sed cum

R 4 exiit

## In exequiis præcipitè Religiosi,

exiit timor , multum sanguinem secum tulit, ut factus sit su- A  
dor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Campus  
quidem relictus est amori, ostensum tamen est, quantum  
malum mors sit, quando eam sic Christus timuit. Si etiam  
ab omni homine inquiras, quid illi melius sit, dicet: Vita me-  
lior est morte. Sed hoc certè homo dicet, quia carnem consu-  
lit, & carnem non plenè edo. Etam de ea re, quæ illi magis cō-  
ueniens est, sed quæ tantum præsentia considerat, nunc verò  
caro videt, per mortem se amittere sensus, & ea, quæ in mun-  
do sunt, & ideo eam dicit horridam, tetram, amarā. At si spi-  
ritum consuleres, alia ei nomina daret. Vnus filius natus est,  
& Rachel eum dicit filium doloris. Iacob verò filium dexte-  
ræ.

Gen. 35.

Diuersa omnino nomina, secumq; pugnantia. Ita caro B  
mortem appellat tristem, & inimicam, spiritus verò exulta-  
tionem, & gaudium, ac maximum lucrum. Nec in hac re so-  
lum diuersa nomina caro tribuit, quām spiritus, sed & in plu-  
ribus aliis, nam miseriam mundi diuitias appellat, & spinas  
dicit voluptates, virtutē dicit amaram, ac tristem, curā salutis  
scrupulū, pœnitentiam dicit rigorem nimī: ita mortem dicit  
supremā miseriam. Sed consulenda, & audienda caro nō est.  
sed ille, qui ait. Ego veritatē dico vobis. Hic verò ait morten-  
sommū esse, & quietem, Dñi aduentum, despōsationis & nu-  
ptiarū diem, finem laborū, initium quietis. Huic ergo creden-  
dū est, ac dicendū: Melior est dies mortis, quā dies nativitatis.

Sed cū omnis res per causas cognosci debeat, melior profe- C

ctò videtur vita esse morte. Vitā enim Deus fecit, sic enim in

Genesi dicitur: *Inspirauit in faciem eius spiraculū uit.e, & factus*

*est homo in animam uiuente.* Et Psal. ait. Quoniam apud te est fons

*uit.e.* Mortē verò Deus nō fecit, sed peccatum illius causa est.

Hinc Sapiēs. Deus mortē non fecit. Impij autē vocibus, & ma-

nibus accersierunt illā. Et Paul. Per unū hominem peccatū intra-

*uit in mundū, & per peccatū mors.* Ergo melior erit vita morte,

sin autē melius esset opus peccati quā Dei. Respondetur. Si

vita esset talis, qualis à Dei manibus processit, & mors qualis

à peccato, & homine processit, sine dubio argumentum con-

uinceret, & melior esset vita quā mors. At nunc vita non est

qualis à Deo processit, nec mors qualis ab homine, & pecca-

Gen. 2.

Psal. 35.

S. p. 1.

Rom. 5.

to fec

A to, sed potius vita est talis, qualis à peccato prodiit, & mors qualis à Christi manibus prodiuit, & ideo nunc melior est mors quā vita. Sed expositione ea, quę dicta sunt, indigent.

Si vita esset, qualis eā Deus fecit, melior esset morte. Quia Deus vitam fecit puram ab omni labe, fine vlo peccato, inno  
eentem, rectam, absq; vlo dolore, ac miseria. Hæc vita potior est morte. At vita nunc non est huiusmodi, sed qualis redditum est ab Adamo, & peccato. Vnde est plena peccatis, ærūnis, atque miseriis. Et certè in ea nihil dulce est, sed omnia amara. Quod si quid dulce apparet, non eò est, quòd dulce sit, sed quia inordinatus appetitus efficit, vt dulce appareat. Sicut in Psalmo dicitur: *Vt suggesteret mel de petra.* Aquam enim de petra scaturisse, scriptura testatur, sed mel dicitur, quia sicuti populo mel apparuit, satis enim efficit, vt aqua mel videretur:

B cum verò satis sedata fuit, & aquam bibeant, videbant, aquā esse non mel. Ita profectò nobis miseris accidit, in vita hac misera nihil dulce nobis reliquit peccatum, omnia in amaritudinem conuertit, omnia sunt velut aqua maris falsa, insulsa, & misera cuncta. Sed vnde aliqua dulcia videntur? Certè non quia talia sint, sed quia inordinate aliqua appetitis, & satis, dulcissima apparent. Vis manifesta experientia nosse, hæc dulcia non esse, vsque ad satietatem hæc sume, & tunc ea considera, & nihil inuenies dulcedinis, si ea sumere volueris. Ita Salomonis accidisse, ipse testatur, cum ait: *In his omnibus hoc unum reperi, uanitas uanitatum, & afflictio spiritus.* Dulce tibi appetit regnum, & potestas imperij, consule reges, & mun-

C di dominos, qui satiati ea aqua sunt, & dicent tibi illud Job. 26.

*Gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* Videbis cor eorum amaritudine, & felle plenum, fel draconum vinum cornu: & vba eorum vba fellis, & botri amarissimi. Calix eorum Babylonicus calix est, exterius aureus, intus verò plenum veneno, & abominatione. Sed quid ab aliis experientia querimus, qui quotidie id experimur? Putasti aliquam rem mundi tibi dulcissimam fore, sumpsisti illam, satiatus es illa, fastidium tibi statim ingenerat. Ergo non illa dulcis est, sed satis tua eam dulcē fecerat, quia quādiu durat inordinatus appetitus, dulcis apparet, cū verò ordinatur appetitus, dulcis nō

Apoc. 17.

R. s. est.

## In exequiis præcipue Religiosi,

est. Si ergo in vita nihil bonum, dulce nihil, & plura mala, & **A** incommoda sunt, & temporalia, & spiritualia, quid mirum si appetenda non sit. Ecce qualis vita peccato relicta sit.

Nec verò mors est, qualē eam reliquit peccatum, sed qualē Christus, cū eam suscepit. Mors quidē, vt à peccato processit, mala est, quia est amissio omnium bonorum, principium inferi, & æternæ mortis. At verò suscepit mortē Christus, & fecit eā laborum requiem, initium æternæ vitæ. Et ideo mortui

*Apoc. 14.*

*Simile.*

*Ofee. 13.*

*1. Cor. 15.*

beati dicuntur: *Beati mortui, qui in Dño moriuntur, modo iam dicit spiritus, ut reuiscant à laboribus suis.* Amisit mors Christū impetens vires, & arma. Et ei accidit, quod Plinius ait apī accidere, quæ si in mortuam carnem aculeum infigat, viua manet, & carnem aculeo transfixam putrefacere facit. At verò si **B** in carnem viuam aculeum immittat, ipsa protinus moritur, & aculeum amittit. Prius mors arma sua acuerat, & in corpora per peccatum mortua fæuierat, & sic fiebat, vt mors viua maneret, ac potens, corpora verò hominum putrefierent. At verò cum Christum percussit, qui vita est per essentia, amisit aculeum suum, & mortua est. Hinc ad eam per Prophe tam ait: *Ero mors tua, ô mors.* Et Paulus. *Absorpta est mors in uictoriā, ubi est mors uictoria tua?* *Vbi est mors stimulus tuus?* stimulus autem mortis peccatum est. Victoria mortis in hoc erat, quod nos in æternam mortē ducebatur: id verò efficiebat peccato tāquam stimulo. Quid Christus fecit? Abstulit peccatum, quod erat stimulus mortis, & reliquit illi solum mel absq; stimulo, abstulit uictoriā, dum fecit, vt que nos ducebatur in æternam mortem, nos duceret in æternam vitam: iam ergo mors sine armis, & stimulus est: iam nobis proficua, & æterna salutis causa, quid mirum si melior sit quā vita misera? Cura ergo ô homo peccatum tollere, & mors tibi nocere non poterit, sicut nec apis sine stimulo. Imò erit tibi, quod fuit leo Sampsoni, in cuius ore mel inuenit, quia in morte vitam inuenies. Iam ergo mortis regnum ablatum est. Vnde Paulus ait. *Reznauit mors ab Adam usque ad Moysen.* Iam ergo non regnat. Diuus Thomas in ea verba Pauli ait. Dupliciter illa posse accipi. Primò, vt ea intelligit D. Ambrosius, vsque ad Moysen exclusuē. Quia in lege naturæ non intelligebat homines

*Rom. 5.*

*D. Tho.*

*Ambros.*

**A** homines Deum esse peccatorū vltorem: & ideo liberē peccabant, & ferē omnes in infernum descendebant: ideo mors dicitur super eos regnasse. Lege verò data, intelligētes homines Deū peccatorū vltorē, multi peccata vitabant, & cœpit mui mortis regnū sublatis plurimis peccatis. Et ideo ab eo tempore mors somnus dictus est. Sic sāpē Scriptura ait: *Dormiuit cum patribus suis.* Sic etiā Paul. ait. *Nolo uos ignorare fratres de dormientibus.* Quomo lo ergo nūc dicenda mors est? Si cum in limbū homines ducebat, somnus dicitur, quomodo appellāda est, cū in cælum ducit. Secūdō ait D. Tho. ea verba usque ad Moysēm accipi posse inclusiūe, vt sit sensus, regnauit mors toto tempore legis naturæ, & Moysis, quia homines prohibuit ab introitu cæli: iam verò ianua cæli aperta non regnat, quia peccato sublato patet introitus in regnum cælorum. Cura ergo o homo à peccato liber esse, & mors tui non dominabitur: imò desiderabilis erit, quoniam via in vitam est.

1. Thess. 4.

Sed ut veritas illius, quod diximus, melior est dies mortis, quām dies nativitatis, planior fiat, probandum est, qua ratione corpori, animæ, & composito sit conueniens, si enim id ostenderimus, manifestè veritas illius dicti apparebit.

Primum corpori conueniens est, licet enim perdi videatur morte, sed non perit, sed seminatur, ut multiplicetur. Nec verò malum est grano, si seminatur, sic enim multiplicandum est: ita vero corpori accidit, & hoc exemplo probat Paulus mortuorum resurrectionem.

1. Cor. 15.

*Inspiens, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur.* Vis videre corporis seminati multiplicationem? Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in uirtute, seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Sicut ergo grano sīnapis malum non est seminari, quia cum minimum sit, seminatum crescit in arborem grandem. Ita corpus hominis vile, corruptibile, ignobile surget omni ornatum gloria: bonum ergo ei est, si leminetur. Sed forsitan, non videtur conueniens, quod corpus mortuum semen dicatur. In semine enim, quādam vis naturalis abscondita est, qua surget multiplicatum, at verò corpus foetidum, quā habet virtutem, ut surgere possit.

## In exequiis præcipue Religiosi,

D.Tho.

possit? Respondet D.Thomas. In corpore quidem licet sit A potentia, & appetitus ad animam, sed vis nulla, ut resurgat, attamen merito semen dicitur, quia corpus illud cum reperi-  
etu ad bona, vel mala, quæ gessit in vita, secundum diuinam or-  
dinationem ordinatum est ad resurgentium in tali, vel tali sta-  
tu gloriae, vel poenae. Non ergo considerandum est solù cor-  
pus emortuum, sed attendendum, illud suisse animæ instru-  
mentum ad virtutis opera, vel etiam peccati, & hic respectus  
semper in corpore illo manet, & propterea surget iuxta me-  
ritum suum, & hac ratione merito semen appellatur. Corpo-  
ri ergo expediens mors est, ut melius surgat, sicut etiam som-  
nus ei expediens est, ut fortius surgat in opera. Et hac ratio-  
ne, ait Eucherius tanta cura Deus custodiri voluit lignum vi- B  
tæ, dicens: Ne ergo sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum,  
eiiciatur de paradiſo, & Cherub igneo gladio viam eius custo-  
diat, non quidem inuidit Deus hominum vitæ, sed misericor-  
diter eis prouidit, ut misera vita finem acciperet, ut meliorem  
reciperent. Summa ergo custodia lignum vitæ seruatum est,  
quia adeò vitam desideramus, ut nihil possibile intentatu re-  
linqueremus, ut mortem vitaremus: id vero nobis expediens  
non erat, nec ipsi corpori, cui seruata vita potior est, quam ea,  
quam nunc tantopere cupit.

Animæ vero, quæ sit mors conueniens, facile ostendemus.  
Quid enim corpus est, nisi animæ carcer? Ideo Sapiens ait. Cor-  
pus, quod corruptitur, agrauat animam, & deprimit sensum mul-  
ta cogitantem terrena inhabitatio. Vnde ab ergastulo corporis C  
eruta anima liberius exercet opera rationis, etiam secundum na-  
turam. Ut probat D.Tho. 1.p.q.90.artic. 2. Verè corpus car-  
cer est. Et ideo Psalmus ait. Educ de custodia animam meam ad con-  
tendum nomini tuo. Nec enim sua vincula ferrea hic desideratur.  
Audi Iob dicentes: Posuisti in neruo pedem meum. Sed ex his, qui  
carcere detinentur, quidam omnino liberi procedunt, quidam ve-  
ro in aliquam poenam, quidam vero in mortem. Ita omnino à  
corporis carcere quædam animæ procedunt in cælum, & horum  
mors preiosa dicitur in conspectu Domini. Ita è carcere processit  
Pincerna Pharaonis. Quædam vero anime alicui poena obno-  
xiæ procedunt, quæ s. in purgatoriū veniunt. Quædam vero in  
necem,

Sap. 9.

D.Tho.

Iob. 13.

Psal. 115.

Gen. 40.

**A** necem, vt Pistor Pharaonis, & in mortem æternam. Quo ob seco dolore tangitur homo, cum procedens à carcere videt iumentum, quo ducendus est in furcam, præconem, cymbalum, & iudicem ac carnificem? Sed quo dolore peccatoris anima dolebit, cum procedēs à corpore videat inferni carnicies sibi paratos, ignem æternum, in quo ardebit in saecula?

Secundo optimum est animæ à tali exire corpore, propter tentationes, & discrimina, quæ à corpore patitur, à quibus in morte eripitur. Vedit Sara Ismaelem ludentem cum Isaac, & ait ad virum suum. Eifice ancillam, & filium eius. Quibus verbis spiritualiter petitur, vt caro, & eius appetitus foras mittatur. Sed quid nam mali erat ludus ille? Certe docebat Ismael

Gen. 21:

**B** Isaac idola colere, & coram eis saltare, hic ludus erat, vt etiam colligitur ex illo. Sedit populus meus manducare, & uiuere, & surrexerunt ludere, idest, idola colere. Ludus hic ferendus non est. Quid, obsecro, aliud docet, & suadet corpus animam, nisi idola colere, quæ mundi sunt sapere, ventrem deum habere? Ferendus ne ludus iste est, & non dicendum: Eifice ancillam, & filium eius? An non sic Paulus ait. Quis me liberavit de corpore mortis huius? & hac de causa se vocat infelix. Infelix ego homo. Ideo caro nobis odienda est. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Sed non satis erit eius appetitu non consentire? Non satis id est, ait Chrysostomus in eum locum, sed quemadmodum cum tibi aliquis

Rom. 7:

Io. an. 12:

Chrysost.

**C** inimicissimus est, vultum eius ferre non potes, nec vocem audire, ita tibi cum carne agendum est. Indignatur Eliseus in Ioas, quia tres sagittas duntaxat contra Syriam misit, vellet quidem, vt vniuersas misisset sagittas, sic enim eam penitus deleret: ita indignatur Deus in eum, qui contra carnem paucas mittit sagittas, omnes enim mittendæ sunt, vt penitus prauus eius appetitus deleatur. Sumè oderis carnem tuam, & nulla maneat sagitta, quam aduersus eam non iacias. Bonum ergo animæ est à tali corpore liberari. Interroga ab anima à corpore exuta, an velit iterum corpori iungi. Et dicet, opto quidem socium corpus, tanquam pars, sed nō corpori huiusmodi, sed longè diuerso, si non natura, saltem conditione. Vis id nosse experientia? Audi Samuelem suscitatum à Pythonisa dicen-

4. Reg. 13;

tem

## In exercitiis præcipue Religiosi,

tem Sauli. Quare me inquietasti, ut suscitarer? Reditum ad **A** corpus dicit inquietem, cum fiendum in caelo anima esset.

simile.

Samuelis id dicit: Sicut ergo puer plorat, cum egreditur ab utero matris, sed cum semel exierit, in uterum nulla ratione reuerti vellet.

Hiero.  
Strabo.

Ita nos ploramus, dum morimur, sed si semel exuta à corpore vili anima, ad illud reuerti oportet, nullo modo id pateretur, quia esset quasi in uterum regredi. Hieronymus, Strabo, & alij referant, apud Indos Philosophos

foisse Brachmanos dicentes: Vitam esse tanquam foetus in utero concepti vigorem quendam maturescensem ad partum: mortem vero esse diem natalem ad illam veram felicitatem, non omnibus tamen, sed iis, qui hic recte fuissent philosophati.

Et ut ad mortem se pararent, habebant sepulchra aperta pro foribus domorum, ut mortis memoria bene philosopharentur, & vitam probè dirigerent. Et recte, quoniam in his, quæ ordinantur ad finem, regula sumitur ab ipso fine, cum ergo mors finis sit, ut recte viuas, viue tanquam mortiturus.

Eccles. 7.

Ideo Sapiens ait, in illa finis cunctorum admonetur, & viuens cogitat, quid futurum sit. In hoc sensu Plato ait, vitam sapientis esse meditationem mortis, id est, meditatio mortis efficit vitam sapientem.

Sicut ergo nauclerus in puppi nauis sedet, ut eam gubernet, & dirigat, puppis vero extremum est nauigii, sic ex mortis consideratione recte tua gubernabis.

Hierc. 18.

Composito vero mors conueniens est, licet enim dissoluatur, sed eo corruptitur, ut in perpetuum postea consolidetur. Ma-

lum quidem videtur illi vasi, apud Hieremiam, quod frangatur, sed vere bonum illi fuit, quoniam melius refectum est, quam fuerit ante.

Sicut ergo dissoluis, & frangis vas vetus, ut illud multò melius, & pulchrius efficias: ita corruptitur vetus homo, ut nouus, & gloriosus resurgat.

Licet vero vniuersis iustis bona sit mors, illis tamen præcipue optima est, qui perfecti sunt, & Deum totis viribus dilexerunt: Audi perfr. Etum Paulum, quid sibi melius arbitretur.

Mibi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quod si uiuere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam, in morte. Coarctor auem in duabus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne necessarium propter nos.

Philip. 1.

Miram

- A** Miram in his verbis charitatem Paulus exprimit. Ait enim. *Mibi uiuere Christus est.* Diuus Thomas in haec verba ait. *Vita importat motionem quandam, illa enim uiuere dicuntur, quæ ex se mouentur.* Et inde est, quod illud videtur esse radicaliter vita hominis, quod est principium motus in eo, hoc autem est illud cui vniatur affectus ut fini, quia ex hoc mouetur homo ad omnia, vnde solent homines illud appellare vitam suam, quod præcipue diligunt. Cum ergo ait. *Mibi uiuere Christus est.* Significat Christum a se summè dilectum, qui principiū erat omnium operationum ipsius. Addit vero, & mori lucrum, quia sicut infirmus lucrum dicit, quando salutem assequitur, quia vitam perficit: ita vita gratiae in gloria perficitur, ideo
- B** mori lucrum est: ei vero mors est lucrum, cui uiuere Christus est. Statim Paulus dubitationem ponit, quidnam eligat sibi. Quia uiuere in carne Christo, fructus est ipsi, quia sic Christum clarificabat in mundo, esse vero cum Christo multo melius, quid ergo eliget? Certe si se attenderet, mortem eligeret, quia ipsi lucrum est, & multo melius. Hinc iusti, ac perfecti illud arbitrantur optimum, si dissoluantur, & aiunt cum Paulo. *Cupio dissolui, & esse cum Christo,* & gaudent, cum ad sepulchrum veniunt, sicut gaudet querens thesauros, cum sepulchrum reperit, in quo solet thesaurus esse. Hinc Job. 3. *Qui expectant mortem, & non uenit, quasi effodiētes thesaurum, gaudentq; uehementer, cum inuenient sepulchrum.* In quæ
- C** verba Gregorius ait. Olim cum defunctis in sepulchris thesaure recondebantur: ideo thesaure inquirens gaudet viso sepulchro, quia certò nouit ibi esse thesaurem. Sic ergo perfectus vir gaudet in morte, nouit enim in ea inueniendum sibi thesaurem infinitum, Deum scilicet. Addit Gregorius. Qui fodiendo thesaurem querit, cum fodere altius coepit, ad laborem instantius inardescit, quia quo se thesauro abscondito iam iamque propinquare existimat, eo in fodendo enixius laborat. Sic vir perfectus, quo vicinior fini, eo est in operae ardenter. Hinc Paul. Non deferentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes: & tanto magis, quanto uiderius appropinquantem diem. Collectionem appellat Paulus unionem, ac charitatis officia, quia studiosius peragen-

Iob. 3.

Gregor.

Heb. 10.

## In exequiis præcipue Religiosi,

peragenda, quò magis morti propinquamus, sicut motus naturalis, quò termino propinquior, eo est velocior, quasi dicat Paulus. Thesaurum queritis, confodere ardenter debetis, quò viciniores illi estis. Quoddam certè sepulchrū in vita hac perfectus inuenerat, diuinam, scilicet, contemplationem, ut Gregorius ait in ea verba Iob: Sicut enim sepulchro absconditur corpus, ita anima absconditur in contemplatione. Quasi enim huic mundo viuimus, cum mente in eo foris vagamur, sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exteriorius in secreto internę contemplationis celamur. Vnde Psal-

Gregor.

Psal. 30.

Iob. 7.

Greg.

Galat. 2.

Phil. 1.

Psal. 83.

Simile.

ditur corpus, ita anima absconditur in contemplatione. Quasi enim huic mundo viuimus, cum mente in eo foris vagamur, sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exteriorius in secreto internę contemplationis celamur. Vnde Psaltes ait. Absconde eos in absconditus facie iuste à conturbatione hominum, &c. quia interna gustata dulcedine ab omnibus extetioribus anima recedit. Sed quia absconfio ista perfectè in morte comparatur à iusto in cælo, ideo mortem optat: & cù Iob ait. Suspenditum elegit anima mea, & mortem offa mea. Desperavi, nequaquam ultra iam uiuam. In quæ verba Gregorius ait. Omne, quod suspenditur, ab imis eleuatur. Anima ergo suspenditum elegit, cum in superioribus fixa, ab imis eleuatur. Sancti viri suspenditum eligant, quia desideria terrena deferentes, ad alta animum tollunt. Vis suspensum videre? Attende Paulū dicentem: Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus. Et iterum. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et ideo eleto suspendio, ontinuo sequitur: Et mortem offa mea. Quia ab omnibus terrenis eleuatus, dum cælestia non assequitur, suspensus est, ideo mortem optat, qua cælestia assequatur. Ait præterea: Desperavi, nequaquam ultra iam uiuam. Sunt enim iusti, qui sic cælestia appetunt, vt tamen à terrenorum spe minime frangantur, nec vniuersa terrena relinquant. Alij vero, vt perfectione assequantur, omnia terrena omnino relinquunt, hi desperare dicuntur, id est, omnino separari à terra. Sic ille fecerat, qui ait. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Qui cælestia appetit, & terrena non deserit, concupiscit atria Domini, sed non deficit. Qui omnia peritura relinquit etiam deficit huic mundo scilicet. Vnde nihil mundi ei dulce sapit, quia omnino ad cælestia suspirat. Sicut si cui Rex daret anulum suum in signum, vt ei traderentur Regna omnia Italiae, cum viam ageret, vt regna caperet, si in via detineretur, licet multis delitiis

**A** delitiis ei datis, non quiesceret, nec in eis delectaretur, donec regna ipsi promissa adipisceretur. Ita perfecti vident intra se pignus spiritus & aeternę hæreditatis, quod illis Deus dedit, de quo Paulus: *In quo credētes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pign' hæreditatis nostrae.* Et ideo quā libertat dulcia eis mundus offerat, non illis dulce sapiunt, omnia amara eis sunt, donec gloriam assequantur, &c. Ephes. 1.



## C O N C I O.

In exequiis viri illustris, ac fortis.

T H E M A.

*Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tangunt illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & estimata est afflictio exitus illorum, & ab itinere iusto abierūt in exterminium, & quod a nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace. Sap. 3.*

**B** E R B A Hæc difficultia sunt, Græca clarius sententiam exprimunt, sic enim habent: *Iustorum animæ in manu Dei sunt, &c & iter eorum a nobis contritio, supple estimata est, cum tamē illi sint in pace.* Quæ verba licet de omni iusto sint, qui in morte viam afflictionis, & exterminij capere videtur, illistamen singulari ratione cōuenit, qui bellum cū hostibus gerentes fortiter occubuerant, qui bello confecto merito in pace esse dicuntur, ad quam post bellum deuenierunt. Ut ista recte inspiciamus, & inspectis proficiamus, gratia nobis opus est, quam exoremus per Mariam.

Tractatio mortis iā hominis propria est, vt cū eo dūtaxat de morte tractandū sit. Quoniam ea, quæ supra homi-

## In Exequiis.

nem sunt, immortalia sunt, & ad ea mors non pertinet: A  
Quæ vero infra hominem sunt, in morte omnino pereunt,  
nesciuntque quid mors sit. Sermo ergo de morte proprius  
est hominis, qui est animal rationale mortale. Inter omnia  
vero, quæ de morte dicere possumus, in viri iusti, ac fortis  
morte id conuenientius esse videtur, quod gratia mysteri-  
um magnū est, in quo illa singulariter elucet, quod cum  
sit naturæ adeo inimica mors, adeo odibiks, & horrida, &  
terribilium terribilissima, gratia tamen illam dulcem redi-  
dit, ac desiderabilem, ut iustus dicat: Mihī uiuere Christus est,  
& mori lucrum. Et iterum. Audemus, & bonam voluntatem ha-  
bemus, magis peregrinari à corpore, & praesentes esse ad Deum. Et  
viro sancto Ignatio de Loyola, id fuit familiare, ut quoties  
de morte cogitaret, se à lachrymis temperare non posset. B

Phili. 1.  
2. Cor. 5.

Greg.

Psal. 126. à morte incipiat fructus iusti, testatur Psaltes, cum ait. Cum  
dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini. Om-  
nis, qui dormit in morte, perdit hæreditatem, sed cum  
dederit dilectus mortem, ecce hæreditas Domini, quia  
electi Dei, cum peruererint ad mortem, inueniunt hære-  
titatem.

Sed inquiris. Quomodo tanta mortis terribilitas ablata  
est? Certè illud fecit Christus seruator noster morte sua.

Osee. 13. De qua re loquitur Oseeas Christi nomine dicens: De manu C  
mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua ò mors,  
mors tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab ocalis meis,  
quia ipse inter fratres diuidet. Adducet urentem uentum Domi-  
nus de deserto ascendentem, & siccabit uenas eius, & desolabit fon-  
tem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis uasis desiderabilis. Qui  
bus verbis expressit Propheta mirabilem Christi de mor-  
te viatoriam, nec de alia re audemus exponere hac verba,  
ait Hieronymus, cum de ea exposuerit Paules. Ait ergo,  
1. Cor. 15. Ego liberabo meos de manu mortis, & ero mors mortis,  
eam enim superabo, ero morsus interni, vel quia eum mor-  
debo,

Hierony-  
1. Cor. 15.

**A** debo, cum partem eius abstulero, sanctos videlicet patres, vel me mordebit infernus, ut Rupertus explicat, & sic humanum trajiciet, quo vincatur. Nunc quidem cōstristor, quia video mortem, ac infernū diuidere fratres à fratribus, sed veniet ventus vrens Christus, qui mortis, & inferni fontem ficcabit, peccatum, scilicet, & sic etiam venas arefaciens malorū, quæ à peccato procedebant, & ipse Christus diripiet thesaurum **Rupert.** **vasis** desiderabilis, id est, sanctos, qui in limbo detinentur, liberabit. Sine villa ergo fortitudine, ac viribus reicta est mors à Christo, a refecit venas eius, & ideo similis redditus est corpori, quod omnia cōsumptum est, solaq; retinet membrorum effigiem, iam carcerem limbi non habet, vt prius.

**B** Sed felicitas hæc iustis seruata est, de quibus Sapiens ait. **Iustus anime in manu Dei sunt.** Iustus appellatur is, qui probus est, quia se commensurat divinitate legi, & ideo se elaborat, ac elaborari permittit tanquam lapis, ut ædificio congruat, & ideo regula regulatur. Quia vt Petrus ait. **In quo & ipsi tanquam lapides uiui cōedificamini.** Deinde iustus dicitur, quia sic elaboratus ex iustitia dignus est æterna mercede. Hi ergo iusti in manu Dei sunt, id est, sunt Dei, & à Deo se regi patiuntur, de eis Deus agit, quæ ei placent, sicut tu de ea re, quam manu tenes. Et hac ratione etiam in iusto sunt dona Spiritus sancti, quibus anima redditur facile mobilis à Spiritu sancto ad opera maiora. Peccator vero Dei manum fugit, ab eo regi non vult. Imò ait. **Quis noster Dominus est?**

**C** Secundo: Iusti in Dei manu esse dicuntur, quia sicut illi Deo se tradiderunt, ita Deus singulari prouidentia eos resgit, ac tutatur. Vnde ait. **Nemo rapiet eas de manu mea.** Et **Ioan. 10.** ideo non tangit illos tormentum mortis. Peccatores quidem tangit tormentum mortis, quia inopinata eis mors aduenit, nec illam tunc expectabant, & ideo semper repentinus superueniet interitus, & **uiri sanguinum non dimidiabunt dies suos,** vt **Psaltes** ait, quia licet pluribus vi- **Psal. 54.** tant annis, putabant se plus victuros, & ordiuntur longas telas, nec putant vitam citio finiendam, & ideo

## In Exequiis.

- P 38. eis illud accidit. *Dum adhuc ordiner, succidit me.* Atque A adeo tangit eos tormentum mortis, quia multo plus viue-re vellet, ut cupitis fuerentur, & telas suas perficerent. Contra vero iusti quotidie expectat mortem, nec illis in opinata aduenit, & ideo non illos tangit illius tormentum. Hoc significat Psaltes, cum ait. *Norun fac mihi Domine finem meum.* Non petit David reuelari sibi diem mortis, sed tan-tum a Deo petit, ut mortem praecipuis semper habeat, quasi semper moriens, qui enim hoc agit, non intercipitur a morte, quia illam semper paratus expectat. Audi ergo nunc diuersitatem iusti, & peccatoris, & quomodo illum non tangat tormentum mortis, hunc vero tangat. Interrogo a peccatore, ut quid vitam longam vis? Dicet, ut vniuer-sas congregarem diuitias, ut ad supremum ascenderem ho-norem, ut omnibus fuerer delitijs. Dum haec agis miser homo, dum his intendis ad mortem non disponeris, immo vero quotidie minus aptus ad illam redderis, & ideo cum aduenerit, tanget te illius tormentum, discrucifixis, quoniam in manibus tibi aufert concupitas, & dicit, quo tu non vis, nec ad eam suscipiendam aptus eras. Sed audi iustum, ut simul videoas, qua ratione illum non tangat tormentum mor-tis. Ut quid viuere vis o homo? Dicet, ut Deo inseruam, ut plura merita acquiram. Certus ergo esto, concessurum tibi Deum eos omnes annos vita, qui tibi expedient. Et licet non plures annos vixisse videaris plures vixisti. Primum, quia in libris suis scripsit Deus tot annis te Deo obse-cutum, quot illi obsequi optasti. Et deinde logiturnitas vi-tæ promissa iusto est, quia licet consumetur in breui, exple uit tamen tempora multa, & ætas senectutis vita immacu-lata. Omne ergo, quod iustus vult, viuit, quia explet tem-pora multa, & eo usque viuit, donec in reatur gloriæ, ad quam a Deo prædestinatus fuit, ultra quam, cum quo pro-grediatur, non habeat, non tangit illum tormentum mor-tis, dispositus enim inventus est.
- C Sap. 4. Deinde iustus atcedit maxime, ac dolet discrimina plu-ri-ma in quibus in hac vita versatur, ea que pauet, ac ideo cum se liberari ab his per mortem considerat, gaudet. Videt se in

A se in hac vita esse tāquam in mari procellis agitato, in quo innumeræ tentationes, ac pericula sunt, in morte vero trā quillū inuenit portum, quo ab his omnibus liber sit, videt esse spiritū in carne tanquam in quo indomito, & effreni, qui nos ducit in præcipitia, à quo liberatur in morte, & ideo gaudet. Hinc Andreas cum eum à cruce populus deponere vellet, Domini um orauit. Tantū in hoc exaudi me ut à corpore liberer, satis mihi fuerit, quōd tot annis illud portauerim. Quid corpus est nīli animę cathena? inde vero ad regnum procedit iustus, sic Sapiens ait. Quōd et cetera cathenis q; interdū quis egrediatur ad regnū. An non cathenis tenetur anima iusti, cum ait. Non quod uolo bonum, hoc fa-

Eccles. 4.

Rom. 7.

B cione nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Vis orare & teneris cathena pigritia, vis cleemosy nam dare, & teneris auaritia. En ergo mortis vtilitatem, libertate te à peccatis, à temptationibus, à difficultate benè operandi.

Deinde iustus angitur maximē seruitute corruptionis corporis, & illius miseriis, à quibus morte liber fit. Hoc interest inter iustū, & peccatorē, quod inter duos captiuos, qui à barbaris capti sunt, quorum alter filius est regis, alter vero infimus de plebe. Filius regis vilibus mancipatus officiis deplorat maximē seruitutis damna, labores, famem, subiectionem, & reliqua, quę patitur, quoniam dignitatem suam novit, qua deberet omnibus illis imperare, cui subiici

Simile.

C cogitur. At vero infimus homo, qui in patria sua similibus obsequiis incumbebat, daimna seruitutis nō deplorat, quia nihil in seruitute nouum experitur. Ita omnino peccator, cum in corporis necessitatibus inseruit, cum creaturis inferioribus subiicitur, nihil dolet, quia in pecudem degeneravit, nihil altius sibi esse arbitratur, & ideo terrenis delectatur, & ait, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. At vero iustus, qui se Dei filium agnoscit, cum se videt vanitati subiectum, & à creaturis inferioribus me dicantem, & mala hic subeūtem, quid agat, nisi illud, quod Paul. ait. Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, vanitati enim Rom. 8. subiecta est non nolens, sed propter eum, qui subiectum eam inspe, quo D. Tho. niam ipsa creatura liberabitur aliquando à seruitute corruptionis suis.

## In Exequiis.

In spe glorie filiorum Dei. In quæ verba Diuus Thom. nomine creature iustos intelligit, qui ingemiscunt expectantes gloriam filiorum Dei, cum se vident mutationibus obnoxios, & temporalibus inferuientes. Fugiens Elias Iezab-

**A** 3. Reg. 19 Tolle Domine animam meam, melius est mibi mori. Et Tob. 3.

Iona. 4. Tob. 3. Et nunc Domine fac mecum secundum voluntatem tuam, & pre-

cipe in pace recipi spiritum meum, expedit enim mibi mori, magis quam uiuere. Et Ionas. Tolle animam meam, melius est mibi mori, quam uiuere. Et Job: Aperuit os suum, & maledixit diei sue, pe-

reat dies, in qua natus sum. Hinc Psaltes personam suscipiens, iusti morientis ait. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia

Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte. Id est à peccato oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapi, place-

bo Domino in regione uiuorum. Hæc vero præcipue locū ha-

bent in lege gratia, cæli ianua referata, quando mors non

solum malorum terminus est, sed gloria initium, quod summa

consolatio fidelibus est. August. libro de morte Chri-

stiana ait. Mors est pons, per quem transimus in vitâ æter-

nam. In veteri enim lege non sic iusti gaudere poterant la-

borantes, ac morientes. Hunc Job: Si sustinuero, infernus do-

mus mea est, quasi dicat. Si post tatos labores cæli ianua mihi

pateret, consolatione leuaret, at vero nunc etiam si plus

ra sustineam, & usq; ad mortem sperem in Deo, in infernum

descensurus sum, nec enim cæli ianua patet. Sed iam per

Christum ablatum est velamen illud, quod ante Sancta san-

ctorum erat expansum, vnde Paulus: Significante Spiritu

sancto nondum esse propalatam sanctorum uiam, sed iam æterni-

tatis aditum deuicta morte nobis referauit. Ideo ab Isaia

dicitur pater futuri sæculi, nam scriptura phrasu pater vo-

catur inuentor alieuius rei, vt. Tubal dicitur: Pater canen-

tium cythara. Et ideo à Christo cœptum est mortem san-

ctorum celebri die recolere, & natale appellatur. Et som-

nus ille quietus est, de quo Sapiens ait. Custodi legem meam,

eritque uita animæ tuae, si dormieris, non timebis, quisces, & sua-

nis erit somnus tuus, nec paucib; repente terror, Dominus enim

erit in latere tuo.

Deinde iustus induit viscera misericordia, tanquam ele-

August.

Job. 17.

Heb. 9.

Isai. 9.

Genes. 4.

Prou. 3.

ctus

- A Etus Dei, & cum videat innumera mala, quæ sub sole fiunt, tum peccatorum, tum afflictionum, angitur animo, & mortem optat, ne illa videat. Hinc Sapiens. Verti me ad alia, & Eccles. 4. uidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum uiolentie cunctorum auxilio destitutos. Et laudauis magis mortuos quam uiuentes, & fœliciorem utroque iudicauit, qui ne cum natu<sup>4. Reg. 22</sup> est, nec uidit mala, quæ sub sole fiunt. Hinc promittit Deus Iosiae tanquam ingens beneficium mortem, ne videat mala, quæ super Ierusalem ventura erant. Ait enim scriptura. Fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuū in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum istum. Summi dolores causa iusto est, cu[m] videt innumera mundi peccata, tum quia in Deum perpetrantur, cuius offensa sunt, tum quia mala hominis maxima. Hinc Psalm. Vidi prævaricantes, & tabescbam, quia mandata tua non custodierunt. Augēt vero dolorē istum mala poenæ innumera. Refert Hieronym. Xerxem illum antiquum regem, qui millia Hierony. milium militū in exercitu habuit, qui terror erat gētium, ex edito loco contemplatum vniuersos milites suos, fleuisse, ac dixisse, post centum annos nullus horum virorū fortium reliquus erit, qui morte non sit consumptus. Sed ex alta mente, ait Hieronymus, consideremus nos vniuersos mortales, eorum labores, ac dolores, & mortem deniq[ue] magisq[ue] flebimus, si qua viscera misericordia in nobis sunt, & C ne ista conspiciamus, mors op[er]anda nobis est.

Addit vero Sapiens: Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Duplex oculus in homine fidelis est, alter naturalis, qui oculos corporis, & animæ complectitur, alter supernaturalis, qui fides est. & hic oculus est, quo omnia intueri debet, ne decipiatur, reliqui enim oculi facile decipiuntur, sicut cum videatur baculus, cuius medietas est in aqua, qui contractus appetet, & stellæ, quæ parvae videntur, cum magnæ sint. Ex omnibus vero rebus, quæ magis fidei oculis indiget tractari, mors est, nec tamen sic tractari, ac inspici solet. Et ideo iusti mors, mors appetet,

## In Exequiis.

- ac dicitur, cum tamē nō sit mors, sed quies. V iſi sunt oculis A  
insipientium mori. Insipientes inimici sunt mortis, & ideo  
mortuos de domo, ac memoria cito citius eiiciunt, dicūtq;  
mors in domo nequaquam futura est, eiiciatur foras. Nec  
in irū, quoniam qui diligunt mundū, & ea, quæ in mun-  
**Pſal. 111.** dō sunt, videntes hæc morte finiri, eam mortem, & acerbā  
appellant: Peccator uidebit, & irascetur, dentibus suis fremet, &  
tabescet, desiderium peccatorum peribit. Homini ergo terreno  
mors est, quia est terminus bonorum ipsius, & ideo etiam  
putant iustos mori in morte. At verò fides quid dicit? Non  
**Pſal. 14.** mori iustos, sed viuere post mortem in pace, sic etiam Ioā-  
nes audit vocem de cælo dicentem, Beati mortui, qui in Do-  
mino moriuntur. Vox de cælo, non de terravox. fidei, nō hu-  
manæ sapientiæ illa est, quæ mortuum beatum dicit: Om-  
**Eccles. 38.** nis iusti labor, & mors non labor, & mors, sed quasi labor,  
quasi mors dici debet. Hinc Sapiens: Fili mi, in mortuum pro-  
duc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Non ait, dira  
passus, sed quasi dira passus, quia labor iusti, non labor, sed  
**2:Cor. 6:** quasi labor est. Hinc Paul. Quasi morientes, & ecce uiuimus, ut  
castigati, & nō mortificati, quasi tristes, semper autē gaudētes. Cu-  
ius rei rationem reddit Augustinus in Pſal. 48. Quia sicut  
bona peccatorum non vera, sed insomnia sunt, ita mala iu-  
florum insomnia sunt, non vera mala, ideo quasi dicenda  
sunt. Cum enim somniū narras, non aīs, videbā hoc acci-  
disse, vel me egisse, sed aīs, somniabam, quasi hoc, vel illud  
agerem. Sicut ergo peccatori vera videntur sua bona, cum  
**Pſal. 75.** insomnia sint, quia dormierunt somnum suum, & nihil inuenie- C  
runt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Ita etiam mors, ac  
labor iusti ei apparet uera mors, cum non sit.  
Sed interrogas, si haec mors vera non est, quæ igitur illa  
**Greg.** est? Respondeat Gregorius. Peccatum, quod animam oc-  
**Sapien. 16.** cedit, auferens spiritualem vitam, quia homo per malitiam  
**Apoc. 20.** occidit animam suam. De qua re Ioannes ait. Beatus, & san-  
ctus, qui habet partē in resurrectione prima, in his secunda mors nō  
habet potestatē, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi. Augusti-  
**August.** nus 20. lib. de Ciuitate Dei, cap. 6. & 7. ait. Primam re-  
surrectionem esse eorum, qui à peccatis resurgunt, & con-  
firmat.

A firmat ex verbis Domini Ioannes. 5. Venit hora, & nunc est, Ioh. 5.  
quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. In  
resurrectione ergo prima partē habet, qui à peccato in ius-  
titiam surgit, & in hos potestatem non habet mors secun-  
da, infernus, scilicet, ut ipse Ioannes explicat: Mors ergo  
peccati mors prima est, quæ quam sit mala, alibi explicui-  
mus, lege ea, quæ diximus in secundo tomo nostrarū con-  
cionum, Dominica decimaquinta post Pentecosten.

Diximus priuilegia mortis iustorum. Ex quibus quisq;  
sibi colligit illud, quod Balan ait. Moriatur anima mea morte Num. 23.  
iustorum. Sed quæ nam ista mors est? Audi cuiusdam mor-  
tem quam David magnificat, cum ait. Nequaquam ut moriso 2. Reg. 3:  
lent ignavi, mortuus est Abner. Manus tua ligatae non sunt, & pedes  
B tui non sunt compedibus aggrovati, sed sicut solent cadere coram si-  
liis iniquitatis, sic corruisti. Sed quæ nam est mors ignavorum?  
Illi profecto ignavi sunt, qui ad bellum venire nolunt  
sed domi manere, ac otiani, fortia vero, & egregia facta aliis  
relinquent. Quibus exprobat Prophetis Debora dicens:  
Quare habitas inter duos terminos, ut audiias sibilos gregum, Gas. Iud. 5.  
laad trans Iordanem quiescebas, & Dan uocabat nauibus. En igna-  
uos, qui ad prælium non ierant, sed re familiari occupati  
sunt, hi vero eos significant, qui ad pugnam spiritualē non  
veniunt, sed his, quæ sæculi huius sunt, occupantur. Et hi  
vt ignavi moriuntur, de quorum morte Iob ait. Morimur Iob. 4.  
tur, & non in sapientia, præmiserat vero, & quia nullus intel-  
ligit, in eternum peribunt. Manifestum est peccatores non  
C intelligere, & ideo in eternum perire, quia stultus pecca-  
tor est, & ideo damnatur. Et ideo Moyses ait. Utinam sapienter Deuter. 32  
rent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Sed quid est in  
sapientia mori, & in sapientia non mori? Certè is sapienter  
moritur, qui præmeditata morte, & ad illā paratus moritur  
ille vero insipienter moritur, qui secus se habet. Sapienter  
opus aliquod facit, qui sapientius, & consideratione adhibita  
fecit illud, qui ergo morte considerauit, qui sapientius cogita-  
tione sua mortuus est, qui Deum sibi deuinciuit obsequis, vt  
tunc ei præsidio sit, ille sapienter moritur, & non sicut  
mori solent ignavi. Addit David, Manus eius non sunt circum-

## In Exequiis.

ligatae, & quibus verbis fortē virum describit, qui ab hostiis A  
bus captus non est, nec in vincula cōiectus. Nobis vero sig-  
nificat iusti libertatem, in quā vocati sumus. Peccator ser-  
uus est & catherinis vincitus tenetur sicut Sampson, cum in

2. Timo. 2. manus incidit inimicorū. Hinc Paul. Ne quando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diabo-  
li laqueis: à quo captiuū tenentur ad ipsius uoluntatem. Hinc etiā

Isai. 52. ad Sion Isai. ait. Solue uincula collī tui captiuā filia Sion. Dia-  
boli mancipium peccator est, misera omnino seruitus, qua  
opprimitur homo à crudelissimo hoste: vincula vero, qui-  
bus eum ligat, peccata sunt, praua consuetudo, appetitus in  
ordinatio. His ita homo ligari solet, vt quasi iumentum du-  
catur ad diaboli voluntatem, & vt dicat, non posse se se à B  
peccato exui. Merito vero, qui sic in vita ligatus fuit ad

Matt. 2. bona agenda, in morte etiam ligatur, & ligatis manibus ac  
Galat. 5. pedibus proicitur in tenebras exteriores. Iustus vero li-  
ber est. Vos fratres in libertatem uocati estis. Manus iusti, qui-

bus operatur, pedes, idest, affectus non circunligatur, nec  
compedibus aggrauantur, facile enim virtutis opera præ-  
stat, & celestibus afficitur, ac terrena contemnit, & ideo in

Psal. 123. morte non ligatur, imò cum Psalte dicit: Anima nostra si-  
c ut passer erexit est de laqueo uenantium, laqueus contritus est, &  
nos liberatus sumus. Attende miseram seruitutem peccatoris,  
& iusti sortem felicem. Peccator à dæmonē tenetur pec-  
cato, & dum in peccato est eius tentationibus resistere nō  
valet, & i leō noua peccata perpetrat, & deum in infer-  
num truditur. Iustus vero à peccato liber, seruus iustitiæ,  
peccata facile vitat, & deum gloriam consequitur per  
mortem. Cuius rei vestigium etiam Ethnici assequuti  
sunt, nam Xenocrates Platonis insignis discipulus in li-

Xenocra. bro de morte ad amicum iam animam agentem ait, vitæ  
huius amissio à malo in bonum est transitus. Non in mor-  
tem, sed in ipsam immortalitatem migras. Illuc profici-  
cebis ab hoc carcere liber, ubi quieta omnia, & à tristitia  
secessateque se mota, ubi mendacis tutari se nemo  
potest.

Quia tamen Balan mortem iustorū optauit, vitam vero  
iusto-

- A** iustorum imitari noluit, quia mercede effusus est. Scindū nobis est, generalem esse regulam, qualis vita talis mors. Cum enim mors terminus sit vita, non mirum si ei respondeat, sicut calor calcinationi, ut ergo pretiosa iustorum morte consumeris, vitam iustorum tene, nugacem enim eum dices, qui viam in Romam se agere diceret, cum versus occidentem iter faceret, si moribus, & vita in infernum properas, quomodo in mortem iustorum, & gloria venies? Viae in honesti viae sunt inferi, ut ait Sapiens, p-  
des velocies ad malum quo pacto in cælum venient? Vis  
viam tuam corrigeremus? Mortis memorare jugiter. Hæc est aqua, quæ ignem concipi centiae extinguit, horologium  
quod nostra ordinat, speculum, in quo foeda nostra vide-  
**B** mus, & mundi vanitatem, & mendacia cognoscimus, si-  
cut cinere ostendit regi Daniel fallacias sacerdotum. Sic Dan. 14.  
enim Sapiens ait. Si multis annis uixerit homo, & in his omni- Ecclef. 11.  
bus lœtatus fuerit, meminisse debet tenebroſi temporis, & dierum  
multorum, qui cum uenerint, vanitatis arguentur præterita. Ideo  
sicut Moyses serpentis caudam, & Iacob Esau plantam  
tenet, ita Sapiens nouissima rerum omnium considerare  
debet, videbit verò omnium mundanorum finem lutum  
esse, & cinerem, & ideo nihil magnum putandum esse.  
An non sic Danielis statua erat, cuius licet initium aurum  
esset, sed finis, pedesque fictiles, & lutei? & hinc factum  
est, ut paruo lapide omnia comminuerentur, & in eine-  
**C** rem verterentur. Contemplare nunc hominem, qui maxi-  
mus sit in mundo, & eum orna his omnibus, quæ maxima  
videtur, ære, argento, auro, & omni lapide pretioso. Erexii  
statuam Danielis, sed licet eam omnibus ornaueris di- Dani. 2.  
uitiis, non potuisti pedes non luteos facere, quia vniuer-  
sa hæc fundamentum habent luteum, hominem, scilicet,  
ex vili factum limo. Hinc verò procedit, ut vniuersa faci-  
lē pereant, & in cinerem vertantur, & leuis lapis, vel  
etiam aër eum interimat. Quid ergo superbis terra, & cinis? Eccli. 10:  
An nō vir hic nobilis, ac fortis, similis fuit statuæ? Sed quid  
eum in puluerem vertit? Certè parvus calor. Nihil er-  
go putanda sunt omnia, quæ in mundo sunt, non enim  
fundata

## In Exequiis.

fundata sunt super firmam petram, sed super arenam, su-  
per fœnumq;. Et ideo impij in circuitu ambulare dicun-

*Psal. 11.* tur à Psalte, cum ait. *Impij in circuitu ambulant, quia sicut ro-*

*ta, quæ in circuitu fertur, in eodem loco semper est, nihil  
ambulando proficit, sed ubi mane fuit, ibi eam noctu repe-*

*ries. Ita peccator temporalia quærens nihil proficit, nihil  
acquirit, sed qualis mane in mundum intravit, talis nocte*

*Job. 1.* *mortis egredietur, nihil tulit, nihil auferet, sed cum Job di-*

*cet: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuetar*

*1. Timo. 6.* *illuc. Et Paulus: Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud du-*

*bium, quod nec auferre quid possimus. Iustus verò dicere po-*

*terit, omnia bona mea mecum porto, quia opera iustorum*

*sequuntur illos. Hæc ergo acquiramus, quæ nobiscum por-*

*tare possimus, non quæ nobis relinquenda necessariò*

*sunt, &c.*



## C O N C I O.

**In Exequiis (quas Hispanè Honras nun-**

**cupamus) defunctorum.**

*T H E M A.*  
*Melior est dies mortis, quam dies nativitatis. Eccl. 7.*



*S*Aliquo die orare liceret, quod diues epulo  
orauit Abrahamum, ut mitteret Lazarum in  
domum patris, ut fratribus annūtiaret, ac testa-  
retur illis, ne venirent in locum tormentorum,  
nūc id nobis orandum foret, ac petendus à Deo aliquis mor-  
tuorum, qui hodie concionatorem ageret. Solus enim is qui  
mortuus gustauit, de ea re. Ad agere potest. Reliqui non ut te-  
testes occulati, sed ut illi, qui solo auditu res perciperūt de  
morte loqui possūt. Vnde Sap. Qui nauigat mare, parvus per i-  
culat. Orem ergo, ut supleat gratia, quod experientia docet  
re poterat, eā vero nobis cōcedi postulem oratione Mariæ.

Tria

*Luc. 16.*

*Eccl. 43.*

**A** Tri a nobis in his funeralibus officiis occurant consideranda, & simul agenda. Primum, sacrificia, ac orationes pro anima offerenda. Secundum, honor, qui corpori exhibetur, dum ad illud honorandum conueniunt praecipue ciues luctuosis induit vestibus, & locus corporis ornatur a mulo, ac lucernis. Tertium denique fructus, quem ex proposta nobis morte colligere debeamus.

Primum ergo hac conuenimus, vt sacrificia, & orationes Deo offeramus pro defuncti animi, & hoc est praecipuum, quod hic agitur, quæ in utilitatem animæ cedant, & id eo, licet officium hoc honor dicatur à vulgo, melius diceretur utilitas defuncti. Sancti vero, & salubris est hæc cogitatio, pro defunctis exortare, vt à peccatis soluantur.

**B** 2. Mat. 12 Sicut author libri Machabæorum colligit ex facto pio Iude Machabæi, qui sacrificia, & eleemosynas misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum. Hæc vero praecipua sunt, ac potiora, quam cætus nobiliū, luctuosæ vespes, stemata, tque insignia, quæ hic videmus. Vulgo iactari solet, honor, & utilitas in unum non conueniunt. Quia non omnis defunctus capax est utriusque, multi enim defuncti honorantur quibus utilitas nulla prouenit, aliis vero utilitas, & honor prouenit simul. De qua re Augustinus in Enchiridion cap. 110. ait. Ne dubitandum est, defunctorum animas pietate suorum viuentium relevare, cù pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ fiunt. Sed non omnibus ista prosunt, sed eis, qui cum hic viuerent, sibi ut posse à prodessent, meruerunt. August.

**C** Luc. 16. Triplex enim hominum genus est, ait August. Primum eorum, qui non indigent viuorum suffragijs, quia in cælum statim euolauerunt. Ex quibus fuit Lazarus, qui in Abrahæ sinum ab Angelis statim portatus fuit. Cum vero pro his pia opera offeruntur in terra, gaudiū accidentale eis cumulatur in cælo, vident enim bona opera, quæ pro eis præstantur, & grati sunt eis, qui illa præstant pro eis orant, & ideo sine magna utilitate ista opera pia nunquam fiunt. Secundum vero eorum, quibus nulla bona opera prodesse possunt, quia in infernum descenderunt, ut diues epulo, quibus honor præstari

## In Exequiis.

præstari potest in terra, sed nulla ad eum peruenit utilitas. A

Psa. 138. Et licet eis præstetur honor, sed non nimius, de solis enim

iustis scriptum est: *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Vere  
nimis honoratur, hic in terris, & cælis, ab hominib⁹ & Deo  
honoratur, & qui cum honore simul utilitatem capit. Peccator  
vero non honoratur nimium, quia in terra solum ho-  
nor habetur, & sine utilitate, qua tamen non caret, qui pro  
eo pia opera præstat. Tertium eorum est, qui nec a deo bo-  
ni, nec a deo mali fuerunt, sed cum peccassent, poenitentia-  
tiam egerunt, non tamē plenam, & ideo in purgatorio te-  
nentur, donec eam pesoluant. Persoluitur vero sacrificiis,  
& piis operibus viuorum, quæ ideo suffragia dicuntur. De  
rationibus vero, quibus ostenditur, iuuādas à nobis defun-  
ctorō animas, plura diximus in tertio tomo concionum, in B

cōcione de cōmemoratione omniū fidelium defunctorū.  
Secundūm nobis hodie considerandum est honor, qui

corpori defuncto nunc exhibetur conuentu nobilium vi-  
rorum adhuc coacto, tumulo ornato, & luctuosis vestibus.  
Et hinc actus hic vulgo dicitur honor, vel honores defun-  
cti. Sed quorsum ista, cum ex eis anima utilitatem non ca-  
piat? Certe corpus honoratur defuncti, & hic honos ei de-

August.

betur, ac merito deferendus est: vt ostendit latè Augusti-  
nus in libro de cura pro mortuis agenda. Nec vlla natio  
ita defunctorum corpora honorat, ac Christiana. Olim  
corpora vel proiecabantur, vel cremabantur, sed Christi  
Ecclesia ea honorat, sepelit, & multis modis cohonestat, &

merito ait Augustinus. Quoniam corpus instrumentum C  
fuit animæ ad virtutis opera, & ideo sicut honor, & glo-  
ria in omnem animam hominis operantis bonum, vt Pau-  
lus ait, ita honor, & gloria corpori tribuenda est tanquam  
instrumento. Eo enim homo plura passus fuit, eo ieunia,  
& opera pietatis exercuit. Corpus ergo, quod animam ad  
iuuit, vt cælum expugnaret, gloria, ac honore dignum est.  
Deinde corpus, quod aqua baptismi lotum est, & cœno  
christiane inunctum, & corpore Christi Domini præsentia  
honoratum, ac consecratum, & demū in resurrectione glori-  
ficandum, & super cælos exaltandum, merito dū viuī honoris  
habendum

Rom. 2.

- A** habendum est, & in morte similiter. Quod, cum viuu est, sit honorandum, ostendit Paulus, cum ait. Ut sciat unus quisque 1. Thes. 4. que uas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut gentes. Vbi nomine uasis corpus intelligitur, quod ergo in honore in vita est habitum, & merito in morte honoratur. Deinde ait Augustinus loco superius citato. Solet filius, & amicus in pretio habere vestem, autensem, vel arina parentis, vel amici, rationi ergo consentaneum est, ut amicorum, & parentum corpora honore inuis, quae indumenta fuere animarum preiosissima, & quae animae super induere semper desiderant, quamque in aeternum induent. Quod si ensem quo praececesserunt plures prostrauit inimicos, & victorias obtinuit magnificas, & in
- B** maioricatu etiam ut rem pretiosam ponis, & ideò Hispanice reges tanquam pretiosa inter thesauros suos reponunt enses Roderici de Biuar, & similia, quanto potius corpora iustorum seruanda sunt, & in honore habenda, quibusdem mones superauerunt, & fortis facti in bello castra venterunt exterorū. Simul etiam ait Aug. hoc honore corporibus exhibito Deum honoramus, & mortuorum resurrectione profitemur, & honore exhibemus corporibus, tanquam resurrecturis, & summo tunc honore afficiendis. Simul etiam uici consolantur, qui in hoc dilectione in mortuos testatur. Hinc Sapiens nos admonet. Si Eccles. 3. 8. li in mortuum puto lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium cõtege corporum illius, & non despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, & consolare
- C** propter tristitiam, & si luctum secundum meritum eius uno die, vel duobus propter detractionem. Primò ait deplorandam mortem esse nostrorum, & ex corde, ac animo dolendum. Secundo sepulturam corporis commendat, quam dicit facienda secundum iudicium, id est, secundum patrem morem, & ius, ac honorem, qui corpori debetur, id est sepultura honorandum est. Illud vero secundum iudicium, alij vertutum, iuxta morem funebram, id est, ritu, & exequiis funebribus. Addit deinde lugendum mortuum magis vel minus secundum meritum, id est, prout dignus est defliri a te, vel propter amicitiam, vel beneficia. Sed tandem deflendum, ne detrahatur tibi, quod de morte amici non doles. Sed demum consolationem dicit,

## In Exequiis.

dicit recipiendam, ne contristemur de dormientibus sicut A  
gentes, quæ spem non habent.

**August.** Tertium d. niq; nobis considerādum est, pfectus, quā  
nos hinc colligere oportet. De qua re Augustinus ait loco  
citato. Ideo sepulchra monumenta dicuntur, quia monēt  
mentem, quid verò aliud nos monent, nisi morituros  
nos esse? Aiunt certè. Iste fuit tibi similis, tu ei similis eris.  
Iste iam cognouit se mortalem, quia mortem expertus  
est, tu ergo in hoc disce, mortalem te esse, nec te perpe-  
tuum credas. Iste ex sepulchro ad te clamat: Memor

**Eccles. 38.** esto iudicij mei, sic enim erit et tuum, mihi heri, tibi hodie.  
Nullus licet viuus maximè sanus, ac robustus sibi ap-  
pareat, credit, se non moriturum, nulli priuilegium  
concessum est non moriendi, nullus ab hoc tributo im-  
munis, ac liber est. Statutum est hominibus semel mori, rectè  
ait semel, quoniam est mors secunda, quam vitare possu-  
mus. Semel verò mori necessarium omnino est, ipse enim  
Deus, qui vita per essentiā est, homo factus mortuus est, quis  
ergo erit homo, qui viuet, & non videbit mortem? Hinc

**3. Reg. 2.** Dauid Salomoni ait. Ecce ego ingredior uiam uniuersæ terræ.  
licet enim sim rex, declinare ab hac via non possum, nec  
verò tu declinabis, in morte mea tuam agnosce. Sed for-  
san ais. Durum profectò mortis iudicium apparet. Imò

**Psal. 118.** vero ut psalmes ait. Iustus es Domine, et rectum iudicium tuum.  
Sed qua ratione iustum? Certè quoniam qui occidit iuste  
occiditur, præcipue si regem quis occidisset. At verò pec-  
cator Deum occidit, cur ergo occidendum non est. Deus C  
quidem in se immortalis est, peccator vero quantum in se  
est. Eum occidit, si enim Deus mori posset, peccatum eū  
interimeret, & cum mori potuit in natura assumpta pecca-  
tum ei vitam abstulit, & qui nunc peccat, iterum Christū

**Heb. 6.** crucifiger dicitur a Paulo: Et deinde licet Deus in se mo-  
ri non posse, moritur tamē per peccatum in homine, viue-  
bat enim in illo per gratiam. Hinc Bernardus in sermone  
de Resurrectione ait. Nouimus Christum habitare per si-  
dem in cordibus nostris, & ideo quandiu viuit fides, viuit  
Christus in te, illa mortua moritur in te Christus. Ideo

**Paulus**

**Bernard.**

**A** Paulus dixit: Iterum crucifigentes Iesum Christum, in semetipsis. Iustè ergo damnatus ad mortem est, qui peccauit.

Sed illud mirandum maximè est, quod ex morte, quæ poena peccati est, tanta bona iustus sibi colligat, ut dicat Sapiens: Melior est dies mortis, quam dies nativitatis. Hæc verò verba prima fronte difficultatem continent. Quoniam mors bona non est, quomodo ergo potest esse melior? Videlicet Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Sed Deus mortem non fecit, ut Sapiens ait, ergo non est bona, quia omne bonum per ipsum factum est. Deinde inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & peccati opus mors est, quia per peccatum mors, quomodo ergo bona erit? Præterea cum sit priuatio omnis

Gen. 2:  
Sap. 1.

**B** boni, quomodo bona esse poterit? Quid quod ab omnibus odio habetur, omnes eam fugiunt, & horrent, & ipse Christus oravit, si possibile esset, ut eam non incurreret, quo pacto ergo bona erit?

Rom. 5.  
Matth. 26.

Respondeo. Quædam bona esse, quæ tamen mala sunt propter eorum malum usum. Diuitiae bona sunt, sed sunt diuitiae congregatae in malum Dominis sui. Et ipsa lex optima dicitur à Paulo ministratio mortis, quia occasione accipi peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Ita quædam natura sua non sunt bona, sed diuina gratia, & virtus hominis efficit, ut in bonum conuertatur, quia ex illis maxima bona colligit. Eximium hoc virtutis priuilegium est,

Rom. 7.

**C** vt vniuersa mala in bonum mutet, & nihil mali secum patiatur, sed citò illud in bonum vertat. Fingunt quidam lapidem esse philosophalem, qui est aurum ita purum, ut omnia metallæ in aurum mutet, fabula hæc est, licet plures id afferant fieri posse, at veritati hæc fabula redditur in virtute, quæ adeò bona est, vt vniuersa mala in bonum mutet. Ægritudo malū quoddam est, sed ex illa plura bona colligit iustus. Mors malū est: sed tot ex ea bona colligit iustus, vt non solum bona, sed melior natuilitate, & pretiosa sit in conspectu Domini. Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, vt Augustinus ait, quid mirum, si in morte fauini mellis inueniat, vt Sampson in ore leonis.

Rom. 8:

Sed attendamus bona, quæ ex morte colligit iustus. Pri-  
mùm

T

## In exequiis

mum sui cognitionem, ac despectum. Sunt specula, quæ A  
optimè faciem hominis referunt, alia vero, quæ male.

*Apoc. 3.* Optimum speculum mors est, in qua quid homo sit ostenditur. Dicis forsitan, quia diues es, nobilis, nullius egens, potensq; & ideo putas te aliquid esse, cum nihil sis, quis te in meliorem mentein reducet? Mors illa ostendit, quod si-  
*Damas.* cut nudus ingressus es in hunc mundum, ita nudus ex eo procedes: & quod omnis gloria tua flos est feci, quæ cito corrut, in qua tibi immorandum non est, vel fidendum, quia non subsistit, & ideo in maximo versaris discrimine. Ut ve-  
*simile.* rò illud explicet Damascenus, fingit hominem, quem in sequitur leo, ut illum deuoret, ille vero fugiens ad precipitiū venit:

ex quo cadere iam coepit, in inferiori parte lacus est ignis im-  
meli. Ne vero in igne decidat, manu tenet paruum arbustū, pedē vero figit in fragili terræ parte. Duo vero vermes perpe-  
tuò corrodent radicē arbusti illius, quo detinetur, ex quibus unus albus est, niger alter. Cū vero corroferint arbusti radicē, statim homo cadit in lacum ignis. Quid agat homo iste in tāto constitutus discrimine? An non cito inde exire curabit? An nō auxilia petet? Si vero ille discriminis sui oblitus solū cuta-  
ret, quomodo dulces roris guttas, quæ in arbusto illo sunt gu-  
stari et. An nō insanum dices? Audi quid persimile, quod tibi accidit. Cū primum nascens, mox te insequitur, ut deuo-  
ret. Putat aliqui morte non insequi hominem à vita: initio, sed dūtaxat in fine, sed non ita est, ait Seneca, sed quemadmodū in horologio aquæ, vel atenæ non ultima gutta, qua hora fini-  
tur, eā consumat, sed vniuersq; quæ precedunt guttæ, vel are-  
*Seneca.* nq; cōsumunt paulatim horā. Ita homo moritur, non solū ultima vita hora, sed à natuitate incipit mors hominem depasce-  
re, ac paulatim deuorat. Sed ut homo vitam tueatur, venit ad precipitiū nūdi huius, ex quo ad inferos precipitiū est. Ar-  
busolum paruum, quod manu tenēs detineris, vita fragilis est,  
quā perpetuo corrodunt vermes duo, alter niger, albus alter,  
qui sunt dies & nox. Inniteris vero in fragili terra, corpore,  
felicit, quo nihil infirmius, & imbecillus. Et cū in tāto discrin-  
mine verseris, nō curas, quomodo illud cuadere possis, sed fa-  
tiles, ac vanas delectatiūculas vitę huius colligis, & divitiis, ho-

B

C

*Simile.*

noribus,

**A** norib[us], ac ludo delectatus eternam salutem nō queris. Hinc fit, vt innumerii in infernum descendant, vbi incuria, ac neglegentia tāta tantis etiā tormentis puniantur. Id verò prouenit ex mortis obliuione, eius verò memoria nos facit nostra curare. Sicut enim ait Ambros. in Psa. 118. Quidā afferunt de regulo, vt Gainerius, quod si primū ille honiū ē inspiciat, eū occidit, si verò homo illū praeuideat regulum interficit. Ita si mortē non consideras, sed illa primū te videt, perdet te: si verò tu illā primū conspexeris, ab ea non laederis, sed eam superabis: ideo considera te moriturum, & ad eam præpara animam tuam, & à terrenis animum auoca. En fructū, quem ex præuisa morte iustus colligit.

*Ambros.  
Gainerius.*

**B** Secūdo, ex morte iustus sibi capit utilitatem, dum alterius morte inspecta monetur de sua. Fœlix, quē aliena faciūt peculia cautū. Mors alterius preçō est, qui nos monet, vt caueamus, & nos in tuto ponamus. Grex columbarum pascitur in prēdio, auceps vero tornēto bellico vſus vnā occidit, auolāt statim reliquæ cibo relīcto, & se in tutiori loco ponere curāt, canebant dulciter in arbore plures passerēs, arcu vero dislēto auceps vnum occidit, vel accipiter, vt pascatur, reliqui cātu dimiso auolāt, & scipios curāt: sumus nūc plures in uno oppido, domo, vel etiā mēsa raptus à morte vrāus est, an nō ab aubus discemus, vt esca, ac cātu dimiso, nos in tuto ponam? *Cypria.*

*Similc.*

**C** ait. Est magna incredulitas, magna dementia, vt non solū audiēdo, sed etiā vidēdo, mors nō credatur. Quotidie vides mortiētes, & non credis te moriturū, magna incredulitas est. Ideo melius est ire ad domū luctus, quā ad domū conuiui, quia in illa finis admonetur omnium. Ecce mortis admonitionē, quā diximus. Nec solū viuis, sed & defunctis melior est dies mortis, quā dies nativitatis. Primo, licet fœlix sit nativitas, & propitię sint nato celi stelle, tamē in peccato nascitur, & in peccato nutritur, nec adeo iusta vita esse potest, vt ab omni peccato sit libera, quia si dixerimus, quod peccatū nō habemus, ipsi nos secūcimus. Misera profecto vita, quæ peccatis inquinatur. Infœlicia multa Job de homine dixit, cum ait: Homo natus de mu-  
*riere, breui uiuen tem pore repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra.* Multa mala  
*Job. 14.*

T 2 his

## In Exequiis

35

his verbis sunt comprehensa, ait enim, hominem de muliere **A**  
natum, vilia, ac abiecta nomine mulieris scriptura exprimere  
solet. Vnde cum multa mala Ægypto fuisset comminatus.  
Deus per Isaiam, tandem ait. In illa die erit Ægyptus quasi mu-  
lieres, & stupebunt. Si ergo homo ex muliere nascitur, viles, &  
abiectus erit, nec enim colligunt de spinis vbas, aut de tribulis  
ficus, nec ex musca, aut aranea leo nascetur, causa enim agni-  
ta, facile erit effectum nosse. Et ideo oportuit, ut homo renas-  
ceretur alia natuitate, ex aqua & Spiritu sancto, ut utilitas pri-  
mae natuitatis tolleretur. Addit deinde Iob: Breui uiuens tem-  
pore, quia ut illi dicunt, nati continuo desuimus esse, sed bre-  
uis vita non breues, aut paucas miserias continet, sed multas  
ac graues. De qua re mira Plato dixit in Axioco. Qui asserit,

Sap. 5.  
Plato.

B  
ideo omnes homines lachrimari cum nascuntur, quia quasi  
prophetant, ac praeudent mala, quæ illos expectant, quæ in-  
numera sunt, & quasi horret cumulum maximum malorum,  
quia innumeræ cum miseriæ manent, famæ, sitis, infirmitas,  
dolor, pauperies, laßitudo, & similia. Et Salomon, qui fœli-  
cissime ortus videbatur, quem innumera expectabant in hac  
vita bona, similem, ait, vocem omnibus emisi plorans, quia  
licet fœlicissimus videatur fuisse, sed repletus fuit multis misé-  
riis, cum in omnibus solum repererit vanitatem, & afflictionem  
spiritus, quia nec status regius ditissimus, ac opulentissimus,  
nec sapientia ei infusa, nec innumeræ delitiae Salomoni para-

Sap. 7.  
Rom. 8.

C  
ta eum à miseriis leuare potuerunt. Has hominis miserias de-  
plorat omnis creatura, quæ ingemiscit, & parturit usq; adhuc, ut  
Paulus ait. Vbi creaturæ nomine iusti intelliguntur, quia iu-  
sti has agnoscunt miserias, ac deplorant. Sed præcipue sancti,  
& maxime Apostoli, de quibus Paulus subiungit. Sed et nos  
ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, reuelationem  
filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.  
Hi enim, qui superna considerauerunt, maxime Paulus, qui  
raptus in tertium cælum est, magis miseriam humanam ag-  
noscunt, & deplorant, quod subiecto exemplo facile perspi-  
ciebis. Finxit Plato templicam hominum, qui in tenebris, &  
caligine versarentur, nec ea, quæ mundi sunt vidissent, misera  
protectio, ac miseranda hominū conditio. Si vero ex eis vnus  
inde

Plato.

Simile.

**A** inde procedens, mundi huius pulchritudinem intueretur, & his frueretur, quæ hic optima sunt, cū ad suos rediret, diceret. **O** miseri, qui in vmbra mortis, ac tenebris sedetis, & hic consolationem aliquantulam percipitis, si nossetis regionem alia lucis, quam ego vidi, in qua immensa pulchritudo, & innumeræ sunt bona, certè hæc vilia relinqueretis, deploraret certè eorum miseram sortem ille, qui meliora vidisset.

Ita omnino nos in tenebris versamur, in regione vmbrae mortis habitamus, in qua minimis bonis fruentes, beatos nos credimus, pauculas pecunias habentes, diuites nos credimus, nullius valoris dignitatem obtinentes, magnos nos putamus, minimis voluptatibus fruentes, dulcissimos nos capere cibos credimus, & miseras nostras non agnoscamus. At verò Paulus, qui cælestia vedit deplorat miseriam nostram, nosq; monet, vt hac relicta regione ad cælestē properemus, quid enim in hoc mundo est, quod miserum non sit? Cōsidera te ipsum,

& omnia, quæ tua sunt, & congeriem miseriarum videbis, in capite dolores tibi sunt, hebetudo mētis, memoria labilis, oculi non rectè videntes, lingua impeditior, quid narrem aliorū membrorū mala, dolores, infirmitates, atque miseras? si extei toria conspicias, videbis domum non comodam, substantiā non sufficientem, propinquos, & amicos parum tui amantes. Mirum profecto in brevi vita, ac corpore innumera contingi mala, atque miseras. Sed miseriarū miseria, & quæ omnes lögè superat, illa est, quā diximus, quod vita nostra peccatis plena est, quia non est homo, qui non peccet. Si quanta miseria peccatum sit, agnosceremus, vitam hanc odio prosequemur: & ideo mortem optaremus, quia mors sicut reliquarum miseriarum corporis terminus est, ita etiam peccatorum est finis. Post hanc vitam anima iusti non peccat, nec venialiter quidem, secura iam à peccati labore est, etiam dum in purgatorio detinetur. Expetenda profecto mors est, quia finis est laborum corporis, sed præcipue, quia finis peccatorum. Audit

Ioánes vocem de celo dicentē sibi: Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodò enim iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Primum audit: Scribe. Peccatum necessitatē scribendi in mundum inuexit, in paradiso opus scriptura non

Apoc. 14.

T 3 fuisse,

## In Exequiis

faillit, quoniam scriptura in memorie supplementum inuenita est, & in veritatis defectum, quia enim homo promissis non stabat, & veritatem negabat, opus fuit, ut scriptura veritatem contineret.

*Psal. 115.*

Audi Psaltem. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Sed si omnis homo mendax est, forsitan tu mendax eris o David: ego in hoc dicto mendax esse non possum, quia illud dico in excessu meo, nunc excedo me ipsum, nunc a me ipso non loquor, sed a Deo: ideo mentiri non possum, quando vero homo a se loquitur mendax est: ideo scriptura opus est, qua veritas ostendatur promissorum. Et legem suam tabulis lapideis scripsit Deus digito suo, quia difficultius in corde hominis veritas scribitur, quam in lapide: & ideo fulgura, ac tonitrua in morte facta sunt, cum lex daretur, ut sic hominum

B cordibus inscriberetur, quid scribendum est: Certè illud. Beati mortui, qui in Dño moriuntur. Sed quid est in Dño mori? Illud

*Gen. 18.*

in Hebreis est idem quod pro, vel propter, ut Gen. 18. ubi legimus: Delebis propter quinq; universam urbem: In Hebreo est in quinq;, & alibi sapere: & sic etiam interpres noster usurpare solet in, pro propter, ut Mich. 3. Princeps eius in munib; tu dicabant, id est, propter munera. Ita nunc. Beatim mortui, qui in Do-

*Mich. 3.*

mino moriuntur, id est, propter Dominum: loquutus enim Iohannes fuerat de martyribus, qui tempore Antechristi moriuntur. Sed communis expositio, quam Andras Cæsariensis, & Beda sequitur, est, ut loquatur de omnibus iustis, cui Ecclesia fauet, qui in officio omnium defunctorum haec verba proponit. C

*Rom. ult.*

Omnis enim iusti in Christo sunt, tanquam via membra, & sic de eis Paulus ait. Salutare eos, qui sunt ex Narcisi domo, qui sunt in Dño. Idem est esse in Dño, & manere in Domino, sic Christus ait. Manete in me, & ego in uobis. Et qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ita ergo in Dño moriuntur, qui usque ad mortem in eo manent, & cum moriuntur, viua Christi membra sunt. Sicut cum quis in curiam addit, ut liceat, si ibi moritur, ait, in lite ille mortuus est, quia illud agebat, ita in superbia, & luxuria moritur, qui eis intendebat, in Dño uero, qui ei intendebat, cui vivere Christus erat, quia ei soli vacabat, id enim est vita eius. Qui enim in Christo manet per charitatem beatus est, cum moritur, quia nihil damnationis est

*Ioan. 15.*

his,

**A** his, qui in Christo sunt. Securè mortem videt, qui Dominū prius vidit, ut Simeon, qui ait. Nunc dimittis, &c. in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Tu ergo Christum agnosce si de viua, in eo mane, & in eo morere, & beatus eris. Sed cur hic beatus erit? quia a modò dicit spiritus, ut requiescam à laboribus suis. Vsq; ad mortem labores iuslorum perdurabunt, & ibi finem accipient, ideo beati dicuntur. Potior tamen eorū est beatitudo, quia a modò dicit spiritus, ut à peccato omni cef sent, hoc enim præcipuus hominis labor est, à quo mors liberat. Nec verò solù à peccatis sequentibus hominem seruat, sed & à superioribus liberū reddit, dum eorum poenā delet, pœ-

**B** na mors est peccati, & medicina, qua deletur, damnatus ob peccatum es ad miserias, & mortē, his peccatum deles, ea suscipiens patienter, debitum peccando contraxisti, datur tibi pecunia, qua soluas. Et cum Adam ad mortem damnatur, misericordia ei exhibetur, dum pecunia ei datur, qua debitum peccati soluat: & quoniam simul cum eo Christus ad mortem dānatur, in cuius morte plena peccati satissa Etio fuit. Summa ergo misericordia Dei homo ad mortem damnatus est. Iam enim tentationes non erunt, iam carnis concupiscentia transi uit, iam deniq; omnis miseria abiit. Et absterget Deus omnem lachrynam ab oculis sanctorū, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt, quia opera illorum sequuntur illos. In retributionem, scilicet, quia pro Apoc. 21.

**C**pter illa æterna gloria donabuntur: vbi veri honores defuncto sient, ibi enim honorificabit eum Pater meus, qui in cælis est. Iohann. 12. Ibi cætus virorum illustrium illum cinget, & corona regum, non quidem luctuosis vestibus, sed candidis, ac gloriosis, ibi non tumulus, sed solium regni ei præparatur, quod non lumenaribus hisce, sed pretiosissimis lapidibus splendebit tanquam solium regni Asueri, qui lapides opera sunt virtutum, quibus in hac vita se ornauit, & in æternum ornabitur in futura, &c.



A

## CONCIO.

Habita ad Patres Societatis Iesu in obitu  
Patris Ignatij, fundatoris Societatis.  
De eius vita, & religionis suæ  
instituto, ac regula.

T H E M A.

Quintus Angelus tuba cecinit, & Vidi stellam de celo B  
cecidisse in terram, & data est illi clavis putei abyssi,  
& aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei,  
sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est  
Sol, & aér de fumo putei Apoc. 9.



Erantiquum in Ecclesia est, conciones haberi in laudē virorū perfectorū, qui decesserunt,  
prius etiā quām in sanctorū catalogum ab Ecclesia numeretur. Hūe antiquissimum Eccle-

Dionys.

sie more refert Dionys. Areopag. de Eccles.  
hierar. c. 7. quo loco ait. Eu, qui sancte pueriq; vixisset, ac de-  
inde obdormiasset, ab amicis praedicari, quod ad optatum finē  
victoria peruenierit: ideoq; authori victorie laudes cū gratia-  
rū actione pro illo perso ui. Sacerdosq; iā defunctos in Ecclesia  
publicē cōcelebrari, hortāte omnes sacerdote, ut sibi ipsis idē-  
tide postularent beatā in Christo consummationem. Hanc do-

Nissen.

Nazian.

Hierony.

ctrinā sequutus Gregor. Nissen in epist. ad Olympiū mortē  
sororis sue Marine laudibus celebrauit. Et Gregor. Nazianz:  
orat. 2. in Julianū obitu n Constantij Cæsarī, & Cæsarij fra-  
tris sui cōcelebrauit & necaniis. Id ipsum in Paulę obitu factū,  
Hieronymus afferit in epitaphio Paulę ad Bustochiū. Tan-  
torū patrum exemplō ad oīnes fideliēs concioneē habere po-  
terā de sancti Patris Ignatij laudibus, sed ut plurimū mode-  
stie demus, solū ad Societatis Iesu patres hanc habemus con-  
cionem,

C

A cionem, qui eius filii sunt, ac imitatores esse tenetur, sicut ille Christi fuit imitator Aderit beata Maria, à qua ille singularia suscepit beneficia, & de qua ille multis nominibus bene meritus fuit, huic enim se toto corde deuouit, & illa ei apparēs misericordē recreauit, ac confirmauit, ad eam ergo accedamus, &c.

Superfluum nunc erit, à viris religiosis Societatis Iesu attentionem peti, aut captari, cum de laudibus parentis dicendum sit. Hoc enim nobis à natura insitum est, vt maiorū nostrorum egregia facta, non solum libenter audiamus, sed multò studio prædicemus, & eorum insignia seruemus, & stemata custodiamus. Primo, quia vt Salomon ait. *Gloria filiorum patrum. 17.*

*tres eorum:* & ideo parentum magnalia quasi propria ducimus. Secundò, quia illis nobis propositi s. accendimur ad eorum imitationē, & propter illorum meritum multa nobis bona proueniunt. Hinc Sapiens ait. *Laudemus viros glorioſos, & Ecclesiasticos nostros in generatione sua, multam gloriam fecit Dominus in eis, magnificientia sua a seculo, cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in testamento stetit semen eorum;* & filii eorum propter illos in aeternum manent. Vt ergo de Ignotio aliquid dicamus, illud primò occurrit, quo tempore eum Deus optimus maximus in mundum miserit. Cōsuevit enim Deus, cum permittit malum aliquod, aut persequitionem in Ecclesiam insurgere, auxilium cœlestis singulare destinare, missis ad hoc viris sanctissimis, quorum doctrina, & exemplo iusti teneantur, ne decadant, & si qui ceciderint, a lij eorum loco surgant. Cum enim sine pœnitentia sint dona Dei, quam semel confert gratiam, non omnino au-

fert, sed si ab hoc eam tollit, quia indignus est, alium parat, cui eam tribuat. Vnde ipse ad quosdam dixit: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Et iterum. *Nuptiae quidem parati sunt. Et qui inuitati sunt, non fuerunt digni, ite ergo ad exitus viarum,* & quos inuenieritis adducite. Sic ab alto sacerdotio ab Heli, prouidit sibi Deus Samuelē, ad quē *1. Reg. 16* etiam de regno auferendo à Saule ait. *Prouide mibi regem de filio Isai.* Si indignus tu fueris Dei misericordia, prouidebit sibi alium, cui eam tribuat. Hinc Job: *Qui conterit mulatos, & innumerabiles, & stare facit alios pro eis.* Si auferatur

T. 5 gratia.

# In obitu patris Ignatij

**Luc.** 18. gratia à Pharisæo datur Publicano: & ideo ait ipse. **Habent A**  
**Matth.** 15. dabitur, & abundabit, ei autem, qui non habet, & id, quod habet, au-  
**Apoc.** 3. seretur ab eo. Merito nos admonet Ioannes: **Tene, quod ha-**  
bes, ut nemo accipiat coronam tuam. Ut ergo vasa sibi præparet  
Deus, in quæ misericordia sua effundat, cum vasa iræ dissipat,  
figulos, vel potius argentarios in mūdum mittit, qui vasa ista  
præparent, ac conficiant.

Hoc præclarè ostendit Ioannes, qui enumerans Ecclesiæ  
persecutiones grauissimas, simul ostendit auxilium, quod  
Deus Ecclesiæ tribuit ad eas sustinendas, dicens: Angelum  
missum, qui tuba caneret, ut homines moneret. Et cum descri-  
psisset quatuor persecutiones, enumeravit Angelos qua-  
tuor, qui tuba cecinerant, qui merito dici possunt quatuor or-  
dines mendicantium, quæ Ecclesiæ adfuerunt in discrimine  
versanti. Describit deinde quintam persecutionem, quæ pro-  
xima est Antichristo, dicens: Vidi stellam de caelo ecedisse  
in terram, quæ stella, vel Lucifer est, de quo Isaías ait. **Quomo-**  
**do cecidisti de caelo Lucifer?** V el Luther? heresiarcha, qui stella  
dicitur, & de caelo ecedisse, quia doctor stella dicitur à Danie-  
le, & à religione, & statu perfectionis defecit. Decidit verò in  
terram, quia ad terrena, & carnis voluptates homines duxit,  
& libertatem Christianam in carnis licentiam vertit, quod sin-  
gulare est in hac heresi, cum reliqua potissimum circa intelle-  
ctualia, & speculativa versarentur. Aperuit abyssum, qui est  
vel infernus, vel peccatoris cor, quod apertum dicitur, quia  
quod latebat in impiorum cordibus, palam erupit: optat enim  
iniquus libertatem peccandi, & quasi filium onagri esse li-  
berum, nullaq; lege ad strictum, id verò Lutherus concessit.  
Exiit continuò fumus, qui solem, & aërem obscurauit, id est,  
doctrina heretica, quæ obscurat scripturam sacram prava in-  
terpretatione. Prodierunt deinde locustæ, ledentes homi-  
nes qui non habent signum Dei viui in frontibus suis, id est,  
qui fidé operibus non produnt, fides enim signum Dei est, &  
tunc est in fronte, cum operibus manifesta sit. Iuxta illud Ia-  
cobi. **Ostende mihi fidem tuam ex operibus.** Hæc, quæ diximus in  
explicationem huius loci Apocalypsis, accepimus ex Celio  
Pannonio in collectanea, quæ fecit in Apocalypsim **ex omni-**

**Isa. 14.**

**Dani. 12.** B  
C  
dicitur, & de caelo ecedisse, quia doctor stella dicitur à Danie-  
le, & à religione, & statu perfectionis defecit. Decidit verò in  
terram, quia ad terrena, & carnis voluptates homines duxit,  
& libertatem Christianam in carnis licentiam vertit, quod sin-  
gulare est in hac heresi, cum reliqua potissimum circa intelle-  
ctualia, & speculativa versarentur. Aperuit abyssum, qui est  
vel infernus, vel peccatoris cor, quod apertum dicitur, quia  
quod latebat in impiorum cordibus, palam erupit: optat enim  
iniquus libertatem peccandi, & quasi filium onagri esse li-  
berum, nullaq; lege ad strictum, id verò Lutherus concessit.  
Exiit continuò fumus, qui solem, & aërem obscurauit, id est,  
doctrina heretica, quæ obscurat scripturam sacram prava in-  
terpretatione. Prodierunt deinde locustæ, ledentes homi-  
nes qui non habent signum Dei viui in frontibus suis, id est,  
qui fidé operibus non produnt, fides enim signum Dei est, &  
tunc est in fronte, cum operibus manifesta sit. Iuxta illud Ia-  
cobi. **Ostende mihi fidem tuam ex operibus.** Hæc, quæ diximus in  
explicationem huius loci Apocalypsis, accepimus ex Celio  
Pannonio in collectanea, quæ fecit in Apocalypsim **ex omni-**

**Iaco. 5.**  
**Celius.**

bus

**A**bus sanctis, & doctoribus. Oculis cernimus grauissimam istâ Ecclesiæ persequitionem, quæ nostra hac tempestate misere in Ecclesia grassatur, quod ergo fuit Dei auxiliu, quis Angelus destinatus, ut tanto malo mederetur? Sanè quintus Angelus tuba cecinit. Per quatuor præcedentes Angelos intelligit D. Tho. in Apocalypsim, quatuor ordines prædicatorum, per quintum vero alterum ordinem Prædicatorum, quem Deus missurus erat in mundu, cum alia hæresis exorta fuisset. Enid impletum in Ignatio, & eius Societate, quæ quintus ordo mendicantium prædicatorum à Pio V. est declarata, & miris privilegiis aucta. Hunc ordinem misit Deus eo tempore, quo Lutherus Ecclesiam labefactare conatus est, ut in regione Septentrionali Catholicos foueat, quod ita strenue Societas præstat, ut Catholicî omnes Iesuitæ dicantur, eò quod Iesuitæ eorum omnium duces, ac magistri sint. Et alia parte hic ordo remotissimas mundi prouincias penetrauit, & ad Sinas, & Iaponios peruenit, vbi innumeros Christifilios genuerunt. Et nostra hac tempestate summa totius Ecclesiæ, & pontificum admiratione, ac gratulatione principes tres adduxerunt, ut Romano Pontifici obedientiam præstarent nomine regnorum illorum. Ex quo manifeste impletum videmus, quod mox diximus, refarciri scilicet alia in parte, quod in hac deperditur. Multo enim plures infideles ad Ecclesiam conuersti nunc sunt, quam heretici defecerint à fide. En ergo quintum Angelum in tanti mali remedium missum. De qua read literam videtur vaticinatus Isaías, cum ait. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui salutis fuerint, ad gentes, in mare, in Africam, & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam, & Græciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres uestrros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lechticis, & mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem, dicit Dominus, quomodo si inferens filij Israël munus inuase mundo in dominum Domini. Hęc sanè Isaiae verba primū de Apostolis dicta sunt, qui vniuerso mundo prædicauerunt, & plurimos ad Christum adduxerunt. Sed non de illis solis dicta sunt, sed & de illorum successoribus in

D. Tho.

**B**ptitio  
C

Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui salutis fuerint, ad gentes, in mare, in Africam, & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam, & Græciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres uestrros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lechticis, & mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem, dicit Dominus, quomodo si inferens filij Israël munus inuase mundo in dominum Domini. Hęc sanè Isaiae verba primū de Apostolis dicta sunt, qui vniuerso mundo prædicauerunt, & plurimos ad Christum adduxerunt. Sed non de illis solis dicta sunt, sed & de illorum successoribus in

Isa. 66.

## In obitu Patris Ignatij

Gregor.

prædicationis officio, & sic verba ista interpretatur Grego- A  
rius de his, quos ipse misit in Angliam. Et ideo ad literam  
de Societate Iesu accipi possunt, quæ vniuersum mundum  
peragrauit, & in remotissimis regionibus Christi vexillū ere-  
xit. Singula ergo Isaiae verba expēdamus, & Societati Iesu ac  
commodeamus. Primum ait. Ponam in eis signum. Sed quod  
nam hoc signum est? Planè charitas mutua, quæ maximè in  
Societate viget, quæ signū est discipulorū Christi, eo dicente:  
In hoc cognoscet, uos meos esse discipulos, si dilectionem inuicem  
habueritis. De quo signo illud meritò accipi potest, uod Isa.  
ait. Et scietur in gentibus semen eorum, & germeneorum in medio  
populorum, omnes, qui uiderint eos, cognoscet illos, quia isti sunt  
semen, cui benedixit Dominus. In hac enim mutua charitate B  
filii Societatis agnoscuntur. Vel forsitan signum in Societa-  
te positum nomen Iesus est, quod meritò nuncupare signum  
possimus, & signum, cui contradicetur, & signum posi-  
tum ad sagittam, quia propter Dei nomen nulla fuit in mun-  
do persequutio, at propter nomen Iesu vniuersæ mundi per-  
sequitiones exortæ sunt. Et cum nomen esset dulcissimum,  
ac suauissimum, nihilominus aduersus illud vniuersus inuidus  
conspirauit, & signum, ac scopus fuit, contra quem omnis est  
emissa sagitta. Vnde Christus ait. Hæc omnia faciēt uobis pro-  
pter nomen meū. Hinc fit, ut mirari nō debeat vir Societatis, si  
à mundo persequitiones toleret, quia dum nomine Iesu in- C  
signitus fuit, signū habet, & scopum, quo sagittæ omnes diri-  
guntur, & ideo ei dicitur: Hæc omnia facient uobis propter no-  
men meum. Sicut enim res illa, in qua scopus ponitur, sagittis  
configitur, quia scopus habet, in quem illæ diriguntur, ita  
Societas Iesu persequitiones tolerat, & sustinebit, quæ  
scopum in se collocauit, nomen, scilicet, Iesus. Hoc er-  
go in eis signo posito, subiungit Isaías, missos fuisse in vniuer-  
sum mundum, mare, ac remotissimas insulas, quæ de Christo  
nihil audierant: ex quibus plurimos ad Ecclesiam adduxerūt  
donum Domino in Hierusalem, id est, Ecclesiam. Hoc au-  
tem mirè Societas præstítit, & manifestè ostendit in Iapo-  
niorum, quem diximus, aduentu. Quod verò Isaías ait, ad-  
ductos in equis, quadrigis, lecticis, alijsq; vehiculis significat,  
diuersis

Iod. 1 3.

Isai. 6 1.

A diuersis viis, ac rationibus fideles ad Christum duci, quidam enim molliter tractantur, & vehiculo dulciori trahuntur, alijs aliter, atque aliter, sicut diuersa, ait, munera Deo offeruntur a filiis Israël cum lætitia in templo.

Ignatius ergo quintus est Angelus, qui proximus iam fini mundi est, & Lutherus Antechristi est præcursor, vt meritò nos dicamus: *In quos fines saeculorum deuenierunt.* Etenim post quintum Angelum sextus Angelus tuba cecinit, vt ad Antichristi persequitionem homines præparet, vt Ioannes subiungit, tunc enim ait soluta daemonia quatuor, & bellum supremum futurum. Septimus autem Angelus ad iudicium vocat, iurans per viuentem in saecula saeculorum, quia iam temporis non erit. Lutheri ergo persequutio proxima est Antichristo.

**B** In cuius rei confirmationem grauissimi doctores nostri temporis aiunt, nomen Lutheri Hebraicè scriptum efficeretur numerum illum sexenti sexaginta sex, quod nomen Antichristi efficeretur debet, vt Ioannes in Apocalypsi ait. De qua re Apoc. 13. Genebrardus in Chronologia, anno Christi 1513. & Belarmino libro 3. de Romano Pontifice. cap. 10. Et doctor Belarmi. Henricus de fine hominis. ca. 23. licet enim Lutherus Antichristus non fuerit: fuit tam illi proximus, eiusq; præcursor.

**C** Cum verò Ignatium, & eius religionem Angelum dixerimus, ostendendum nobis est, quo pacto Angelus fuerit, & quomodo tuba cecinerit. Similiter ostendi oportet, quo pacto filii eius, & Angeli erunt, & tuba canent. Duo quidem mirare præstítit Ignatius, & suos præstare voluit, & eum in fine regulam direxit suam, impensè suæ, & proximorum saluti intendit, ac suos intendere voluit, & haec summa est regulæ ipsius. Quia sibi intendit, Angelus fuit, quia salutem aliorum tuba cecinisse dicitur. Haec illa summa est, quam paucis verbis Paulus discipulo tradidit, dicens: Attende tibi, & doctrine ista in illis, hoc enim faciens, & te ipsum salvum facies, & eos, quae te audiunt.

Primum, quod Ignatius præstítit, fuit, Angelum esse sibi ipsi. Nec verò mireris, tantum nomen homini tribui, illud enim in sacerdotibus præstat diuina Scriptura. Vnde Malachias 2. ait, Labi a sacerdotiis custodiunt scientiam, & legem de origineis requirent,

## In obitu patris Ignatij

requirent, Angelus enim Domini exercitum est. Societas Iesu **A** religio clericorum dicitur à Concilio Tridentino : & ideo sacerdos iure dicitur, qui de Societate est : & ideo Angelus teste Malachia. Sicut enim Angelus custodit, regit, gubernatq; homines, & vniuersa corporea, inferiora enim à superioribus regi debent: ita is, qui alios saluos facere debet, Angelus sit, oportet. Est enim proprium viuentium generare, sed viuentium perfectorum.

Dionys.

Vnde Dionysius ait, illuminati illuminantes, purgati purgantes, perfecti perficientes. Ideo Apostoli ad hoc opus exire prohibentur, donec induantur virtute ex alto. Et qui imperfectus cum sit, alios perficere vult, similis est, ait Gregorius, cuiuslibet, quæ volare vult, priusquam plumis ornetur, de cedit enim in terram, & puerorum opprobrium est.

Greg.

Similis etiam ei, qui multum oneris imponit debilicolumq; aut tenero parieti, vniuersa enim corruunt. Recte Origenes expendit à Salomonem nominari sapientiam iam sponsam, iam sororem, primò namq; sponsa esse debet, quā sibi homo seruet: deinde autem soror, quam aliis communicare oportet. Ut in plurimum sic se res habet, ut qui non ardet, non incendat, & qui sine virtute alios perficere vult, parvum, aut nihil proficiat.

Orig.

Qui enim perfectione caret, similis est homini illi, qui cum ligna cedet, ferrum amisit, quod in aquam cecidit, clamauitq; ad Eliseum, heu, heu, heu Domine mihi, & hoc ipsum mutuo acceperam, se rūm autem natuit misso ab Eliseo ligno, & restitutum est cedenti ligna,

quo accepto cedere deinceps potuit. Quid enim aliud est præclarum ingenium, scientia multa, si diuina virtus absit? plane lignum line ferro, quo cedi ligna nō possunt, vis enim diuina est, quæ confringit cedros Libani, quæ homines derret, & à vitiis separat. Et hoc ipsum mutuo acceperam, ait ille, quia diuina hæc vis non nostra, sed Dei est, quam nobis mutuat. Qui ergo sine hac virtute se videt, ne cedat ligna, sed potius ad Deum clamet, ut ei restituatur, & tunc in opere conversionis laboret. Mirè hoc Ignatius præstítit per multis annos sibi vacans, seq; primum perficiens, ut alios perficere posset, curauit cum primum Angelus fieri, ut tuba caneret.

Sed

**A** Sed Angelicas alias eius virtutes intueamur, quas imitari debemus. Et primum, ut aliarum radicem explicemus, donum orationis maximum habuit, & cum Deo ita familiariter agebat, ac amicus cum amico. Et demum ut ipse patri Laynez confessus est, eò peruenit, ut esset diuina patiens, quod de Hierotheo beatus Dionysius magnificat, dicens: Erat

Dionys.

diuina patiens. Hinc ea exarsit in Deum charitate, ut in omnibus maiorem Dei gloriam semper spectaret. Vnde illius titulus, & encomium est, Ignatius ad maiorem Dei gloriam. Nec enim contentus gloriam Dei in omnibus quaerere, maiorem semper quæsivit. Ex hoc verò ardentissima in Deum charitate processit, ut insigni arderet amore in proximos. Quem in pluribus ostendit, in variuersa regula religionis suę, quam in proximorum profectum ordinavit. In eo egregio

**B** facto, cum se immisit in lacum frigidissimum hyberno tempore, ut transeuntem illac moneret peccatorem, ut à peccato abstineret, dicens, se illic frigiditate aquæ cruciandum, dum ille illicita voluptati se daret. Et in eo vel maximè, quod cum lecto decumberet oppresus ægritudine, si graue aliquod animarum negotium intercederet, continuo è lecto surgebat, & quasi sanus negotio incumbebat, vincente charitate ægritudinem, & corporis infirmitatem. Hinc inumeros subiit labores gaudens, vicit semper in bono malum, reddens bonum pro malis. En hominem Angelicum.

**C** Sed illud silentio præterire non possum, quo Ignatium Angeli nomen meruisse omnino asserendum est: quod ea fuit preditus animi magnitudine, sic in eo excelluit magnanimitas, ut nulla re temporali commoueretur, nec vero tangi viseretur. Sicut enim cælestia corpora nullas suscipiunt peregrinas impressiones, cum reliqua inferiora inumeras recipiant: ita inter spiritus hominum illi supremi censendi sunt, & Angelis persimiles, qui inferioribus non tanguntur. Sicut enim in spiritum corpus non agit, ita in hominem spiritualem inferiora nihil possunt, altissimum enim ille posuit refugium suum, non accedet ad eum malum. Et sicut in cacumine Olympi montis nulla perturbatio

Simile.

## . In obitu patris Ignatij

Gregor.

batio est aeris, ut historici memoriae prodiderunt: ita perfectus vir sublatus a Deo est super altitudines terrae: & ideo terrenis non commovetur. Hinc Gregorius. Libet mentis oculos attollere, & electos Dei exterius oppressos, quantae intrinsecus arcis praesideant, intueri, nam cuncta, quae exteriorum fulgent, coram eis nihil sunt, nam super se interius rapti, animum in altissimis figunt, & quae in hac vita patiuntur, quasi longe a se posita, & aliena conspicunt, & dum mente extra carnem fieri decerat, penè ipsa, quæ tolerant, ignorat. Hinc Paulus: Apparetur, sed non destituimus, persequutionem pati-  
mur, sed non derelinquimus, deiicimur, sed non perimus. Hæc ani-  
mi magnitudo ita in Ignatio splenduit, ut admirabilis factus  
sit, cū enim vniuersa illius vita tot persequitionibus, infirmita-  
tibus, ac doloribus plena fuerit, vt continua, ac una persequu-  
tio dici potuerit, ac infirmitas, nunquam tamen afflicti animi  
signum, vel leuissimum visum fuerit, sed vultus in omnibus  
æ qualis, ac hilaris, plane vultus eius non sunt in diuersa mu-  
tati, vt de Ana Scriptura ait. Et cum graui ægritudine oppri-  
meretur, audiret q; a medico, vtile ipsi futurum, si tristitia  
nulla premeretur, nec angori se daret, cogitare ipse coepit, an  
aliquid ita graue euenire posset, quod illum contristaret, &  
nihil tale inuenit. Cumq; ei vnum occurreret, quod magis  
cor eius tangere posset, si scilicet societas dissolueretur, dixit,  
etiam si id fuerit, paruo temporis spatio in oratione posito ea  
animi pace, ac tranquillitate futurum, ac si nihil accidisset tri-  
ste. Tantum miraculum est hæc animi magnitudo in aduersis, vt summum miraculum sanctorum hoc sit, & miraculum  
miraculorum, quod reliquis omnibus miraculis merito præ-  
ponitur. Et ideo Paulus volens se Corinthiis commendare,  
ait. Ego enim a uobis debui commendari, nihil enim minus feci ab  
his, qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum. Signa autem  
Apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis, et  
prodigiis, et uirtutibus. Vocat Paulus supra modum Aposto-  
los Petrum, Iacobum, & Ioannem, vt at D. Tho. Cum au-  
tem signa Apostolatus enumerat, primo loco patientia enu-  
merat, qua magno, ac excelsa animo aduersa tolerauerat, de  
inde numerat signa, & prodigia, quæ miracula sunt, ait diuinus

2 Cor. 4.

1. Reg. 2.

2. Cor. 12.

D. Tho.

A

B

C

Thomas

A Thomas maiora, & minora. Et hac de causa in titulo de re liquiis, & veneratione sanctorum præcipitur, ad sanctificationem fieri præcipuam informationem de labo- rum toleratia, ac patientia, potius quam de miraculis. Hoc est enim signum grande, & visio illa magna, de qua Moy- ses ait. *V adam, & videbo uisionem hanc magnam, quæ sane era* Exod. 3.

rubus igne plenus integer tamen perseverans. Magna pla- nè visio, maximum miraculum homo igne tribulationis ardens, nec tamen pusillanimitate consumptus. Et hoc fuit maximum miraculum, quod dum pateretur, Christus ex- hibuit, cum reliqua omisit, quod animo forti, ac maxi- mo passus fuit, nihil dicens, aut faciens, quo animum deie- etum ostenderet:

B Ostendimus Ignatium Angelum fuisse, nunc videndum est, quo pacto tuba cecinerit. Hoc certè mirè præstítit se- ipso, ac religione sua, quam in hoc munus instituit, vt ani- marum saluti impense intenderet. Hoc autem esset tuba ca- nere ex scriptura constat sèpissimè Isaías ait. *Quasi tuba* Esai. 5. 8. *exalta uocem tuam.* Et Oseas. In gutture tuo sit tuba. Et Ioe. Ca- Osee. 8. *nite tuba in Sion.* Et Amos. Si clanget tuba in ciuitate, & populus Ioe. 2. non expauescet. Sicut enim clangor tubæ exhortatio est mi- Amos. 3. litum ad pugnam, ita prædicatio exhortatio est ad pugnā ineundam aduersus dæmonem. Hoc autem Ignatius præ- stítit, implens illud Isaiae. *Super montem excelsum ascende tu,* Isai. 4. 9. *qui Euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocē tuam tu, qui Euan- gelizas Hierusalem.* An non mirabilis fortitudo vocis Igna-

C tij, quæ obstinatiorum corda in meliorem mentem com- mutauit? Cui denique nobiles, principes, & inimici acer- rimi subdebantur? An non mirabilis fortitudo illa verbo- rum, cum dixit Isaac, maneto nobiscum, quibus mutauit animum perfidi, & obstinati Iudei, qui Cathecumenus cū esset, agitatus supra modum à dæmons Christianam reli- gionem omnino deserere statuerat? Tantum hoc miracu- lum est, subito animum induratum commutare, vt Gregorius censeat, maius esse quam mortuum suscitare. Hanc vo- cis Ignatij mirarim, dæmones experti clamabant, sum- mun eorum hostē, qui in terris versaretur, esse Ignatium,

## In obitu P. Ignatij

Tuba etiam in fortitudine cecinit per religionem suam, A quæ cum fructum animorum fecit, tum in fidelibus persequendis, tum in hæreticis confutandis, ac conuertendis, tum in gētium conuersione, ut multis libris explicari non posset. Et ideo méritò Societati verba Ioannis triduere possumus, quintus Angelus tuba cecinit.


- Nissen. Filii verò eius eū imitari debent, sicque illius laudes precepit celebrabunt. Gregorius Nissenus de laudibus Basiliij ait. Sicut nullus ita verbis exprimere poterit quæ in sigillo aliquo sunt, ac is, qui illud imprimit in cera, & lineas ceras impressas ostendit, ita nullus ita laudibus efferre virum sanctum poterit, ac is, qui seipsum ceram efficit, & infeste exprimit sancti illius virtutes. Sic ergo à nobis laudandus Ignatius est, sic enim filii eius efficiuntur imitatione, & Eccles. 30. tunc méritò dicetur: Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Omnes quidem sancti nobis propontuntur imitandi, vniuersi enim fuere virginis illæ, quas Iacob in canalib[us] posuit, ut eas intuētes oves, varios, & maculosos fœtus conciperent. Singulari verò ratione eos imitari debemus, quos patres appellamus. Hinc Heb. 13. Paulus: Mementote præpositorum uestrorum, qui uobis loquuti sunt uerbū Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Hinc Isaias: Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua precisi estis, attenedite ad Abraham patrem uestrum, & ad Saram, que peperit uos. Hinc ad filios suis Paul. ait. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Teneatur enim filius nobilis viri, nobilia præstare. Tanti ergo patris filij cum simus, eum imitemur. Singulari autem ratione hi, qui in initio religionis eam ingressi sunt, ad hoc tenentur, quia omnium successorum exemplar esse debent, & in initio religionis cum sint, reputare se debent quasi nouos Dei ministros, nouus verò minister omnino curare debet, in omnibus sollicitè in seruire. Ministri quidem antiqui, & qui multis annis tum ipsi, tum eorum progenitores in domo aliqua ministrarunt, licet in multis negligentes sint, tolerari solet, & multa, quæ petunt, obtinent, etiam ut à suo munere aliquando vacent, & otientur.
- Isai. 51. Cor. 11. Simile.

A tur, at minister, qui nunc in domum ingreditur, multò ali-  
ter se habet, nec enim vacare permittitur, nec defectus il-  
lius tolerantur. Certè multæ sunt in Dei Ecclesia religio-  
nes, sanctæ, & spiritu seruētes, sed licet earū aliqua aliquā  
do licentiose ageret, licet vacaret, licet multa obsequia Dei  
Ecclesiæ non præstaret, toleranda esset, quoniā veteranus  
miles est, antiquus Dei minister, & propter priora obse-  
quia tolerari aliquandiu posset, sed qui nouus miles, qui  
nunc ministrare incipit, sollicitè se gerere debet. Qui à pa-  
triis multa hæreditauit bona, licet ea ipso non acquirat,  
parentum bonis vitam ducit, non sic is, qui labore suo ea  
acquirere debet, laboremus ergo strenue, qui postre-  
ma hora in vineam vocati sumus, ut similem

B denarium cum primis reci-  
piamus.

## V 2

## SECVN.



# SECUNDA PARS CONCIO- NIS, VEL ALTERA CON- cio; qua exponitur Ignatij præclara mi- litia; qua Dœ militauit, postquam sæculo militauerat.

T H E M A.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, confessus bonam confessio nem coram multis testibus. 1. Timoth. 6.



IGNATIVS Ex Loyolæ illustri familiæ Guipuzcoa natus, adolescens saeculo huic militauit, & Gallis intuidentibus Nauarram, à Duce Najaræ positus fuit Pamelonæ custodiam causa cù paucis alis. Sed magno Gallorum exercitu reliqui exterriti, urbem relinquere omnino decreuerunt. Ignatius verò multis verbis homines ab eo consilio reuocare conatus, ubi se nihil proficere hortando perspexit, ardentibus oculis detestatus, ignauiam, perfidiamque, spectatibus omnibus in arcem solus introiuit, quam cum paucis in ea commorantibus tueri decreuit. Cum verò arcis

gusto-

**A** custodes deditio nem tractarent, quod in tanta propugna torum paucitate contra tantas hostium copias negarent plerique locum obtineri posse diutius. Ignatius, quo erat animi, & corporis robore quam acerrimè se se rursus opposuit, remq; disiecit. Cum vero Galli tormentis arcem quatere, atque diruere cœpissent, Hispani eos hortante Ignatio, verbis, exemplisq; arcem tuebantur. Tunc vero lapis ē muro excissus vi globi laeuan Ignati tibiam grauiter hexit, & globus ipse dextera m adeo labefactauit, vt ē vestigio seminariis corruerit. Quo deicto deditio facta ēt. Silentio nunc prætero plura alia, quibus animi magnitudinem miles mundi ostendit, vt ad ea, veniamus, quæ Dei miles effectus præstlit. Sicut enim pescatores Christus vo-

**B** cauit dicens: Factam uos fieri pescatores hominum, ita militem Ignatium ad militiam vocauit. Et vita spiritualis initia instruēti militaris fuit. Cum enim nosset, in more positum esse, vt nobiles equites antequam in ordines referantur, in sacrificiis ædibus noctem unam armati excubent ( quod in Hispania per vigilium armorum appellant ) militare illum ritum ad rudimenta Christianæ perfectionis in se metipso transferre constituit. Et id eo facco indatus, fune præcinctus, relictis prioribus vellibus, nouis armis circundatus ante aram beatæ Mariæ montis Serrati tota nocte in oratione fuit. Atque in hunc modum Christianæ militiæ nomen ex animo dedit Ignatius. Et Paulo ante à Deo

**C** vocatus fuit ad militiæ normam. Cum enim liberos legis set inanes, lectoque decumbens ut tempus falleret, librum similem posceret, nullus huius modi inuentus est, sed alter quo sanctorum flores, ac egregia facta continebantur, quorum quibusdam perlectis, varijs cogitationibus cor eius vrgebatur, cum enim excelsò esset corde, semper magna cogitabat. Iam ergo occurrabant eius animo, ut in mundi obsequium magna opera præstaret, quibus insignis esset, iam vero recolens sanctorum miranda opera, quæ, ut Deo obsequerentur, præliterant, ea iuntari inducebat in animum. Hac vicissitudine, & quasi conflitu dies aliquot exagitatus est, cum in eius pectore vice-

Matth. 4.

## In obitu P. Ignatij

tus, ac mundus penè ex quo certarent, anxiusque erat, A  
quam viam teneret. Sed diuina luce perfusus animaduer-  
tit à mundi cogitationibus, vt erant inanes ipsæ, sic se ieiu-  
num, & aridum, ab his autem, quæ sanctæ erant, velut à pa-  
bulo salutari lētum vegetumq; discedere: liquidoq; perspe-  
xit, succata & insidiosa bona quantum à veris distarent.  
Tunc firmo animo decrevit, viam Dei tenere, in militiam  
eius adscribi, & ingentia facta in illa præstare, cuius, vt di-  
ximus, arma postea suscepit, & sic militię huic nomea de-  
dit, & laboravit tanquam bonus miles Christi Iesu, certas  
bonum certamen fidei, vt Paulus ait in verbis initio pro-  
positis.

Ex his vero, quæ nunc diximus, illud omnino accidisse  
Ignatio appetet, quod Amalechitæ illi, de quo si habet sa-  
3. Reg. 30 cra Regum historia. Immenerunt uirum Ægyptum in agro, & ad  
duxerunt eñ ad Dauid, dederuntq; ei panem, ut comederet, & bibe-  
ret aquā, qui cū comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus  
est. Dixit itaque ei Dauid, cuius est taluel unde, & quo pergis? Qui  
ait, puer Ægyptius ego sum seruus uiri Amalechitæ, dereliquit au-  
tē me Dñs meus, quia egrotare cœpi nudius tertius. Hoc autē du-  
ee Dauid ad hostes ductus eos superauit, & prædā vniuer-  
sam tulit, quę à Siceleg ablata fuerat. Ægyptius fuerat Ig-  
natius, dum vanitati deditus erat, sic enim magnus Antonius  
viros saceruli huius cōpellabat, cū enim ei dicebatur, aliquę  
aduentasse, vt eū quereret, interrogabat, Ægyptius ne es-  
set, an Hierosolymita, quibus verbis interroga-  
bat, an Deo G  
adhærendi studio, vel tēporali cupiditate ad eū querendū  
ille venisset? Is ergo Ægyptius est, qui eaduca, & terrena  
querit. Relictus vero à mundo Ignatius fuit, cum egrotare  
grauius cœpit vulnere in tibia accepto, tunc subsistit, nec  
sequi potuit Dñm suū, nec bellū peragere. Sed cū laſsū, ac  
infirmū Dauid assumpsit, qui prælia batur prælia Dñi, vt  
certaret bonū certamen fidei, cū enim ducē exercitus sui  
Christus constituit, vt hostes superaret, & ablatā iam præ-  
dam caperet. Et sicut tunc clamauerūt milites, hæc est pre-  
da Dauid. Ita nunc Societas vniuersa, quæ à mundi tyran-  
nide liberata est, nō præda Ignati, sed Dauidis dicitur, nō  
Societas.

- A** Societas Ignatij, sed Societas Iesu nuncupatur. Simili etiā ratione præda animarum, quam à dæmonis potestate vi-  
ri Societatis eripiunt, dicēda est Christi præda, non nostra  
quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incre-  
mentum dat Deus. Nemo ergo dicat: Ego sum Pauli, ego sum  
Apollo, sed ego sum Christi. Et nos socios dicamus non  
Ignatij, sed Christi, quod summa contentione Ignatius cu-  
rauit, ex quo ei mirabilis visio apparuit. Cum enim Ro-  
manam properaret cum sociis, res ei contigit ad memoriam  
posterioritatis insignis, & ad societatis consolationem mira-  
bilis. Etenim orandi causa non longè ab urbe in templum  
ingresso Ignatio, statimq; ut sè pè solebat, abstracto à sea-  
fibus, atq; alta quadam animi contemplatione defixo, cla-  
**B** rissima in luce per speciem illi sese Deus pater ostendit, Ie-  
su filio baiulanti crucem, & crudelissimi affecto suppliciis  
præsentem Ignatium, sociosq; commēdans, quos ille cum  
in fidem ac patrocinium libentissime receperisset, ad Ignati-  
um placido & sereno vultu conuersus, hæc ipsa effari ver-  
ba dignatus est: Ego uobis Romæ propitius ero. Quo tanto  
tanquam diuino solatio mirum in modum erectus & con-  
firmatus Ignatius est. Et hoc ipsum vel in primis fuit cau-  
ſæ, cur Ignatius confirmata post modum societati saluta-  
re potissimum Iesu nomen indiderit, quia eos in socios  
Christus admirerat. A seculari ergo militia vocatus Ignati-  
us est ad Christi militiam, ut præliaretur cū David præ-  
lia Domini, ut certaret bonum certamen fidei, & ad hoc so-  
**C** cietatem instituit, & quasi militum copiam collegit, quasi  
strenuus dux.

Sed ut hoc ipsum magis pateat, attēdendū est, ea de cau-  
ſa potissimum in mundū Christū venisse, ut illū expugnaret,  
demonē superaret, & mūndū ab ei<sup>o</sup> potestate eriperet. Hoc  
ipse expressit parabola illa, qua ait. Cum fortis armatus custo *Luc. 11.*  
dit atrium suū, in pacē sunt omnia, que possidet, si autē fortior illo  
superueniens uterit cum, omnia spolia eius auferet. Et alibi *Ioan. 12.*  
ait. Nunc princeps huius mundi cœcetur foras, & ego si exal-  
tatus fuerō à terra, omnia traham ad me. Et in Apocalypsi *Apoc. 19.*  
Ioannes ait. Ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur

82 In obitu P. Ignatij

fidelis, & acerax, & cum in virtute iudicat, & pugnat, & vocabatur non  
men eius uerbum Dei. Et exercitus, qui sunt in celo, seruebantur  
cum in equis albis uestiti byssino albo & mundo. Et uidi bestiam,  
& reges terre, & exercitus eorum congregatos ad faciendum præ-  
lium cum illo, qui sedebat in quo, & cum exercitu eius. Præ-  
lium hoc à Christo incæptum durabit usque in mundi fi-  
nem, cum supremum bellum cum Antichristo geretur. Cū  
verò Christus in cælum ascēdit, suis præcepit, ut hoc Dei  
prælium praliarentur, & eentes in vniuersum mundū, il-  
lum Deo subiicerēt, & à dæmonis potestate liberaret. Hoc  
fuit Apostolorū nūnus, & eorum, qui eos imitati sunt. Si-  
cut autem rex, qui in curia sua est, & misso exercitu suo ad  
prælium magni momenti, curat præcipue ea, quæ ad exer-  
citu pertinent, & numos, ac cibaria mittit indies, & nouos  
milites, qui prioribus auxilio sint. Ita militans suæ Eccle-  
siae sapius Christus auxiliares mittit copias fortes, ac no-  
uos milites, qui vita, ac doctrina fidelibus sint præsidio, &  
parta tuantur, & noua regna Deo acquirāt, ut Christi reg-  
num crescat. Si enim Nabuchodonosor habuit mysterium  
Iudit, 1: consilij sui cum ducibus suis, dixitq; cogitationem suā es-  
se, ut omnem terram suo subiugaret imperio, cur non eadē  
Christus cogitet, qui est hæres vniuerstorū, cui à patre da-  
ta est potestas in cælo & in terra? Cur non id ipsum Christi  
milites cogi ent, & curent? Cur non huius rei causa cir-  
cumeat mare, & aridam, ut faciat plures profelytos? Cur  
non relinquant ad hoc opus peragendum vniuersa alia, &  
militarem vitam ducant, & laboribus militiæ se dedant? C  
Hinc factū est, ut postquam Christus hoc in bello victor  
occubuit, Apostoli hoc bellum strenue gesserint, & in eo  
feliciter occubuerint, & deinde plurimi eorum filii, & imi-  
tatores, & fidem tutati sunt, ac propagauerunt. Ad hoc au-  
tem opus religiones destinavit Deus in Ecclesiam, quæ  
acies militum sunt, chori castrorū, quos in humanitate vi-  
dere licet, qui omnia mundi teliquerunt, ut huic bello om-  
nimo intenderet. His religionibus mirum in modū Deus  
exercitum suum auxit, ac corroborauit. Et quemadmodū  
exercitus constatur ex diuersis militibus, diuersis etiā ve-  
xillis,

Simile.

A xillis, ac etiam nationibus, sed vnum exercitus est sub uno duce, idem omnes intendant, vnum omnes sunt, mutuoq; se iuuat, ita licet diuersae sint in Ecclesia religiones, sed vnu esse debent corde, charitate, fineq;, mutuoq; se iuare debent. Et quem admodum ciues in ciuitatibus securi degut, milites vero induit armis pericula subeunt, vt ciues seruetur, & in laboibus illi versantur, vt ciues quiescant. Ita praelatorum, doctorum, ac religiosorum est, excubias agere, cum hostibus decertare, vitia extirpare, virtutes augere, in hoc enim constituti sunt. Hinc ad Ieremiam dicitur: Ecce consti Iere. 1. tui te hodie supergentes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & adfices, & plantes.

B Hoc cōsilio hisce diebus misit Deus Societatem Iesu in mundū, & illius ducem Ignatium, tanquā nouam acie, quę presidio sit, ac leuaminiantiquis militibus, ac veteranis. Sol let latari exercitus, cum noua acies aduenit, quaē illum iuuet, & noui, qui veniunt milites, exemplo antiquorum militum ad eximia patranda facta accenduntur, ita ergo Dei Ecclesia, & illius milites antiquilatari debet Societate hac noua, & illa egregia priorum facta attendens strenue se gerere debet. Sed vt Ignatij vitam, ac filiorum eius describamus, explicandum nobis est, quomodo fidei certamen ob eundum est, quo pacto Deo militandum.

C Chrysostoto, s. in homilia de militia spirituali ait. Mi Chrys. les durioribus legibus ad strictus est quam in ciolis, illi namq; relinquenda ciuitas, ac domus propria est, & illius delitie dies nocte, q; laboriosas ducere debet, armis indui onerosi, victus illiparcus est, solum ne effaria ei ministrantur, & haec quidē aspera, & ab omni voluptate aliena. Hoc ipsi miles Christi præstare debet, vt ostendit Paulus: Labo 2. Tim. 2. rascut bonus miles Christi Iesu, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, qui se probauit. Hinc in lege præceptum fuit, vt pugnam non iniaret, qui sponsam nuper duxerat, qui vineam denuo plantasset, aut domum ædificasset. Ad hoc bellū oportet exui vniuersa impedimenta. Nā qui in Agone cōtēdit, ab omnib; se abstinet, nudus cū do luctari debet, ne si vestitus sit, habeat, vnde teneatur, &

## In obitu P. Ignatij

sucumbat, ut Gregor. ait. Quia ergo delitiæ, ac diuitiæ im A  
pedimento esse solent, spinæq; sunt verbū suffocantes, vo-  
to paupertatis, ac castitatis hæc tolluntur. Perditus Anni-  
bal, & eius exercitus fuit delitiis Capuae, quibus debilitati  
milites iofirmi redditii sunt, & à Scipione superati. Hæc  
mirè præstitit Ignatius tanquam bonus miles. De Ange-  
lica illius castitate quid dicam? Initio cōuersionis de casti-  
tate seruāda sollicitus, ratus nullū continētię præsidii pos-  
se firmiter inueniri quā Dei matris patrocinii, in eius maxi-  
mè clientelam, fidēq; confugit, ac studio virtutis incensus  
illico fecit, vt eidē virginī sacratissimā lēse irreuocabili vo-  
to castitatis obstringeret. Quod religiosi animi obsequiū,  
& sacrificiū pro sua infinita bonitate ratum, & gratā Deus  
ipſe videtur habuisse, quando quidem beatissima virgine B  
deprecante, videlicet ex eo tempore, ad extreum usque  
diē Ignatius planè omnī sensu libidinis caruit. Deinde vi-  
ta inlīuit rationē asperrimā in viōtu, atq; vestitu, &  
ea fuit in Deum fiducia, atq; extrema paupertate, vt nauig-  
gatur in Ierusalem, nec umbras, nec viētū deferret, ne  
quid de summa paupertate, & magna in Deū fiducia u-  
quani minueret. An non ista mutatio dexteræ excelsi fuit?  
quis enim hominem in Angelum, quis carnem in spiritum  
mutare potuit nisi Deus? Certè sicut planetarum influxus  
ac beneuolus respectus in hanc terrā partem veniens eam  
mutat in lapillum pretiosissimum, cum reliqua, quæ adiacēt,  
quasi terra vilis relinquitur, ita planè Dei respectus in ele-  
ctos illius: illias oculi respicientes singulari gratia Ignatiū, C  
è terra in celum mutauerunt, è vili pretiosissimum reddi-  
derunt.

Sed hic forsitan herebis, & dices, cum Ignatius asperimā  
vitam duxerit, qua de causa noluit eandem sociis indicere,  
& certa regula eam taxare, ac suis subeundā omnino pro-  
ponere? Planè religiosa vita aspera esse debet, & à delitiis  
aliena, & pœnitentię laboribus plena, & huius modi vitā  
suos ducere Ignatius voluit, vt ex illius constitutionibus  
liquido constat. Voluit tamen, vt hæc aspera vita primū  
queratur in interiori affectuum mortificatione, in iugi Dei  
memoria,

simile,

**A** memoria, ac compositione interioris hominis, quæ omniū asperitatum summa est. Deinde voluit suos impensè proximorum saluti impendere, & hoc in re omnes vires corporis consumere, cuī rei ita intendere nequaquam possent, si nimij vires debilitarent alijs externis laboribus. Et ideo iudicio superiorū reliquit asperitates taxandas, qui caute prospicerent, quid cuiq; viriū supereriset post labores plurimos in proximos impensos, vt corpus affligere posset, & ea adhibita consideratione, cuique penitentie rationem taxaret. Ac tandem, sicut Deus humanitatem induit factus homo, ita voluit virtutem, quæ planè diuinam quid est, quasi humanam reddere, vita quadam instituta, quæ exterius facilis est, interius vero maxima, ac diuina. Ioan-

**B** nes quidē Baptista venit non manducās, neq; bibens, & vt Bernardus ait, neq; vestiens, sicut enim is fuit cibus & potus, vt non cibus neq; potus dicatur, ita eius fuit vestis, vt vestis dicenda non sit, sed cilicium asperimum, mirabilis profecto vita & Deo, & hominibus. Christus vero venit manducans, bibens, vestitusque, & superior fuit Ioanne. Nunc ait Chrysostomus, plebi sanctior apparuit Ioannes *Chrysost.* Christo, ideo ad Ioannem non ad Christum legatos missos nouimus, vt suscipetur in Messiam, sanctior ergo apparuit Baptista, quā esset, quia reputatus est Messias, cuī is non esset. Christus minus sanctus apparuit quam fuit, ita vita exterius aspera placet nimium plebi, sanctiore illam reputat, quam sit: vita interius charitate plena minus san-

**C** eta habetur, cum sanctior sit. Licet ergo plura exterius aspera adhibēda sint cuiq; viro religioso, tamen societati plura curanda sunt ex his, quæ intentiora sunt. Voluit Christus non adeò asperam vitam ducere, vt qui omnium exceptar futurus erat, omnibus facilem virtutem redderet, voluit id ipsum societatem prestatare Ignatius.

Sed quia satis non est militi impedimenta abiicere, nisi armis se accingat in p̄eliū, videamus, quib⁹ armis se induxit Ignatius. De Iuda Machabeo dicitur: *Induit se loricā si-  
c ut gigas, & succinxit se arma bellica sua in p̄elis, & protegebat  
castra gladio suo, similis factus est leoni in operibus suis, & sicut*

## In obitu P. Ignatij

*catus leonis rugiens in uenatione.* Ad hunc modum armis se A  
accinxit Ignatius. Sed quoniam arma conuenire debet geren-  
do prælio, diuersis armis indui oportet militem Christi &  
mundi. Hinc Paul. Arma militie nostræ non carnalia, sed poten-  
tia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruente, & om-  
nem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. Sed quæ  
nam ista sunt armæ induit loricam iustitiae, in omnibus assiden-  
tes sentum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extin-  
guere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uer-  
bum Dei. En arma militis Christi, loria iustitiae est omnis  
virtus, qua homo ornatur à capite ad pedes usq; vulgo (ar-  
nes transido) vniuersum hominē induens, scutum fidei, quo  
omnis iactus inimici frangitur, & tentatio omnis abscedit,  
gladium vero spiritus verbum Dei est, quod in ore, & in B  
manu esse debet, dum opere impletur, quod ore docetur.  
Inde in Canticis dicitur: En lectulam Salomonis sexaginta for-  
tes ambiunt ex fortissimis Israël omnes tenentes gladios. Quæ ver-  
ba expendit Gregor: 10. Moralium cap. 28. & 29. & ait  
benè ait, tenentes gladios, quia qui manu non tenet verbū  
Dei, qui illud non opere implet, parvū fructus colliget, ei-  
que accidet illud Psalmi. Averti sunt adiutorium gladij eius, &  
non es auxiliatus ei in bello, cum enim Deus adiutorium auer-  
tit, quo pacto hostes expugnari poterunt. Hic est gladius,  
quæ ab Ezechiele sumi Deus præcipit, ut superflua rese-  
ret. Sumi tibi gladium acutum radicem pilos. Hic gladius pau-  
ri esse debet peccatoribus, quo eis vita prava interdicatur,  
hoc enim gladio Asina Balat terretur, ut viā prauā deserat. C

In his, quæ dicta sunt, Ignatium propriis lineis depinxi  
mus, sicut enim in eo lorica iustitiae vita irreprehensibilis,  
qua vniuersa sic egit, ac sic circino in omnibus ueteretur, &  
ideo circino depingi aliquando solet, quo efficitur, ut lineæ  
ducantur omnino secundum uite meam. De idolorum fabris  
ac cultoribus Isaías ait. Artifex lignarius extendit normam, for-  
mavit illud in runcina, fecit illud in angularibus, & in circino torna-  
uit illud. Hoc autem prestant non tantum idolorum cultores,  
sed & hi, qui vitâ moresq; cōponunt ad dæmonis uolunta-  
tē, qui circino diaboli utuntur, ut eius opera perficiant, ac  
volunta-

2. Cor. 10.

Cant. 3.

Greg.

Psa. 88.

Ez. ch. 5.

Nume. 22.

Isa. 44.

A voluntatem impleant. Contra viri sancti in circino Deum in seip sis efformant, dum opera sua perficiunt, ut Dei operibus si millima sint. In circino formare societatem voluit Ignatius, dum eam sic instituit, ut similis Christi vita esset interius quidem oratione ornata, ac charitate, exteriorius communii, ac facili viuendi ratione, ut sibi proximitate attenderet. Scutum etiam fidei arripuit, inuisibilem praecolum semper habens, & sic ad maiorem Dei gloriam attendens. Hac vero fides ita in eo perfecta fuit diuinis illustrata in omnibus, ut si quod impossibile est, scriptura diuina non esset, fidem tamen in corde inscriptam viderit, & in anima sculptam. Galeam vero salutis, quam spem vocat Paulus, 1. Thes. 5.

B liquerit saepius, in Deo solo fidens, & in maiori constitutus necessitate magis sperabat, & fame oborta plures in societate recipiebat, & eius spiritus Deus miraculis aderat, quia beatus vir, qui sperat in eo. Vis autem verborum eius tantum fuit, ut non possem homines resistere spiritui, qui in eo loquebatur, non Socij ipsius, non principes, non ipsi obdurati peccatores, non iniusti acerrimi, qui ipsi cedebant. Et in iranda misericordia mutationes efficit, praecepue exercitiis spiritualibus exhibitis, quorum librum edidit a summo Pontifice approbatum.

Cum vero filii suis in sua regula praeceperit, ut saluti proprie, & proximo cum impense intendant, orandum eis est deum dilectio. Ora, ne pat in me duplex spiritus tuus, duplice certe spiritu indiget, qui sibi, ac aliis attendere debet, ut impletat illud Christi: ingredietur, & egredietur, & pascua inuenientur, ingredietur ad se, egredietur ad proximos, & utroque inueniet profectum, de qua re sic ait Paulus: Siue mete excedamus a te, siue fabri, unus uobis, caritas Christi urget nos. In que verba Divinus Thomas ait. Apostoli sunt in medijs inter Deum & populum, Deuteronomij, 5. Ego sequester mednis fui. Oportet ergo huius a Deo, quae effundant, in populum, & ideo a iugando eleuandierant per contemplationem in Deum ad percipiendam caelestia, quandoque vero populo se debebant conformare, ad tradendum ei diuina,

4. Reg. 2.

Ioan. 10.

2. Cor. 5.

D. Tho:

## In obitu P. Ignatij

ei diuina, ideo ait, siue mente excedimus, & eleuamur in A

Deū, ego dixi in excessu meo, siue sobrij sumus, id est, com  
mensuramur vobis, sobrietas enim idem est, quod cōmen-  
suratio, bria enim Græcē est mensura. Hæc sobrietas non  
opponitur ebrietati vini, sed ebrietati spiritus, quæ rapit  
hominem ad diuinam, de qua in Canticis: Bibite amici, & ine-  
briamini charissimi, siue ergo ascēdimus ad Deum, siue des-  
cendimus ad vos, omnia propter Christum. Sicut & in

Genes. 28: scala Iacob ascendunt, & descendunt Angeli, ita vir So-  
cietas ascendere debet ad Deum, & descendere ad pro-  
ximos. Similisque erit Dauid, de quo scriptum est: Quis

I. Reg. 22 sicut Dauid fidelis, ingrediens, & egrediens ad imperium regis? B

Exod. 32. Et Moy si. Qui ascendit in montem ad Deum, & descendit, cum  
populus peccat. Primo ergo ascendere montem oportet, pro  
priam perfectionem curando. Ascende in monte tu, qui Evan-

Psal. 23. gelizas Sion, si vero interroges, quis ascendet in montem Do-  
mini? dicam tibi: Innocens manibus, & mundo corde, quia haec  
est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Iac-  
cob, faciem, id est, perfectam Dei cognitionem. Sic Do-

Genes. 17. minus ait Abraham. Esto perfectus, & ambula coram me, & fa-  
ciam te crescere uelutenter. Ut hoc opus perficias serio ei

Iere. 4. attendere debes. Vnde Propheta: si reue teris Irael, ad me  
ait Dominus, ad me conuertere, quasi dicat, non ioco se, & of-  
ficianter id negotij peragendum est, sed summa diligentia.  
Nulla certe ars, aut negotium est, cui si negligenter at-  
tendas, proficias, omnia curam, ac diligentiam exigunt,  
quid obsecro erit ars artium, negotium negotiorum?

Pro. 4. Cum ergo iustorum semita sit quasi lux splendens, & C

crescens usque ad perfectam diem, ut Sapiens ait, crescen-  
dum nobis est, non standum.

Bernard. Si dicas, volo stare, ait Ber-  
nardus in epistola, vis quod non potest fieri. Sicut qui  
vento contrario ducitur, si remigiis non vtitur, vt vi-  
tra progrederiatur, in diuersum à vento fertur. Ea autem in-  
tensione sibi attendebat Ignatius, vt ex toto conatu opera  
retur, & aliquando infirmatus sit, quia aliqua sacra fecerit  
magna intentione.

Qua etiam intentione proximis iuuandis adsuerit, dici  
pro

- A pro dignitate non potest. Iudicis enim, meretricibus, hereticis, getibus adfuit per se, ac suos mirabilis charitate, perfectis, & imperfectis normam vivendi tradidit, ut similis fuerit Beseleeli, de quo in Exodo Dominus ait. Ecce vocavi Exod. 31. ex nomine Beseleel, & impleui cum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabri fieri potest ex auro, & argento, & aere, marmore, & gemmis, & diversitate lignorum. Iusti certe omnes superaedificant super Christum, ut Paul. ait, sed perfecti superaedificant aurum, argentum, & lapides pretiosos, quia spiritualia exercent opera, que pretiosas sunt. Imperfecti vero superaedificant ligna, quia opera minus perfecta praestant, ut D. Thom. in Pau. D. Tho. lū explicat. Sed ut omnibus adesset Ignatius perfectis, & imperfectis, impletus est spiritu sapientiae & consilii, qui sapientibus & insipientibus debitor fuit, & exercitia spiritualia omnibus proficia inuenit, quae omni statui deseruirent. Regulas etiam tradidit omnibus Societatis officiis ac ministeriis. Verè Beseleel dici à nobis potest. Demū regionē instituit quæ paucis diebus vniuersum mundū peragravit, & ad fines orbis peruenit, & ubique crescit, & fructū refert. De qua illud solum dicam, quod Augustinus de Ec. August. clesia dixit. Aut miraculis crevit, aut sine miraculis, si miraculis à Deo factis, opus Dei esse comprobatur, sancta ergo est, si sine miraculis, hoc maximū miraculorum est, quod tēpore misero, immo miserrimo, cù charitas friguit, cù iniquitas abundat, Societas mundū in modū creuerit. An hoc opus militis est, an vero Dei? Potuit ne miles sine Dei digito opus tantum consummare, &c ad finē usque perducere? potuit humanis viribus tot inimicis, & impugnatoribus resistere? Recte Ignatius usurpare potest verba illa Davidis: 2. Reg. 7: Quis ego sum, Dñe Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque; sed & hoc parum uisum est in conspectu tuo Domine, nisi loqueris de domo serui tui in loginquo. Quis obsecro Ignatius Isai. 61. erat, ut usque huc progredieretur, ut dominus ei, & religio paratur perpetua? certe opus manuum mearum est tu! Israel plantatio Domini ad glorificandum.

Sed ut religiosi Societatis Iesu intelligent, quæ vita sanctitate

# In obitu P. Ignatij

icitate esse debeant, ut muneri suo faciant satis, opere pre- A  
tium erit, eis ostendere, quæ de ipsis aliqui authores vel ma-

Ioa. Feder. nifestè dixerunt, vel plures non sine magna ratione de eis  
dicta putant. Ioannes Federicus Lumnius de extremo iudicio,

Isa. 18. & Indorum vocationelib. 2. cap. 6. explicans verba illa Isaia: Ite Angeli ueloci ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripiuerunt flumina terræ eius, ad montem nominis Domini exercituum montem Sion, omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatū fuerit signum in montibus uidebitis, & clangorem audietis. Ait ergo Ioannes Federicus instare iam finem mundi, quia omni nationi prædicatum est Euangelium. Dicit etiam hos velocios Angelos,

quos Deus mittit, esse patres Societatis Iesu qui ad extrema Africæ penetrauerunt, & usque ad orbis fines peruererunt. Dicuntur (ait) Angeli, idest, nuntii, eo quod maximarum rerum legatione funguntur, velocios autem sunt,

Isa. 6. quia & deuotione & spiritu alacres per vastissimi maris pericula in aliud amplissimum orbem conuolarunt. De quibus etiam explicat illud Isaia: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbe ad fenestras suas! Nubes vocat propter celerem obedientiam, & propter affluentiam verbi Dei in prædicatione, & propter contemplationem, qua in alta eleuatur, colubas vero quia fellis acerbitate caret hæc pacifica Societas Iesu, quo nihil mirabilius. Hæc ille. De

B. Vincen. B. Societate etiam plurimi intelligunt, loquutum fuisse D. Vincentium in tractatu de vita spirituali in fine, ubi admodum considerandum statum futurum in fine mundi quorundam virorum Ecclesiasticorum, pauperum, & mansuetorum charitate ardentissima sibi coniunctorum, nihil cogitantium, aut loquentium nisi solum Iesum, supernam Dei, & beatorum gloriam contemplantium, & ob Dei amore semper mortem expectantium. Est & alia prophetia mirabilis magni illius Abbatis Ioachin, qui floruit anno Domini 1200. Qui spiritu propheticō afflatus multa prædicta videtur: inter que in lib. 20. expositionis super Apocalyp: folio. 83. sic ait. Erit quidam ordo designatus in Iesu, qui clarebit

**A**clarebit sexto tempore Ecclesiæ, id est, in fine mundi, qui erit præ cæteris spiritualis, præclarus, & Deo amabilis. Et in folio 98. ait, Deus diligit istum ultimum ordinem, quemadmodum Iacob Patriarcha Beniaminum filium suum, eò quod in senectute genuerit eum. Et in folio 175. exponens illa verba Ioannis. Et uidi, et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem filio hominis, sic ait. Arbitramur tamen in eo, quod visus est sedere super nubem candidam, signari quemadmodum ordinem iustorum, cui datum sit perfectè imitari vitam filij hominis, & habere linguam eruditam ad Euangelizandum, & colligendum in aream Domini ultimam missione.

**B**Qui dicuntur sedere super nubem propter contemplationem, & hic erit ordo perfectorum virorum seruantium vitâ Christi, & Apostolorum. Et idem Abbas Joachin super Hiereniiæ 1. cap. sic ait, Reuelandi sunt in Ecclesia doctores, predicatori, fideles, qui terrena, ac carnalia corda omni plaga percutiant, ac erectis, & tumidis magisteriis silentium studiis suis imponant. Et benè filius Melchia Hieremias describitur, quia ordo ille futurus ad obedientiam summi Pontificis dirigitur. Planè si me interroges, an haec omnia de Societate Iesu ego dicta putem? dicam, multa esse verba, quæ illam respicere videntur, & quasi proprio nomine designare, vt quod hic ordo sit designatus in Iesu, cuiusmodi similem designationem in alio non vidimus, quod ad obedientiam summi Pon-

**C**tificis dirigitur, cuius rei quartum solenne votum in Societate emititur, & similia alia. Mihi planè hoc certum est, Societatem Iesu minimam ab Ignatio eius fundatore vocatā, quæ adeo omnibus religionibus honorem deferrē debet, tāquam fratribus natu maioribus, ac planè patribus. Ad q; adeo vaticinia prophetarum de aliis etiam religionibus accipi oportet, quæ in gentium conuersione preclaram operam nauarunt. De Societate vero Iesu etiam accipi possunt, quæ plurimum in hac re Ecclesiæ Christi adfuit, & inumeras gentes ad Ecclesiam adduxit. Reliqua vero, quæ spiritu propheticō dicta de Societate Iesu videntur, si illius regulam, ac institutum spe ctes, planè de illa accipi posse iudicabis, est enim hoc institutum virorum planè perfectorum, qui solum Christi gloriam

## In obitu Patris Ignatij.

qui erant, qui quotidie moriantur, qui in discrimine sedent, ut A Christi gloriam augeant, & eius vexillum in vniuerso mundo eleuent. Si religiosos consideres, multi planè fuerunt, & nunc sunt, quibus illa vniuersa conueniūt, qui animas suas pro Christo tradiderunt, qui summa alacritate, ac animi contentione in remotissimas mundi partes vexillum Christi deduxere, qui magna charitate, puritate, ac contemplatione floruerunt. Si qui verò inter hos imperfecti inueniantur, curare ommino debent, ut tanta vocationi respondeant, ut tanto corpori, & ipsi tanquam membra coaptentur, similesq; fratribus suis sint, quibus conuiuant, & quorum vtuntur.

Opere pretium nūc erit, gratumq; me factum omnibus credo, si aliquid nūc dixero de Apostolo illo Indoru Orientali Patre Francisco Xabier, qui ex decem Ignatij sociis vnu sūit, & inter omnes illos primo loco numerandus, & qui opera sua innumeratas gentes & regna ad Christum adduxit: & ideo superius memoratae prophetiaz ea parte, qua de Societate Iesu loquuntur, potissimum respiciunt Franciscum Xabier, qui etiam viris Societatis sigulare sūit exemplar: & ideo sicut primum vidimus in Ignatio, ita secundum videre nos oportet in Francisco Xabier. Huc accedit, quod gloria Patris Filius est sapiens: & ideo in Filio sapientissimo non minimum glorificatur Ignatius. De quo proinde pauca dicenda sunt. Certè ei accommodari iure optimo verba illa pos-

2. Tim. 3.

3. Cor. 3.

funt, quæ ad Timotheum Paulus dixit: Tu autem assequer- C tus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones. Simillimus namq; Paulo Apostolo Pater Francisus sūit, ut mox ostendemus. Si prius expenderimus, quanta Deus benevolentia, ac largitatem tu homines usus sūit, dum illos sibi voluit coadiutores esse in opere salutis animarum, ut dicere posset Paulus: Dei enim sumus adiutores. Ad opus creationis nulla creatura uti voluit, ut instrumento ad rerum productionem, licet Auctena in sua Metaphysica diuersum putet, quod si ut ille putauit, aliqua creatura Deum iunisset, ut vniuersa conderet, eximia dignitate illa decorata fuisse, posset enim illa creatura glorari, quasi

# fundatoris Societatis Iesu. 162

- A** quasi in immensum, ad eum modum, quo diuina sapientia gloriatur, licet non æque, diceretq; cum illa: *Quando præparabat celos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos,* quando ethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erant cuncta componens. Si magna ista gloria est diuinæ sapientiæ, qualis obsecro gloria esset creaturæ, si vniuersis rebus dicere posset: mihi debetis, quidquid in vobis est boni? Sed cum id Deus creaturæ non concederit, aliud maius dedit, & ampliori dignitate decorauit, cum homine ut voluit, vt instrumento ad animarum sanctificationem, quod excedit in immensum creationem. Potest enim Paulus dicere: *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, mihi fidem debetis, & salutem animarum.* Quo bona spiritu alia excedunt naturalia, eò excedit haec dignitas eam, quā haberet, qui naturalia cōferret.
- B** Maxima ergo eorum dignitas est, qui animarum saluti incumbunt. Ad hoc opus primum electi Apostoli sunt, qui parentes Ecclesiæ sunt, quos ideo primos in Ecclesia cōstituit Deo. Sed quoniam Apostoli non semper mundo adesse debebāt, alios secundos Apostolos Deus destinauit ad hoc opus, qui primis similes essent in fide, patientia, charitate, doctrina, miraculisq; ex quibus unus fuit Timotheus, cui Paulus dicit: *Tu autem assequitur meam doctrinam, &c.* Inter hos secundos Apostolos, nostro hœc saeculo fuit Franciscus Xabier, cui ius si opera consideres, si miracula, si persequitiones, si vias longissimas, si gentium conuerzionem, secundum eum Paulum dicere poteris affirmareq; quod homo Dei sit, quod assequitus doctrinam fidem, charitatē & passiones Pauli. Hinc est, vt in Portugaliæ regno Apostolus dictus sit, & hoc nomine vniuersa Societatis inquirerit eo in regno Extat nūc epistola, quā ego vidi in domo Xabier in Navarræ regno, quam scribit sanctissima fœmina omnibus venerationi habita soror Francisci Xabier (quæ Abbatissa fuit monialium discalciatarum Gandiae) ad utriusq; parentes, quæ ait, necessaria omnia abunde ministrari oportere Francisco Xabier, qui operam literis Parisis dabat, quod etiam si ad hoc dominus Xabier distrahenda esset, quoniam ille futurus erat noui
- X 2 mundi

In obitu P. Ignatij

mundi Apostolus. Hoc autem sororis vaticinium ille veritati A omnino redditum vir factus.

Sed attende, quae sunt Apostolici munera propria, quae Paulus enumerat. Primum doctrina, & institutio, doctrina fidei, & institutio, quae est eruditio, ut nouerit, quomodo se gerere debeat in prædicatione, ut omnes lucifaciat. Secundū est, propositum, quod explicat D. Tho. esse finem, quē respicit Apostolus, gloriam Dei, scilicet, & animarum salutem. Tertium Fides maxima, & Spes, quam dicit Paulus Longanimitatem, quia in longum expectat, & charitatem. Quartū Patientia, quia bene patientes erunt, ut annuntient, ut Psaltes ait.

D. Tho.

Psal. 91.

Isa. 9.

Iud. 5.

Psal. 102.

Matt. 5.

Ecce spiritum Apostolicum descriptum à Paulo. Primo lux doctrinæ magna necessaria est, luce enim hoc bellum peragendum est: Luce deiecit Christus Paulum. Vnde Isaías. Letabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta preda, quando diuidūt spolia, iugum enim oneris eius, & uirgam humericus, & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Median. Ostendit Christi viatoriam similem futuram ei, quā de Medianitis Gedeon reportauit, illa autem parta est lagenis fractis, & luce interius inclusa apparente, lux ergo vincit. Hinc canit Debora. Stellæ posite in ordine suo contra Sisaram pugnauerunt. Hinc Psaltes. Ortu est Sol, & congregatis sunt: bestiæ enim lucem fugiunt. Quæ obsecro potiora arma contra mundi tenebras, quam Christi lux: Ideo Apostoli dicti sunt Lux mundi. Hac doctrina enituit præcipue Xabier, nec doctrina solùm, sed & spiritu prophetiae (quod ad excellentiam doctrinæ pertinet) vt sapissimè ostendit. Institutio verò tanta in eo fuit, ut omnibus admirationi esset, quia omnibus omnia siebat, & sic omnes Christo lucrabatur.

De eius proposito ac intentione diuina gloriæ quid dicā? Vocatus ab Ignatio, ut in Indiam proficeretur, etiam nondum confirmata Societate à summo Pontifice, nec Ignatio electo in generalem præpositum, summa alacritate, ac breuitate viam arripuit. Et cum proprie patriam suam transiret, adduci non potuit, ut suos inuiseret. Verè sicut Paulus, non queuit carni, & sanguini, adeo Dei gloriam intendebat.

Deinde Fides, Spes, ac Charitas præcipua ratione in Apóstolo

A stolo necessaria sunt, qui enim **eximia** opera, fortissimaq; gesta int̄edit, quo pacto ea perficiet, nisi magna fide, spe, ac charitate. Ideo Apostolos Christus carpit, quod modicae sunt fidei, & illi orant. **Domine adauge nobis fidem.** Et egregia sanctorum facta tribuit Paulus fidei. Et Ioannes: **Hac est uictoria, que uincit mundum fides nostra.** Armatur in Apostolum vniuersus mundus, quo pacto non turbetur, ac formidet: hoc magna fides prestatib. **Creditis in Deum, & in me credite.** Fides ac spes animum confirmant, ut non terreatur, etiam si cum vniuerso inferno contendendum sit. Hac fide, ac spe mirè prædictus fuit Pater Franciscus Xabier, qui ad longissimas peragendas vias, nec unum numnum accepit, soli Deo invi-

Matth. 8.  
Luc. 17.  
Heb. 11.  
1. Ioan. 5.  
  
Ioan. 14.

**B** peragendas vias , nec unum numum accepit , ioli Ieo ini-  
xus : & cum in insulam Mori proficiseretur , vt belluas illas  
ad Christum adduceret , nulla remedia contra venenum acce-  
pit (quo illi homines s̄ep̄ plurimos occidunt) ne quid de ex-  
cellenti sua in Deum fiducia minueret . Et in quadam episto-  
la ait , optimum contra omnes tentationes remedium esse ,  
ostendere dæmoni animum fortem , ac virilem , nihil timen-  
tem . Hac fide aggressus est vniuersam Orientis Indiam ,  
& in Sinas vsque , & Iaponios peruenit . Et hac magna fide  
innumera patrauit miracula , dæmones eiecit , a gros sanitati  
restituit , cæcos illuminauit , mortuos suscitauit . Charitas in  
eo enituit exponens vitam periculo s̄ep̄issime pro fratribus  
salute spirituali , & suadentibus ne in Insulam Mori iret pro-  
**C** pter discrimen maximum dixit vel illa Cl. 2.

C ialeute spirituali, & suadentibus ne in Insulam Mori iret propter discrimen maximum, dixit verba illa Christi. *Qui amat animam suam perdet eam.* Legentibus manifestum esse, experientibus vero difficilem. Et insulam Mori asseruit dici debere insulam spei, quod recte pronunciauit, cum tanta ipse spe ad eam iuerit. De necessitate patientiae patet in Apostolo, qua mirè ornatus fuit Xabier sustinens innumerans persequeutiones, ac labores, in quibus omnibus nobis proponitur imitandus, &c.



## CONCIO.

In electione Prælati, vel Abbatissæ.

THEM A.

*Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & adducere eos, vel introducere, ne sit populus Domini, sicut oves absq[ue] pastore. Num. 27.*

**D E L I V M.** Congregatio diuisa est in duo munera, & ideo fideles sunt bipartiti, quidam enim pastores sunt, prælati, principes, iudices, rectores, patresq[ue], alij verò oves, subditi, ac obediētes. Vnde reipublice Christianæ ordo, ac optima consistentia in eo sita est, si quisq[ue] muneri suo satissimaciat, si prælatus, ac superior rectè gubernet, ac dirigat sibi subditos, & inferior bene regatur, ac obediāt. Cū id sit, heatus populus nuncupari potest, quia ordinem suum seruat, cum autem aliter res se habet, omnia perdita sunt, & absq[ue] viro ordine. Ut haec ambo nos doceret verbo, & exemplo, orabat Isaías, ut mitteretur Messias, cum ait. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Non solum venit Christus ad nos redimendos, sed & instruendos exemplo, ac doctrina: & ideo ut subditis esset obedientiae exemplum, venit agnus mitis, humilis corde, factus obediens usque ad mortem, quo nos docuit subdi maioribus. Qui erat subditus illis, sed quibus? non solum Ioseph, & Mariae, sed & infidelibus principibus obediens in tributi redditione, in passione ab eo suscepta. Simul etiam prælatis exemplum fuit, factus pastor bonus: & ideo Isaías non solum agnum petit: sed

Isa. 16.

Luc. 2.

A sed & dominatorem terræ, qui doceat principes, quo pacto dominantur: pastores, quo pacto pascent gregem. Quia verò nunc pastor nobis eligendus est, nosse oportet, à quo eligendus primum sit, à Deo scilicet, à quo orationibus obtinetur debet. Secundò qualis prælatus esse debet, & quæ munera prestat, ut ea solum attendamus in eo, qui eligendus est. Tertiò, quo pacto quisq[ue] timere debet onus Angelicis humeris formidandum. Et deniq[ue] grauissimum illius scelus, qui alienum attendens quam Deum, prælatum elitit. Hæc omnia in propositis verbis manifestè ostenduntur.

B Et primum expendit Origenes, quem Glossa refert, quam Orig.  
alienus à carnis affectibus Moyses erat, qui audiens à Deo mortem sibi imminere, curans populi bonum prælatum eis petit, & cum duos haberet ipse filios, & alios Aaronis filios, non eos ipse eligit, nec à Deo eligi postulat, sed Deum orat, ut ipse prælatum eligat, quia solius Dei est prælato lumen concedere, quo subditos regere possit. Innumera occurunt in gubernatione fiducium, etiam temporali, quidam spiritualis ad quæ satis non est omnis humana prudentia, ac scientia. Aliquando enim dissimulare delicta oportet, aliquando gravissime punire, aliquando mitius, & deniq[ue] innumeræ sunt circumstantiae, quæ sub arte esse nequeunt, in quibus diversa ratio gubernationis exigitur, nec lumen naturale, nec humana prudentia satis est, ut recte in omnibus gubernet, nisi diuinum adsit lumen, quod defectus humanae prudentiae supplet. Hanc veritatem aequaliter est Plato, qui in libro de republica, & sep[tem]b[re] ait. Rem publicam nequaquam probè gubernari posse, nisi eius gubernator suprema animi vi Deo iungatur, & ab eo cognitionem hauriat, qua ipse vivat, & alios gubernet, quam ab eo accipiat, qui se ipso est veritas, ac bonitas, non participatione. Et hanc gubernationem dicit Plato hominem diuinum, quia plus est quæ homo, & excedere subditos debet, sicut vir puerum. Et quædam dum ad brutorum animantium custodiā nō deputatur brutum, sed hominē, qui bruta excedit, ita qui homines regere debet, plus quæ homo sit, & hic homo dicitur diuinus. Hæc Plato. Sed ut veritas ista nobis omnino certa sit, ea edocetur in diuinis literis, cù enī Moyses cōquereret,

C and Plato.  
diuinū, quia plus est quæ homo, & excedere subditos debet, sicut vir puerum. Et quædam dum ad brutorum animantium custodiā nō deputatur brutum, sed hominē, qui bruta excedit, ita qui homines regere debet, plus quæ homo sit, & hic homo dicitur diuinus. Hæc Plato. Sed ut veritas ista nobis omnino certa sit, ea edocetur in diuinis literis, cù enī Moyses cōquereret,  
X 4 quod

## In electione

- Num. 11. quod pondus tanti populi sustinere non posset, ait Dominus A ad eum. Elige septuaginta viros, & duces eos ad ostium tabernaculi foederis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Impleuitque eos Dominus spiritu, & prophetauerunt, & hi rectores populi facere in temporalibus, & iudices saeculares. Tanta vero hominis infirmitas est, ut hi homines diuini facile decipiantur, si aliquando coniecturis iudicantes, ad Dominum non accedant, vt ab eo dirigantur. Et ideo Iosue, & Israël deceptus est Gabaonitarum simulatione, quia coniecturis fidentes os Domini non interrogaerunt.
- Iosue. 9. Et ideo Salomon orat. Homo infirmus sum, & exigui temporis, minor ad intellectum iudicij, & legum, & si quis fuerit B consummatus inter filios hominum, si ab illo absuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Non solum vidit Salomon se insufficientem muneri gubernationis, sed & omnem hominem etiam consummatum, si ab eo absuerit diuina sapientia. Si ergo filius Dei est, gubernatorem dare, ac facere conuenientem, ab ipso petendus est humili oratione. Merito ergo orat Moyses. Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, &c. Cum ait spirituum significat, ad Deum pertinere singulari ratione spiritus hominum dirigere, qui ab ipso solo conditi sunt. Alij legunt, spiritum omnis carnis, quasi dicat, prouideat Deus superiorem, qui est spiritus subditorum, qui eos dirigit, ac gubernat, C sicut Spiritus gubernat corpus, quia prolatus ea munera exercequitur in congregacione sibi commissa, quæ spiritus in corpore, quod vivificat. Sed Graeca, ac Hebræa priorem lectio- nem habent.
- Ex dictis vero colligitur, qualis sit eligendus prælatus, & quare præcipue ornari oportet eum, qui aliis præest, virtute scilicet, sanctitate, ac familiaritate cum Deo, & orationis dono, quo à Deo hauriat, quæ in subditos effundat. Hinc factum est, vt post seditionem Dathan, & Abiron volen- tiam populo principari, dixerit Dominus ad Moysen: Accipere uirgas a principibus tribuum, quem ex his elegero, germina-bit virgacius. Germinauit autem virga Aaron, & turgentibus
- Num. 17. bus.

A būs geminis eruinpebant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Certè illi principari debet, qui germina omnis virtutis profert, qui floret, qui fructificat. Virga vigilans pastor est, sed virga arida apta non est principati, sed quæ omni ornatur virtute. Id ergo primum præstare prælatus debet, & id tu attende, ut prælatum eligas.

Sed ut huius virtutis eximiæ, ac perfectæ necessitatem in prælato clarius inspiciamus, illud attendendum est, finem humanæ gubernationis, etiam politicæ esse virtutem eorum, quigubernantur, quia cum gubernatio sit directio gubernatorum in finem, qui est Deus, hæc autem directio fiat per virtutem: ad prælatum spectat, virtutibus imbuere subditos, ad quod rectè præstandum, opus est, ut in virtute sit ille perfectus. Bernardus sermone 76. in Cantica ait. Ecclesia sæpè appellatur in scriptura Sponsa. Vnde Angelus ad Ioannem ait. Veni, ostendam tibi sponsam agni. Prælatorum vero est, hanc ornare sponsam, eam inquirere, ac perducere ad sponsam. Similisq; esse debet Eliezer procuratori Abraham, qui maxima rā sponsam Isiac quæ sicut, ornauit, atq; ad Dominum perduxit. Cum rogaretur, ut panem manducaret, ait. Non comedam, donec loquar sermones meos. Ea namq; prælati cura esse debet lucrandi animas Deo, ut hanc curam præponat cibo, ac omnibus aliis, & hic esse debet cibus eius, ut perficiat opus Dñi,

C vt subditum ad Deum ducat. Sicut autem Eliezer ornat Rebeccam in auribus, armillis, vasis argenteis, ac vestibus: ita prælatus ornare debet animas sibi subditas fide, quæ ex auditu est, ut ait Paulus fides inauris est aurea, cū charitate viua est, duplex vero inauris refertur ad duo, quæ fides docet de Christi diuinitate, ac humanitate. Armillis etiam ornanda sponsa Christi est, armillæ vero ornamenta sunt manuum, quia duplice charitate ornari oportet animam, charitate Dei, ac proximi, quæ vna est, quia unus habitus, & duplex, qui Deum, & proximum respicit. Armillæ istæ pondo scilicet decem erant, quia charitas implet decem legis præcepta. Deinde vasæ & vestes ornamenta reliquarum virtutum significant, quibus omnibus Christi sponsa fulgere debet,

Bernard.

Apoc. 21.

Gen. 24.

Rom. 10.

## In electione

Psal. 44.

bet, ut digna Dei conspectu fiat. Hoc autem prælati munus A est, ut sic ornent sibi subiectos, ut eos ad Dominum ducat, ut eis dicat: Audi filia, et uide, obliuiscere populum tuum, et dominum patris tui, quia concipiuit rex speciem tuam. Si id prælatus præstet, ministerium implevit suum.

Isa. 3.

Sed quisnam est, qui ad hæc idoneum se putet? quis vestimenta habet sibi, & aliis? Audi, quid Isaias hac de re dicat: Apprehendet enim vir fratem suum domesticum patris sui, et dicet, uestimentum tibi est, princeps es tu noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebitque in die illa dicens, non sum medicus, et in domo mea non est panis, neque uestimentum, nolite constituere me principem populi. Certè si in aliquo videris ornamenta virtutum, qui custodiuimus uestimenta sua, ne nudus ambulet, B qui ueste nuptiali induitus sit, qui uestem byssinam habet, que iustificationes sanctorum sunt, dicere ei potes, tu es princeps noster, quis enim melius ad virtutem diriget, quam studiosus? Quis in aliis diliget virtutem, & odio habebit iniuriam, nisi qui in se ipso id præstat? Sed nullus de se præsumat, quod huiusmodi sit, nullus honorem ambiat, si enim Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, quis assumet sibi honorem? ille certè, qui vocatur à Deo tanquam Aaron, & ideo quisque dicat: Ego non sum medicus, mihi non est panis, & uestimentum, ut alios pascere possum, nolite me constituere principem, nec enim mihi sufficio, quomodo aliis adesse potero, qui enim domini propriæ non prouidet, quo- C modo Ecclesie Dei diligentiam habebit?

Heb. 5.

Deinde ut nouerint prælati munus suum, ac eorum electores, quis tanto muneri sit aptus, nomen aliud Ecclesiæ expendendum est, & nomen aliud prælati. Dicitur enim Ecclesia ciuitas, & prælatus vigil speculator, custodiens ciuitatem. Ecclesia quidem ciuitas est, iuxta illud Apocalypsis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendenter de cælo. Et illud Matthei. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, quia sicut in ciuitate collectio est ciuium, ita in Ecclesia collectio fidelium. Est verò hæc ciuitas è regione inimicorum posita, & ideo diligenter custodibus, vigilibus, speculatoribus, qui noctu circumdant ciuitatem, videantque, qui nam discurrant per vias publicas,

Cant. 3.

Apoc. 21.

Matt. 5.

- A** publicas, an hostes veniant: & ideo hi vigilare debent super gregem suum, ac dicere cum Iacob: *Fugiebat somnus ab oculis meis, & sint custodientes uigilias super gregem suum, ut pastores faciebant, quibus Christi natuitas nuntiata est.* Hinc est, quod dormientibus reliquis discipulis, solus Petrus carpitur. *Simon dormis, non potuisti una hora uigilare mecum?* Quia Petrus Pastor erat, & vigilare præ cæteris tenebatur: & quia id non præstabat, nomen Petrus, quod honorificum erat, ei non tribuitur à Christo, sed Simon dicitur. Sicut ergo quilibet fidelis vigilare tenetur super seipsum: & ideo omnibus dicitur vigilate, ita prælatus vigilare tenetur super alios, & eorum salutem, ut propriam curare. Hinc Paulus ait. Attende uobis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quem acquisiuit sanguine suo. Tanquam fideles attendite vobis, tanquam Episcopi uenero gregi. Hinc Dominus ad Ezechielem: *Fili hominis speculatorum domui Israël dedi te, cura ergo eorum salutem.* Vigil sanctus descendens de cælo prælatus esse debet, sanctus sibi, vigil aliis. Hinc Paulus. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Si hos vigiles non haberemus, quasi si Sodoma fuissimus, & quasi Gomorrah similes essemus. Ex dictis vero duo colliguntur, primum, quām sit timenda prælatura, ac fugienda, cum prælatus non solum de se rationem sit redditurus, sed & de animabus subditorum. Hinc intelligitur illud Sapientis: *Iudicium durissimum in his, qui proficiuntur.* Tremendum profectò verbum iudicium durissimum, si enim omne Dei iudicium timendum est, ac orandum cum Psalte: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quis non paueat, ac contremiscat, audiens iudicium durissimum;* quis non illud declinare curabit? Sed quod nam istud durissimum iudicium est? qua in re durities tanta sita est? In multis sanctis, sed hoc duntaxat nunc expendamus, quod post quām pro se rationem dederit prælatus, & liber ab eo iudicio prodierit, quia super se recte vigilauit, non continuò causa illius finita est, sed toties ad iudicium vocatur, quoties subditus illius iudicatur, vt iterum prælatus iudicetur de cura,

Gen. 31.

Luc. 2.

Mar. 14.

Matth. 25.

Acto. 20.

Ezec. 3.

Dani. 4.

Heb. 13.

Sap. 6.

Psa. 142.

## In electione

cura, ac sollicitudine adhibita circa subditum, an illius neglig- A  
gentia perierit. Prælato etenim dicitur illud, quod scriptu-

3. Reg. 20. *Custodi virum istum, qui lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius.* Quot ergo subditos recipis, toties tibi dictum puta, custodi quemq; eorum, ne pereat, erit enim anima tua pro anima illius, si negligentia tua lapsus fuerit. Quoties ergo in iudicium subditus vocatur, prælatus etiam vocatur simul, & toties iudicatur, quoties subditus. Si ergo unicum Dei iudicium pettimescendum est, quis non paueat tot iudicia, tot rationes? En iudicium durissimum præ-

Mat. 20. latorum, quis ergo prælatus esse ambiet? Planè nescitis quid petatis, cum prælaturam petitis, quia vos honorem, & locum celsum cogitatis, cum re vera immensos labores, maximam sollicitudinem, ac deniq; iudicium durissimum inquiratis. Secundum ex his colligendum illud planè est, quis in prælatum deligidus, ille planè, qui sollicitus maximè sit

Rom. 12. in gregis custodia, quia vt Paulus ait. *Qui præest in sollicitu-*

Gen. 31. *dine, qui dicet cum Iacob. Nec captum à bestia ostendit tibi.* Solet enim pastor negligens captum à bestia ostendere Dominum suo arietem, aut hircum: sed sollicitus pastor, qui etiam de ore leonis arietem liberat vt Dauid, non ostendit captum à bestia, qui vigilans est, ac sollicitus, qui huiusmodi est, deligidus est in prælatum, atque pastorem. De his prælatis

Isa. 62. ait Isaías. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes.* Muri certè Ecclesiæ principes sunt seculares, qui rem publicam tuē C tur, ac protegunt, sed custodes prælati super hos muros consituuntur, quia potestas Ecclesiastica superior est ciuili, quia super animas, & Episcopi superiores sunt Regibus, qui proinde illud præstare debent, quod in Canticis dicitur: *Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea: quoniam in principibus secularibus super edificare sunt argenteæ turres virtutum perfectus enim princeps esse debet, & omni ornatus virtute.* In prælatis vero Ecclesiasticis propugnacula aurea charitatis esse debent. Princeps secularis propugnacula habet argentea, cum plebem gladio tuerit, prælatus propugnacula habet aurea, cum verbo Dei, & Ecclesiastica potestate gregem defendit.

Aliud

- A. Aliud Ecclesiæ nomen est ouile, in quo fideles sunt oves, prælati verò pastores: & ideo tenentur fideles pascere doctrina, exemplo, & temporali victu: doctrina fidei, & exemplo virtutum, ut propriis herbis, & pascuis non alienis, sed quæ pastoris sint, oves pascantur. Rectè ait Augustinus libro de pastoribus, non satis est, si patientia prædictes, & eius exemplum proponas Iob, nisi tu ipse exemplum patientiae sis. Nec satis est castitatem docere, & eius exemplum proponere Ioseph, timorem, ac reuerentiam, & illius exemplum proponere Isaac, rigorem, ac zelum, & eius exemplum proponere Eliam, & sic in reliquis: qui enim aliorum exemplum duntaxat proponit, in alienis pratis oves pascit, qui vero ait. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, hic in propriis pascuis oves pascit. Sit ergo pastor totius virtutis exemplum ouibus, sicut fuit pastor ille bonus, qui ait. Exemplum Ioan. i. 30. meum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Ideò pastoribus loquens Petrus ait. Forma facti gregis, idest, Petr. exemplum eorum. Deinde ad pastorem pertinet lupis resistere, feras abigere, ne grex dispergatur. Hinc Christus Ioan. 10. ait, mercenarij esse fugere viso lupo: & in laudem curæ suæ pastoralis David ait, persequutum se leones & uros, ut gem tueretur. Sicut in gregem ouium lupi irruere solent, & aliquibus in locis plures, ita in gregem Christi, qui electus est, innumeris lupi saeuiunt, nullus fuit in mundo grex, qui sum C. lem laporum persequitionem fit passus, ac Christi grex. Ex quo enim gregem pasillum ille congregare cœpit, innumeri in eum lupi insurrexere. Primum eum inuasit ille, de quo scriptum est: Aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circumuerens quem deuoret. Deinde innumeri tyraanni, hæretici, schismatici. Eni lupos: sed omnibus occurrere pastor debet, & ideo canis dicitur, qui lupis ferociiter occurrere solet, latrareq; debet audaciter, implens illud Pauli. Argue, obsecra, increpa in omni patienti, & doctrina. Generose enim occurrere debet omnibus hostibus, ut gregem tutetur. Id vero perficiet potestate Ecclesiastica, præcepto, censuris, verbo, ac exemplo. Audi, quo pacto Moyses occurrit Amalec pugnanti contra Israël. Ascendit Moyses in montem, ac leuabat manus, & vicebat

781  
In electione

**Exo. 17.** vincebat Israël. Sed quid manus leuare? Certe cum prælatus **A** dono orationis excellit, oras pro grege exauditur, & Dei manus ligat, ne in gregem desequiat, ut dicat Deus, quod Moysi dixit: Dimitte me, ut irascatur furor meus in eos. Orans vero ait:

**Allegoria** Nō dimitam te, sed dimitt e nox in populo huic. Vix prælatis, qui hoc dono carēt. Sic enim olim cōquereretur Deus de pasto-

**Ezech. 22.** ribus Israël per Prophetā. Quia si de eis virum, qui interpone-  
ret se pē, et staret oppositus contra me pro terra, ne disperderē eum,  
et non inueni: quāto potius nunc conquereretur, quod nō sit pa-  
stor, qui ei occurrat, qui eius manus teneat, ne insubditos eius  
ira perueniat? Vis o homo prælaturam? Attēde prius, an hoc  
orationis dono polles, an Dei manus tenere possis, an eas **B**  
cum Moysē leuare, ut vincat Israël. Deinde pastor manus le-  
uat, cum operatur, quæ agenda præcipit, nec est de eis, qui  
alligant aliis onera grauia, quæ ipsi digito suo tangere no-  
lunt. Vix ouibus cum pastoris manus lassantur, & decidunt,

**Gregor.** quia ut Gregorius in Pastorali ait. Si pastores, qui nobis  
prædicant, manibus lassis non operantur, fit, ut cum pastor  
per abrupta gradiat, ad præcipitum gressus sequatur. Hinc  
adorante Israële Beccphgor, ait Dominus ad Moysen: Tol-  
le cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in pti-  
bulis, ut auertatur furor meus ab Israël. Principes populi sus-  
penduntur populo peccante, quia illi duces facie: & ideo

**Nume. 25.** Exod. 4. causa criminis. Baculus cum in manu Moysi est, ipsum su-  
fficit, & in eo miracula perficit, quibus gregem Israël tue-  
tur, & ex Aegypto educit, & mare transire facit, ac lupum  
Pharaonem terret, ac percutit. Sed idem baculus in ter-  
ram proiectus verticar in colubrum, quo ipse terretur Moy-  
ses. Baculus pastoralis significat potestatem, ac iurisdictio-  
nem pastori concessam, dignitatem, ac excellentiam ipsius,  
si hunc prælatus manus teneat, si digna ea potestate operatur,  
si in utilitatem ouium conuerterat, virga est, qua mirabilia per-  
ficiet. Si vero ad terram deducat, si ad terrena conuerterat,  
si digna dignitate non operetur, coluber erit, scandalumq;  
fidelium.

**2. 107. 1** Tandem pastoris manus est reducere in caule oves erran-  
tes, sicut ille feci pastor, qui relictis non aginta nouem ouibus  
in de-

incepto

**A** in deserto, quæ sicut eam, quæ perierat. Vnde Ioannes ait. *Iesu moriturus erat pro gente, non solum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret in unum.* Proprium est demo-  
nis, oves dispergere, ac separare, vel doctrina, vel schismate,  
vel odii, ac dissidiis, pastoris verò est congregare, ac in unum  
colligere, quia gubernationis finis est pax, ac unitas gubernatorum.  
Et quia id pastores Israël non præstabant, ait Dominus per Ezechielem: *Dispersi sunt oves meae, et quod non esset pastor, et facti sunt in deuoratione.* Praelatus ergo, qui alias  
virtutes in subditis curare debet, præcipue mutuam charitatē  
ac unitatem curet.

Diximus praelati munera, ex quib⁹ plurima colligere oportet. Primum, vt caueat ab hoc munere, qui tanto oneri impar res vires habet. Scientia scientiarum est regimen animarum, onus Angelicis humeris formidandum, qui humeros infirmos habet, caueat ab onere tanto. Sacerdoti, ac Principi armis dabatur in lege, qui humeri pars est, vt sciat, onus ipsius sustinendum maximum, qui ergo Athlantis humeros, ac vires habet, vt orbem sustineat, hic praelatus sit, qui oves portare valet in humeris, qui earum sustinere miseras, sed ad huc quis se idoneum iudicabit? Secundum ex his colligendum est, vt qui praelatus electus fuerit, sibi prospiciat, ad Deum humili oratione accedat, & onus maximum sibi impositum putet, sollicitusq; sit in his omnibus præstandis, quæ diximus.

**C** Tertium denique, quantum intersit, vt dignior, ac dignissimus eligatur. Si enim praelatus ea præstare debet, quæ diximus, homo diuinus esse debet, ab eo pendet bonum subditorum. Ex quo fit, vt sicut iudicio durissimo exigenda ab eo ratio est inferiorum: ita eodem durissimo iudicio ab electoribus ratio exigetur, qualem elegerint praelatum, & si-  
c ut peccata subditorum sint peccata praelati negligentis:  
ita peccata praelati, ac subditorum erunt peccata male eli-  
gentis, eiq; tanquam causæ imputabuntur. Audi Pha-  
raonem ad Joseph dicenteum, quod si nos in eis esse viros in-  
dustrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Non eligit  
Pharaon pastores, quia fratres sunt dilecti Joseph, sed quia in-  
dustrii sunt, non ergo eligendus est pastor humana aliqua  
ratione,

Ioh. 1. 1.

Eze. 34. 1.

Gen. 47.

## In electione Prælati.

ratione, aut affectu, sed sola dignitate considerata. Quod si ad A pecorum gubernationem eligit Pharao, & qui vir prudens hominem industrium, qualis obsecro eligendus ad animalium gubernationem? Ea omnia, quæ diximus, ex verbis initio propositis colligi facile possunt. Ait enim Moyses, Pro videat Dominus Deus spiritum omnis carnis, hominem, &c. Ad Deum ergo spectat electio ista, Dei est dignum facere prælatum, hominem diuinum efficere, & Dei est, eundem eligere, ne forte faciat hypocritam regnare propter peccata populi. Deinde hominem dicit Moyses eum; qui præficiendus est, quia non brutum, sed rationalis, & prudens esse debet prælaus, & cum super multitudinem constituendus dicitur, ostenditur, non satis esse, si homo sit, nisi & diuinus sit, qui enim po B testate super homines est, etiam virtute, ac luce caelesti superior esse debet. De eodem ait Moyses, qui possit intrare, & exire ante eos. Intrare enim prælatus ad Deum debet, & exire ad gubernationem, intrare & exire ad omnia virtutis opera ante sibi subiectos. Quis sicut David fidelis, ingrediens, & egrediens ad imperium regis: Qui huiusmodi est præfici debet, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore, &c.

1. Reg. 2 2



## C O N C I O.

Habita ad negotiatores, quo pacto ne- C  
gotiatio exercenda sit.

## T H E M A.

Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti simus, nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociva, que mergunt homines in interitum, & perditionem. 1.Timoth.6.

**M**A X I M E Attendendum est Christiano viro, quo pacto se gerere debeat in munere suo, & in temporalium admis-

- A** administratione, ut æterna non amittat bona, & tempora-  
lia ei ex voto succedant. Multis enim accidit, vt eo mo-  
dō caducas, ac perituras opes acquirere studeant, vt nec  
eas consequantur, nec verò æternam vitam. Id vero pluri-  
bus accidisse testatur Aggæus Propheta, cum ait. Ponite *Aggæi. 1.*  
corda uestra super vias uestras, seminatis multum, & intulitis pa-  
rum. Et inferius, respexitis ad amplius, & ecce factum est minus,  
& intulitis dominum, & exusflavi illud. Hoc ipsum nunc pluri-  
bus accidere, quis non videat? ponat ergo homo cor suum  
super vias suas, & huius rei causas inquirat, ne simile detri-  
mptum deinceps patiatur. Sed ais. Consilium ad hanc  
rem non ab Euangelio inquirendum est, in quo solum di-  
uina tractatur, sed ab alijs mercatoribus diuitibus, illi enim
- B** dicent mihi, quibus in negotiis ditati sunt, & qua via, atq;  
ratione. Non ita sibi faciendum arbitrabatur rex Sa-iens,  
qui siebat. Consilium meum iustificationes tue. Cum ergo con- *Psal. 118.*  
siliū suscipere volebat David, ac legem Dei accedebat.  
Sic etiam præcepit Deus regibus Israël in Deuteronomio  
cum ait. Postquam federit rex in solio regni sui, describet sibi Deu-  
teronomium legis huius in uolumine, accepiens exemplar a sacer-  
dotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus die-  
bus uite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, ut longo tem-  
pore regnet ipse, & filius eius super Israël. En quo pacto à lege  
Dei discendum sit, non solum Deum timere, sed & quo pa-  
cto regnet longo tempore, & fœlicem vitam ducat etiam  
in hoc sæculo. Ab Euangelio ergo omnis homo discere de-  
**C**bet, quo pacto se habere debeat in statu suo, inde regula su-  
menda est omnibus. Ideo enim sal nuncupatur, quia sicut  
sal cuique cibo saporem dat, sed diuersum pro cibi diuer-  
tate: ita doctrina Euangelica regulam tradit omni homi-  
num generi, vnumquemque in suo statu sanctificans.  
Non solum negotiis cœlestibus modum ponit, sed & san-  
ctificat terrena negotia, ac ea dirigit in bonum. Vnde ait  
Lucas de Ioanne, interrogabant eum turbæ dicens, quid faci- *Luc. 3.*  
mus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det  
unam non habenti, & qui habet eſcas, similiter faciat. Venerunt  
autem & publicani, & dixerunt, magister quid faciemus? At ille.  
Y dicit,

## Concio

dixit nihil amplius quam quod constitutum est uobis, faciatis. Interrogabant autem eum milites dicentes, quid faciemus & nos? Et ait illis, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & conteni estote stipendiis uestris. Omnes accedunt ad Ioannem, ut eum interrogent, accede & tu interrogans, quo pacto in tuo statute geres. Turbis ait Ioannes, facite elemosy nam. Mercatoribus & exigentibus tributa, concedit lucra, sed quae constituta sunt à lege, ac ratione, non plura. Quo contra ille agebat, de quo Isaías: Nādāui ei, ut auferat spolia, & diuidat prādām, ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita estimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internectionē gentium non paucarum. Tu ergo interroga, quo pacto in tuis negotiis te habebis, non enim ideo minorē viam conficit homo, quia aliquibus passibus à via declinat, vt interroget, B an viam rectam teneat, quia statim ad viam reuertens ardentibus eam arripit, sciens rectā illam esse. Non ergo dānatur negotiatio ab Euangeliō, sed modus ei præscribitur cōueniens, iuxta illud Pauli: Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciat, quomodo oporteat uos unicuique respondere. Omnibus enim via cæli perienda est, nemini verò claudenda.

Sed dices: Interrogo nūc ego, quo pacto negotiabor ea adhibita ratione, vt & bona æterna simul acquiram, ac temporalia augeam? Vt tibi respondeam, primum sciendum est, quod post peccatum pīnorū parentum necessaria fuit diuīsio rerū, vt mundus consisteret, quia amor proprius summè viguit, & ideo Aristoteles ait, summa affici C hominem voluptate, cum propriis rebus assistit, parua verò cum communib⁹. & ideo si vniuersa essent communia, nullus plenē intenderet agris colendis, & aliis ad vitam necessariis. Vt ergo omnibus viribus, ac diligentia adhibitis his intenderetur, oportuit diuisionem rerū esse. Rerum etiam facta diuisione statim emptio ac venditio necessariò introducta est, quia nullus habere poterat omnia sibi necessaria, & ideo vt ab aliis ea acciperet, emptio introducta est. Hac autem initio facta est commutatione vnius pro altero, quod in multis prouinciis durauit: usque:

Isai. 10.

Coloss. 4.

Arist.

A vsque ad Aristotelem, vt ipse refert primo Polyticorum. Arist.  
 Commutabitur enim vinum pro pane, panis pro cibis  
 aliis, & sic in reliquis. Sed commutatio ista difficultis admo-  
 dum erat, s̄pē enim ego non indigebam his, quæ tu ha-  
 bebas, vt cōmutatione tibi darem necessaria. Et hac ratio-  
 ne ad facilitatem commutationis inuenta pecunia est, qua  
 emptio & venditio commodissimè efficitur, quia cum sit  
 pretium omnium rerum, in ea omnia habentur, & ideo di-  
 citur esse omnia, atque adeo nullus dicat, ea se nō indigere,  
 quia in ea habet vniuersa. Ad materiam verò pecuniarum, vt  
 ait Plinius libro 33. naturalis historiæ, acceptum est au- Plin.

rum & argentum tanquam nobiliora metalla, & maioris  
 durationis. Et vt Plutarchus ait, viri clarissimi, ac illustres Plutarchi  
 B negotiationem exercabant, vt regna noua viderent, ac plu-  
 ra discerent, & vt regibus chari haberentur, qui in nos præ-  
 cipuam dilectionem ostendebant, qui pretiosa deferebat  
 ad eorum prouincias, id etiam I'asias ait. Quis cogitauit hoc Isai. 23.  
 super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes,  
 & iustitores eius iaclyti terre. Sic Solon, & Thales duo præ-  
 cipui sapientes Græcia in iuuentute sua mercatura se de-  
 derunt. Et Hesiodus ait, olim nullum exercitij genus fuisse Hesiod.  
 honorabilius negotiatione propter utilitatem prouincia-  
 rum, negotiatione enim omnia necessaria, ac utilia in pro-  
 uincia abundabant.

Licet vero negandum non sit, periculis plenā esse nego-  
 tiationem, tamē si recte exerceatur, & utilissima reipubli-  
 cæ est, & Deo grata. Ex quo corū ignoratio manifesta ef-  
 ficitur, qui à sacramentis, ac oratione abstinent, quia ne-  
 gotiis implicantur, putantes ea religiosis, ac sacerdotibus  
 posita esse. Fallacia dæmonis hæc est, immittere te peri-  
 culis, & inter hostes te constituere, & arma tibi spiri-  
 tus auferre, vt pereas miserè. Sicut cauerant olim Phi-  
 listhim, ne esset Faber Ferrarius in Iſraël, ne arma ha- 1. Reg. 13  
 berent Iſraelitæ, quibus se ab hostibus protegerent.  
 Quis obſero magis indiget armis spiritualibus, quam  
 is, qui inter occaſiones peccati verlatur? Quis magis  
 indiget medicamentis praſeruatiuis, quam is, qui in-

## Concio

A  
ter in seos pesteversatur? Quis maiori cura ac sollicitudine quamvis, qui in tempestate inter vndas maris est? Hæc spiritualia exercitia duo habent præcipua, gratiam ac dona cælestia augere, & à peccato præseruare, si propter primum magis pertinet hæc ad religiosos, propter secundum tibi magis necessaria sunt, quia in maiori discrimine versaris. Sicut, qui nouit plures esse in hac civitate, qui ei necem curant, multis se induit armis, & si ei dicas, vt quid tot arma paras, cum miles non sis? Respondebit, plus mihi necessaria arma sunt, quam militi, mihi enim maius imminet discrimen, ea ergo paret miles propter munus suum, ego propter necessitatem. Sic ergo religiosi propter officium attendunt orationi, sacramentis, ac mortificationi, tu his attende propter necessitatem. O si nunc Deus aperiret oculos vestros ob negotiatores, vt videritis, quot B: nunc inimici venerunt in has nundinas, vt vos perdat, quot dæmones aduentarunt, quot praui homines, vt vos inducant ad contractus illicitos peragendos, quot quia ludos, commissationes, inhonestæ ac turpia sollicitent, viaderetis certè in maximo vos esse discriminare. Et nescit stultus (ait Sapiens) quod de periculo animæ eius agitur, sapiens vero id attendens sibi cauet, qui astutus videns malum absconditus est. Cum ergo ad mandinas, aut emporium accedis, primum confite peccata, Eucharistiam percipe. Deum ora, vt viastuas dirigat, vt negotia perficiat, eleemosynas tribue, sic enim omnia tibi prospera erunt. O verissima sententia veritatis: Quid prode homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero sue detrimentum patiatur? C:

Pro. 7.  
  
Luc. 9.  
  
Zach. 11.

Quid obsecro lucri habebis ob homo, si Deo amissu mundum uniuersum lucreris? An non irrideres negotiatorem, qui latus esset, cum in negotiatione amississet mille aureos numos, lucratus vero fuisset argentum? Audi stultos, plures huiuscmodi dicentes apud Prophetam: Benedictus Dominus, quoniam diuites facti sumus. Deum illi amiserant, & temporalia lucratuerant, & se fœlices putabant. Quibus perfimiles nunc illi sunt, qui illico contractu lucrum temporale reportantes, amittunt gratiam, merita, & Deum ipsum.

A ipsum. Ne ergo negotia temporalia aeternis sint impedimento, primū animæ tuae cōsule, sic enim rectè reliqua perficies.

De fine vero, quo exercenda sit negotiatio, vt sancta sit, & 1.ii. 23.  
vt dici de ea possit illud Isa. Et erunt negotiaciones eius, & mercede eius sanctificatae Domino, quærenda est utilitas reipublice, deinde ut habeat homo, unde tribuat necessitatem patienti, vt Paul. cō Ephes. 4.  
fuit omni laboranti, deinde ut cōmode alat familiam suam. Hec vniuersa Plutarchus asecutus est, ac memorie prodidit, Plutarch.  
adiiciens, inter pauperes primum alendos consanguineos studiosos. Quibus omnibus fidelis adiiciat, vt vniuersa haec in Dei gloriam ac obsequium referat. Cū enim homo per gratiā eleuatus sit indignitate filij Dei, altissimas habere debet cogitationes, nō intimas, ac similes brutis, quales peccator habere solet, cuius figuram expresit Nabuchodonosor, de quo Daniel ait. Cor feræ deture ei, & fœnū quasi bos comedat. Cor enim feræ habet, qui solū temporalia lucra, ac delectationes querit, qui degenerauit à dignitate, ac celitudine diuina. Magna profectò Deus de nobis cogitauit, nos vero infima cogitamus. Curat Deus thesauros tibi cælestes thesaurizare, tu his dimissis, terrenacoacerias. An non nimis pater doleret, qui si Simile.  
lio thesaurizat argentum & aurum, ille vero a deo est demēs, vt thecas auro plenas aperiat, & aurū proiiciat, & lutū, & ster cus congreget? Quid obsecro tu agis, cum peritura cōgregas, Philip. 3.  
& spiritualia perdis? An non temporalia stercus Paulus dicit? Quæ sunt cogitationes tuæ o homo? si diuitias cogitas, ergo nihil amplius cogitas quā turca, imo quā bestia, cū enim artificiales diuitiae propter naturales sint, propter cibū, potum, ac vestitū pecunia est, cu pecuniā cogitasti nihil amplius quā bestia intēdis. Ecce illud Psa. Homo cū in honore esset, nō in Psa. 4.8.  
teilexit, cōparatus est iumentis insipietibus. Ideo Sapiens ait. Qui mi Eccles. 1.6.  
noratur corde, cogitat inaniam, & uir imprudēs, & rāscoglitat flulta. In omnibus ergo Dei gloriam intende, & salutē animæ tuae.

Recte ergo Paulus nos monet verbis initio propositis, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contencimus, nam qui uolū diuities fieri, incidunt in tentationem. Sūnum discrimen illius est, qui negotiacione intendit diues esse. De quo Sapiens: Ignis Pro. 30.  
nunquam dicit sufficit. Similis est Crasso antiquo, qui uidiues esset, malta penetrauit regia, & misere perit. Similiter de causa

## Concio

perire homo solet, ut multas cōgreget pecunias, qui id ē in-  
numera negotia suscipit agenda, etiā illicita, in quibus perit.  
Signū hic præbet, quod pecunia finis ipsius est, dum illā dili-  
git sine mensura, sic enim finis diligitur, medium vero in  
mensura diligitur, ut scilicet deseruit fini. Quod recte sig-  
nificauit Paulus dicens: qui uolūt diuitias fieri, voluntas enim fi-  
nis est, sicut electio mediorū. Hinc in scriptura reprobantur,  
qui diuitias sibi coacernat. Vnde Isai. Vae qui coniungitis domū.

Isai. 5. ad domū, & agrū agro copulatis usq; ad terminū loci. Numquid habita-  
bitis uos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit Dñs exer-  
citū. Et Sap. Qui congregat thesauros in lingua mēdaci, uanus est,  
& excors, et impingetur ad laqueos mortis. Hinc etiā prouenire so-  
let, non animæ mors dūtaxat, sed & temporalium amissio, quia  
qui multa cōgregare vult, solet omnia amittere. Ut Isai. sub-  
iicit. Nisi domus multæ desertæ fuerint, grādes, & pulchræ, & absq;  
habitatore. Hinc plures cedere bonis solet, ac perire. Ideo mo-  
net Sapiens: Minimū pro magno placeat tibi, & improperiū pere-  
ccationis non audies, id est, esto cōtentus paucis, & non erit ti-  
bi opus, in peregrina abire loca, vel lucricausa, vel vt fugias  
Hesiodus: creditores te inseguētes. Quid quod Hesiodus id assequutus  
est, qui ait, stultus est, qui nescit, plus esse partē quā totū, qui  
enim totū rapere vult, totū amittit. Recte Psal. Melius est mo-  
dicum iusto super diuitias peccatorū multas, quoniā brachia peccatorū  
conterentur, confirmat autē iustos Dñs. Paucis ergo cōtentus esto,  
mediocriq; lucro, paucis negotiis, sic enim omnia tua me-  
lius dirigentur. Ex dictis etiā id colligitur, vt non ita nego-  
tiis impliceris, & multa negotia agenda suscipias, vt ad nego-  
tiū animæ peragendū tēpus nō suppetat. In scriptura diuina  
manifestē reprobantur hi, qui multa gerūt negotia, quoniā à  
follicitudinibus, & curis sæculi huius seimen Dei suffocatur.

Luc. 8. Nahum. 3. Hinc Nahū. Plures fecisti negotiationes tuas, quam stelle sunt celi,  
bruchus expensus est, & auolauit, quasi dicat, innumerā congrega-  
ndi pecuniā artes inuenisti, & omnia negotiationū genera  
exercisti, vt ditesceres. Sed ista diuitia omnes erunt vt bru-  
chus, qui terrā operit multitudine maxima, citò tamen auo-  
lat, ita vt nō videantur, ita diuitias tuas multas ego auferā. Cū  
ergo ait. Bruchus expansus est, &c. idem est, ac si diceret, erūt si-  
Ezech. 2. 8. cut bruchus, qui expansus est, & auolauit. Et Ezech. similiter  
ait. .

**A**it. In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniuste. Non ergo mala est negotiatio, sed multitudo negotiationis dānatur. Vnde Sap. Eiliue in multis, sicut actus tui, et si fuē Eccles. 11. ris dues, non eris immunitus à dilecto. In multis actus illius sunt, qui pluribus negotiis attendit. ¶ Sed licet multis negotiis homo non implicetur, periculum magnū inueniet & in negotiatione, à quo illi cauendū est maximè. Vnde Sap. ait Difficile Eccles. 26. exiuntur negotiās à negligentia, et non iustificabitur capo à peccatis laborum. Negligentia pro peccato accipitur, capo vero est, qui esculēta diuēdit, de vtroq; vero ait, difficile posse peccata vitare, ideoq; illis opus est magna cautela. Id ipsum discri mē ostendit Psal. cum ait. Qyoniam nō cognoui literatūrā, introi- Psal. 79. bo in potentias Dñi, Dñe memorabor iustitiae tue solius. Quæ ver-

**B**ba varie exponuntur à doctoribus, quia loco illius nominis literatūra Hebreis est nomē Sephorot, quod scripturā, literas, ac numeros significat. Vnde verba illa sic accipi possunt, quia non noui scripturā, nec instructus sum scientiis, ut cū Ethnici disputare quā de mysteriis religionis, recurra ad Dei potētiā, quem noui omnia posse, licet ego nō assequar, quo pāto aliqua perfici possint. Et hoc mihi sufficiet aduersus omnē inanē Philosophiā, quę fidei aduersatur. Ad hanc potētiā cōfugit ille cēcūs, quid disputātibus secū Pharisēis ait. Hoc unū Ioh. 9. scio, q; cū ante cēcūs essem, nūc video, & ita tibi respōdendū est de moni suggerēti, quomodo De⁹ homo fieri potuit, quomodo in parua hostia Chri corp⁹ cōtinetur; veni ad potētias Dñi, & dic, Nō est impossibile apud Deum omne uerbū. Altera vero eius lo

Ioh. 9.

**C**ci explicatio est, quia non cognoui scripturas, numerosq; , ac negotiationem, quæ libris & numerationibus exercetur, postero metradere diuinis negotiis, cōtemplationi scilicet Dei. Ita legit Breuiarum Romanū, Chrysostomus, Arnobius & Chrysost. Augustinus, & alij quoniam non cognoui negotiationem, August. memorabor tui solius, ac iustitiae tuae. Multa de impedimento negotiationis Augustinus tradit in ea verba. Ex quibus alii qua colligenda nobis sunt. Primū, ut qui negotiations relin quere potuerit, eas deserat, & ex terrae negotiatore efficiatur celestis ille negotiator, cui simile dicitur regnum cœlorum. Sicut curabat Pharaon in Agypto detinere Israëlem, Deus cōtra illum educere, ita dæmō curat, hominem impli-

care

## Concio

care sacerularibus negotiis, Deus eū ab eis abducere, & ad cælestia transferre. Si ergo commoda tibi substantia est, qua vitā agere possis, præclare feceris, si negotiationē deferas. Sed aīs, relinquere negotiationē non possum, vel non placet quo pacto me gerā in ea? Certè illud tibi p̄e' oculis habendū est, quod Saluator ait. *Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius,* & hæc omnia adiicientur vobis. Attēde ergo duo tibi negotia esse, alterū animæ tuæ, alterū diuitiarū, attēde ergo primū animæ tuæ negotio, & in hoc sollicitus esto. Si videris hominem, cui dub negotia sunt, in quorum altero posuit argenteos centum, ex quo, cum ex voto succedat minimū expectat lucrū, in altero verò posuit decē millia talenta, ex quo maximū sperat emolumētū. Si ergo videres hunc negotiatorē maximē intendere priori negotio, & in eo sollicitū esse, secundū verò negligere, an nō eū de mentem diceres? Duo tibi negotia sunt o homo, alterū in quo diuitias posuisti tuas, minimumq; hoc negotiū est, licet enim vniuersum mundū lucreris punctū lucratus eris, vmbreas, & insomnia acquires. Alterū est negotiū animæ tuæ, quod tantū est, vt in eo positus sit diuinus Christi sanguis, & ipsius merita: lucrū huius vita æterna est, Deus deniq; est. Quis ergo adeo stultus erit, qui hoc obliuiscatur negotiū, vt priori attendat? Quid prodest tibi si vniuersum mundū lucreris, si animā amittas. Huic ergo negotio tota intentione attēde. Cum in aliam vitā deueneris, oculis cernes negotiū, huius lucra maxima. Exposuit homo cuiusī negotio aliquas pecunias, nec quippiā lucratus fuit, exposuit verò alteri negotio pecunias alias, & vni exposito aureo numo, mille respōderunt in luero, an nō doleat, quod huic negotiationi vniuersam substantiā non exposuerit? Cum ad mortis horā, & in aliud saeculū deueneris conspicies, nulla tibi lucra succedere ex mundi negotiatione, nihilq; acquisiſtē, sed videbis labores tuos, in quo frustra insudaueris, cōpicias vero immensa reportata luera ex his, quæ in Dei obsequiū cōsumpsisti, an dolebis in morte, quod vniuersa tuū huic negotiatio ni non exposueris? quod si in cælo dolor esse posset, de haec planè magius esset, q; videns homo infinita piorū operū lucra, non in hoc negotio exposuerit omnia sua, q; vniuersam substantiā non vēdiderit, vt thesauros hos acquireret. Quid hinc

Matth. 6.

Simile.

Simile.

**A** hinc relinquitur, nisi ut illud Pauli consiliū suscipiamus. R̄. 1. Thes. 4.  
gamis uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis  
& ut uestrū negotiū agatis. Quid est, velstrū negotiū agatis? Cer-  
tē ostendit Paulus, vnum esse Christiani negotiū, cui totis vi-  
ribus incumbere debet, non plura negotia, sed vnum, quod  
duntaxat est necessariū, & illud est, ut salutem animæ curet.  
Hoc est negotium tuum, o homo, hoc munus, hoc officium.  
Deum time, & mandata eius obserua, & hoc est omnis homo, ait Sa-  
piens quid est: hoc est omnis homo? Planè, hoc est hominis ne-  
gotium vniuersum, hæc vita hæc operatio.

Eccles. ult.

Quod si id præstes, simul negotia tua tēporalia rectè diri-  
gētur, & aderit negotiationi tuæ Deus, & proficies in omni-  
bus. Hui⁹ autē rei ratio est, quia bona vniuersa etiā tēporalia  
**B** hominibus dāatur à Deo. Deus verò cū hominib⁹ pactū iniit,  
ac foedus, quo se deuinxit, ut bona hominibus tribuerit, si ipsi  
ei adh̄ererēt, & eius seruarent mādata. Hinc Dei lex dicitur  
pactū & foedus, quo inter duos mutua cōstituitur obligatio.  
Deus ergo p̄mittit homini bona æterni, ac tēporalia, homo  
Deo obeientiā, cū peccatore ergo nullū est Dei paclū, nihil  
ilī p̄mittitur, nisi duntaxat auxiliū, ut in Deū conuertatur.  
Cū iustis vero paclū Deus iniit, quod & iuramento cōfirma- Hebr. 6.  
uit, vt Paul ait, sicut etiā iusti dicūt cū Psal. Iurauit, & statui cu- Psal. 118.  
ſtodiare iudicia iustitiae tue. Audi paclū Dei cū iustis de tēpora-  
libus, Isai. ait, si audiueritis me, bona terra comedetis, quod si nolue- Isai. 1.  
riis, & me ad iracundiam provocaueritis, gladius Dñi deuorabit uos.

Et in Leuiti. ac Deuter. innumerā bona tēporalia iustis pro Leui. 2. 6.  
**C** missa sunt, & mala iniquis. In lege etiā gratiæ idē stabilitū est Deut. 2. 8.  
paclū, cū Dñs ait. Querite ergo primū regnū Dei, & iustitiā eius, Matt. 6.  
& hec omnia aduidentur uobis. Sicut ergo cū tu inis paclū cū  
alio homine, si tu promissio non stas, alter etiā potest non im-  
plerere promissa, ita cū Deo promiseris obedientiā, si eam non  
præstes, Deus bona tibi cōcedere nō tenetur, quę promisit, &  
si aliquādo largiatur, id benignitate, nō obligatione præstat,  
& ideō nō adeo certū est, ea præstanda peccatori, sicut iusto.  
Hinc Ierem. Repente loquar aduersus gentē, & aduersus regnum, ut Iere. 18.  
eradicē, & destruam, & disperdam illud. Si penitentiā egerit gēs illa  
à malo suo, agam & ego penitentiā super malo, quod cogitau, ut face-  
rē ei, & Jubilo loquar de gēte, & de regno, ut ædificē, & plantē illud.

## De quatuor nouissimis.

Siergo tibi Deum deuinctum vis, si certò tibi accurentem, si **A** tua curantē, pax tū imple, ei adhāre, & tunc poteris ab eo exi-  
gere, ut ipse promissa cōplete, vt bona præstet. Hoc est illud  
**Psal. 1.** mirabile, quod per Isaiam ait. Venite, & arguite me, dicit Domi-  
nus, quasi dicat, cum mihi promissa impleueritis, potestis me  
arguere, à me quasi per vim, ac iudicium petere, ut promissa  
præstem, vt oīnibus bonis vos dñeim, &c.

## C O N C I O.

### *¶ De quatuor nouissimis.*

De primo nouissimo, Morte, scilicet.

**T H E M A.**

Meliū est ire ad domum luctus, quā ad domum cōiuīj, in illa enim **B** finis cunctarū admonetur. Eccles. 7.

**A** D. Vitam Christianam peragendam confert ma-  
ximè mortis memoria, quasi practica, qua quis  
considerat se moriturum, & longa meditatione  
mortis circumstantias attendit. Sicut enim vidisti  
amicum, qui ægritudine in lectum decidit, & in-  
firmitate grauatus periclitatur: & deinde sacramenta ei mini-  
stratur, & tandem oculi clauduntur, pectus inturnescit, & tandem  
animam exalauit, ita considerandū tibi est, simile quid te pa-  
surum. Hinc mortuus apud sapientē viuo loquens ait. Memor  
esto mālicii mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, tibi hodie. Hæc qui  
attēta meditatione attēdit, facile terrena despicit, à quibus citò  
se relinquendū nouit. Sic etiā Ethnicus Alexāder fecit, de quo **C**  
in principio Machabœorū sic scriptū est. Et factū est, postquā per  
eū sit Alexāder Philipi Macedo, qui prim⁹ regnauit in Græcia, egrē-  
**Mach. 1.** sus de terra Cethim, Dariū regē Persarū, & Medorū, cōstituit prælia  
multa, & obtinuit omnīū munitiones, & interfecit regez terræ, & per-  
trāsūt usq; ad fines terræ, & acce pit spolia multitudinis gentiū, & si-  
luit terra in cōspicuū. Et post hæc decidit in lectū, & cognouit, q; a  
moreretur. Et uocauit pueros suos nobiles, qui secū erant nutriti à iu-  
uentute sua, & diuīsūt illis regnū suū, cū adhuc uiueret. In quibus ver-  
bis multa expēdenda sunt. Primū his verbis plura de Alexā-  
dro scriptura diuina dicit, quā oēs illi⁹ conographi. Secūdo,  
expenden-

**A** expēdēndū est verbū illud post hēc, nobisq; applicandū. Innumerā bona cōgregauit Alexāder, sed post hēc quid tandem factū est, post victorias, post diuitias, triūphos, delicias, decidiit in lectū, & cognouit, quia moreretur. Ita profectō tibi accidet. Nobilis es, diues, potēs, viribus præpotens, sed post hēc quid tibi succedet? certe ægritudine, & mors. Tertiūm expendendū est verbū illud, cognouit, quia moreretur, & diuisit regnū suū, cū ad hoc uiueret. Mortis memoria efficit, ut quā regna tāto studio, ac labore cōgregauerat, facile relinqueret, etiā dū uiueret, qā mors ob oculos posita omnia tēporalia conteinni facit. Quid enim magnū, si tā breui finiendū? licet magna sit arbōr, licet cælos pertingat, licet fructus eius nimius, nō tamē magni du-cenda, quia statim vox de cælo ruit, dicēs: succidite arborē, p̄a-

**B** cindite ramos, dispergitē fructus eius. Hinc Iob: Vidi impiū firmā radice, & maledixi pulchritudinem eius statim, quia propinquus illi interit⁹ est. ¶ Quia verò mortis memoria adeo nobis p̄ficua est, sçpè Deus eā nobis obiicit, dēmō verò eius oblixiōne cu-rat. Hinc Deus, ne Adā peccaret, ait, In quacūq; hora comederis ex eo, morte morieris. Dēmō vero dicit: Nequaquā moriemini. Sed forsitan. Primi parētibus, qui mortē nō viderāt, suadere dē-mō potuit illud, nequaquā moriemini. At verò nouis, qui quotidiana experientia mortē nouimus, & eā in aliis videmus, & nos ipsos ad illā appropinquare cernimus, desiciētib⁹ corporis viribus, ac robore, quo pacto suadere dēmō poterit, nequaquā moriemini! Cetē nunc etiā idē suadet, & quomodo pri-mos decepit parētes, filios etiā decipit. Sed aliter illis sua fit, ali-

**C** ter nobis, illis quidē, qui experientiā mortis nō habebāt, omnino sua fit, nequaquā moriemini, nobis verò, quib⁹ ppter rei eidētiā id suadere nō potest, id aliter suadet, suadet enim, q̄ hodie nō morieris, q̄ hoc anno viues, & altero, & sic in posterū & quod semel, & simul deuorare nō potuim⁹, in partes diui-sū deuoram⁹. Sicut cū Pharmacopola ad te defert pulpā ca-Simile. siā, quā sumas, nec integrā illā deglutire potes, in ptes minu-tiores eā diuidit, & sic totā sumis, sed non simul, & semel, sed aliquibus vicib⁹. Ita omnino parētes nostri simul illud perce-perūt, nequaquā moriemini: nos verò illud omne deglutim⁹ scut illi, sed multis vicib⁹, & in plures p̄t s diuisi, dicit enim hoc anno nō moriar, hoc mēse nō moriar, hoc die nō moriar,

&amp; sic

Daniel. 4.  
Iob. 5,

Genes. 2.

## De quatuor nouissimis.

& sic in posterū, dicas ergo, nunquā te moriturū, deuoras ergo A illud nequaquā moriemini, & sic viuis, ac nūquā moriturus.

Hierony. Ne ergo mortis obliuio nos teneat, ait nūc Sap. Melius est, ire ad domū luctus, quā ad domū conuiuij. In quē locum Hierony.

ait, Sensus est, Melius est ire ad domū, vbi cadauer præsens exponitur, quā ad domū, vbi cōuiua celebrātur. Et ideo 4.

4. Reg. 2 3. Reg. 2 3. Iosias destruxit idola, quę coelebātur, & eorū loco su per arā collocavit ossa mortuorū, vt videlicet mortē quotidie celebrarent, & cernerēt, eiusq; præsentia ad meliora opera se se cōuerterēt. Vnde Aug. lib. de cura pro mortuis agēda. c. 4.

August. ait, monumēta esse propè Ecclesiā, vt ingrediētes mortis ad moneātur, & sic ad Dēū conuertātur. Sed altera expositio il

Ambros. Hierony. lorū verborū est Diui Ambr. & Hierony. in Psa. 37. ad finē:

Melius est, luctus memoriā habere, & mortē cogitare, quam B mundi oble&tamēta sēctari, & delicias cogitare. Hierony. re-

Plato. censet sententiā illam Platonis. Memoratū virū, sapiēte inq;

1. Cor. 15. decere perpetuā mortis meditationē habere. Sed melius Pau

lus agebat, dicens: Quoridie morior propter uestrā gloriā. Melius,

inquit, hic loquitur, quod actu moritur, quā ille Plato, qui di-

xit, deceat, &c. Et Ambr. ait, qui sic moritur, id est, mortē cogi

tat quotidie, gloriæ, & saluti, p̄pinquier est, quā qui viuit mo

Eccles. 14. riturus. Et sic exponit illud Ecclesiastes: Ante mortē nō laudabe

rīs hominē in uita sua, id est, quōadvfq; perueniat ad hunc sta-

tuū, vt operetur quasi mortē ante se respiciēs. Ad hoc pertinet

Genes. 25. illud Genesis, cū Iacob egrediebatur ex utero matris plantā

fratris manu tenēs, quia planta finē significat. Ideo Ägyptiis

mos fuit vt refert Herodot. in conuiuiis mortui hominis effi

giē circūferre in loculo apprime ex ligno factam, & singulis

ostendens aiebat portās, in hūc intuēs pota, & delectare, ta-

lis post mortē futuras. Siue Chrs in trānsfiguratione de passio-

ne sua agit. Et eiusmodi memoriā habētes, qua salutē conse-

Ezech. 9. cuturi, iubētur signari T. u. quę est litera finalis alphabeti He

brei, apud Ezechielē, quo significatur oēs, qui mortis memo-

riā habēt, seruādos, qui secus interficiēdos. Vnde in Ezechi.

subditur. Percutie fenes & iuuenes, eos uerō, qui super frōtes habēt

signū Tau, ne interficiatis. Eos vero, qui mortis memoriam non

Iero. Th. 1. habēt, increpat Ieremias. Sordes eius in pedibus eius, & nō es re-

Isai. 47. cordata sim sui. Et Isa. Babylonē carpit, quod nō sit recordata

nouissimi

A nouissimi sui. Et ideo Moyses ait. Utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Refert Basilius, suo tempore Deute. 32. viros pios solitos dicere, ut Christiane vita institueretur, Basilius. oportere cogitare; diem semper imminere supremū. Sed ille ait, hoc sibi parū videri. Sed oportere cogitare in quo cung; opere, illud ultimum futurum, & sic illud opus exhibere, ac si latitam sis animam aucturas. Attende quantum mortis memoriam Basilius exigat. Qui ergo adeò vtilis mortis memoria est, Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, quia in illa finis cunctorum admonetur.

Quia verò plura sunt, quae nobis de morte occurruunt consideranda, ea sigillatim expendamus, sic enim fiet, ut cum illa aduenerit hora, facilius eam trāsigamus. Sic enim cum B in stadio equus currere debet, prius in eum ducitur, & eum perambulat s. ep., vt cum postea currendum sit, nihil trepidet, sed quasi notam viam facile percurrat. Via hæc mortis percurrendā nobis est, & breui, ac veloci cursu: oportet ergo prius eam perambulamus consideratione, vt trita postea appareat, nec quasi nouā horreamus, sic Palladius refert, sanctis iumentis eremitarum morti proximum trāquillo, ac hilari animo cum esset, & discipulis trepidi, ac lugentes dixerint ei, tu pateris, & nihil sentis, nos compatimur, & ploramus, quibus i le respondit, tranquillus nunc sum, quoniam sæpè consideratione hanc viam perambulauis, sè pè mortuus sum, & ideo nihil noui nunc video. Percurramus ergo nos ea vniuersa, quæ in morte sunt, consideratione nostræ. Et primam illad occurrit in morte considerandum. Quod omnes nos damnati in mortem sumus. Sicut à iudice dñatur malefactor in mortem, ita omnis homo per peccatum mortis damnationem incurrit. Ille ab homine damnatus est, tu à Deo, in illum lata sententia reuocari potest. Sed in te lata omnino non reuocabitur, quia statutum est hominibus semel mori. Mors quidē homini naturalis erat, quia ex contrariis compositus, sed si originalem iusticiam conseruaret, non moreretur, Dei singulari priuilegio Adæ concessio, & in eo vniuersa eius posteritati. Peccauit ille. Damnatus ad mortem est. Peccatum enim capitali

Palladius.

Hebr. 9.

## De quatuor nequissimis.

pitalis sententia dignum est, nec alia poena iustitiae fieret satatis, sed auctoritas, quantum fuit, quod pomerium paruum comedebat, ut propter ea morte plecteretur? Certe non parua fuit. Ad dæ iniquitas, licet materia parua videatur. Qui enim innumeris beneficiis suscepisti a Deo, in re adeo parua, ac facilis non obtoperavit, ingratissimus inuenitus est. Sicut enim secundi Adami eò obedientia laudabilior, quia in re difficillima obediuit, usque ad mortem scilicet crucis: ita primi Adami inobedientia scelestior, quia in re adeo facilis Deo non obtemperauit. Et præterea in peccato, ut graue piaculum sit, attenditur diuina maiestas districtè præcipiens, quam peccator contemnit. Si enim mihi dixeris, quare ratione igne æterno cruciabitur homo propter decem suratos argenteos, propter mulieris impudicum contactum, B tanta ne illa sunt, ut æterna morte puniantur: sunt certè, non ex se solum, sed quia diuinæ maiestatis offensa, illiusque contemptus. Iure ergo per peccatum mors, quia peccatum piaculum est morte dignum. Damnum ergo ad mortem non omnes sumus, nec sententia unquam reuocabitur. Ut ergo scias, quomodo te debeas, in vita gerere, attende quomodo se habeat ille, qui carceri nancipatus sententiam capitalem in se latam audiuit, quomodo ille trepidat, separat ad mortem, omnia temporalia contemnit, delicias auersatur, ei similem te presta, quoniam à Deo in mortem damnatus es.

Secundo attende mortis summā certitudinem cum summa incertitudine coniunctam. Certissimum est, te moriturum, at incertum, & incognitum est, quād sis ex hac vita mitigaturus, unus annus vita tibi certus non est, nec unus dies, sed nec hora, scis certò venturum fore non, nescis tamen quādo, ideo semper vigilandum, ne veniat hora, qua non sperras. Tanta vita incertitudo est, ut non liceat homini dicere eras hoc, vel illud facias, sed dicendum est, si vixero, si Deus voluerit. Ita Iacobus ait. Ecce nunc qui dicitis, hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidē annūn, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastino. Quæ est enim uita nostra? vapor est ad modicū parens, & deinceps exter-

- A** exterminabitur, pro eo ut dicatis, si Dñs uoluerit, & si uixerimus, faciemus hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis nostris, omnis exultatio talis maligna est: Incertitudo vero humanæ vitæ ex multis de causis prouenit. Prima, diuina dispositio qua aliquando breuiantur, aliquando elongantur dies hominis, sic Psal. ait. Viri anguini, & dolosi non dimidabunt dies suos. Sic etiam immisericordibus auferre Deus vitâ solet, vt diuici illi, de quo Lucas meminit. Secunda, casus fortuiti plures, quibus inopinato homines decedere solent. Tertia, infirmitas corporis, ac debilitas, & gritudinesq; superuenientes. Ex quibus omnibus illud sapere numeruero accidit, quod saluator ait. Quia hora nō putatis, filius hominis ueniet. Et hinc Matib. 25, sapere Christus colligit, & multis similitudinibus complicit. **B** bat. semper nobis esse vigilandum. Tunc Christianè viuis, cum ita paratus es, vt sibi dicatur, nunc ex hac migrandū vita est, respondeas, sit statim, nihil aliud mihi restat per agendum, quia tanquam fidelis seruus Dominū expecto præcinctus, & lucernam manu tenens. Dic mihi o homo, sibi nunc diceretur, statim moriendum est, quid sentires? Peter ne inducias usque manuē postulares tempus, vt tua curares? si sic res se habet, Christianè non viuis. Hinc denique illorū stultitia manifesta fit, qui bona opera, poenitentiam, restitutionem, in tempora differunt. Dic o stulte, unde nosti in tempora te vixitrum? quis in potestate tua tempus, ac vitam posuit? Augustinus, locutus in intentiæ tuae veniam Aug.
- C** Deus promisit, sed dilationi tuae diem crastinam non promisit. Breves dies hominis sunt, & eorum finem ignoramus, efficiamus ergo illud, quod nos Paulus monet. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, quasi dicat, Dies nostri pauci, & mali sunt, vt Jacob dixit, parui numero, mali, quia miseriis pleni, & occupationib; vitæ prediti, ideo ne prodigi sumus temporis, ne illud in vanum præterire sinamus. An non ille stultus esset, qui nescit se argenteum habere, & coniuicia regia parare vult? Breves dies nostri sunt, nec imusque horam unicam nobis relinquicet, & tempus amittimus, & in casum iactamus, quasi multum haberemus. Diuitias congregamus, honores, & reliqua.

## De quatuor nouissimis.

& reliqua tempus vero, quod pretiosissimum est, prodigi A  
mus, nihil ita facile amittimus ac tempus, & in futuram  
bona reseruamus, cum nesciamus nobis horam esse certam.  
Qui tempore vti nouit, licet breue sit, longum efficit. Sic  
de iusto scriptum est: *Consummatus in breui, expedit tempore*  
*Genes. 35. multa.* Et de Abraham dicitur, obiit plenus dierum, cum id  
non dicatur de his, qui nongentis annis vixerant, sicut  
enim qui longa tempestate iactatus est, non dicatur multum  
nauigasse, sed multa eum passum, ita qui longam vitam du-  
xit, sed amissio rationis clauso, disruptis velis, non multum  
vixisse dicendus est, sed multum in mari iactatus. Ille ve-  
ro multum vixisse dicendus est, qui plurimum cursum in  
virtute confecit, ille enim plurimum nauigauit.

Tertio demum consideratione nostra ad mortem ace- B  
damus. Nec vero dicamus de his, qui subito, & infeliter  
moriuntur, sed de his, qui feliciter mori videntur. Ethu-  
iusmodi mortem tibi obuenturam concedamus. Tandem  
ægritudine corripiendus es, quæ dum grauata fuerit,  
mortem annuntiabit. Audies tandem, quod Ezechias au-  
diuit. *Dispone domum tuæ, quia morieris, et non uies.* Fortis  
*I. Reg. 28.* robore erat Saul, & cum a Samuele audiuit. *Cras autem tu,*  
& filii tui mecum eritis, idest, morienti, Saul cecidit porre-  
ctus in terram, extimuerat enim verba Samuelis, & robur  
non erat in eo, conturbatus enim erat valde. An non tibi  
simile continget, cum simile audieris nuntium. Innumera  
sunt, quæ tunc homini fæse offerunt, ut eius cor dilanient.  
Primo occurront ea omnia, quæ in mundo dilexit, quæ illi  
iam iam relinquenda sunt, vxor, filii, substantia, amici, &  
omnia tandem. Et ea, quæ homo inordinate dilexit, eum  
tunc præcipue torquebunt, & cordis carnifices erunt. Sed  
quod maximè hominem: conturbat, cura est eius, quod  
in æternum erit. Videt enim se inter duas versari fortis in-  
æquales æternæ vitae, & æternæ mortis, nescit vero quòd  
lanx inclinabit. Dixit sapiens quidam. Si posset homo  
vno pede in terra relitto, alterum in alio saeculo ponere, &  
videre, quæ ibi gerantur, & quæ ad eum pertinent, quo-  
modo sicut disposita, & si recte ea videret disposita, alterum  
pedem C

- A pedem illuc mittere, sin minus, pedem retrouertere, & in hac vitam redire, donec melius sua componeret, optimè cū homine actum, nec mors adeò esset formidanda. Nunc verò nō ita cum homine agitur, sed vtrung; pedem in altero sēculo ponere cogitur, cum nesciat, quo inclinabit lignum, aut quo cadet. Tunc vero ille timor hominem corripit, quo correptus *Dan. 5.*  
*Balthasar est. Ut apparuerunt digiti quasi hominis scribenis contra candelabrum in superficie parietis aulae regie, & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages rerum eius soluebantur, & genua eius ad se innicem collidebantur.* Sed quæ nam erat Scriptura, quæ eum conturbabat? Certè, *Mane, Thecel, Phares.* Cuius interpretationem Daniel exposuit. *Mane,* numerauit Dominus regnum tuum, & complexit illud, *Thecel,* appensus es in statera, & inuentus es minus habens, *Phares,* diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. En exterius nobis expressum, quod in diuino iudicio interius nobiscum agendum est. Proximus enim cum morti fueris, mentis oculis cernes sententiā mortis in te latā, conturbaberis tunc, ac tremes. Sed quid mirum, cū viri sanctissimi aliquando tremant. Sic enim de magno Arsenio nouinus, proximum morti extituisse valde. Cumq; eius discipuli ei dicerēt, tu ô pater times? Respondit ille. Non nouus in me timor iste est, sed antiquus, semper enim Deū, quasi tumentes super me fluctus timui. Quid ergo tunc peccator faciat? Sed quæ nam ea sunt, quæ ei timorem incutiunt? Primum, quia se videt homo morti proximū. Si qualis sis futurus, nosse cupis, memor esto Isaac ligati super ligna, propè ignē, & gladium euaginatū patris, vt eū imolaret, quoquo se vertat, auxilium non reperit, deorsum ignis est, sursum gladius, serui non adsunt, qui eum liberent. In hac angustia futurus es, cum sursum aspexeris, Deum tibi iratum videbis: si deorsum, sepulchrum patens, si circum circa. Non est, qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Cū Ezechiae *Thren. 1.* mors nuntiata fuit, fleuit fletu magno versus ad parietem, & ait. Memento queso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto, & quod placuum est coram te fecerim. Sed in tanta virtute, ac sanctitate, quis vñquam dolorem tantum cre

# De quatuor nouissimis.

dere posset? Quid ergo tu facies, cum vita tua non fuerit perfecta, sed peruersa? Audies tunc, quod Balthasar. Numeravit Dominus regnum tuum, & compleuit illud. Iam in mundo non amplius regnabis, non poteris amplius villicare, non frueris concupitis, sed quod magis terret, id est, quod sequitur. Appensus in statu inventus es minus habens. Videbis tunc, quam vere minus habeas, quam habere deberes, quomodo diuinis misericordiis non responderis, vocibus non obedieris, mandata non compleueris, & merito rationes timebis, cum scias decem millia talenta te debere. Alii non iuste timeat, ne sicut diaisum est regnum Balthasar, & traditum Persis & Medis: ita dividatur ipse morte, & corpus tradatur terra, & anima demonis. Morti proximus Magius Hilario, qui à pueritia Deo seruierat incredibili continencia, ac humilitate, egreditime bat anima à corpore, & ipse aiebat, quid times o anima, septuaginta annis Christi seruisto, & nūc egredi formidas? hec vero dicens, anima Deo reddidit, ut Hieronymus author est in eius vita. Quid nī timeat anima eius, qui septuaginta annis mundo, & vanitati inserviuit? Timendum profecto iudicium illud particulare homini est, in quo ratio ab eo exigenda est, vsq; ad nouissimum quadrante, vsq; ad otiosum verbū, de quo reddenda ratio est, vsq; ad minimū temporis instans vanè desperitū. Quomodo ergo non timeat, qui annos plurimos perdidit, & in numero peccata commisit. Omnia verò, que de iudicij timore dicuntur, ad hoc singulare iudicium pertinent, quod enim in hoc iudicio iudicatum fuerit, in universali confirmandum est.

Et ideo haec potius timenda, quam illa. Aliorū sententia doctorum est, ut Ianse ait, quod sicut in universali iudicio Christus in maiestate apparebit universo mundo. Ita in morte apparet hominibus, & apertis libris, in quibus vita hominis continetur, sententia profert. Hoc verò inde colligunt, quod sāpē in parabolis, quibus de mortis die Christus differuit, ait se vēturū ad nos. Siue verò appareat, siue nō, certū est homini manifestari, & ob oculos ponī universa vice eius acta, & sententiā, qua dignus est. Impleturq; illud Psal. Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo, seculū nostrū in illuminatione iustificauis, in ira tua defecimus, quasi dicat. Vniuersas iniquitates nostras vides,

Hieron.

Ianse.

Psal. 89.

A. vides, ut iudices, & lumine miro vultus tui vniuersam vitam nostram manifestam nobis facis, & eam in nos iram ostendis, ut deficiamus. Hoc est illud Psalmi. Existimasti iniquè, quod Psal. 49: ero tui similis arguam te, & statuam contra faciem tuam. Durior ipso inferno erit vultus Christi iratus in iudicio aduersus iniustos, adeò ut infernum protectionem appetat Job, si conferratur cum horribili Christi ira, quam in malos ostendet. Vnde ait: Ut in inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus. & Job. 14: constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. Sic etiam inferno intolerabilius erit peccatori Christum vindicem in morte vivere, & illius increpationes audire. Arguam, ait, te, & statuam contra faciem tuam. Quid respondebis o peccator arguenti Christo? Cum dixerit, antis beneficii ingratus extitisti, tot in me peccata sine causa admisisti? Certe si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei unum pro mille. Ut Job ait. Et omnis Job. 9: iniquitas oppilabit os suum. Timet hæc iustus, & peccator non Psal. 106: timet. Sed quare? Certe sicut timet alina Balan, & ipse non Num. 23: timet, quia illa videt Angelum districto gladio ciaduersante, quem Balan non videt. Ita Dei districtum iudicium timet iustus, qui prius illud iumentum est, de quo Psaltes ait. Ut iumentum factus sum apud te, quia Dei iudicium considerat: inscius vero peccator non timet, quia nihil considerat. Sed quod nunc peccator non pauet, cum hora mortis venerit pauebit, quia Deum venientem ad se videbit, & peccatum in conscientia retinet. Similiter; crit mulier adulterae, quia conscientia adulterii sui aduentum timet viri, & quem absentem non timuit, ut peccaret, venientem timebit, quia favor viri non parcat, nec suscipiet pro redemptione plurima. Contra iustus timuit virum in vita, & eo timore declinavit a malo. & ideo leta anima eius Christum suscipiet in nuptias venientem.

Ex quibus demum illi relinquitur, ut sic vivamus, sicut in morte vixisse vellemus. Finge nunc, tibi statim morte imminere, & cogita, quā velles tunc vitam instituisse, & eam nunc instituere. Ut vero id agas, semper memoria morte tene, ac verba illa, nunquam obliuioni manda. Memor esto iudicij mei, sic Ecel. 3: enim erit & tuum, mihi heri, tibi hodie. Noli ergo cogitare

## De quatuor nouissimis.

mōtem longē esse, hodiē tibi mōs imminent, quotidie more-  
re cogitatione tua. Suadet tibi d̄mon, longē mortem esse,  
sed Deus ait, tibi hodie. Et quoniam res ista plurimi mōmenti  
nobis futura erat, vocat Iſaiam Dominus, ac p̄cepit, vt cla-  
met. Clama, inquit. Et Iſaias. Quid clamab? Omnis caro fœnum,  
& omnis gloriæ eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & ceci-  
dit flos, quia spiritus Domini insufflauit in eo. Non solum caro  
fœnum fœnum est, sed omnis caro, siue iuuenum, siue virgi-  
nis pulchritimæ, & omnis eius gloria, & ornatus flos est fœ-  
ni, qui parao aëre tollitur. An non vidisti floridum iuuenem,  
& virginem, qui paruo aëre interempti sunt, ergo gloria eorū  
flos est fœni, quis nūc per viuendas vagaretur domos, & no-  
biles, diuites, iuuenes, principesq; moneret, dicens: Mibi heri,  
tibi hodie mōs imminent, omnis gloria vestra quasi flos fœ-  
ni, qui uno die perit. Stuite, hac nocte repetent animam à te, ex  
que parasti, cuius erunt? Thesaurus quidem anima nostra est,  
sed in vasis fœtilibus desertur à nobis, quæ facile franguntur.  
Hinc Paulus. Habenius thesaurum istum in uasis fœtilibus, non in  
ereis. Summæ necessitatis admonitio ista est, cum Spiritus  
sanctus reproducat mortuos, qui hæc ad nos dicant. Petebat  
epulo diues, vt mitteretur Lazarus ad monendos fratres, nec  
ei conceditur, sed vt moneamus de morte nobis imminentे,  
non solum Iſaias mittitur, sed mortui reproducuntur, qui di-  
cant: Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mibi heri, tibi

1. Reg. ult. hodie. Ad hoc suscitatus Samuel venit ad Saul, vt diceret: Crastu, & filij tui mecum eritis. Non satis Deo fuit nos monere de hac re per legem, & Prophetas, nisi & mortuos mitteret, qui hac dicere summe ergo nostri interest, summe refert, &c.

CON-



## C O N C I O II.

**J** De secundo nouissimo.  
De Iudicio vniuersali.

T H E M A.

Dies Domini magnus, & terribilis valde, & quis sustinebit eum. Ioel. 2.

B



I C V T Militans intendit victoriam & triūphum, sic militantis Ecclesiæ intentio est victoria parta triumphare: & sicut Rebecca curat, ut luctator Iacob (ideo dictus Israël, quia post luctam vidit Deum) primogenituram obtineat, & ad hoc illum induit, omnis Ecclesiæ adinuentio eo tendit, ut nos qui in eius manemus domo benedictionem consequamur: hodie mittit baculū sicut Heliseus, ut puer fuscitetur, potuit virgam ferream, de qua Psal. Reges eos in uirga ferrea, & tā Psal. 2: quam uas figuli confringere eos. Sed Quis creditur auditui nostro, 1. Isa. 53. & brachium Domini cui revelatum est, in hoc brachio fecit potētiā, ut disperdat superbos, & exaltat humiles, hoc est hodiernum nuntium, antiquitus legati eis veniebant vestibus, quæ legationi responderent, si lata latēs, si tristis tristibus. 1. Reg. 4. Scissis vestibus ingreditur nūtians filiorū mortē, & arcā captam. Tam est terribile hodiernum nuntium, ut timore & tremore, ac pallore operiendi simus, qui nuntiamus, tremefactus est Felix disputante Paulo de iudicio, & Apoc. 14. dicit Apoc. 14. Angelus voce magna. Timete Dominum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicii eius, & omnes creaturae iudiciū nuntiantes veste lugubri hoc nuntiant. Apoc. 6. Sol factus est niger sicut accus culicinus, & Luna facta est sicut sanguis, & stellæ de celo ceciderunt super terram, sicut fucus emittit grossos suos cum a vento magno mouetur, & cælum recessit, sicut liber innolutus: & omnis

Z 3. nious,

## De iudicio vniuersali.

mōs, & insulae de locis suis mōtis sunt, quoniā uenit dies magnus irae A  
agni, & quis poterit stare aut cū uirtute loquamur gratia opus est.

Ioel. 2.

Ioel. 2 . Dies Domini magnus & terribilis ualde, & quis sustinebit eum similius ei non facit a principio, & post eum non erit in annos generationis & generationis. Ille dies meus est, in quo mea uoluntas sit, eo die omnis Dei voluntas fiet: modo dies noster, quia facimus quilibet, & quidē in hac die tua, & tā nostra hēc dies est, ut videatur Deus recessisse lōge, sicut ille, qui peregrē profectus est Mat. 2 5. & hinc impij ansam libere peccandi arripuit dicētes: Mōrā facit Dñs meus uenire, putat se sine Deo esse īā, quibus Eccl. 7. Nō te reputes in multitidine, in disciplinorū, memēto irae, quoniā non tardabit, dissimulat modo Deus. Ego tā cēs, & quasi nō uidens, & me ies oblitus. Eccl. 8. Etenim, quia nō pro feritur cū cōtra malos sentētia, absqz timore illo filii hominū per petrat mala, & sic thesaurizāt, sibi irā in diē irae. Iob 3 5. Etiam cū dixeris nō cōsiderat, iudicare corā illo, & expectācū, nūc enim non infert furorē suū, nec uicificit scelus ualde. Sed tunc perduetur irē suę thesauros cū desieris thesaurizare peccata. Deu. 32 .

Matth. 2 5.

Matth. 2 4.

Eccl. 7.

Isai. 5 7.

Eccles. 8.

Iob. 3 5.

Dent. 3 2.

Nōne h. ec cōdita sunt apud me, & signata in thesauris meis, nō a est ultio, & ex ore tribuātis in tempore. Si quando peccata māducas, imō vt plura cōmittas, voras ea integra, nosiles, quia irā Dei re cipis, & thesaurizas tibi, non vides modo, quia signata sunt in thesauris meis, sed cum apertum fuerit Dei pectus, & videris quā iram thesaurizasti, vā tibi, quando tibi dicat Deus tā die & hora hēc, & hāc cōmisiisti, &c. quando omnia peccata, C. & eōnī grāuitatem in publicum duxerit, quis sustinebit hunc diem? quando mare illud immensum turbatū erit, quis nō paueat? & tu qui nosti tantā iram reconditam contra te non times? filij ne dicas peccauī, & qui si mihi accidet triste & altissimus enim est patiēs redditor, & omnis eius expectatio est, vt maius sit supplicium. Tācū semper filii patiens fui, ut peruriēs loquar, dīssi pabo, & absorbo simul, desertos faciā mōtes & colas, & omne germe eorum exicabo. Isa. 4 2. B. Damasc. narrat regem tristem incidentē huius diei cogitatione reprehensum à fratre de hac tristitia, cui ut rex ostēderet flultis fecit, vt tu ba ante eius domum caneretur, quod erat signum mortis eā in regione, quām audiens frater regis turbatus ad regem pro- perat;

Isai. 4 2.

Dam. sc.

**A**perat, cui rex, times tu tubā fratris cum nihil admiseris morte dignum, & non timeam ego tubā Dei mei, quem me offendit noui. Facies Balthasar mutatur vidēs scribi in pariete iudicium, quomodo facies tua mutanda, cum audias nō est spes vite. *Dani. 5.* *Desponde domini tue, quia morieris.* O formidabū Dei iudiciū, in quo etiā de omni cogitatione reddēda est ratio, tu quidē gressus meos dinumerasti, non solū corporis, sed & cordis, ait Greg. Sed aīs ne hēc audiamus, sed num effugies periculū hoc, illud nō considerans, abscondit perdix caput, & nō considerat venatore & occiditur, cōsidera periculū, cōsidera tremendum iudiciū, caue ab omni verbo otioso & cogitatione, & vt

**B**vnicā solā cogitationē otiosam vitas omnia agere deberes etiā religionē ingredi. O ne me sic constringas, dicas, sed quid ego facia: cū Christus omnes cōstrinxerit dicēs, de omni verbo otioso reddēt homines rationē in illa die. *Scripserat Greg. Matth. 12.* mortalia spū diuino, in quoīū sine ait, igitur que lo, vt quisquis hēc legerit apud districtū iudicē solatiū mili suę orationisim pēdit, & omne, quod in me sordidū deprehēdit, *etib⁹* diluat, sic sancti bona sua tumuere, quomodo non tu mala timebis? Sed dubitas ad quid sit necessariū vniuersale iudiciū, cuo omnis homo & Angelus coueniat? Respōdetur homo duplicitē cōsideratur: primo, vt singularis persona: secundō, vt pars maxime reipublice, & vt particularis persona cōsideratur, aut in se, aut secundū, quod eius effectus trāficiunt ad alios. Ex quib⁹

**C**cōsiderationibus colliguntur rationes iudicij vniuersalis. Prima licet homo, vt singularis persona sit iudicatus in morte, sed idē, vt pars est vniuerſi debet iudicari cū vniuerso, sicut enim lapis elaborat⁹ oportet cōferatur cū ceteris lapidib⁹, vt suo in loco reponatur, sic homo cōserendus est, vt lapis viuus cū omnī lapide cœlestis Hierusalē, vt appareat, quo sit loco inter ceteros habēdus: & sicut minister in domo principis nō solū cōsideratur secundū merita propria, sed respectu aliorū famulorū, vt non solū cōmutatiua iustitia seruetur respiciēs hui⁹ merita, sed & distributiua, quæ respicit oēs, sic iudicio adstabit bonus & mal⁹ omnis, vt nō solū detur cuiq; p merito, pprio locus, sed etiā respectu omnīū aliorū appareat, quo loco sit habēdus. Secunda ratio D. Th. 3.p. q. 59. ar. 5, cū homo moritur,

## De iudicio vniuersali.

nō omnino perit, durat enim adhuc in mundo in suis effectis: A  
Eccles. 30. primo in filiis. Eccles. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, simile enim reliquit sibi post se. Secundū in familia, quā bene vel male instituit, & sic fuit causa honorū, vel malorum, quae post eius mortem facta sunt: similiter permanet in exemplis & doctrina: sic sanctorū doctrina & exēpla manet contra hereticorū & prauorum, ex quibus innumera, vel bona, vel mala deinde sequuntur, quorum illi causa extitere, vt ergo integrum sit hominis iudicium, vel in bonum, vel in malum expectandus finis mundi, in quo omnis creatura, simul sit ut videatur omne bonum, quod à bonis peruenit, & malū, quod à malis, ex quibus multū gloria, vel pœnae accidentalis crescat piis, & impiis, tibi ergo maximè cōsiderandum est, quod B relinquis semen post te.

Tertia ratio legitimū operū pretium ab interiori pensandum corde, ideo modo sc̄pē in iudiciis interuenit error, dū multos iudicamus oves propter ouinā pellem, qui intrinsecus sunt lupi, & contra, & multa bona ac mala modo sunt occulta, & ideo nō quisq; eo pretio habetur, quo haberi debet, vt ergo omne falsum iudicium corrigatur, & cuiq; debitū honor tribuatur, in generali illo cōuentu omnia cordis arcana patet, vt iustum de omnibus sit apud omnes iudicū, ubi honos iustis restituendus, malis vero opprobrium dandū sempernū: ideo 1. Cor. 4. Nolite ante iudicare, quoad usq; ueniat C

1. Cor. 4.

Soph. 1.

Iob. 31.

Iob. 27.

Dominus, qui & illuminabit ab condita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc lūs erit unicuiq; à Deo. An non magnus dies Domini omnia continens in se, quae in vniuerso mundo acta sunt, & in quo omnia discutientur, usq; ad minimam cogitationem? quisquā Dominus à seruo tales exegit rationem? immo & de bonis iudicandum est. Scrutabor Hierusalem in lūcernis, quomodo ea operatus es, qua intentione, qua attentione, &c. tremendum iudicium. Quid faciam cum surrexit ad iudicandum Deus? Mirum hoc est in nobis, quò quis meliore ratione habet in diē iudicij, eo magis illā timet, quò peiorē, eo magis securus est, Iob. Qui ait non reprehendit me cor meum in tota uita mea, qui fuit pater orfanorum, oculus cæco, pes claudo, hic dicit, quid faciam cu[m] surrexerit ad iudicandum Dominus?

**A** minus: & cum interrogauerit, quid respondebo illi? & nos quos reprehendit cor in multis securi sumus, an non hæc stultitia? Reprehendit Amos, quosdam in se fidentes, nec timentes iudicium. *Vae desideranibus diem Domini.* Vbi Hieronymus, licet iustus sis, time diem illam, nam Paul. ait. *Nihil mihi conscientium sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est.* Licet nihil in te inuenias reprehensione dignum, forsitan inueniet diuina sapientia, quo te iudicet & damnnet. Sic Psal. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.* Quid iniquitas calcanei, nisi iniquitas quam non vides.

Sed in plenissimo hoc iudicio, & omnium summo videntibus index, assestores, accusatores, rei, modus, & locus iudicij, sententia, & eius executio.

**P**rimò omnium Christus iudex est. *Qui constitutus est à Acto. 10. Deo iudex uiuorum, & mortuorum.* 2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque pro pria corporis prout gesit, sive bonum, sive malum. Nihil habet quod cum impedit rectissimè iudicare, & omnia quæ optimum iudicem decent plenissimè habet. Solet iudicem timor impedire, ideo magnates difficile iudicantur etiam à confessariis, sed Christum non impedit, Iob. 22. Nanquid timens arguet te, & ueniet tecum ad iudicium? pusillum & magnum ipse fecit, ei omnes æquales sunt, & sic potentes potenter tormenta patientur. Ideò Psal. *Ego autem constitutus sum rex* ab eo. Et nunc reges intelligite, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus apprehendere, ait, quasi homo in aqua periclitatus, ad quem demittitur funis, ut eam apprehendat, & liberetur, sic tu peccatis obuolutus apprehende disciplinam.

Secundo impedit iudicem vnius partis odium, sed hoc in Christo non est, qui taliter est filius patris, ut sit etiam filius hominis. Non acquiescit cuiuscumque precibus, nec recipiet pro redēptione dona plurima. Sed quomodo habeat omnia, quæ restum iudicem decent, patet primò, in iudice requiritur zelus iustitiae, vide Christi zelum. *Zelus domus tuae comedit me.* Inquitatem odio habui, & abominatus sum, & tanto exarsit zelo, ut cum in seipso ultionem exercere debuit se summis tradidit tormentis pro iniquitate, non tanto ardebat zelo Ro-

Amos. 5.

1. Cor. 4.

Psal. 48.

Iob. 22.

Sep. 6.

Psal. 2.

Prou. 6.

Psal. 68.

Psal. 118.

181 De iudicio vniuersali.

manus dux, qui alterum filij, alterum sibi oculū eduxit in pcc A  
nam, ex quo iudicij rigor apparet, qui enim contra se tam di-  
strictus & vindex: quid contra impios cū honorem patris ze-  
lat? Secundò in iudice requiritur scientia iuris & facti, hæc in  
Christo cōsummatisima, quia est sapiētia patris, ille est legis-  
lator, & omnis lex ab eo deducta est, facta ei omnia cōstant.  
Quo niam omnia nuda sunt, & aperta oculis eius: & in quantū ho-  
mo habet infusam plenissimā omnium scientiā, qua cognovit  
omnē cogitationē, verba, & opera hominū præterita, præsen-  
tia, & futura etiam in eternitate, vnde cognovit Christi anima  
infinita, vt dicit D. Th. in Ps. Ecce tu cognovisti omnia nouissima  
& antiqua. Tertiò in iudice necessaria est potētia, vt sententia  
executioni mādetur, Iob 9. si fortitudo queritur, robustissimus B

Iob. 9. est, si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimoniū dicere, ille lo-  
quitur: Dat aet mihi omnis potestas in celo & in terra, uoluntati ei⁹

Matth. 28 quis resistit omnipotē nominē eius. Omnes Angeli, & omnis crea-  
tura eius minister est, vt exequatur iussa. Reges, ait, eos in uirga  
serrea, & tanquā uas figuli cōfringēt eos, omni ex parte optimū  
iudicē Christus aget: ideo orat Psal. Deus iudiciū tuum regida.

Psal: Ex quo nobis colligēdum, quantū eum debeamus reuereri,  
ex cuius iudicio eterna nostra bona, vel mala pendent: tu qui  
Christū offendis, nosti in eius te manus deuenturū aliquādo?  
negotiū habes iudicandū, ex quo vita honos, & substātia tua  
pēdet, nosti huius tāti negotij iudicē supremū esse Petrū, quā  
tum caues, ne eū offendas, quantum ei placere desideras: vide C  
iudicē Christū, in cuius iudicio iudicādus es super eternis bo-  
nis, vel malis, quorno do eū offendishinc Ps. 74. Ixi iniquis,  
nolite iniquē agere, & delinqūtibus nolite exaltare cornū, quia nec  
ab Oriente, nec ab Occidente, nec à desertis mōtibus. Sermo est trū-  
cus, supple venire potest impiis auxiliū: quoniam De⁹ iudex est, su-  
per omnes iudices, à cuius sentētia appellandū nō est. Hūc hu-  
militate, & hūc exaltat, quia calix in manu Dñi, uini meri plenus mi-  
sto. Calix hic terribilis est dānatio: de quo Ps. Ignis, grādo, nix,

glacies spiritus procellarū pars calicis eorū, vel vini meri, signifi-  
cat vinū optimū, quo d. iustis datur sine ad mixtione cōtrarij,  
sed est adhuc foēx in hoc calice malis reseruata, & sic inclina-  
uit ex hoc, in hoc, scilicet prius vinū optimū dans iustis, dein-  
de malis

Psal. 74.

Psal. 148.

- A** de malis fœcēs, quibus omnes implebūtur. Bibent omnes peccatores terræ. Sed tantum nobis ab agno timendum est: iam aries est, & ille aries, ait Greg. 27. Moral. de quo Dan. 8. Vidi arietem uentilantem cornibus contra Orientem, contra Occidentem, contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestie terrie non poterant resistere ei, nec liberari de manibus eius. Aries dimidio annos super vnu dormit latus, dimidio super aliud, modo Christus in latere est misericordia, tunc in iustitia latere quiescat, nec est qui ab eo te liberare possit, & quemadmodum Saphon videns duo lumina eruta, seq; despectu à Philista:is maximo furore domum euertit, eola; interimit, sic Christus videt doctrinam & exē plum tantum in mundo despiciunt, & leipsum ludibrio habitum in furore suo mundū super impios deuoluet, Osee. 11. Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris, id est huius saeculi, quia quasi fremitus leonis, ita & regis ira, & licet hanc irā in omnes ostendat peccatores, sed maximē in Christianum, si enim metit, ubi non seminat, quid non metere velit, ubi tot seminavit beneficia, ibi ad te dicet, elegi te ex multis, posui te in Ecclesia, me tibi tradidi? &c. quibus oculis dic poteris intueri, quē sic despexisti, quomodo videbis manus, pedes, & latus pro te vulneribus confixa? & à te despecta, quando videas bonorum gloriam, quā tanta facilitate allequi posses? Tunc peccator uidebit, & irasceretur dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Ideo Sopho. 2. Conuenite, & congregamini
- Osee. 11. Proph. 19. Psal. 111. Sopho. 2.
- C** gens nō amabilis, priusquam pariat iussio quasi pulucrem transiuntem diem, antequam ueniat super nos ira furoris Domini, antequam ueniat super nos dies indignationis Dñi, querite Dominū omnes manus terræ, qui iudicium eius effici operati, querite iustum, querite manuatum, si quomodo abscondimini in die furoris Domini. Simul conuenite ad orandum gens amore indigna, priusquam Dei iussu ueniat dies qui erit, ut puluis transiens vento agitatus, quo etiā ostenditur potestentiā in morte raro fieri conuenientē, quia dies illa est puluis obsecrās doloribus, & anxietatibus. Habemus iam iudicē, sed qui erunt cōiudices & assessorēs?
- Isa. 3. Ioseph. 3.
- quos seniores ipse declarat Matt. 19. Vos qui reliquis omnia in regeneratione cum scderit filius hominis in sede maiestatis
- Ioseph.

## De iudicio vniuersali.

- sue, sedebitis & uos iudicantes duodecim tribus Israël. Aliquando A iudicare dicitur hic alium cum facta comparatione huius ad Matth. 12 illum apparet culpa illius, de quo Matth. 12. Viri Ninuitæ surgent in iudicio, Regina Austri surget, &c. quomodo etiā peccatores iudicabunt. Matth. 11. Væ tibi Corozain, &c. quia si in Tyro, &c. Aliquando iudicare dicuntur, qui consentiunt iudicanti applaudentes sententia, quo pacto omnes iusti iudicabant. Sap. 3. iudicabunt sancti nationes, sed maius aliud permittit Christus relinquentibus omnia & Iob. 36. Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Quod quid sit Magister sentent. dicit sciri non posse, donec videatur in iudicio. Quidā dicunt solum esse assidere Christo superiores reliquis sedētes B prop̄ iudicantem, sicut magnates regi assidentes, sed hoc nō est iudicare. Richar. de S. Victore, ait viri eximiæ sanctitatis, ea, quæ Deum contemplantes in ipso legunt, in suis cordibus scribūt, & sic eorū corda diuinitus in omnē veritatem edocta, sunt canonū decreta, per quæ iudicantur omnes in iudicio. D. Tho. addit iudicare est sententiā in aliū proferre, quod Christus sua faciet authoritate: A postoli vero, vt eius ministri sententiā etiam proferent, vt in iudicandorū notitiā veniat, omnesq; docebunt quid cuiq; diuina iustitia pro suis meritis tribuat. Iudicabūt ergo Apostoli, & omnes pauperes voluntarij propter Christū, vt Aug. Bed. S. Tho. & cōmuniſt̄ est sententia. Ideo dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, eorū enim est non solū, vt reliquorū, sed vt illud iudicādo aliiſ C tribuere possint, & ideo dicitur: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut, cū defeceritis, recipiāt uos in sua tabernacula. Vnde eleemosyna facta pauperi voluntario est dignior, & sic intelligitur illud. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, id est consiliis, erit quidem in cælo, sed minor, quia iudicandus, qui fecerit & docuerit, erit maior, quia index. Sicut ergo merito vero his tribuitur iudicandi facultas: primum, quia omnium abiectionis signū est humilitatis, quam sequitur exaltatio, quia maior nulla, quam iudicare, cum ergo voluntarij pauperes se humilient propter Christū, & omnibus sint contemptui, merito iudices omnium erunt, vt exaltetur. Secundū, nā ideo aliquis sāti iudicant, quia cor habet sic per diuinā veritatem edocēt, vt illam*

A illam valeant aliis enuntiare, prima vero dispositio ad perfectionem & contemplationem paupertas est, & ideo prima beatitudo ponitur, quoniam habes paratus est, ut Deus in eo virutes diuinas scribat, ut aliis valeat enuntiare.

Sicut ergo infidelis non iudicatur iudicio discussionis, sed condemnationis, quia qui non credit, tam iudicatus est. Sic per Ioan. 3. aliud extremum, qui omnia reliquit uno actu expletuit omnia opera misericordie, de quibus iudicandi sunt alii, ideo illi non iudicabuntur, sed alios iudicabunt, qui sibi reseruauerunt temporalia, etiam sanctiores se, & quicquid excedat gloria essentiali, hac tamen accidentaliter iudicandi soli pauperes spiritu donabuntur. Abulen. super cap. 15. Matth. q. 3 & 4. ad-

B dit sanctos omnes catalogo sanctorum adscriptos non iudicandos, sed iudicatueros cum Apostolis, quia iam ipsi Ecclesia iudicio iudicati sunt.

Ex quo patet optima conditio eorum, qui voluntariâ paupertatem sunt sequuti, omnia pro Christo relinquentes: hæc enim temporalia tandem relinquenda sunt, quod si voluntarie relinquis ea, maximo donaberis premo, si non audi quando relinquis. Isa. 2. Oculi sublimes hominis humilitati sunt, & incurvabitur altitudo uirorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur, quia dies Domini exercituum super omnem carnem. Tunc solus Christus erit Dominus, nunc enim sunt dii multi, & domini multi, an non mulier Deus

C tuus? unus, &c. tunc hæc idola penitus conterentur non solum à Deo, sed & tu ea manifestabis & maledices, nec abscondes, ut Rachel. Isa. 2. In illa die proiicit homo idola auri, & argenti, & dicit omnibus egredere, & quemadmodum, qui naufragium patitur proiicit merces in mare: ita tunc proiicies, maledices, contemnes temporalia omnia, sed sera tunc duceris poenitentia, sicut poenitentia ductus Iudas retulit triginta argenteos, & laqueo se suspendit similis huic erit illa poenitentia. Vide idola cordis tui quæ sunt, cadent illa sine dubio, si enim coram arca cadit Dagon multo magis coram iudicante Christo omnia mundi alia, nec vero solum cadent Christo imperante, sed & te proiiciente, contemnente, & maledicente ea, sed cum tunc reliqueris nihil profest, si modo relinquis, si ab omnibus:

Isai. 2.

1. Reg. 5.

## De iudicio vniuersali.

Omibus te abdicaueris index erit in iudicio illo. Holcot Saf. A  
pient. 1. Iest. 56. videns sumia venatorē duos habens iuxta se  
foetus, dilectionē inter brachia sumēs fugit, alter vidēs se defi-  
pici matrē, vel inuitam descendens eā committatur, fugit si-  
nūa onerata duobus foetibus, lassatur relinquit dilectū, sed al-  
ter, eā sic opprimit, ut cum eo in manus deueniat venatoris, fu-  
gis o homo morte & iudicium sed non effugies, capis tecū pec-  
cati delectationē, sed culpā nō tollis tamen illa collo tuo affi-  
xa te sequitur, tandem in morte & iudicio perdes omnē pec-  
cati delectationem culpa te committante in aeternum.

Tertio erunt in iudicio accusatores, qui multi erūt, primò  
Angeli boni, qui nos custodierūt & viderunt diuinās in nos  
misericordias. Iob 20. Reuelabūnt celi iniquitatē eius. Secundò B  
demones. Apoc. 12. Protectus est accusator fratru nostrorum,  
quorū accusationēm Aug. dicit, Equissimè iudex iudica eum  
ineū esse per culpā, qui tuus esse noluit per gratiam, tuus per  
passionē, meus per suasionem, tibi inobediens mili obediēs,  
nūquam ego pro eo sanguinem fudi, vt tu fudisti, & me plus  
dilexit, quā in te, vide innumera peccata eius, qui modo tan-  
facilē tibi ostendit peccata, quo modo posteā difficile mon-  
strabitur quis malum perpetrat eo suadente, qui hoc solum in-  
tendit, vt continuo accuset?

Tertio accusat ipsa conscientia, in qua omnia peccata ex-  
atas sunt. Hierem. Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo,  
unqueq; ad manino, in cornibus ararum uestrarum in tabu- C  
lis cordis uestrī, ibi vt in tabulis omnia que gessisti aparebunt.  
Quarto homines socios accusabūt, ipse Moyses accusat vos,  
qui scādalizati sunt accusabūt scādalizantē, filij parentes, &  
tandē omnis creatura, quia male es usus, lapis de pariete cla-  
mabit. Iaco. 5. Diuinitate uestre putrefacte sunt uestimenta à tineis  
comestae sunt, aurum & argentū uestrum eruginauit, & erugo eorū  
urbis intēsimorum erit. Et tunc omnia secreta Deus pādet,  
sicut dicit Dominus ad Dauid. Tu fecisti hoc secreto, & ego fa-  
ciām in conspectu solis huius.

Testes necessarij non erunt in re omnibus notissima. Ni-  
bilib opertum quod non reueletur, nec absconditum, quod non scia-  
tur. Deinceps omniam. Malac. 3. Testis uelox omnibus na-  
tūrā inimico

Iob. 20.

Apoc. 12.

August.

Hier. 17.

Acta.

Luc. 16.

Jacob. 5.

2. Reg. 12

Math. 10.

Mala. 3.

- A** leſcīs, adulterīs, & periurīs. Job. 16. Ecce testis meus in celo, & conscius meus in excelsis. Hierem. 39. Ego ero testis et iudex. Quartō erunt ibi iudicandi omnes mortales. Matth. 25. Congregabuntur ante eum omnes gentes. Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi, scriptum est enim nūn ego dicit Dominus, quoniam misericordet omni genū, & omnis lingua confitebitur Deo, quia cum omnium fuit redēptor, & humiliatus patris obedientia, ibi exaltandus, & ab omnibus adorandus, & omne genū ei flectendū velint nolint, cælestium, terrestrium, & infernorū. Coram illo procident Ethiopes & inimici eius terram lingēt. Primo ergo omnis homo iudicādus iudicio approbationis, vel reprobationis, sed iudicio discussionis nō iudicātur pauperes spiritu, sed iudicāt, quia sunt qui superēdificant aurū, argentū, lapides pretiosos, qui verò tēporalibus addicēti edificat fœnum lignū, &c. iudicabuntur iudicio discussionis, vt videatur qualiter eleemosyna peccata redemerunt. Similiter omnes impij iudicabūtur iudicio reprobationis, sed discussio-  
nis soli fideles, nā infideles iā iudicati sunt, sicut inimici reipu-  
blicē antequā audiantur, necātur, sed ciues, priusquā internumā  
tur, discutiēdi & audiēdi in iudicio sunt. Vnde Greg. 16. Mo-  
ral. c. 24. duæ futuræ sunt tūc partes electorum, & reprobo-  
rum, sed bini in quolibet ordine continētur, alij enim iudicātūr, &  
pereūt, vt mali Christiani, alij nō iudicantur & pereūt, vt infi-  
deles, alij iudicātūr, & regnant, vt boni fideles, alij non iudicā-  
tur & regnant, vt viii Apostolici. Angeli verò ibi aderunt nō  
vt iudicandi, sed in Christi ministeriū, qui eorum est caput &  
rex: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Iudicabūtur  
vero Angeli quoad prēmiū accidentale, vel poenā eis perue-  
nientem ex salute, vel perditione hominum, quā iuuerunt, &  
in hoc verū habet illud Pau. Nescitis quoniam angelos iudicabi-  
mus: Pueri etiā sine baptismo decedentes ibi adorunt. Ex quo  
patet hoc iudicium esse conuentū generalissimum celi & terræ.  
De loco iudicij. Ioe. 3. Cōgregabo omnes gentes, & deducam  
eas in valle Josaphat, & disceptabo ibi cum eis, quae vallis est ad  
radicē montis Oliueti, vnde Christus ascendit in celū & alia  
misteria perfecit. Veniet verò Christus in forma glorioſa, vt  
Aug. dicit tanta cū maiestate, vt ab omnibꝫ cognoscatur Deus  
sedens
- Job. 16.  
Hier. 39.  
Matth. 25.  
Rom. 14.  
Domi. 2.  
Psal. 71.  
Gregor. 16.  
Matth. 28.  
I. Cor. 6.  
Ioe. 3.

**Matth. 26.** sedes ad dexterā Patris. sic Mat. 26. Amodo (id est post modū) A  
videbitis filium hominis ueniētem in nubibus cœli, sed ētem à dex-  
tris uirtutis Dei, id est, videbitis in tanta maiestate venientem,  
vt in filio hominis agnoscatis filium Dei ad eius dexteram se-  
denteri, de quo Daniel. Aspicebam donec i throni positi sunt, &  
antiquus dierum sedat, aspicebam ego in uisione noctis, & ecce cum  
nubibus cœli, quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum  
dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, &  
omnes populi tribus, & lingue illi seruerint, & potestas eius po-  
etas eterna, quæ non auferetur.

Tunc libri aperti sunt, quia in omni conscientia scripta omnia peccata manifestabuntur, tum ei qui ea fecit, tum vniuer- B

**1. Cor. 4.**

mundo virtute diuina, ideo dicitur dies ista reuelationis. Illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū: quando videris abominationes tuas coram te, & omnes hæc

**August.**

videant, o inaudita confusio, cum enim illud iudicium sit publicum, omnibus omnia patere debent, ait August. Similiter omnia merita iustorum ipsis, & omnibus manifestabuntur in eorum gloriam, quod non solum misericordia, sed meritò ad tantam gloriam deuenere, ibi implebitur illud Ioan.

**Ioan. 12.**

Si quis mibi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui in cœlis est. Et Luc. Qui me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. Peccata iustorum

**Magist.**

(Magister sent. dicit,) non reuelanda, quia de eis dicitur, quorum te &ta sunt peccata. Sed certum est reuelanda fore, sed nō C in confessionem, quia non reuelantur punienda, sed vt mat-  
ria poenitentia, cuius vis ibi aperitur. Vnde non erunt podo-  
ri, sed laudi, si ut enim Deus facta poenitentia omnium deli-  
ctorum non recordatur amplius, nec cum eo erit pudor, ita  
hoc diuinū iudicium ipse in omnibus constituet, tanta est vis  
poenitentia & diuinæ gratiae.

Modus iudicii est, omnis accusatio, & discussio mentaliter peragenda est, sed Christi sententia ore Christi proferetur voce gradi, ait Greg. priusq; ad bonos loquetur filios dexterę in dextera collocatos. Venite benedicti. Videbit ibi multos, qui nū quā peccauere mortaliter, o quā fœlices, qui nunquā extitere proditores, alios qui pauca peccantes multa poenitentia fece-  
re opera

**Gregor.**

**Matth. 25.**

**Blaude. 30.**

**Paulus Apollonius.**

A re opera: alios quitandem peccata vicerunt, seminauerūt lachrymas, & opera fructusq; pœnitentia dignos, aspiciet eos Christus dulcissimis oculis, tanquam fideles seruos, immo amantissimos filios, vt eo solum possint obliuisci omnium laborū suorum, quis nosset, qui hi sunt, vt eorum de oscula retur pedes: venite benedicti, iam non erit luctus nec ullus dolor, quoniam priora transierunt, est merces operi tuo, percipite ergo regnum, quia omnes vos reges estis, nudus fui & operuisti me, tunc videbis plus tibi profecisse nūquā in eleemosynam datum, quam millia milliū quæ insump-  
fisti vane. Ecce in die mala liberabit eum Dominus, qui intelligit Psal. 40.

*super egenum & pauperē, nec satis dictum putat: quādū unī ex his minimis meis fecisti, pro me fecisti, sed ingentissimē em*

B phasis gratia, mihi fecisti, stupenda Dei dignatio cu n se-deat in sede maiestatis suæ, vt eleemosynarum merita sum me extollat, nihil cunctabitur confiteri, & pauperem, & egenum fuisse, qui in personis pauperum ad ianuas esurie rit nostras, si ergo non sufficit tibi Christus pauper, vt vis-  
cera aperias, sufficiat vel saltim ille inenarrabilis honor, quando coram omni mundo confitebitur se pauperem à te alitum.

*Ite maledicti, omne mel effudit in bonos, & omnem misericordiæ thesaurū, versus ad sinistram incredibili ira (ab ira tua libera nos Domine) dicet ite. Isa. 30. Labiae ius repleta Isai. 30.*

*fuit indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Apocalys. Apoc. 1:*

C 1. *Videt eum oculis flammeis, & in ore eius gladius ex utraq; par-te acutus. Ignei oculi ostendunt Christi furorem, quia illu-minabit absconditatem tenebrarum: gladius vero vt dicit Ru-Rupr.*

*pertus & Aretas super Apocalyp. modo est in vagina, Aretas, secundum illud Psal. Accingere gladio tuo super foemur tuum Psal. 44.*

*potentissime, quia nunc hortatur ad pœnitentiæ, cœilia præ-bet: sed tunc silebunt monita salutis & euaginatum gladiū  
bis acutum in ore portat, vt intelligas gladium esse pro lin-gua, utraque parte acutum, quia corpus & animam trans-verberauit, Ierem. 7. Duplici contritione contere eos. Duplex Ierem. 7.  
peccati malum, auersio à Deo, conuersio ad creaturam, de quibus Ierem. 2. Duo mala fecit populus meus, quibus duo sup Ierem. 2.*

## De tertio nouissimo.

Chrysost.  
plicia respondent duæ poenæ damni & sensus. Prima dā-  
ni, noluitis Deū, in æternum recedet à vobis, ite, discedite,  
non me in æternum videatis, quanta hæc sit poena dici nō  
potest, quia est amisio infiniti boni, & sicut eum videre  
omne bonū, illo carere omne malum. Chrys. decem mil-  
le gehennæ non est tantum malum, ac ab illa beata vita  
excidere, talem amittere thesaurum, qualis Deus est, &  
hoc in perpetuas æternitates indicibile malum, exulare in  
æternum à beata Ierusalē infelicitas summa: infinito bo-  
no priuari infinitum est malum, & sicut ex Dei visione re-  
sultat summus amor & gaudiū, ita ex hac priuatione sum-  
mum odium, & summus dolor. Secunda sensus, in ignem  
æternum: respondet hæc conuersioni, per ignem vero nō  
solum ignem accipe, sed omne quod in illa misera regione  
torquet, de quo innumera sancti, quanta vero illa sint ma-  
la ostendit, quod ibi potentiam suam ostendit Deus in ini-  
micis torquendis, sapientiam in tormentis inueniendis,  
bonitatem in suppliciis eorum, qui eam offenderunt, sicut  
ergo ut suos beatificet in cælo innumera adiuuent bona,  
ita ut satissiat eius indignationi innumera in inferno adin-  
uenit mala. Sagittas meas complebo in eis, o gens misera, &  
miseranda posita in signum ad omnes Dei sagittas, inimi-  
ca omnipotentis.



## CONCIO.

### De tertio nouissimo. Inferno, scilicet.

T H E M A.

Præparata est ab heri Thopherh, a rege præparata, pro-  
funda, dilatata. Nutrimentum eius ignis, & li-  
gna multa: flarus Domini sicut torrens fulphbris suc-  
cendens eam. Isai. 30.

CVM Omnia propter semetipsum operatus sit Domi-  
nus, infernum etiam in sui gloriam fecit. Sicut enim  
glorifi-

**A** glorificatur Deus in præmiis bonorum, ita glorificatur in suppliciis damnatorum. Hinc Moy ses ait. *Sicut ante letatus est Dominus super uos, bene uobis faciens, uosque multiplicans, sic letabitur disperdens uos, atque subuertens.* Sicut in regis gloriam cedit, fidelem muneribus afficere, & proditorem sup plicijs. Quia in altero Dei misericordia, in altero iustitia manifesta sit. *Quædā enim misericordiæ vasa sunt, quædam vasa iræ apta in interitum, illa replebit misericordia,* vt effluat, & supereffluat, hæc verò ira. In Dei etiam gloriam cedit inferni vltio, quia tanta erit, vt ex ea colligi possit immensa Dei bonitas, cum sic eius offensor puniatur. Ethoc est maximum, quod de inferni tormentis dicere possumus, quod tanta erunt, vt respondeant diuinæ bonitati, in quam damnati peccauerunt.

**B** De hoc supplicio loquitur Isaías capite. 30. Eceo nomen Domini uenit de longinquō, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans, sp̄ritus eius uelut torrens uirans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum. Quibus verbis venientem in iudicium Christum describit, vt æternas poenas improbis imponat.

Tunc verò letabuntur iusti de damnatione impiorum, quia letabitur iustus, cum uiderit uindictam, vt Psaltes ait. Et *Psal. 57.* ideo addit Isaías. Canticum erit uobis sicut vox sanctificatae solennitatis, quæ verba Hieronymus explicat de cantico iutorum, cum viderint malorum interitum, sicut cantauerunt egressi ex Ægypto, cum viderunt Ægyptios suffocatos, cum dixerunt: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare.* Et ideo Ioannes in Apocalypsi vidit eos, qui vicerunt bestiam stantes super mare uitium eum. Habentes cytharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei. Quia sicut Moy ses suffocatis Ægyptiis cantauit, & dixit: *Cantemus Domino gloriose, &c.* Ita sauci cantabunt Christo in iudicio vindentes vltionem de impiis sumptam. Quomodo verò Deus gloriam suam ostendat in hac punitione, vt ei de cantari possit, ostendit Isaías eodem capite subiungens.

## De tertio nouissimo.

Et auditam faciet Dominus gloriam uocis eius, & terrorem bra- A  
chij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuoran-  
tis.. Et tandem infernum describens ait. Præparata est ab he-  
ri Thopheth, &cætera, quæ in Themate dicta sunt.

Sed primum inquires, quid sit Thopheth. Multa de hoc  
Iansen.  
loco refert Iansenius in concordia Euang.ca. 40. Fuit iux-  
ta Hierusalem ad radicem montis Moria vallis irrigua fon-  
tibus Siloe amænissima, quæ dicebatur Gehinnon, idest,  
Iosue. 15. vallis Hinnon, ut habetur Iosue. 15. & 18. Vbi Iudæi ere-  
xerunt idolum Moloch, cui filios combustos immolabât.  
C. 18.

Iosue. 15. Quem locum dixerant etiam Thopheth, quod significat  
4. Reg. 23. tympanum, quia ibi tympana pulsabantur, dum filii cre-  
Hier. 7. minatur Deus, non vocandum eum locum Thopheth, nō  
19. nec Gehinnon, sed vallem occisionis. Ideo nomine loci illius  
infernus iam intelligitur, tum quia ibi pueri cremaban-  
tum propter loci contaminationem postea factam. Et

19. B. idem in Evangelio infernus dicitur Gehenna, à Gehinnon.  
Iosai. 5. Nunc ergo Iosaias ait. Præparata est ab heri, idest à præterito  
tempore, Thopheth, idest infernus, à rege, Deo scilicet, pro-  
fundus, quia in terræ centro, dilata, ut omnes damnatos ca-  
piat. Unde Iosaias ait. Propterea dilatauit infernus os suum abs-  
que termino. Et in ignis, & ligna multa, damnati, scilicet, qui  
sunt ligna vitis à vite præcisa, & arbores sine fructu, quæ  
exciduntur, & in ignem mittuntur. Flatus vero Domini  
eam succedit, quia æternus est ignis ille. Deo sic dispo-  
nente, in quo in æternum impi ardebunt.

C. Chrysost. Sed obiicis, quomodo Deus infinite bonus, & miseri-  
coris prædicatur, si æterno igne punit? Chrysostomus ho-  
mil. 50. ad populum Antiochenum, hanc quæstionem pro-  
ponit, & solvit dicens: vis Deum videre bonum? Pro-  
pter se mundum non creavit, sed propter nos. Quoniam si  
ipse mundo indigisset, prius illum creasset, bonitate ergo  
sola duxit eum condidit. Bonus ergo Deus est. Deinde,

qui

- A quis olem suū oriri facit super bonos & malos, an non bonus est? Matth. 5.  
 & qui sanguinem pro inimicis fudit, an non optimus? Sed ait Marcionista quidam, si peccatorum rationem non exigere, bonitatis est, si tam seueram rationem exigit, non adeo bonus est. Ita quid em peccator vellet Deum sibi effingere conuenientem, qui eum non puniret. Sed dico: si peccatorum rationem exigit, bonus est, si non exigeret, bonus non esset. Dic enim mihi. Nisi rationem exigeret, staret vita humana: nonne in feras erupissemus? Nam si timoribus, & poenis imminentibus pisces superatus, alter alterum comedentes, leones, & lupos vincimus, aliena rapientes, si timor, & pena non esset, qualis vita foret: quid iam foret, qui fabulis celebratur, laberynthus ad mundi confusionem: quis patrem reuereretur: quis voluptati percisset: In domo tua id tibi manifestum faciam, habes plures seruos, sciant hi, nullum esse supplicium, quicquid agant, licet dominum euertant, licet vxorem, & liberos perdant, qualis obscurio domus tua esset? An hoc bonitatis esset, si vxorem, liberos, & dominum tuam perdi permitteres, ut seruis licentiam dares: non hoc bonitatis, sed stultitiae, & crudelitatis esset. Nec hoc dico in seruis solum, sed & in filiis, si scirent, nullum esse supplicium, quales evaderent: Hominibus bonum est punire, cur non Deo? Quia ergo Deus bonus est, ideo infernum paravit. Est & alia in hac re Dei bonitas, quod gehenna positio non permitit: it bonus fieri malos, nam si deberent eadem assequi, omnes essent mali. Nunc vero configit timore carnes nostras, à iudicijs enim tuis timui. Hinc Psaltes: Letabitur iustus, cum Psal. 54. uiderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatorum, non insultans, sed timens, ne eadem patiatur, puriorum suam efficit vitam, & manus lauat. Sed ait, satis ad hoc esset iniuriari, nec necesse erat punire. Punic, & tu dicas, minæ sunt, si tantum minæ essent, quid dices: quid faceres? Si Ni-niuitæ cognoscerent, minas tantum esse, pœni entia non egissent. Vis id tantum esse minas: Ipse Dominus es facti, melior efficere, & minæ tantum erunt, si vero ruinas contempseris, venies ad experientiam. Qui in diluvio pe-

## De tertio nouissimo.

rierunt, si minastimuisserent, non periculum sustinuisserent; **A**  
sic & tu. Hæc Chrysostomus.

Sed quoniam inferni poenas multas, ac graues audiui-  
mus, eas sigillatim expēdamus. Prima, ac potētissima pœ-  
na est damni, respōdens auerſioni peccati. Quia enim pec-  
cator auerit se à Deo, in æternum eo, & illius gloria priua-  
bitur. Quantum hoc sit ma'um, nulla humana ratio asse-  
qui potest, quia tantum hoc sit malum, nulla humana ra-  
tio assequi potest, quia tantum malum est boni alicuius pri-  
uatio, quantum bonum illud est, quo priuat, cum ergo bo-  
num, quo damnatus priuatur, sit infinitum, & omnem su-  
peret cogitatum, similiter & poena ista. Aliis quidem par-  
ticularibus bonis carere, malum est, vt priuari visu, hono-  
re, diuitiis, vxore, ac similibus. **B** quid ergo erit priuatio sum-  
mi, & infiniti boni? Finge nūc principem magni regni hæ-  
redem, qui cum regnum hereditare debuit, ab eo priua-  
tur, & à diuitijs gloria, ac honore, quæ sperabat cum reg-  
no, & cum feris cicitur vt Nabuchodonosor, quo dolore  
tangeretur? Quid ergo erit hominem priuari regno æter-  
no, ac infinito? Chrysostomus homilia 47. ad populum

Simile.

Antiochenum ait. Multi inferni ignem timent. Sed ego  
maxime dico amaram gloriae amitionem. Sic enim intel-  
ligitur illud Psal. 11. Plures super peccatores laqueos ignis, & ful-  
phur, & spiritus procellarum pars ca'tis eorum, quasi dicat,  
hæc omnia minima pars erit, & quasi gutta caliceis a ma-  
ri, quem epotabunt, quia præcipua pars calicis eorum,

& maximum malum pœna est damni. Addit Chrysosto-  
mus. Qui non nouimus magnitudinem celestium bono-  
rum, non possumus intelligere, quantum sit malum illis  
priuari. Paulus, qui illa vidit, melius id nosset. Hæc pœ-  
**C**

**Matth. 25.** na notatur à Christo Domino illis verbis: Discedite a me,  
**Dente. 32.** & nescio uos, & illis etiam, abscondam faciem meam ab eis, &  
similibus.

Ad hanc etiam dāni pœnā pertinet inimicitia Dei æter-  
na, qua se vident damnati odio à Deo habitos in æternū:  
summa, ait Chrysostomus, pœna erit, cum audierint. Nes-  
cio uos. Discedite a me, o verbum asperum, audire accusantē  
nos.

**A** nos, ac dicente: *Efuriui, & non dedistis mihi manducare.* Viderem vultum eius auersantē nos, terrible omnino erit. Quā confusione audies dicētem, dedi sanguinem meū tibi, nec dare voluisti mihi parum panis. hæc vero audiet peccator corā vniuerso mūdo. Sicut poena dāni intellectus est, care re diuina visione, ita poena dāni voluntatis erit, videre Deū sibi in æternū inūnicum, simulq; videre, nunquā ab eius manibus easurum, sed perpetuō sub eius futurum pedibus cōculandū, id enim in mūdo summo dolore nos atfice re solet. Hinc perpetua, iugisq; rabies oritur, odium Dei, & summa afflictio, quia vniuersa ista in damnati pœnam conuertuntur.

**B** Secūda inferni pœna ignis est, quo in perpetuū dānatus ardebit, nec tamē cōsumetur. Hæc vero respōdet in ordinate cōuersioni ad creaturā. De qua dicitur: *te maledicī in ignem æternū.* Et iterum. *Excidetur, & ignem mittetur, & ardor.* Et iterum. *Quantū glorificauit se, & in delittis fuit, tantum date ei tormentū, et luctū.* Nec vero ignis ille finialis nostro, licet enim eiusdem sit speciei cum nostro, tamen ille multò est actiūior, adeo, ut quasi pīctus noster ignis sit, si cum illo cōferatur. Inter ignes vero etiā in hoc sæculo videmus distantiam plurimam, ignis enim fulminis multò actiūor est, quam ignis vulgaris. Interrogo ergo nunc vos cū Isaia: *Amitte, qui longe es̄tis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam.* Conterrīsunt in sion peccatores, possedit tremor hypocritas. *Quis poterit habitare de nobis cū igne devorante? quis habbitabit ex nobis cum ardoribus sc̄mpiternis?* Si in igne manutenerē ad parvū tēpus nō sustines, quomodo sustinebis, igne ardere in inferni in æternam à pedibus ad caput usq;?

**C** Tertiū in inferni supplicium est omnium sensuū pœna, nec enim tactus, in quo homo exceedit cuncta animatia, vt Aristoteles ait, solum torquebitur, sed etiā omnes alij sensus, visus enim torquebitur horribilibus tenebris, & tremēdis figuris, quæ ea excedent, quæ olim Ägypti passi sunt. Auditus terrebitur strepitibus maximum, gemitibus, & vhi latibus inenarrabili bus. Olfactus torquebitur intolerabili foctore, quia in mūdi purgatione, & renouatione vniuersa

Matth. 2 5.

Matt. 3.

Apoc. 182.

Isai. 3 3.

Aristot.

## De tertio nouissimo.

mundi peripsemata in sententiam illam descendet, illuc A congregabitur mundi foex vniuersa. Gustus torquebitur misera fame, & siti, & prauo aliquo humore ita inficietur, vt iugiter gustent fel, ac absynthium. Quibus omnibus addet societatem malignorum spirituum, de quibus Salvator ait: *Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus es diabolo, & Angelis eius.* Omnibus sensibus nunc delectaris, aut delectari queris, tunc omnis sensus torquebitur.

Matth. 25. Quarta inferni poena est congregatio omnium dolorum, vniuersi enim in damnum irruent, dolor capitatis acerrimus, dolor dentium grauissimus, dolor stomachi durissimus, podagræ dolor intolerabilis, & sic de omnialio dolore dicendum. Hinc Iob ait. Cum satiatus fuerit, arctabitur, astuabit, & omnis dolor irruet super eum. Utinam B. impleatur venter eius, ut immutat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Pensandum est verbum illud, omnis dolor irruet in eum: nullus enim dolor est, qui damnum non cruciet, & illud pluat super eum bellum suum, quia sicut in bello solent innumera tela in hostes iaci, quæ ita multa sunt, vt pluviæ gattis assimilentur, ita pluet Deus bellum in hostes suos, innumeros immittens dolores. Cauè ergo ô peccator, ne impleatur venter tuus peccatis, bibis vero iniuriam quasi aquam ea copia, vt citò impletus sis, cum vero impletus fueris, omnis dolor irruet in te.

I. Id ipsum significat Dominus illis verbis: Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis, quasi dicat. Sparseram ego mala multa in multis, sed in damnatos vniuersafa congregabo, nulla in pharetra mea sagitta manebit, quam in eos non dirigam, omne malum, quod fieri potest, illis faciam. Miserandum omnino expectaculum, hominem videre scopum factum diuinatum sagitarum. Si media hora dolorem vehementissimum toleras, extraferis, qua obsecro rabie vexaberis, cum omnis dolor simul, & sine intermissione cruciabit te? Nunc suminus dolor aliquando sensum hebetat, ne sentiat, at in inferno acuet potius.

Quinta inferni poena, erunt supplicia quædam particulaaria,

- A cularia, ut ita dicam, quæ diuersitati criminum respondet. Ibi enim superbus mirè deprimetur, & in honorabitur ab omnibus, ibi auarus in mira egestate erit, ibi epulo mira affligetur fame, & siti, vt nec gutta aquæ ei concedatur. ibi in honestus miris, & exquisitis doloribus cruciabitur. Et tandem ut Psalmes ait, *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sed quomodo oves sunt, nonne hic fuerunt lupi, tygrides, leones? fauerunt certe: sed diuina vltio eos redidit oves ac ita mansuæ fecit, vt nulli mallo resistere valent, sed mors depascat eos. Depascere vero dicitur, ait Gregorius, quia sicut ovis depascens herbam, non eam radicitus euellit, sed ita pascit, vt manente radice, iterum herba crescat, ut iterum de pascatur, ita semper mors depascit
- B miseros, quia semper illis relinquitur vita, ut tormenta valent sustinere. Unde nec illa dicenda vita est, nec mors. Mors enim terminus dicit, vita vero bonum: ibi vero mors est sine termino, & vita sine bono, & requie. Merito ergo dictum est: *Bonum erat ei, si natus non fuisse homo ille, quia pabulum erit morti perpetua.* Addit Psalmes. Et dominabuntur iusti eorum in matutino, & auxilium eorum ueterascat in inferno à gloria eorum. Matutinum dicit resurrectionem, in qua à somno mortis surgent iusti, & tunc stabunt in magna constantia ad uersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc vero auxiliū impiorum veterascat, idest, putrefactet, & deficiet, abolebitur, peribit, inutilis prorsus erit eorum potentia. A gloria eorum, ait id est, post ipsorum gloriam, sicut latine dicitur, à cena, idest, post coenam. Hebreæ habent. *Petra eorum (id est, fortitudo, potentia, præsidium) ad inueterascendum supple erit in inferno ab habitaculo suo, idest, post suum gloriosum dominium.* ¶ Sexta inferni poena est vermis perpetuus, quo eorum cor contabescet, & mordebitur. De quo scriptum est: *Vermis eorum non morietur.* Hic vero est penitentia perpetua si ne villo fructu, quā damnati in inferno semper habent. Sicut enim vermis exit à putredine ligni, & semper lignum corredit, sic ex animæ peccatis procedit etiam nunc morsus conscientiae, & displicantia, qua homo sibi dicit, male feci, desperata operatus sum. At vero nancispiciimus pec-
- Greg:  
Matt. 26.  
Matt. 10.

## De tertio noctissimo.

cata sub velamento delectationis, & ideo non ita fœda ap **A**  
parent, in inferno vero videbuntur cum vniuersa fœditate,  
quam Deus dñato ostendet, & dæmon, & tormenta, quæ  
peccatorum causa patiuntur. Et sic erit damnato iugis, &  
perpetuus dolor, cum sibi dicet, ergo erravi, malum perpe-  
travi, facile potuisse hæc vniuersa mala vitare, & bona  
a eterna consequi. Erit ergo perpetuum vae damnato, cum  
haec videat, cum recordetur, tuisse se in Ecclesia, diu expe-  
ctatum ad poenitentiam, ac vocatum à Dœ, & memorabi-  
tur bonorum, quæ bona reputauit, dum viueret, cum bona  
non essent, & cum videat sub illis latuisse infinita illa mala,  
quæ patitur, dicet illud Sapientis: *Quid profuit nobis super-  
bia diuinitarum talia quid contulit nobis?*

Sapien. §.

**B** Septima poena, quæ superiores grauat nimium, & singu-  
laris etiam est poena, est æternitas vniuersorum horum ma-  
lorum, sine villa spe illa vñquam euadendi. De qua Domi-  
nus ait. *Ite maledicti in ignem æternum.* Et ibidem, *in supplicium*  
**Matt. 25.** *æternum.* De qua æternitate Isaïas ait: *A noce enim Domini pa-  
uebit Assur, uirgē percussus, & erit transitus uirgē fundatus, quam*  
**Isai. 30.** *reuejucere faciet Dominus super eum.* Quasi dicat, ait ibi Hie-  
ronymus. Nequaquam eum virgē percutiet, & eam rur-  
sus leuabit, ac more cædentiū finem faciet verberandi,  
**Hierony.** sed quasi fundatam, & alta radice defixam in poenis eius  
faciet permanere. De eadem æternitate idem Isaïas ait.  
*Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & grauabit eam iniquitas*  
**Ifii. 24.** *se, & corruet, et non adiiciet, ut resurgat. Et erit in die illa, uisita-*  
*bit Dominus super militiā celi in excelso, & super reges terræ, qui*  
**C** *sunt super terram, & congregabuntur in congregacionem unius fascis*  
*in locum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies uisitabun-*  
*tur. Quidam hæc verba accipiunt de extremo iusticio, in*  
*quo iterum visitabuntur, ac damnabuntur impij. Sed in*  
*Hebreo loco illius dictio post, eit in, quasi dicat in mul-*  
*tis diebus visitabuntur, id est, in æternum punientur dæ-  
mones, & homines, ex quibus unus fascis colligitur. Hæc*  
*poenarum æternitas est fides certissima. Et hæc est sum-*  
*mum malū, ac tātum, ut vniuersum humanum iudicium ab-*  
*forbeat. Si enim finis aliquis illarum penarum esset, licet*  
*longis.*

**A** longissimus, & pœnæ acerbissimæ, aliquo modo tolerari posset. Sed tanta mala, ac sine termino, horrendum prorsus ac formidandum est. Si dñato Deus diceret post milia annorum tenuissimum terræ puluerem accipiam, & in nihilum redigam, & cū consummavero, ac anihilauero universam terram hac via, & ordine, tunc liberaaberis, aliquā suscipere consolationem damnatus. At dicere, in aeternū liberadus nō es, omnimodā inducit desperationē, & summum supplicium. Et ita certè erit. Vnde Psal. ait: Laborabit Psal. 48 in aeternum, & uiuet adhuc in finem. Diximus vero hanc aeternitatem nō solum esse aliarum pœnarum modum, sed & pœnam singularem, quia ex illa prouenit, vt dñnatus non solum patiatur pœnam presentem, sed sciens certò illam

**B** futuram aeternam, quasi pondus totius aeternitatis super se sustinens, modo patitur, quod in aeternum patietur. Certè tanta res haec aeternitas est, vt aliud quād Deus tam pœnam infligere non posset, nullum enim esset creatum cor adeo magnum, ac constans, vt aeternā pœnam infligeret. Sed triumphator in Israël non parcer, & pœnitudine non fletetur. 1. Reg. 1 §

Sed obiicies, credulitatis esse videtur imponere pœnam tantam, ac aeternam homini, præsertim multis, qui uno, aut duobus peccatis mortalibus admissis decesserunt. Nec id consonare videtur Dei ingonio, de quo Psal. ait. Aut obliuisceret Psal. 76 tur misericordia Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Rel-

**C** pondet August. lib. 21. de Ciui. Vbi latissime de hac pœ Auguste

naturā aeternitate differit, etiam cū damnatis misericordia Dei non contineri, quia punit extra condignū. Deinde crudelitas ista non est, sed æquissima iustitia. Primo, quia ut Gregor. ait, iustū est, vt qui in suo aeterno peccauit in Deū, Gregor. in aeterno Dei puniatur. Non quod homo tota vita peccaverit, sed quia ex hoc ipso, quod in fine in peccato stetit voluntatē habuit in aeternū peccādi, iniqui enim voluissent fine sine uiuere, vt sine fine potuissent in iniuritatibꝫ perma-

nere. Deinde peccatum quatenus Dei offensa est, infinitū est malū, quia contra infinitū bonū, & quo dignior is est, cui fit iniuria, eo culpa, & pena ei debita maior est. Cū ergo Deꝫ infinitū peccato offendatur, in finitissima illa est, & infinita

## De tertio nouissimo.

pœna digna, quæ cum non infligatur intensione, infligitur A duratione. Vim verò huius rationis colligi facile est, si attendas, necessariam fuisse Christi passionem ad satisfactionem Deo reddēdam de iustitia pro hominis peccato, erat enim infinita offensa, & ideo persona infinita ei debuit satisfacere, ut infinitum infinito compensaretur. Et qui participat Christi satisfactionem, infinitam Deo offert satisfactionem, qui verò eā non participat, ut damnatus infinitam pœnam iuste patitur.

Ex his, quæ hucusq; tradidimus, aliqua colligere licet. Primum timorem Dei, qui est terribilis in cōsilii super filios hominū, & eterno igne punit momētaneum peccatum.

Math. 10. Ojetēdam autem uobis, quem tumere debetis, timete eum, qui postquam occiderit corpus, potest animam mutare in gehennam ignis. Cum aliquod malum maximum est, & pluribus congregatis dicitur, vnum vestrum hoc malum incurret, omnes pauent, & quo malū maius est, licet inter plures vni contingere debeat, omnes timent. Cum ergo damnatio eterna infinitum sit malum, etiam si infiniti homines essent, & eis congregatis diceretur, vnum vestrum damnabitur, omnes paue de berent. Quanto ergo magis timendum est, cum audierimus.

Eccles. 1. Stultus in infinitus est numerus. Etdilatauit infernus os suū absq; termino, & lata est porta, & patiosa via, que dicit ad perditionem, & multi intrant per eam. An non timendum, & tremendum?

Isai. 5. Secundo, ex dictis collige, quām sit malum peccatum. Vides hominem in suspendium duci, & in via igneis forcibus corpus illius dilaniatur, colliges ex graui supplicio grauissimum hominis scelus, quantum ergo illud erit piaculum, quod tanta ac æterna, pœna punit? Hoc vero explicantur amplius exemplo matris dulcissimæ quæ vnicū, & vnicè dilectum filium in fornacem mitteret ignis ardentes, in quo ea inspectante per plures arderet annos, de quo diximus in tomo secundo nostrarum concionum Dominicæ septima post Pentecosten.

Psal. 77. Denūm nobis colligendum est, si demētes non sumus, hic agere pœniæ entia, ne pœnas experiamur æternas. Ne tibi accidat illud Psalmi, et excitatus est tanquam dormiens

Domi-

- A** Dominus, tanquam potens crapulatus à uino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Quasi dormit nūc Dominus, cum dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, factus sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, excitabitur tamē aliquid, & ira tanta, ut appareat crapulatus, ac furibūdus. Vnde Psaltes. Domine ne in furore tuo arguas me. Licet enim *Psal. 6.* iusta Dei sentētia in peccatōrem sit, dum eum aeterna pœna punit, tamen humano iudicio furor appetit, ac ebrietas. Ergo o homo, quid tibi restat? *Iam securis ad radicem arboris posita est, omnis ergo arbor, que non facit fructum bonū, excidetur, & in ignē mittetur.* Terra fructū non proferens maledi *Matth. 3.* Cta est, tu ergo proximus maledicto, & inferno cū sis, nō ti *Hebr. 6.* *Psa. 30.*
- B** mebis? Retribuet Deus abūdāter faciētibus superbīā. Hinc factū est, ut sancti se dānarent ad asperrimā vitē rationē, ut aeternā fugerent damnationem, hinc quidā in vepres, ignes, niues, aquas frigidissimas se darent, deserta peterent, ne pescarent. Hinc Abacuch ait. *Ingrediatur putredo in ossibus meis,* *Abacuch. 3.* *& subier me scateat, ut requiescam in die tribulationis:* Tu ergo tecum cogita, & dic. Horrendum est, incidere in manus Dei uiuentis. Caeve ergo infernum tanquam omnium malorū congregationem. Sicut enim beatitudo est status omniū bonorum aggregatione perfectus, ita infernus est omniū malorum aggregatio, & aeterni ignis cruciatus. Audi demum Isaiam. *Et conuerteruntur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur,* *Isai. 34.* *& erit terra eius in picem ardētē, nocte, & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius.* Caeve o homo hoc sempiternum, hanc aeternitatem, hanc perpetuitatem, & ad Deum conuertere, licet dolore id agendum sit, ut aeternos euadas dolores, &c.
- C** 3

CONCIO.

# CONCIO.

*¶ De quarto nouissimo.*

Gloria scilicet cælesti.

THEM A.

*Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus his, qui diligunt illum; nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.*  
Isa.6.4. & 1.Corint.2.

**A** IS, quæ Paulus de cælesti gloria loquens dicit, animo desicere possumus, ut ea loquamur, quis enim enarrabit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? nobis vero ait Paulus, reuelauit Deus per spiritum suum, spiritus enim scrutatur etiam profunda Dei, solus ergo hic spiritus ea reuelare potest, sunt enim illa profunda Dei, hic spiritus bonus qui deducit in terram rectam, quo flante nauigationem conficimus **B**. & portum salutis consequimur, hic idem est, qui bona immensa illuc parata reuelare nobis potest, eam ergo nunc petamus per Mariam.

Cognitio gloriæ cœlestis nobis promissæ, regniq; nobis parati ab origine mundi, non vti is solummodo sed omnino necessaria est fideli, pioq; viro in illud tendenti, simul vero est iocundissima, omniq; suavitate plena. Quod necessaria sit, manifestum est, cū ea beatitudo finis sit omnium hominum, finis vero cognitio ita est necessaria, vt sine illa nullū agens liberè operari possit, omnia enim quæ agunt, propter finē agunt, ait Arist. Quod adeò verū est, vt non homo solum liberè operās, sed & bruiū, quod natura ducitur, propter finē agat, imo & ea quæ sensu carēt, interno quodā & tacito impulsu in ipsum ferūtur finē, atq; adeo propter finē

Aristot.

**A** nē agere dicuntur, Cū ergo beata illa ac fœlix vita finis no ster sit, eaq; permouēdus animus noster est, vt operari nō cesset, semper ante mentis nostræ oculos versari oportet, vt nunquā eam ē conspectu amittamus nostro. Quantum vero prēmij maximi cognitio animū nostrum permoueat, vt operi assistat, familiari hoc exēplo facile cognosces, fin getibi aliquē hominē, cui suadere velis, vt quam citissimo cursu aliquot millia passū cōficiat, & in Regis curiam veniat, cū primum hoc audierit, videbis hominē pigrum, tardum, habitantē, ac cunctabundū. Sed si statim subiicias, simul atq; hoc conficeris iter, & in curiā veneris, fies procul dubio Hispaniarū rex, tunc nō tardus, nō morosus, non hætitas esse, nec solūm currere, sed euolare vellet, si posset, simile.

**B** quid aliud hunc hominē tam subito excitavit, nisi propo situm ob oculos prēmium? An non id cōtigisse Dauidi dices, cum eum audis dicentē: Propter uerba labiorum tuorū ego Psal. 118: custodiu uias duras, & iterum inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas propter retributionē? Quae nam viæ duræ erāt? nisi viæ mandatorum Dei, sed propter verba labiorū Dei, diuina promissa, has vias non ambulauit solūm, verum & eucurrīt, & eisdem promissis inclinauit cor, quod alio ver sum erat. Hunc etiam Gene. 13. cum ad maximas grauiissimasq; res aggrediendas vellet Dominus excitare Abramum, sic ad eum loquutus est. Leua oculos tuos in directum, à loco in quo nunc es, ad Aquilonē, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram, quam cōspicis, tibi dabo, & semini tuo.

**C** Terra vero illa, quam Deus Abraham promisit, terrā viuentium, in qua portio iustorum est, præsignificat, cœlestem scilicet patriam. Eiusdem rei exemplum præclarum est in David. 1. Reg. 17. interroganti Quidabitur uiro, qui percusserit Philistheum hunc cui respōnsū est, virū qui percusserit eū, ditabit rex diuitijs magnis, & filiā suā dabit ei, & domum patris eius faciet absq; tributo in Israël, his auditis, ita eius animus accensus est ad ineundum certamen cum Philistheo, vt nullam interposuerit morā, quin statim ad pugnam descenderit, licet Golias ille turris carnea appareret omnibus formidanda: tantum allicit animū præmium.

## De quarto nouissimo.

Hebr, i i.

præmium eximum homini propositum, hinc Paulus enī A  
meratis præclaris Moysi gestis adiecit *afficiebat enim in remunerationem*. A nobis ergo cum multa exigantur præclara facinora, cum fortiter nobis cum dæmone sit contendendum, cum via arcta atque difficilis percurrenda, omnino necessarium nobis est, ne deficiamus animo, ob oculos proponi finis tantus, beatitudo maxima, regnum cælestis, quod nos manet, nobisq; finis laborem omnium est.

Sed quoniam initio diximus hanc gloriæ tractationem non solum necessariam, verum etiam iucundissimam nobis fore, id restat exemplo aliquo manifestandum, quod erit huiusmodi. Si rex Hispaniarum vnicum filiam suam & omnium bonorum hæredem, simulac natus esset, longe & in ultimas regiones mitteret educandum, ne delitiis aulicis & blanditis corruptus, (vt fieri solet) in prima illa ætate pro virtutibus via vna cum lacte animo imbibetur, cuius quidem infantuli curam studio proboque homini committeret, vt ab inaeunte ætate ita princeps ille instrueretur, vt optimis moribus & disciplinis imburetur, virtutibusque ornaretur, tanquam pulcherrimis animi ornamentis, atque his artibus & disciplinis operam daret, quæ maximè principe viro dignæ sunt. Vt cum sic fuerit educatus, omnique virtute præditus, tandem ad patrem redducatur & princeps omni regno declaretur, toto verò illo tempore, quo sic educatur inscius ille est, cuius nā filius sit, atq; illum regna expectant. Si ergo tunc aliquis consilii secreti concius ad eum accederet, quæreretq; num nouerit, C cuius filius sit, quo respondente, & plane ignoro quis mihi sit pater, solum enim in pedagogi domo me esse noui, alter adiiceret principis magni sine dubio villo filius es, exoptaret ille nosse cuius nam, si tandem ei diceret, potentissimi Hispaniarum Regis filius & hæres es, quid ille suauius ac iucundius hoc nuntio accidere posset? Quid gratius, quam de amplitudine tantorum regnorum, quæ expectat hæreditario iure, sermonem usurpare? Quod si hic regius puer quæreret, quid nam fuerit in causa, quod cum ipse fuit tanti viri filius, & tanti imperij hæres futurus, nunc tanta rerum inopia

- A nopia prematur? Ita alter respōdebit, sic Hispani Reges filios suos educare consueuerunt, ne in luxu & delitiis enutriti in vītia, morbosq; animi incident. Sed bono animo esto, breui namq; sublata omni simulatione regii insignibus ornandus es, & regali apparatu in regiam ducendus, princeps omnibus declarandus, quando rerum omnium abundantia & gloria perfrueris. In simili nos statu versari testatur Ioannes his verbis. *Charissimi nunc filij Dei sumus, sed non dum apparuit, quid erimus, cum autem apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eū sicuti est.* Si tantam ille prior voluptatem cepit audiens filium se regis esse, quanta lētitia affici oportet eum, qui audit filium se Dei esse? Audi ergo latissimum nuntium. *Charissimi, nunc filii Dei sumus, quod si filii ē heredes,* ait Paulus. At dices, quo- Rom. 8.
- B modo cum sim filius tanti patris, nunc tam miser, & ærumnosus sum? Huic quæstioni respondit Ioannes, quod illi principi in exemplo proposito responsum diximus: *Nondum, inquit Ioannes, apparuit quid erimus, cum enim coepisset Deus hominem in sua regia in delitiis, & rerum omnium affluentia educare, elatus superbia, & insolentia est: ideoq; decreuit foris eum educare, procul à paradiſo expellere, ac pace illi necessaria suppeditare, ut ignoret cuius filius, & sublatiſ tumbris, & superbiae causis, humili animo sit & modesto, sed cito transferendus est in paternam domum, cum primum omni virtute imbutus sit, & tunc. Similes ei erimus, quia uidebimus eā sicuti est.* Tunc regnabimus cum illo in æternum, tunc principatus noster apparebit: tunc regiis ornametis induemur. Quæ ergo nunc nobis gratissima oratio? Illa sine dubio, quæ magnitudinem & sublimitatem regni, quod propediē possessorum sumus, declarabit. *Spe gaudentes,* ait Paulus, *in tribulatione Rom. 1.2.. patientes.* Hac re exultat, & delectatur fidelis animus, cū Da- Dan. 6. nie, qui cum Babylone captiuus teneretur, in superiorem ædium suarum partem conſcendens illic apertis tribus fenestris versus Hierusalem expectatibus orabat quotidie. Sicq; mirificè se reficiebat: nec solebat aperire fenestras, quæ ad Babylonem pertinebant, sed quæ ad Hierusalem, nihil enim est in mundo, quò oculos conicere debeamus, habemus fratres charissimi domū intra nosmetipſos, cuius pars inferior cor- oil
- Bb      pus est,

## De quarto nouissimo

pus est, superior vero animus, in hac superiori parte tres sunt A  
fenestrae, tres potentiae spirituales, quae versus Hierusalē ex-  
pectant, gloriam diuinam contemplantes, intellectus namq;  
omne eius contemplatur, voluntas vero in vniuersum bonum  
natura sua fertur, quorum utrumq; in solo Deo plenē, & per-  
fectē inuenitur, quam ob rem nulla alia re, nisi ipso Deo mēs  
homini satiari potest. Quod si per hāscē fenestras prospexe-  
ris cælestē patriam, mirum in modum te taberis in hoc exi-  
lio, sicut qui dicebat: Spes gaudemus. Et Psal. Si non proposuero  
Hierusalem in principio letitiae meae.

Psal. 136. Ut ergo de re admodum necessaria, iocundissimaq;, qua  
animus oblectetur, nunc dicamus, audi Isaiā, sic de hac re dis- B  
serentem. In nouissimis diebus faciet Dominus in hoc monte con-  
uiuum pinguium, conuiuum uindemiæ, pinguium medullatorum,  
uindemia defœcata, & precipitat Dominus in monte isto faciem  
uinculi colligatis super omnes populos, & precipitat mortem in  
sempiternum, & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie,  
& opprobrium populi sui auferet de uniuersa terra, quia Dominus  
loquitus est. Quo loco manifeste Propheta exprimit cælestē  
gloriam: ostendit vero diuinum illud conuiuum, quod su-  
per Domini mēsam nobis paratur, quam sit diuersum ab his,  
quae mundus ac caro parare tibi possunt: non enim dare  
queunt animalia pingua & exossata: ideoq; omnia dant ma-  
cie confecta, oslibus & spinis plena, ut libidinosi & auari vnu  
quotidiano experientur. Cælestē vero conuiuum omni de- C  
litarum genere affluit, miribili suauitate omnia sunt condi-  
ta, quae in eo apponuntur, nullum macilentum animal, nullū  
deniq; os, quod Hispanè dicitur (es bocado sin hueso) ubi non  
solum bona optatis respondent, sed etiam multis partibus  
superant omne humanum desiderium: illic veri honores, di-  
uitiae solidæ, voluptates perpetuae nulla amaritudine, aut  
acerbitate consperfae, illic est omnium bonorum cumulus,  
dolorum, ac molestiarum fuga, hinc ad cælestē illam Hie-  
rusalem regius vates ait. Lauda Hierusalem Dominum, lauda  
Deum tuum Sion, &c. Et adipe frumenti satiat te, quasi dia-  
cat, tibi optima & suauissima quaeq; seruata sunt, frumenti  
adeps tibi datur, simila tibi relicta est; nobis vero in hoc exi-  
lio

A lio vilissima , & abiectissima quæq; ibi purissimum aurum , hic vilis scoria , ibi panis ex simila , hic ex furfure . Vis hoc experientia comprobare ? Audi , cum cælestes illos ciues omni gaudio , ac dulcedine Deus replere voluerit , missurus ignem est , qui omnia , quæ in terra pretiosa habentur , in cinerem verat , metalla , gemmas , vniiones , margaritas , serica , purpurea , viridaria vmbrosa , hortos amoenissimos , tecta magnifica , pulcherrima ædificia , omnia enim ista , quæ nunc homines magnificiunt , indigna beatorum conspectu censemur , etiam ad breuissimum temporis momentum , nec est quicquam in illis , ut semel duntaxat in ea beati coniiciant oculos , nam si huic vni vsui inferire possent , nunquam Deus ea deleri ea conflagratione pateretur . Sed quid mirum , cum Paulus semel , & per transenam viderit illius regionis diuitias , omnia quæ in hoc mundo dicuntur , apparentq; bona , stercora arbitratus est : hæc ergo vniuersa arbitrantes stercora sancti , et è conspectu tolli volunt illo igne , sicut tu stercus , quod è regione domus tua est , tollere curas .

Ex quo facile à nobis colligi potest , quanta sint bona illa cælestia , quæ expectamus , cum omnia , quæ hic desiderantur stercora sint , si illis conferantur . Et si in hac infima abiecta q; mundi parte bona multa posita sunt , quæ erunt illa , quæ in sua regia filiis & domesticis suis præparauit Deus ? Huius rationis vim hoc proposito exemplo intelliges ,

Simile .

C audisti sèpius domū esse regiam omnibus numeris ablolutam , ornatissimam , & structura mira consectam , ad eam accedis , vt domus amplitudinem oculis videas , cumq; primum pedem in eius limen ponis , & vides ianuam parvam in portico domus , interrogas , quid illuc sit ? Audis , nihil hic est spectatu dignum , est enim hic lacus & carcer domus huius , hic custodia est , qua vincliti tenentur regis inimici , & proditores , sursum vero sunt omnia magna præclara , & rege immenso digna . Sed adhuc curiositate ductus , cum solum , vt vniuersam contempleris , domum veneris , ait , adhuc hunc carcerem videre desidero , nihil enim quod ad hanc domum pertineat , præterire volo , carcer ergo tibi aperitur , & in eā ingressus , vides regias aulas , & cameras

## De quarto nouissimo.

ornatas argento & auro, sericisq; auro intextis, inde procedes A  
idhuc ditiona, & opulentiora vides, deinde hortos, fluios,  
fontes, mirabiles arbores artificio summo compositas, & ho= 401  
mines per ista discurrentes laetos ridentes, ludentes, mire or= A  
natos, ac compositos, an non dices te deceptum cum audisti  
carcerem illum esse? Sed si adhuc à viro fide digno audires, ve= B  
re carcere hic est, nihil regium hic, nihil opulentum, vallis la= C  
chrinarum hic dicuntur, locus angustus, in superioribus domus  
huius sunt bona omnia pulchra & pretiosa, diceres tunc, quæ  
nam esse possunt in superioribus domus istius bona: si hæc,  
quæ in carcere sunt, bona non sunt? quæ ibi erunt pretiosa, si  
hæc vilia censemur? audi ergo, dum non vides, quæ in supe= B  
riori parte domus sunt, qualia sunt, vel ex hoc disce, quia hæc  
omnia, quæ vides, sterlus sunt, si illis cōferantur, furfures sunt,  
nihil sunt: dum ergo, quæ in cœlesti patria seruata nobis sunt,  
non videamus, hac conjectura illud inuestigabimus in hac la= C  
chrinarum valle, in hoc carcere, in hoc exilio innumera bona  
malis & improbis, Deus concessit, & inimicis suis, ac prodi= D  
toribus hæc abundanter largitus est, ingredere regias prin= E  
cipum, tum Christianorum, tum Turcarum, & reliquo= F  
rum omnium infidelium, & ea omnia in illis videbis, quæ  
in illo carcere diximus, & illa omnia etiam inimicis Deus  
paravit, ea in carcere posuit, ex quo colliges, quanta illa  
erunt, quæ filii in cœlesti patria seruat. Hinc cum Psal. im= G  
piorum prosperitatem describere vellet, cœpit his verbis:  
*Quoniam bonus Israël Deus his qui rectos sunt corde.* Sed unde hoc  
colligis? ex impiorum prosperitate, quæ illis in carcere Deus  
tribuit, colligo quanta sunt illa, quæ in regia seruata sunt re= H  
ctis corde:

Sed cum hæc Isa. & Paul. explicare vellēt, dicunt, nec oculi  
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, vt  
verò, quæ dicturus sum, animæ tuæ sint salutaria, te nunc con= I  
uenio, ad te loquor, virtu' i incumbe, vitia derelinque, substan= J  
tiam alienam euome, delicias corporis sperne: quod si dicas  
difficilia hæc & ardua sunt, audi mercedem, vt hæc tibi leuia  
appareant. Sed quæ aī mihi merces si hæc præstero? verè  
merces vestra magna est in cælo, sed audi qualis merces: pri= K  
mūnus

**A** mūm tanta est ut oculus similem non viderit. Vidiſti poten-  
tissimum regem, multis imperantem regnis, multa ornatum  
gloria, diuitiis affluentem & delitiis, magnatibus stipatum, &  
omni mundi gloria ornatum: hæc omnia oculus vidit, mul-  
tò ergo maiora, ac præstantiora tibi in cælo seruata sunt, quia  
oculus similia nusquam vidit. Sed quia oculis pauca conſpe-  
ximus auditu verò plura accepimus, ſubitungit Paulus, nec  
auris audiuit talia. Considera nunc omnia quæ audisti, quæ  
multa sunt, & valde multa, audisti namq; monarchias præci-  
puas mundi quatuor, Assyriorum, Perſarum, & Medorum,  
Græcorum, & Romanorum. Audisti earum amplitudinem,  
diuitias, imperia, bella, triumphos, audisti singula regna, Fran-  
cos, Anglos, Germanos, Africanos. Nunc ergo omnia, quæ  
audisti ſimul in vnum collige, & hæc omnia nihil ſunt, ſi cum  
his conferantur, quæ in cæleſti patria tibi dabuntur, hæc enim  
omnia auris audiuit. Sed quia parum adhuc eſt, quod auris  
percipit, multa verò, quæ corde & imaginatione homo fin-  
gere valet, addit Paulus, nec in cor hominis ascenderunt: effi-  
gies, figuraq; expreſſa diuinæ omnipotentia imaginatio eſt  
hominis: ſicut enim Deus omnia, quæ vult potest, nunc ergo  
ait Paulus, finge, quæ tibi libuerint, finge tibi mille myriades  
mundorum, adde innumeros montes aureos, & hæc omnia  
tua puta, & demum quicquid maximum excoſitare potes,  
& poſtea duplum, quadruplum excoſita, & adhuc hæc om-  
nia nihil ſunt, ſi ea coſeras cum gloria beati, qui in infimo gra-  
du eſt. O summe Deus verè magnus, faciensq; magna, verè  
merces veftra magna eſt in cælis. Quis ergo labor grandis,  
quod opus arduum, ſi cum tanta mercede confeſatur?

**B** At verò licet, quæ à nobis haſtenus dicta ſunt, vix credi-  
bilia eſſe videantur, ſed maiora multò reſtant, quæ obruent  
omnia ea, quæ dicta ſunt: nam id quod Isaias, & Paulus dixe-  
runt ſuperare gloriam cæleſtem: omne quod vidimus, audi-  
uimus, & excoſitare poſſumus, de gloria etiam corporis verū  
habet, quæ tanta futura eſt, cum corpus ſurget in gloria, ut om-  
nem tranſcendat viſum, auditum, ac cogitatū. Sed ſuper  
gloriam corporis, gloria eſt animæ, quæ illam in immensum  
ſuperat, & excedit, quantum ipsa anima dignitate corpori eſt

## De quarto neuissimo

anteponenda. Solent sacri doctores inter utramque gloriā animae & corporis huiusmodi discrimen ponere. Constituunt regem inclitum prouincias, & ciuitates suae ditionis lustrantem, quem publica lætitia ingēti gaudio, & regali apparatu cives suscipiunt, cui amplissima munera offeruntur, cui conciūtia maxima, geniales coēne, varia ciborum genera parātur: tunc seruulus quidam illū sequutus, qui reliquiarū, quæ ex mēsa cadunt, fieret particeps, hic planè esset similis corpori, si cum regē cōparetur, ipse vero rex animæ beatae. Si minus pro seru pone catellum, qui Dñm sequitus subter mensam latens ex micis, quæ de mensa cadunt forte saturatur, pari modo in cœlesti coniuio vsluveniet animæ & corpori, animæ namque præcipuus paratur cibus, corpori micæ solū, & reliquæ servatur, quod si micæ sic vsq; ad satietatem corpus explēt, quid ipse solidus cibus efficiet satietatis in anima?

**A**ugust. Hoc ipsum August. alio exēplo explicat, finge hominē, in quo uno omnium hominum sitis esset, huic tam sitibundo & arido, si aquæ guttam dederis, eum aliquo modo reficies, sed si ei datus fontem vberimum, vel fluminum, quem ebiberet, tunc penitus refrigeraret ardētia viscera. Sitiens homo est, & valdè sitiens, voluntatem habet non sitientem solū, sed quā dicere potes sitim esse boni. Qua ratione Philosophi cōstituunt in intellectu habitum distinctum, vt prima cognoscat principia, non tamen in voluntate ad amandum ultimum finem naturalem, quia ipsamē voluntas est propensio quadam in bonum, & sitis boni, nec ad hoc indiget habitu inclinante, cum ergo homini tam sitibundo boni gloria corporis conceditur, nihil amplius datur, quā in gutta boni, cum enim corpori Deus dari non possit, qui obiectum corporis nō est, omne quod corpus glorificat creatū esse oportet, atq; adeo gutta est. Cum verò animæ gloria sit Deum videre, eō frui, in eo delectari, verè animæ conceditur indeficiens fons, fluuius inundans, mare ipsum, abyssus immensa, pelagusq; honorum omnem exprens sitim, omnes sinus animæ replēs. Hoc est illud Psal. *Torrente uoluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons uite, & in lumine tuo uidebimus lumen.* Hoc item illud Psalmi. *Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei.* **B** **C** Et hinc

Psal. 35.

Psal. 45.

- A Et hinc est illud Ezech. 48. postquam ciuitatis supra mon- Ezech. 48.  
tem positæ multa dixerat præclara , illud tandem addit. Et  
nomen ciuitatis illius ex illa die Dominus ibidem , quasi dicat,  
quod cœlesti illi ciuitati nomen dat, quod eam illustrat, quod  
principiæ eam ornat, hoc est , quod Dominus Deus in ea sit,  
illeq; sit hæreditas ciuiū illius. Ex quo manifestè colligitur à  
nobis explicari nullo modo posse, quām sint diuites & opu-  
lenti, qui eam incolunt ciuitatem cum eorum hæreditas, præ-  
diū, pars & substantia Deus sit: videns ingens prædiū, hæ-  
reditatem per maximā, de qua mira tibi dicuntur, ex eo col-  
ligis, quām sit diues Dominus, qui eam possidet, & qui illius  
prædij amplitudinem, & pretium explicuerit, explicabit si-  
mul, quām sit diues eius Dominus , qui vero illud explicare  
nequierit, nec hoc explicare poterit: vt ergo sciamus, quām  
diues beatus sit, inquiramus, quæ eorum est hæritas? Deus  
vtiq; Sic Psal. Dominus pars hæreditatis meæ. Et Dominus ad Psal. 15.  
Abraham. Ego ero merces tua magna nimis. Et iterum Psal. Gen. 15.  
Pars mea Deus in eternum. Et ideo: Funes ceciderunt nibi in pæ- Psal. 72.  
claris, etenim hæritas mea pæclaræ est mihi. O affatim diuitē  
possessorem tantæ hæreditatis! Beatus populus cuius Dominus Psal. 143.  
Deus eius, quod si omnes creaturæ summa diligentia adhibi-  
ta vellent numerare huius hæreditatis diuitias, nec minimam  
quidem partem poterunt pro dignitate complesti; nullus er-  
go explicare poterit, quā sit diues beatus, qui Deum possidet,  
quippe cui est hæritas sexcētis, vt aiunt modis infinita, Aug. August.  
in epist. ad Cyrillū scribit, quod cum in animo haberet scribe-  
re ad beatū Hieronymum, & ab eo querere, quid sentiret de  
gloriæ magnitudine, accidisse, vt iam ille mortuus esset, ibiq;  
appareret dicens, vide si numerare potest stellas cœli, arenam  
& guttas maris, id namq; facilius est, quā gloriæ dicendo ex-  
plicare, est enim res tanta, quantā nisi ipse vidisse, nunquā  
credidisse, & tam longe abest ab eo, quod ego viuens co-  
gitabam, vt omnino sit quippiam in infinitum maius.  
Nihil amplius de gloriæ magnitudine dici posse videtur,  
sed multa adhuc restant, & potentissima, & Augustinus in  
manuali c. 25. causa ait omnium affectionum animi, & mē-  
sura earū amor est, ex eo namq; oritur tristitia, & gaudiu, &

## De quarto nouissimo

cæteræ affectiones, ipse mensura est, & modus earum, qui nimil diligit amicum, nihi etiam delectatur eo viso, qui plus æquo diligit diuitias grauiter, & iniquo animo fert, si eas amittat, hinc profectò fit, vt cum mille aureos acceperis plurimum gaudias, quia te plurimum diligis, quod si frater tuus tantundem pecunia acceperit, gaudes etiam magis tam laetaris, quod ipse acceperis illam pecunia sumnam, quam quod frater, quia plus te, quam fratrem diligis: quod si æquè ac te diligeres fratrem, pariter de utroq; gauderes, quia amor causa & mensura est laetitiae. His ita constitutis ait Aug. præceptum illud: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: in patria perfectè omnino expletur, tunc enim pars æqualisq; est amor quo te diliges, & quo fratrem. Nuc ergo considera beatum cui sola corporis gloria concederetur, quæ omnem excedat cogitatum, quam hilarem eum esse oportet. Adiugi animi gloriam tanto præstantiorem, quantam fieri gaudij accessionem necesse est: cum enim se diligit, gaudet quod tantis bonis fruitur: nunc vero ad latus beatitudinum constitue beatum, quem ille diligit æquè, vt seipsum, cum similis gloria concedatur, duplicabitur tunc gaudiū, quod sicutum fuerint amici eadem dilectione amati, & eadem gloria fruentes, centies incrementum capiet gaudium. Cum ergo beatorum numerus sit tantus, vt soli Angeli longissime superent omnes naturas corporeas, de hominibus vero dicat regius vates. *Dinnum rabe eos, & super arenam multiplicabuntur.* Et rursum. Numerus C stellas si potes. Sic erit semen tuum. Et in Apocal. Post haec uide turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Si tot cumanlantur gaudia, quantum, & quale erit illud. ex omnibus coaceruat gaudium: at inuenit Deus modum, quo omnē gloriam omnibus faceret communem, charitatem eis infundens, quæ omnia, quæ aliorum sunt, rapit, neminem spolians. Hoc autem præ significatum fuit in septem Iob filiis, qui sic sibi mutuò chari erant, vt quotidie per ordinem dierum hebdomadæ faceret unusquisque conuiuium fratribus, unde siebat, vt omnia eis essent communia, nec minus unusquisque commodi caperet ex re familiaris fratris, quam de sua. Hoc inter se beati faciunt: unde sit, vt quisq; sic de aliena gloria gaudeat, ac si propria

Psal. 138.  
Genes. 15.  
Apoc. 7.

**A**pria ipsius esset. His quæ dicta sunt, nihil addi posse videatur: sed adhuc maiora restant, quæ ut intelligentur aduerte, cum dictum sit amorem causam & mensuram esse gaudij, inde fit consequens, ut si alius esset, quem beatus magis diligeret, quam se, & omnes beatos simul, qui quidem haberet tan- ta bona, ut facile vinceret omnes beatos, plus sanè gauderet beatus de bono illius, quam gaudet de bono suo, & omnium beatorum. Attende ergo immensum pelagus gaudij, quod est in beato, cum gauisus de bono suo est, cum iterum de beatitudine aliorum gaudet: videt deinde Deum, quem plus diligit quam se, & omnes beatos longè omnes superantem beatitudine, de hac re plus gaudet, quam de sua, & omnium beatitudine, & hoc est immensum beato gaudium, quod Deus in

**B**finita sit gloria ornatus, tum verè ei dicitur: *Intra in gaudium Domini tui.* Tantum hoc gaudium est, ut non dicatur gaudiū ab homine contineri, sed contra hominem gaudio. Hinc intelliges beatorum cantus, quos sèpè auditos à sanctis sacræ literæ dicunt, nunquam verò auditū sunt dicere: O quam beatus latus, & gloriosus sum, sed potius, o quam sanctus, gloriosus, omnipotens, magnus Deus meus est, sui obliti Deum laudat, de eius gloria præcipue exultant.

Matth. 25.

Multa de cælesti illa ciuitate diximus: Gloriosa dicta sunt de Psal. 86. te ciuitas Dei, & cù verissima sint omnia, cum in illa fuerimus dicemus: *Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate Dei nostri.*

**C**Verum non solùm dicemus ea ibi esse, quæ audieramus, sed nobis continget, quod reginæ Sabbæorū, quæ viso Salomonē ait. Cum essem in terra mea non credebam narrantibus mihi de uirtutibus & magnitudine tua, donec ipsa ueni, & uidi oculis meis, & probau, quod media pars mihi nuntiata non fuerit, &c. Ad Ezech. c. 4. ait Dominus: *Sume tibi laterem, & scribe in eo ciuitatem Hierusalem,* quia prædicatoris est in cordibus gloriam describere, sed quam longè distat Hierusalem depicta in late re, ab ipsa vera: quam longè distat depictus in charta orbis terrarum ab ipso verò, sic vera gloria differt ab ea, quæ modo à nobis depicta est, ut cunq; si ergo pictura tanta est, quanta erit ipsa gloria? Ex dictis verò plura colligere licet: primum, exigitur ne à te magnum aliquid pro re tanta? Quanta patitur

3. Reg. 10.


Ezech. 4.

## De quarto nouissimo gloria celesti.

mercator, miles, agricola, & dignè se pati putat si fructum & A  
diuitias aliquas referat, & tu indigauim duces pro re tanta la-  
borare? Secundum hoc sit tibi scutum ad omnem pellendam  
tentationem, mihi amittenda non est gloria tanta, nonne  
amentem dices hominem, qui ad Regem Hispaniæ acce-  
deret dicens, da mihi omnia regna tua pro argento uno? Sed  
multò illo stultior rex esset, si pro eo illa daret, sed adhuc stu-  
tior, & stultissimus, qui pro vili sibi oblata creatura tanto  
regno se priuat, an non hoc dementius, quām  
pro lente primogenita vendere, vt  
Esau, &c.

B

## TRACTA-



C

A



TRACTATVS  
DE TRIBVS HOMINIS  
INIMICIS MUNDO, SCILI-  
cet, Dæmone, atque Carne, in sex diuisus  
conclaves.

B

## CONCIO I.

De tentatione, &amp; his inimicis in genere.

## THEMA.

*Eli accedens ad seruitutem Dei, stat in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Eccl. I.*



ACHARIVS Ägyptius magni Antonij discipulus in sermone habitu ad fratres in eremo, ait, multū interest inter Dei promissionem, & eius impletionē, nec credendum nobis est, ea quae promittuntur, continuo implenda

C esse promittit quidem ille, qui est fidelis in omnibus verbis suis, nec cadet verbum eius ullam in terrā, sed priusquam opere missa compleat, variis probationibus, ac temptationibus suos probat, quibus homini fidelitas in Deum ostendatur, & tunc de inū promissa implet. Promittit Israeli terrā fluentem lac & mel, sed prius quadraginta annis tētatur in deserto. Promittit Iosepho per somnum futurū Dñm fratrem, sed prius vēditus est, seruus effectus, in carcere missus, & fidelis iniunctus, à fratribus adoratur. Promittit Davidi regnum, cū illū vnxit Samuel in domo patris, sed priusquam illud obtineat, multis periculis & laborib⁹ agitur. Hāc veritatē miris verbis explicat Iudit. 8. memores sint, quia tētati sunt patres nostri, vt probarentur, si vere coleret Deum. Abraham tētatus est, & per multas tribulationes probatus,

*Exo. pluri-  
bus ca. Gen.*

*Judit. 8.*

## De tentatione

probatus, Dei amicus effectus est, sic Isaac, sic Jacob, sic Moses, & A  
oēs qui placuerunt Deo per multa tribulationes transferunt fideles.

Chrysost.

De qua re innumera cōgerit Chrysost. in libris de prouidētia.  
Hoc verò, quod cum omnibus Dei amicis effectum est, te= cum agendum crede, promissa tibi gloria cælestis est, quæ terra viuorum est, verè fluens lac & mel regnum est, & æternum, inunctus in regem cum gratiam accepisti: promissa in super tibis sunt dona, quam plurima gratiæ in hac vita, perse- Eltio eximia. Noli ergo credere hęc tibi tribuēda esse cōtinuo: prius probandus es, prius tentandus, & cū fidelis inuictus fue ris, & dignus Deo, tunc perficiuntur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Vt ergo tentemur, atque probemur relicti nobis inimici sunt, quibuscū pugnemus, mundus, diabolus, & caro. B

Sed inquiris, qua ratione ductus Deus noster est, vt nobis inimicos relinqueret, velletq; cū eis nos inire pugnā, vt nō co- ronetur, nisi qui legitimè certauerit, an non melius fore, sine certamine coronari? & in pace sine hostibus vitam agere? Primum in hac re tibi respōdeo. Non posse hominē cōqueri, quod ei dūtaxat inimici proponātur: in omnibus enim, quæ natura constant, contrarietas reperitur, bellūq; perpetuum, quo machina hęc vniuersi cōseruatur, dū vnum in aliud agit, & ē cōtra, vt patet in elemētis, quę perpetuò inter se agūt, & patiū tur, & in animalibus. Vnde illa antiquorum philosophorum emanauit opinio dicentiū, litem principiū esse generationis rerū omnium, pacē verò corruptionis, dū enim vniuersa in pa C ce erant, a thomī rerū omnium conueniebant, efficiebaturq; chaos, & confusio rerū omnium, cū verò litigabāt a thomī, ad in uicē diuidebantur, & res omnes generabantur, quod licet

Aristot.

figmentū sit, tum aliquo modo verū illud esse Aristot. ait, dicens principia rerū naturalium debere esse contraria. Hinc ve rò etiā ortū habet, vt omnes ludi, qui in voluptatē hominū adiuicti sunt, in lite & bello cōfissant, dū unus in unū, vel duo in duos cōtentundunt. Hinc Eccles. 3 3. Contra bonū malum est, & contra mortem uita, sic & contra uirum iustum peccator, & sic in tuere in omnia opera altissimi, quia duo, & unum contra unū, quod adeò verum est, vt & in cœlestibus corporibus contrarij inue niantur motus.

Sicut

**A** Sicut ergo in naturalibus lis, cōtentio, bellum, quod perpetuum est, quo mundus hic mutua actione, ac passione conferatur: sic in spiritualibus, & in Ecclesię spirituali vniuerso tētationem, ac bellum esse voluit, in cuius figura dicitur Iudi. 3. Iud. 3.  
 H<sub>e</sub> sunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israēl,  
 & omnes, qui non nouerunt bellum Chananeorum, & poste à disceret filii eorum certare cum hostibus, & haberent consuetudinem praelundi. Hoc tibi relictum est bellum cum dæmonie, mundo,  
 ac carne, cum quibus tibi s̄ renūe pugnandum, quia non coronaabitur, nisi qui legitime certaverit. Sed cum sine bello nos in cælum ducere potuerit Deus, qua ratione præliari nos voluit? Si Hispanie Rex nunc pararet conuiuum omnibus Principibus, ac nobilibus Regni sui viris, quod per multis duraret annos, vt in mensa eius comedenter, sicut quondam Asuerus fecit in Susā, summum in eos beneficium conferret. Sed si aciem fortissimorum militum, simul instrueret, quam in medio itinere apponerenet, quò inuitati venire debent, vt cum illi ad conuiuum properarent, ex insidiis milites procedentes cum eis manus consererent, & multos trucidarent, crudele id appareret. In cælesti quidem regno conuiuum nobis paratum est, dicente Christo Domino. Ego dispono uobis regnum, sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et ideo Psal. ait. Satilabor, cum apparuerit gloria tua. Et iterum. Iusti e pulentur, & exultent in conspectu Dei. Simile.

2. Tim. 2.

Esther. 1.

B cipibus, ac nobilibus Regni sui viris, quod per multis duraret annos, vt in mensa eius comedenter, sicut quondam Asuerus fecit in Susā, summum in eos beneficium conferret. Sed si aciem fortissimorum militum, simul instrueret, quam in medio itinere apponerenet, quò inuitati venire debent, vt cum illi ad conuiuum properarent, ex insidiis milites procedentes cum eis manus consererent, & multos trucidarent, crudele id appareret. In cælesti quidem regno conuiuum nobis paratum est, dicente Christo Domino. Ego dispono uobis regnum, sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et ideo Psal. ait. Satilabor, cum apparuerit gloria tua. Et iterum. Iusti e pulentur, & exultent in conspectu Dei. Simile.

Luc. 23.

Psal. 16.

Psal. 67.

C ma in hoc nobis confertur misericordia, dum eodem cibo regio nos alit, quo ipse pascitur, vt rex Babylonis pasci præcepit pueros principes, visione scilicet diuinitatis, ac eius frumenti. Sed qua ratione Domine insidias inimicorum in via constitisti, qui nos expugnent? Antiqua quæstio ista est, cui Dominus respondit loquens Iob sanctissimo. Non ut crudelis suscitabo eum. Dæmonem, scilicet aduersarium nostrum, crudele tu illud putabas, sed Dominus ait, crudele non est, immo sicut summa fuit misericordia conuiuum præparare, ita & hostes in via abscondere, quibus cum contendamus. Pro cuius expositione aduerteremus, Deum in diuina Scriptura iam hominum patrem dici, iam verò matrem, pater est & mater, quod pater sit ille testatur, nosq; præcipit sic orare. Paternoster,

Dan. 1.

Iob. 41.

Matth. 6.

## Detentatione

Matth. 23 ster, qui est in cælis. Et adiicit. Nolite uocare uobis patrem super A  
terram, unus est enim pater uester, qui in cælis est. Aliquando verò  
mater dicitur Isa. 49. Dixit Sion, de reliquit me Dñs, & Dñs obli-  
tus est mei, nunquid oblinisci potest mulier infantem suum, ut nō mi-  
seretur filio uter i sui? & si illa oblitata fuerit, ego tamen non obliuiscar-  
tui. Si ergo Deus noster, & pater, & mater hominū est, in  
eo reperies patris, ac matris dilectionē, ac affectus, sed qui nā  
hi sunt: hoc distat dilectio patris erga filiū à dilectione matris,  
quod dilectio patris fortior est, & vt ita dicā honorabilior, bo-  
na filio vult, sed honorifica, magna & excelsa, matris verò di-  
lectio tenerior, ac dulcior est, bona optat filio, sed dulcia, in-  
dulgētias maternas, delicias, quietem. Deus ergo, qui pater &  
mater est, vtraq; dilectione nos diligit, vt pater honorifica, ac  
magna nobis vult, vt mater verò dulcia, & omni melle sua-  
uiora, cum ergo coniuuiū cælestē nobis parauit, matrē se exhibuit  
dulcissimam, torrentē voluptatum nobis parans, & dele-  
stationes, quē in dextera eius sunt, vsque ad finē. Recordatus  
verò, quod pater etiā esset, honore nobis cumulare voluit: &  
ideō inimicos in via constituit, cū quibus pugnemus, & quos  
supererimus, vt sic gloriā mereamur, & in celestē ingrediamur  
ciuitatē summo cū honore, ac triūpho, quia illam armorū vi,  
& egregiis facinoribus acquisiuimus. Sicut enim si nunc His-  
paniæ Rex Turcas debellans Constantinopolim triūphans  
ingredieretur, non ciuitatis solū, regnūq; acquireret, sed preci-  
pū honorem simul, quia Turcas debellauerit, sic qui cælestē C  
ingreditur ciuitatē pluribus debellatis inimicis, summo hono-  
re dignus est, nec solū modo gloria acquirit cælestē, sed & ho-  
norem maximū. An nō eximius honos Paulo cōceditur di-  
cēti: Bonū certamen certavi, cursum cōsummaui, in reliquo reposita  
est mihi corona iustitiae, quā reddet mibi Dñs in illa die iustus in-  
dex? Est hic doct̄or, quē hoc cōpellas noīnīne, quia si illū rex  
cōpellauit, nō eo honore hūc censes habendū, vt illum, quia lau-  
ream consequutus est doctoratus examine duro, & curriculis  
omnibus studiorū confectis. Sic nō is nobis honor esset glo-  
ria donari sine meritis, ac pugna, ac cū diffīcili superato bello  
æterna corona decoramur. Præstantius enim, ac honorificen-  
tiūs est rem aliquā à se habere quā ab alio: ideō præstantiori  
modo

- A** modo lux est in Sole, quā in Luna, & stellis, non solum, quia maior in eo lux est, sed etiā, quia Sol à se ipso lumen habet, Luna vero, & stellae à Sole: optabilius, ac melius nobis esse debet, gloriā à nobis habere, quā ab alio, habere quidē gloriam à nobis, & natura nostra impossibile est, id enim Dei est proprium, vnde ait Christus Domus: Sicut pater habet uitā a semetipso sic dedit, & filio habere uitā a semetipso. Eo ergo modo, quo à seipso habere gloriā homo potest, illā habet, cū meritis illā acquirit, cū armō rū vi expugnat: ideo quod Regnum celorum nūm patet, & uiolēti rapiunt Matth. 11. illud. Ut ergo praecepimus nobis honorē cumularēt inimicos nobis dedit, tētari nos voluit, impletur quod in nobis illud Sapientia: Honestauit illā in laboribus, & complevit labores illius. Honestatio. Sap. 10.
- B** uit inquit, id est honorauit, & sic honor, & utilitas nobis simul adsunt, si ut decet pugnemus. Sed aīs, nouit Dominus plures tentatione vincēdos, hic ergo cōueniens nō fuit tētari. Respōdet Chysoft. lib. 1. de prouidentia, & victoribus, & viētis summa fuit misericordia, quod dētarentur. Quod victoribus fuerit, iā ostēsum est, & ipsi met illud fatētur per Psa. Letati sumus pro diebus, quib⁹ nos humiliasti, annis, quib⁹ uidimus mala. Sicut enim miles, qui strenue militauit, cū diues in patriā reuertitur, & diuitiis & honore affluit, singularisq; latititia narrat omnib⁹ discrimina omnia, ac pericula, quae in bello passus fuit, quae licet molesta illi fuerint, cū in eis versaretur, tamē postea perpetuō illi gaudio sunt: ita cū nunc tentaris, ac tribularis, molestie fers, Simile. in bello nūc est, in discriminē versaris, at cum in cælesti patria fueris, hæc bellī discriminā, has tentationes, ac tribulationes in genti cum gaudio narrabis, dicens: Letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, id est tunc memoraberis paupertatis, quā pateris, dolorum, quos toleras, tentationum, quas sustines, & in æternam tibi cedent latitiam: interrogabunt te beati illi ciues, quae discriminā, quas sustinueris passiones, ac tentationes, & eas illis cum gaudio dices, sic cum Christo. Dominus factum, Iſaias afferit, quem interrogant Angeli: Quare rubrum est indumentum tuum? & uestimentata tua, quasi calcantium in torculari? Et ille ait: Conculcaui eos in ira mea, &c. Sicut enim cum Iſraēl vidit Agyptios submersos letatus est, & decantat: Cantemus Domino gloriose. Sic cum hostes videris Exo. 14. superatos

superatos lœtaberis, & exultabis, cantabisq; canticum illud A  
Moysi, vt Iohannes dicit: Vidi eos, qui uicerunt bestiam, & ima-  
ginem eius habentes cytharas Dei, & cantantes canticum Moysi  
serui Dei. Sicut ergo cecinuit Moyses canticum videns Agyptios submersos, sic & tu cantabis videns inimicos superatos.

Virgil.

Sic etiam Virgilius memorat, describitq; Troades, qui confe-  
sto bello, Græcisq; vt putabant, fugatis, procedebant in eam  
pum, dicebantq; hic contendebat Achilles & Hector, hic ta-  
le commissum prælium, & similia. Quod victoribus conue-  
niens bellum fuerit, in dubium relinquitur, vietiis verò, ait  
Chrysost. etiam conueniens fuit, tentatio enim culpam eoru-  
minuit, nouit Deus illos cassuros etiam si non tentarentur, qui  
à pomo vietus est, etiam si polum nullum esset, quod cum B  
tentaret, decideret, sicut Angelus in cælo sine temptatione pec-  
cauit, qui tam facile ab inimico deiicitur, caderet, etiam si non  
impeteretur, tentatio verò aliqua ratione culpam excusat. Et  
insuper de his dicendum est, vt Deum in misericordia, cum ten-  
tationes esse voluit, eos verò diuino hoc beneficio male fuisse  
vlos, sicut & aliis: magnum tibi confertur beneficium, cū oculi  
lis donaris, sed si tu eis male vtaris, illicita videns, non hæc Dei  
culpa, sed tua. Os tibi, linguamq; cōcessit Deus, & ingens fuit  
donum, si verò tu sic iis vtaris, vt sint sepulchrum patens, cul-  
pa tua id est. Si pedes tibi cōcessit, quos tu veloces facis ad ef-  
fundendum sanguinem, tibi, non Deo id imputandum est.

Simile.

Sunt præterea multæ temptationum utilitates, quas nunc cō C  
sequimur, quarum illa sit prior, quod temptatione ac lucta illa  
virtus in animo perficitur, ac figurit magis: quemadmodum  
cum aliquam tu nosti veritatem, cui ab alio contradicitur, tu  
verò illā defendis, cumq; super hac re cum illo longius contē-  
deris, videbis veritatē illam adhæsse amplius intellectui tuo,  
quia vt illam defenderes, nouas excogitasti rationes, idem in  
virtute contingit, cum aduersarius eā expugnat, motu enim  
nouā queris, vt eam serues, & nouis animi propositis cā ser-  
uare proponis, atq; adeò tentatio efficit, quod ictus in incude,  
illam enim magis iudurat, & quod gelu frumento, illud enim  
magis radicari facit, & sic intelligitur illud Pauli. *Virtus in in-*  
*firmitate perficitur.* Omnia naturalia fortius agunt, cum con-  
trariorum

2. Cor. 1.2.

A trriorū vi repellūtur, ignis compressus, & aqua, cum ei obstaculum apponitur, sic virtus validius insurget, dum contraria inuenit, equus à lupo morsus hieroglyphicum fuit Hieroglyphi, significans hominē, qui à tentatione fortior eua phicum. dit, quia cum equus cum lupo contendit, & vulnus accipit, fortior redditur, & animosior curat dæmon tentatione virtutem labefactare, & merita hominis perdere, & modo Deus in iustis oppositum perficit, virtus namq; in illis radicatur, ac perficitur amplius, & maiora cumulan- tur merita iusto, & lapides, quos in eum dæmo iacit, Deus accipit, ex eisque coronam ei elaborat.

Est & alia temptationis vtilitas, quod animam humiliat, efficitque, vt nouerit homo, quām sit nihil in se. Simulque efficit, vt Deum agnoscat, & in eo omnem suam spem collocet, quæ duo maxima & proficia homini sunt, ac per necessaria, quod Deum agnoscat, tentatio manifestè facit, vt Psalmus ait. In quaunque die inuocauerō te, ecce cognoui, quonia Psal. 55. Deus meus es, inuocauī inquit te, cum intentione ac tribulatione fui, faisti mihi auxilio, vnde cognoui, me Deum habere. Sic alio in loco Psal. ait. Dixit & stetit spiritus procella Psal. 106. & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt usque ad cœlos, descendunt usque ad abyssos, &c. & clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eripuit eos, & statuit procellam eius in avaram, & siluerunt fluctus eius, confiteantur Domino misericordie eius, &c. Quemadmodum enim, qui in grauissima maris tempestate, cum ad Dominum clamaret, exauditur, & tempestas quiescit, inde agnoscit Deum, ita cum animus grauissima vrgetur tentatione, & inuocatus Deus ei adest, agnoscit Deum sibi patrem ac auxiliari um, & à tentatione procedit Deum laudans, quemadmodum Isræ suffocatis Exod. 14. Aegyptiis, quod vero tentatione sui agnitionem assequatur, facile apparet, videt enim, ac experitur homo se proximum peccato, & uno vt ita dicam gradu solum ab eo distare, agnoscit infirmitatem suam, & sic humiliatur, hinc 2. Cor. 12 Paul. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est ministerium carnis meæ, Angelus Satane, qui me colaphizet. Tentatio ne humiliatur Paulus, sic etiam Iob ait, non est auxilium mihi Iob. 6.

## De temptatione

**A** iu me, despicit ergo se, & se odio prosequitur sancto , optima profecto homini tentatio est, ex qua tanta bona colligit, hinc Ecclesiasticus, qui non est tentatus pauca nouit.

**Eccles. 24.** Innumera alia bona à temptatione colligit iustus , efficit enim vt s̄pē ad Deum accedat, eum s̄pē oret, ab eo pendeat, & dicat, adh̄. est anima post te, quasi accidēs inhāret substantiæ. Efficit deinde, vt plures praestet actus virtutis, vi-

**Psal. 62.** tio de quo tentatur oppositos, efficit vt semper sit pauidus ac timoratus : Beatus autem homo , qui semper est pauidus, quia

perpetuo inimici audit arma, quæ cū vigilare cōpellunt, solerter ergo & vigilantē reddit hominē tentatio , & arma spiri-

tualia arripiēt. sicut enim lōga pax facit homines debiles, & inertes, bellū verò & armorū exercitatio hominis facit

fortes ac robustos, sic tentatio homines fortissimos facit hinc **Magnus Arseni⁹**, cū pr̄cib⁹ suis à temptationes depulif-

set, animaduertit segnē se lōga pace effectū , vnde dicebat,

video me longa pace lāguentem, & minus proficiētē, pugna enim animā perficit, ideoq; postea, cū iterū temptationes ei aderint, nunquā earū depulsionē , sed victoriā postula-

uit: ideoq; Paul⁹ petens temptationē auferri, nō auditur: hinc Cato in Romano Senatu sententiā dixit, Carthaginē nō delēdam, ne Romani otio & torpore lāguerent, vñ dixit Ro-

mæ, si Carthago non steterit. Sed non omnes temptatione proficiunt, vnde Augustinus, tentatio ignis est, in quo au-

rum rutilat, pāea consumitur, iustus perficitur, peccator misere perit: tempestas est, ex qua hic emergit, ille suffoca-

tur. Videntur nobis est, qua arte nos in temptatione guber-

nare debeamus. Primū omnium agnosce te tentandū esse, te inimicos habere, nec mireris, si tentaris, etiam grauiissi-

mē, non eo differt iustus à peccatore, quod hic tentetur, il-

le vero secus, sed in hoc quod hic vincitur, ille vincit, ex no-

**Genes. 3.** bis ipsis tentatio procedit, etiam si dæmon tentans nullus foret. Maledicta dicitur Adæ, terra in opere tuo, spinas & tribu-

los germinabit tibi. Licet terra, quam calcamus, maledicta sit & spinas germet, sed potius maledicta est terra carnis nostræ, quæ audiuit terra es, & in terrâ ibis, hæc spinas ger-

minat, temptationes scilicet, quib⁹ nos pugnit, & ultra eā, dæ-

mon

**A** mō est, cuius munus nullū est aliud nisi nos tētare, additur his mundus, absq; dubio aduersa ac cōtraria simul posita contendent inter se, ac pugnabunt: sicut ergo vile ac abiectum non est, te inimicos habere, est vero ab eis superari & pesundari, ita ne te miserum dicas, quod tēteris, caue vero ne supereris, hinc monet Sapiens: Si spiritalē habens ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, curatio cessare faciet peccatū, quasi dicat, si inimicus ascenderit in pugnā contrate, caue ne in locū certaminis egrediaris pauidus, sed fortiter contendit, tu enim, vt vincas, multo superior es, vt continuo ostēdemus. Cōsolare ergo etiā si tēteris, sicut enim fatis nō est, vt ignis producatur, lapidē esse ignitū, & insuper ferrū, aut as, quo percutiatur, si nō sit subitus materia facilis

Eccles. 11:

**B** inflāmari, quā dicūt fomitē ita licet dāmō plures scintillas ex tua sensualitate prodire faciat, si volūtas nō accēdatur, ignis nō erit. Nec vero terreas, q̄ grauissimas patiaris tentationes diuturnas, ac fœdissimas, id enim argumentū est, te fortē & strenuū esse militē. Deus enim, vt Paul. ait, non patietur uocantari supra id, quod potestis. Vnde pro viriū diuersitate diuersa certamina suis disponit, & infirmo minora, fortiori periculosiora concedit, hinc Ch̄s tētatus est per omnia, quasi fortissimus athleta: vt fragilis paries facile ruit, & qualibet machina euertitur, sed fortissimo muro plura adhibētur machinamēta, sic infirmis minimē sunt tētationes, fortibus vero multe & graues, in illis tormēta bellica maiora, in vnu pfectū plures insurgūt dēmones, plurib⁹ ve

1. Cor. 10:

**C** ro peccatoribus vnu sat est dāmon, vt eos supereat, sicut vt in cuito dia publica cētū vinēti cōpedibus teneātur, satis est vnu carcēris custos, vt verō vnu, q̄ ē carcere aufugit, capia tur, & in eā reducatur, necessarii sunt cētū iudicis ministri, qui cū insequātur. Secundū tibi aduertēdū est, Sta in iustitia & timore, vt Sap. ait, id est, in spe & timore, hac pte sperādū. Sicut enim nauis indiget velis, vt viā agat, & pondere quo prematur, ne hoc illucq; facile iactet, sic anima spe & timo re in Dei firmat, sed vnde timor, vnde spes: timor qđē, quia inimici tibi sunt, & fortissimi tan nō timeres, si audires, cētū esse fortissimos viros in hac ciuitate, q̄ cōiuratione facta

Simile.

Eccles. 2.

Simile.

## De temptatione

decreuerunt te occidere: an non plures animæ tuæ inimi- A  
ci? time ergo, speradum verò tibi inde est, quod Deus au-  
xiliator tuus sit, & eius gratia atq; auxilium tibi adest, & li-  
cet gratia naturam nostram non omnino sanet ut origi-  
nalis iustitia, nec dæmones omnino coercent, tamen & car-  
nem & dæmonem nobis ligat, ligatum vero & catenis  
constrictum inimicum facile quispiā superare potest. Vis

Rom. 6. videre carnem nostram gratia Christi ligatam: audi Paulum.

Iob. 39. Vetus homo noster simul crucifixus est cum eo, si cruci affi-  
xus est, ligatus ergo est, & hoc mirabile illud, quod Domi-

nus Iob. 39. se factum dicit: Nunquid alligabis Rhinocero-  
ta ad arandum loro tuo: aut confringet glebas uallium post te? Ferus  
erat Rhinoceros caro nostra ante Christi gratiam, sed illo  
in mundum veniente gratia sua carnem domuit, ligauit lo-  
ro suo, vt spiritui subdita cum eo in Dei opere laboret, fue- B  
rat ante Christum Dominum caro nostra similis Agar in  
obedienti dominæ sue, sed Christus magni consilij Ange-  
lus veniens, dicit ad carnem nostram, quod Angelus ad

Genes. 16. Agar Genes. 16. Reuertere ad dominam tuam, ex humiliare sub  
manu ipsius. Sicque impletum opere est, quod in figura præ-

Daniel. 4. cessit Daniel. 4. Ecce uigil sanctus de cælo descendit, & clamauit fortiter, succidite arborem, præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius, ueruntamen gerumen radicum eius in terra finite, & alligetur uinculo ferreo, & reo, & rore cæli tina-  
gatur. Succisa per Christum est arbor veteris nostri homi-  
nis, manet vero gerumen radicum eius, sed alligatum forti- C:  
ter diuina gratia, & rore cæli intinctum, redundante enim  
gratia ab anima in corpus illud intingit, descenditque in

Matt. 12. oram vestimenti Aaron. Sed si dæmonem quoque alliga-  
tu, n per Christum cernere velis, audi ipsum dicentem, ni-

Apoc. 20. si prius alligauerit fortē, & Apocalyp. 20. Et uidi Angelū  
descendentem de quarto cælo habentem clauem abyssi & catena magna in manus sua, & apprehendit draconem serpētem antiquum,  
qui est diabolus & Satanás, & ligauit eum per annos mille. Alliga-  
tus ergo fortis armatus est, & adeò debilis redditus, vt di-  
cat Iustinus Martyr, ideo in Ecclesia cōmissum esse exor-  
cistis dæmones pellere, cum sit in si nus Ecclesia gradus

Iustinus.

excr.

- A exorcistarum, & pueris cōmittatur, ut per hoc significetur, tam debiles redditos esse dæmones à Christo Dño, ut pueris super illos cōcessa sit potestas, en hostes nostros ligatos, Simile. parū ne hoc si nunc duo exercitus pararentur in pugnā, & Deus alterum alligaret, victoriam partā putaret exercitus aduersus, ligauit Deus hostes nostros, sunt quasi non sint, sic promissum fuerat ab Isaia, qui postquā Christi in mun *Isai. 41.* dum venientis fortitudinē prædixisset, ad homines cōuer sus ait. Ne timeas, quia ego tecum sum, ne declines, quia ego Deus tuus confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepisti dexterā iusti mei, ecce confundentur, & erubescēt omnes, qui pugnat aduersum te, erunt quasi non sint, & peribunt uiri, qui conuadūt tibi. Præcessit Christus dux noster, debellauit inimicos nostros, illos semiuuos reliquit nobis, vt pueri illos facile vincant, quē- Simile. ad nodū in prælio præcedunt fortis milites & inimicos in terram prosteruant semiuuos, deinde pueri eos facile in- terimunt.
- B Vt verò qualiter cum inimicis nobis pugnandū sit vide remus, illud nobis Deus expressit, sub equi figura ad *Iob 10b, 39.* loquens. Nunquid præbebis quo fortitudinē? aut circundabis col lo eius humiū & gloria narium eu terror. Terram ungula fudit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Vbi audierii buccinam, dicit uah, procul odoratur bellum. Vbi de hac re mire *Greg.* Equus Dei iustus est, iux *Gregor.* ta illud, qui ascendit super equos tuos. Deus enim in iusto vt in *Abac. 3.*
- C equo pugnat, vnde Paul. (vt legit Chrys.) an experimen tum quæritis præliantis in me Christi? Deus namq; iusto iūsset, & fræno legis eū gubernat: insuper & consilia, de quibus Prophetæ ait. Et erit quod super frenum equi est, sanctū *Zach. 14.* Iñ, cum frenum lex Dei sit, quod supra frenum est, consilia sunt, qui ergo legem & consilia seruat sanctus est. Contra vero peccator dæmonis equus est, equum & ascensor. *Exod. 14.* detectus in mare. Equo ergo suo, iusto viro, qui gratia uititur, mirā præbet Deus fortitudinē, vt cū hostib⁹ decertet, hinc *Psal. Mirabilis* Deus in sanctis suis, Deus Israēl ipse dabit uirūtē *Psal. 67.* & fortitudinē plebis uae, mirabilia audimus sanctorum facino ra, mirabilis in illis Deus noster est, omnia possum, at eorum

## De temptatione

- Philip. 4. quidam, in eo qui me confortat, & alter, fortitudo mea & laus mea A.
- Psal. 17. Dominus, & factus est mihi insularem. Sed aīs infirmus ego & debilis sum, hanc fortitudinem non experior in me, ita sane est, si gratiam non suscipis, si eius remedium non vteris, si Deum nonoras, tibi relietus misereris, de te loquitur Psal.
- Psal. 13. Deum non inuocauerunt, illie trepidauerunt timore, ubi non erat timor, at vero de iusto cicitur: Iustus quasi leo confidens, ad nullius pauebit aspectum. Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me, ait Iob. En dat Deus equo suo fortitudinem! Sed quis est hinnitus, quem collo eius circundat? certe iusti gaudium, quo præliatur prælia Dñi in lætitia, de quo Psal. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij anticipates in manibus eorum. Exultatio spiritualis fortitudinē præbet ad bellū aduersus inimicos. 1. Rég. 4. V eniente arca Dei in castra lætitia sunt Israélitæ, dicuntq; Philisthæi: V a nobis, non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Ideò: Gaudete in Dño semper, iterum dico, gaudete. & Petrus: Quem, cū non uideritis, diligitis, quem nunc quoq; non uidentes creditis, credētes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ. salutem animarum uestrarum, de qua lætitia Psal. Beatus populus, qui scit iubilationem. Mirum non est tantam esse iubilætiā, qui regna cælestia sperat, licet hic possideat nihil, sicut enim lætatur, qui centum aureos uinos inuerit, sed gaudet alter, quod princeps Hispania constituitur, mox rex futurus, licet hic speret, ille possideat, plus tamen tanti boni spes gaudere facit, quam posset illius: sic iusti lætitia excedere debet mundanorum gaudium, licet enim illi possideant ea, de quibus lætatur. Iustus vero speret, sed sperat regnum æternum, hinc Sapiens: Expectatio iustorum lætitia. Ut ergo cum inimicis contendas, cura lætitiam habere spiritualem, seruoremq; sic enim strenue pugnabis, haec vero in rerum cælestium meditatione a sidua quæreda tibi sunt, & circumdabis collotuo hinnitum. Addit vero Dñs: Gloriariū eius terror. Terrorem dæmoni iustus intuit, Chrysost. cum discedis ab altari, similis es leoni ignē spirati, cum sit intra iustum Christus Dominus, qui ignis est infinitus, quid.
- 1: Reg. 4. B.
- Philip. 4. 1. Pet. 1. C.
- Psal. 88. simile. C.
- Prou. 10. C.

- A** quid mirum ignem spiret: totus mons terribilis erat, quia Exod. 15.  
 Dominus in illum descenderat. Viriliter ergo agite, & con-  
 fortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino, ait Psal. Ne Psal. 26.  
 debilis sis & infirmus miles, qui inimicos pauet, eisque con-  
 tinuo terga dat. Subiungit Dominus, terram ungula fodit.  
 Iustus enim omnia arbitratur ut stercore, huc illucque ter-  
 rena iactat, distrahit substantiam, ut pauperibus tribuat,  
 terram etiam fodit, ut inueniat puteos cum Isaac, dum con Genes. 26.  
 sideratione aquarum caelestium venam inuestigat. Et præ-  
 tereat. In occursum pergit armatis, procedit obuiam inimicis Matth. 26.  
 sicut Christus Dominus, his qui ad eum comprehendens,  
 dum venerant. Quidam miseri ac infirmi vident inimicos  
 venire, & fugiunt, vel vincit manibus, ac pedibus seip-  
**B** sos illis tradunt, nec gladium euaginare nouerunt, ut quid  
 obsecro fides tibi data est? gladium spiritus, quod est ver-  
 bum Dei? nisi ut cum tentatio ingruerit, gladium exeras,  
 & inimicis ac temptationibus occurras? mira huius gladij  
 potentia, si liceret aspicere mille dæmones iustum impe-  
 tates, ille verò hoc gladio omnes fugat, similis factus Sap. 1ud. 16.  
 soni, qui mandibula asini mille viros interfecit, & Sem-  
 na, qui ab integro exercitu agrum lenticularum defendit. 2. Reg. 23  
 Quid? quod, cum audierit buccinam, dicit uah, id est, in ini-  
 micos irruamus, buccina Euangelij prædicatio est. Exalta Isai. 58.  
 quasi tuba uocem tuam, Propheta dicit, ubi ergo iustus au-  
 dit Euangelium, continuo inimicū aggredi disponit, au-  
 dit videtque defectum, vel leue peccatum animæ sua,  
**C** continuo ait, aggrediamur illud, vincamus, superemus-  
 que, nec enim quiescendum, donec id fiat, canis v-  
 natorius videns leporem non quiescit, donec capiat.  
 & tandem in equo illud nobis Dominus proponit. Pro Eccles. 2.  
 cul odooratur bellum. Ut se præparet, sicut Sapiens ait.  
 Præpara animam tuam ad temptationem. Strenuus dux, qui ca-  
 stellum circumspicit, munit, præparat cibaria, procul odo-  
 ratur bellum, antequam veniat, si enim hostes illum impa-  
 ratum reperiant, facile superabunt. Alexander submo-  
 uit ab exercitu militem, qui quo tempore ad certamē pro-

# De Mundo

1. Cor. 9.

1. Reg. 17

deundum erat, gladiū & arma parabat, audi Paulum procul odorantem bellum. Castigo, ait, corpus meum, et inferuitum redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobusefficiar. David, priusquam cum Goliath pugnet, arma probat, ut videat, quæ illi aptiora sint, lapides te torrente colligit, sic ergo præpara animam tuam ad tentationem, muni castrum cordis tui sacramentorum frequentia, quæ cibaria tibi sunt, tempore consolationis colligetibi lapides in tempus pugnæ, animam tuam sollicite custodi, adhibe ei custodiā, sensuum ianuas occlude, armis Dei accingere, ne imparatus inueniaris, ut sic facile inimicos superes, & æterna corona doneris.

A



B

## CONCIO. II.

### De Mundo primo hominis inimico.

#### THEM A.

*Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.* Ioan. 15.



V L T A In diuina scriptura dicta sunt in C. mundum, & eos qui de mundo sunt, quæ nos sollicitos reddere debent, ne ab illo victi in eius factiōnē transeamus, terrible verbum illud Christi Domini Ioan. 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tu sis ueritas. Vnde iis, pro quibus Christus non orat, & idem Dominus Ioan. 14: Dabit uobis spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum. Quid vero discipuli de mundo dicant, cum talia à magistro audierint & audi eum, quem

Ioan. 17.

Ioan. 14.

- A quem diligebat Iesus. Totus mundus in maligno positus est. Et rursum. Nolite diligere mundum, nec ea, quae in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo. Et tandem Paulus ait. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti saeculo nequam. Haec sunt, quae de mundo nobis diuinus spiritus nuntiat, a quo proinde maxime nobis cauedum est. Sed ut quis hic misericordia nobis a deo cauedus sit, intelligamus, notandum est. Triplex est mundus, primus qui in mente diuina est, qui dicitur mundus archetypus, de quo Boëtius de consolatione ait. Mundum mente gerens Boëtius. pulchrum, pulcherrimus ipse, simulque imaginem formam secundus mundus est mundialis haec machina constans ex multis elementis, & mixtis, de his mundis intelligi nequeunt.
- B ea, quae superius dicta sunt, nam qui est in mente diuina, est ipse Deus, qui in mente sua rerum omnium ideas habet, ad quarum similitudinem hunc mundum condidit, sicut in mente artificis est idea eius opificij, quod exterius efficit, secundus etiam mundus ad illius primi imaginem conditus est a Deo, & Dei perfecti a summa opera, ut Moyses ait. Deute. 32. Et uidit Deus cuncta quae fecerat, & erant ualde bona. Et Aristot. Genes. 2. primo de celo multis rationibus ostendit, mundum hunc omnino perfectum esse.
- C Est ergo tertius mundus, de quo illa omnia mala dicta sunt, quique inimicus anima dicitur, congregatio peccatorum omnium, qui rebus mundi huius adhaerent, & futuri non recordantur, qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Hec est ciuitas Babylonis, de qua sepè Ioan. in Apocal. meminit, & quam latissime describit Aug. in lib. de ciuit. August. ostendens aduersam, ac inimicā esse Hierusalē, dicitur vero hic mundus, quia per amorē in ea quae mundi sunt transformatur, in hoc vero mundo sunt cœli & elementa ad similitudinem prioris mundi, terra auaritia est, aqua instabilitas, aëris vanitas, ignis luxuria, sol prosperitas, princeps huius mundi diabolus est, hinc Christus Dominus. Nunc iudicium Ioan. 12. est mundi, nunc princeps huius mundi citetur foras. Qualis mundus sit, aparet in principe, a quo gubernatur, nam qualis regere est ciuitatis, tales & habitantes in ea, ait Sapiens. Eccles. 10.

## De Mundo

Hic mundus inimicus animæ, inimicus virtutis, & omnium iustorum est, ut manifeste patet ex verbis, quæ initio

Eccles. 33. concionis proposuimus, patet etiam ex illo Eccle. 33. Contra bonum malum est, contra mortem vita, sic & contra uirum iustum peccator. Sicut enim similitudo causa amoris est, ita dissimilitudo causa est odii, atque discordiae, est vero inter iustum & peccatorem dissimilitudo maxima, hinc peccatores loquuntur Sap. 2. Circunueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Cuius præcessit figura Exo. 1. Ode derant filios Israël Aegyptij, & affligeabant illudentes eis,

Exod. 1. atque ad amaritudinem perducentes animam eorum, ubi Glossa, Aegyptij, idest mundani, quia vident iustos sacrificare eorum abominationes, ea scilicet, quæ ipsi ut deos colunt, & manifesta experientia ab initio mundi usq; in fine constat, improbos homines odio ac persequitione insequitos esse iustos. A Cain & Abel hoc bellū cæptū est, & usq; in mundi fine durabit, quēadmodum sunt cōtrarij motus, sursum & deorsum, sic vita iustorum sursum tēdens aduer

Ioan. 1. 6. lū est. Sed confidite. Christus suis ait. Ego uici mundū. Et Ioan. 1. Ioan. 5. in sua Canonica. Omnis, qui ex Deo est, uincit mundum, & haec Psal. 124. est uictoria, quæ uincit mundum, fides nostra. Et Psal. Non relinquit Dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut nō extendant iusti ad iniuriam manus suas.

Sed ait, quæ sunt mundi arma, atq; tentationes, à quibus in nobis caueundū est? Prima mūdi tentatio est. Exempla prava innumera, quæ oculis subiicit iusti, quibus eum in malū trahit, de quibus Prophetæ loquitur: Non est ueritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra, maledictū, & mīdaciū, homicidium, & furtum, & adulteriū inundauerunt, & sanguis sanguinē testigii. Et hoc hominū natura insitum est, ut facile appareat factū, quod ab aliis fieri viderit, quis enim asperos ac æditos mótes viam fecit omnibus, nisi prætereuntium multitudo: id ipsum brutis contingit, quo enim illud transit, facile reliqua pertranseunt. Cum ergo iustus circumseptus peccatoribus sit, similis illi est, qui inter peste vexatos

B

C

tos

- A tos perambulat, infestus aer est malis exemplis, facile perstem incurres, si non caueas, eximiae virtutis est inter malos iustum consistere, nec eis similem fieri. Greg. in verba illa Greg.  
Job: Vir erat in terra Hus, ait, merito in terra Hus esse dici- Job. 1.  
tur, ut quanta fuerit virtutis appareat. Hus enim gentiliu terra erat, inter Ethnicos vero probum ac studiosum fuisse, maximu est, hinc ipse Job gloratur. Frater fui draconum, & Job. 30.  
socius struthionum. Hinc Petr. maxime Loth laudat, q inter 2. Pet. 2.  
malos probus fuerit, & iustu, ait, Loth, oppressum a nefandorum  
iniuria ac luxuriosa cōuersatione eripuit. Hinc Paul. iustos co- Philip. 2.  
mendat, dicens: In medio nationis pravae & peruersae, inter quos  
lucetis sicut lumina in mundo. Hinc Apoc. 2. Pergami Ec. Apoc. 2.  
clesiae dicitur. Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanae, & tenes no-  
men meum, & non negasti fidem meam. Et Cant. 2. Ecclesia lauda Cant. 2.  
tur. Sicut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias. Arduum  
ergo, ac difficile est, inter malos bonum esse, inter contraria  
enim conseruari maximu virtutis est, & cum in actionibus  
reactio esse dicatur a Philosophis, miru valde est, quod in-  
ter opposita virtus iniolata constat. Sed ut omnium oculis  
subiiciam, cu tentatione hanc, tum eius viim, attendenda  
verba illa sunt Ioannis, que superius memorauimus. To- 1. Ioan. 5.  
tus mundus in maligno positus est. Attende nunc mundanorum  
vitam, que tibi scandalum esse potest, nisi illud vites. Alique  
fuerunt, suntque mundi vanitati inferuientes foeminae,  
qua ut mundo placeant, exterminant facies suas fugo &  
coloribus. Dei opus curates corrigere, ornate se monilibus  
preciosis, vestibus pulcherrimis, & magnâ substantia par-  
tem in his insument, ut simulachra videantur. Videt mul-  
lier iusta haec, que diximus, auditq; illas mundo placere, ab  
eoque laudari, ac digito monstrari, & ait intra se, ille non me  
superant nobilitate, diuinitate, & amplitudine, cur ergo me  
vanitate superabunt? non ego inferioris conditionis sum,  
meus ergo status haec & illa postulat, ornabo me sicut ille  
se ornant, ut & mundo sim spectabilis, ut ille, en munditate  
tionem, qua prauo excepit te vincere conatur, ac si regula recti tibi essent vanæ mulieres, & non potius diuina  
lex. Ecce hic, ait Ezechiel, & calemus mensura in manu eius. Ezech. 43.

Mensura

## De mundo

mensura tua Christilex est, non proximi vanitas. Lex vero Dei non ista dicit, immo ornamentorum cultum, capillatum, utrumque & genitmas a sanctis mulieribus vitanda dicit. Quis vero numerando censeat levitatem hominum incredibilē & singularē amentiam, qui in manus cuiusdam atque efficta gloriola & venus inslata, vera nominis gloriam & laudem, non ex virtute, sed vel ex lauta supellestili, vel ex pretioso vestium ornatu, vel ex famulorum comitatu atque frequetia, vel ex antiquitate generis, & vetustate familie mei iuntur, quid denientius, quam ideo se beatos existimare, quod magnificat & habetur ab hominibus? quod inani vulgi digito demonstratur? quod magnis famulorum stipentur gregibus? Sed hoc non facile attendunti iusti, cumque videant, eos qui nec dignitate, nec diuitiis eos precedunt, multis stipatos famulis, ampla superlestili viti, eiborumque apparatu, atque ob hanc causam magnos mundi iudicio haberi, volunt & ipsi vanitati huic inferire, dicuntque nobilem virum haec omnia decere, statuimus; nobilium ea debericredunt, quae vanitati, non statui deseruiunt: quam enim amplissimum & iuniorum ornatus, strata pulcherrima textilibus stragulis, manificisque operibus pictis, dare possunt veram laudem, ornamentumque splendoremque nominis? Quid vasa argentea & aurea magnifice, & pretiose exalata? quid ex auro & serico contexta peristrigata, quibus ornantur parietes? & vermiculato emblemate paucimenta distincta? Quid testa etiam illaqueata ex teseulis & ligno minutatim conlectis, & concisis, quae varias rerum formas & figuram ostendunt? quid rogo non levitatis habent? o excitatem hominum inauditam?

Aliqui etiam sacerdotij dignitatem suscepérunt, non ut sancti sint, sed ut viviant, & bibant, & epulentur, in quibus illud Propheta impletur. Sicut populus, sic et sacerdos, qui cum eis, quae mundi sunt, diligunt, per amplas domos & familiam, vasa argentea & aurea, suppellectilem pretiosam ad instar magnatum habent, ludo, coniuvio, & omni vanitati inferuntur. Videt ista sacerdos iustus, seque contemptui haberit cernit, illos vero magnifici, & ait, an non ego similia præstare possum? illi fideles

- A fideles habentur, nec credendum est, in infernum properare, confessari plurimi illos absoluunt, possum & ego similis agere, en mundi tentationem, ut bona Christi ac pauperum dilapides. Aliqui etiam sunt mercatores, qui putat vicam hominum compositam ad lusum, & oportere videcumque etiam ex malo acquirere, ut vero vniuersum mundum lucentur, non curant, si animæ iacturam faciant, & ideo in numeros adiuueniunt contractus, quorum ius nullum, iustitia nulla est, & sic substantiam plurimam coaceruant, & non est finis acquisitionis eorum. Videt ista mercator iustus, & ait, ille Christianus est, confitetur, sacram sinnaxim percipit, & hos contractus conficit, conficiam & ego, nec enim diuersa mihi & illi lex est, aut conditio: en mundi tentationē, similia in omni hominū statu reperies, Iudex videt iudices, qui munera accipiunt, qui nobilium peccata non puniunt. Tabellio videt tabelliones, qui leges suas ac statuta, quibus eis merces taxantur, non custodit, iurisperitus videt iurisperitos, qui omnem causam defendendam suscipiunt, siue iusta sit, siue fecus. Minister iudicis alios videt ministros, qui amicis obsequuntur, mura suscipiunt, & denique ciuis & insinus de plebe plures sibi similes conspicit, hos ludo incumbentes, illos iurantes & peierantes, hos otiosos, illos lascivientes, hos detrahentes, illos decipientes, putatque sibi licere, quod alii faciant, & inde illud procedit, ut viuant homines ad exemplarē eorum, qui coram ipsis versantur, ecce mundi tentationem.
- B Sed, ut hæc tentatio mihi non sit in ruinam, quæ mihi medicina erit? duæ certè, quarum altera sit, è mundo hoc exire, à Babylonis ciuitate fugere, hinc Ioannes, cum pecata Babylonis dixisset, addit. Et audiui aliā vocem de cælo dīcentem, exire de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagiis non accipiatis. Si domus ruinam minatur, Simile. vel iam labefactari incipit, magnum in te confert beneficium, qui tibi dicit, exi domo hac, ne te opprimat mundus hic, Babylon perdenda est, funditus euertenda, ideo monemur, abea exire. Sed aīs, nū de hoc mundo exire debeo, & deserta petere? non quidem præciperis ab orbis discedere,

## De mundo

- cedere, sed à prauis te separare, eorum fugere consortiū, ne A  
eis amicitia coniugaris, hoc vero sapissimè nos scriptura  
2: Thes. 3. monet, audi Paulum: Denuntiamus uobis fratres in nomine Dñi  
1. Cor. 5. nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante in-  
Eccl. 5: 3. ordinate, & non secundū traditionē, quā acceperunt à nobis, & idē  
Paulus: Si is qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut au-  
rus, &c. cum huicmodi neque cibū sumere, quia ut Sapiens ait.  
3. Reg. 1: 1. Qui cōmunicauerit superbo, induet superbiam, & hac ratione in  
Leuit. 11. fine enim, ait scriptura. Auertent uos, ut sequamini deos earum.  
Et id significabat scriptura, præcipiens mortuum nō tan-  
gere. Cum iustus Iosaphat amicitiam inisset cum peruerso  
2. Para. 19. Achab, eiq; auxiliatus esset in bello reuertēti in Hierusalē  
Propheta occurrit, dicens: Impio præbes auxiliū, & his, qui ode-  
runt Dominiū, amicitia coniungeris, idcirco iram quidē Dñi mere-  
baris, sed bona opera inuenta sunt in te: Hinc Psal. Superbo oculo  
& insatiabili corde cū hoc nō edebā, oculi mei ad fideles terrā, uice  
deani mecum. Nulla est pestis, nulla infirmitas, quæ sic adhæ-  
reat ei, qui cum infirmo versatur, ac vitium, nuperunt filii  
Seth Iusti, qui ideo Dei filij dicuntur, cū filiab⁹ Cain, quæ  
Genes. 6. iniusta erant, & inde effectū est, vt iusti iniusti fierent, &  
Eccl. 19. omnis caro corrūperet viam suam, & ideo diluuium innun-  
dauit, ideo Sap. Qui iungit se fornicariis erit nequam. Et iterū.  
Prou. 1: 3. Amicus stultorum efficietur simill̄s eis. Si ergo adeò curas in-  
festos peste fugere, plus tibi curandū est, ab eo declinare  
Eccl. 1: 10. qui peccatis infectus est, hinc Sapiens: Attende tibi à pesti-  
ficationem in perpetuum, admittē ad te alienigenam, & subuertē in turbine, &  
Genes. 1: 3. abalienabit te à uis tuis. Quibus illud non immerito adden-  
Genes. 19. dum est, cum Deus voluit singulare aliquod beneficium  
Sodonis eripuit quasi vi, & Israēl ex Aegypto, diemq; fe-  
stum illis indixit, vt tantū recolerent beneficium, memento  
Exod. 1: 3. dici in qua egressi estis ex Aegypto. Hoc ergo tibi sit consiliū,  
amicī ac familiares aliqui tibi futuri sunt, cum hominibus  
tibi

- A** tibi cōuersandum est, illos tibi amicos elige, qui iusti sunt, quos sibi Deus amicos conciliauit, peccatorum vero confortia fuge, audi Spiritus sancti cōsilium. Cum uiro sancto as Eccles. 37.  
fidius es, quenq; cognoveris obseruantem timorem Domini, cu ius anima est secundum animā tuam. ¶ Sed quia dum in mūdo hoc nequā sumus impossibile est, cōsortia prauorū omnino deuitare, alias enim oporteret de hoc mūdo exire, quia mixti bonis mali sunt, vt triticum paleæ, ideo secundū re medium supra memoratā temptationi sit, vt publicē ac manifeste te prodas in Deifactione esse, eum super omnia diligere, ac nihil illicitum te vñquā admissurum, & hoc omnes nouerint impij, nete tentare audeant in malum, & si tētauerint, facile possis negare cōsensum, & honor tuus hic fit Deo inhārere, ei obsequi, si hoc p̄estiteris, p̄sentaneū tibi remediū erit, ne ab impijs in eorū dilecta traharis, cū res aliqua in medio est sita, vñquā quodq; extremū eā ad se du cere conatur, quādo vero in altero extremo est, reliquā eā nō insequitur, cum duæ in ciuitate factio[n]es sunt, & nobilis quidam vir medius est, nec in alterā earum transit, que illū ad se ducere conatur, vt de Iulio Cēsare Suetonius scripsit: at cū in vñā factio[n]e transiit, altera desperat illū ad se adducere, sic omnino quidā vellēt, & Deo & mūdo placere, medijs hi sunt, à mundo expugnātur acriter, vt in eius trāseat factio[n]e, at si manifeste in Deū se cōferat, desperat mūdus eum ad se trahere, & ideo vel nihil, vel parū illū in sequitur, hoc vero consiliū nobilibus, p̄cipuisq; viris per necessariū est. Illius vero illustrissimū exēplum p̄cessit Mathathias dicens: Et si omnes gētes regi Antiocho obediunt, ego & filij mei obediemus legi patrum nostrorum, & exclamauit Mathathias uoce magna in ciuitate dicens, omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me, & fugit ipse, & filij eius in montes. In multo Deus pretio habet, quōd quispiā se manifeste dicat eius esse, quod confiteatur ipsum coram hominibus, ideo confitabitur corā angelis Dei eum, qui id p̄stiterit, contra vero: qui erubuerit me coram hominib[us] (ait ille) erubescat, & ego eum coram patre meo. Et ideo Luc. 9.  
maxima contulit Mathathiae, & filiis eius beneficia,  
& Israē-

## De Mundo

& Israëlis salutem per eorum direxit manū, id ipsum præ A  
Psal. 118. stitit Daud dicens: *Loquebar de testimonis tuis in conjecture*  
*gum, & non confundebar, nec mirādum id à nobis fieri, solēt*  
*enim principum filij ex infima & obscura matre nati, pa-*

*tris iactare genus, abscondere verò matris ignobilitatem,*  
*quomodo ergo nos diuinam filiationem non iactabimus?*  
*non notam faciemus, ac de ea gloriabimur? quid homini*  
*diuinius aut maius contingere potuit, quām Dei filiū esse?*  
*hoc ergo omnes sciant, notumque facito, & tibi remedium*  
*erit contra mundi tentationem, ne te in suam tranferat fa-*  
*ctionem, &c. Sed silentio prætereundum non est, quā sit*  
*graue piaculum illius, qui exemplo suo publico ac mani-*  
*facto alios scādalizat, sicut enim eximia virtutis est, in ma-*

B  
Psal. 54. *nifesto Dei seruum esse, ita summae malitia coram omni-*  
*bus Deum contine nere, hinc Psal. Veniat mors super illos, &*  
*descendant in infernum uiuenies, quoniam nequitiae in tabernaculis*  
*eorum, in medio eorum, quasi dicat, digni sunt morte, & qui ab*  
*inferno non viui absorbeantur, vt Datan & Abiron, quo-*  
*niam eorum peccatum manifestum & publicū est, id enim*  
*significat illud verbum: in medio eorum, in, quasi dicat in fo-*  
*ro, in loco in quo ab omnibus videri poterat, sic illud Psa.*

Psal. 118. *intelligitur: in medio multorum laudabo te, & illud, in medio Ec-*  
Eccles. 15. *clesi & aperuit os eius, publicè vero peccare grauissimum ma-*

Isai. 3. *lum est, hinc Isaías: peccatum suum quasi Sodoma prædicau-*  
*runt, nec absconderunt, ue anime eorum, quoniam reddit a sunt ei-*

mīda. E contra verò eximia virtutis est, coram omnibus C

Genes. 18. *virtutem colere, hinc cum Abraham peteret, vt propter*  
*quinquaginta iustos parceret Dominus quinque ciuitati-*  
*bus, respondit Dominus: Si inuenero in Sodomi quinquaginta*  
*iustos in medio ciuitatis, dimittam omnibus loco proprie eos. Ex-*  
*pendendum verbum illud est, in medio ciuitatis, non enim*  
*quinquaginta iustis quibusunque contentus Dominus*  
*erat, sed qui essent iusti in medio ciuitatis, id est in mani-*  
*facto & coram omnibus, hoc enim Deo gratissimum est, ta-*  
*leum te præbe, & vinces facile ac superabis primam mundi*  
*tentationem.*

Secunda mundi tentatio, qua iustos vexat, est, pretia ac  
xstima-

- A estimationes rebus imponēs pro libito, virtutē despectui & opprobrio habet, vitium cōtra honori ac dignitati, hinc vīni dicitā de inimicis dicit sumendam, illud enim honorificum est, ait, & viris illustribus dignum, contra verò turpe, & abiectum dicit, inimicis parcere, tolerare iniurias, & sic in aliis, quae mox dicemus: his vero animus iusti in malum mouetur, hinc Psal. Amp. et a opprobrium meum quod suspicatus sum, idest, quo timui, sicut cum verbum crucis pereuntibus stultitia fuit, & opprobrio dabatur fidelibus, quod Deum crucifixum adorarent, sed Paulus ait. Mīhi absit glo-  
riari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, ita nunc in Dei Ecclesia aliud simile opprobrium durat, ad crucem pertinens, à quo se liberari iustus petit, cū enim vita Christia-  
na sit humili, laboribus plena, omni modestia ornata, & gloriā huius mundi non querens, appetit vita hæc iis, qui de mundo sunt, vilis & abiecta, & indigna illustribus ani-  
mis, cum sit illa diuina & summæ celitudinis, ut Christus Dominus opere & verbo docuit, hoc ergo opprobrium à iustis auferri Psal. petit. Sicut enim irridet Michol David saltantem ante arcam, dicens: Quam glorioſus fuit hodie rex Israël discooperiens se, quasi unus de scurris. Ita irrident mun-  
dani iustos, qui se humiliant, ac deiiciunt, hinc Psal. Misere-  
re nostri Domine, quia multum repletis sumus despectione, quia mul-  
tum repleta est anima nostra opprobriū abundantibus & despectio-  
superbis. Eadem proponit querelam Job. Stulti quoque de-  
ſpiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Et Pro  
verb. 1. Doctrinam, atque sapientiam stulti despiciunt. Et ipsum pri-  
pij hoc fatentur Sap. 5. Nos infensati uitam illorum estimab-  
mus insaniam, & finem illorum sine honore.  
Ex hoc iniquo rerum iudicio ac estimatione procedunt innumera consilia amicorum secundum carnem, quibus amicis persuadent, vindictam de inimicis sumere, dignita-  
tes & altiora loca querere, nō se humiliare, quod illi vilie abiectum que dicunt, nec oīmaino virtuti se tradere, quod illi extrema vocant, & innumera consulunt vanitatem spe-  
ctantia, alios contemptui habere, locum primum in om-  
nibus usurpare, ampliā lupellectilem & pretiosas vestes habere,
- D d
- Psal. 148. Galat. 6. 2. Reg. 6. Psal. 122. Job. 19. Prou. 1. Sap. 5.

## De Mūndo

Psal. 11. habere, à quibus cōsiliis se liberari petit Psal. Saluum me fac A  
Deus, quoniam defecit sanctus, quoniā diminuit & sunt ueritates à fi-  
liis hominū, uana loquuti sunt unusquisq; ad proximū suū. Et Hie-  
rem. ait. Nam & fratres tui, domus patris tui, etiam ipsi pugnaue-  
runt contra te, & clamauerūt post te plana uoce, ne credas, cū loqui  
tuis erunt tibi bona. Hęc vero grauis anime tentatio est, nam  
1. Cor. 15. vt Paulus ait. Corrumpt bonos mores colloquia prava.

In hac re duo nobis dicenda sunt, sicut in superiori: pri-  
mū quantū sit peccatū mundani, qui hæc cōsulit, hæc no-  
mina ac pretia rebus tribuit: secundū quod erit iusto reine  
diū contra hanc tentationē. De primo aduertendū, aliud  
esse diuinā legē frangere, aliud verò legē diuinæ oppositā  
statuere, primū licet malū sit, non tā adeo malū est, ac secū-  
dū. Quale nāq; censeret impudentiā eius, qui in Hispania B  
aliās vellet statuere leges aduersas iis, que à rege latē sunt?  
magnum piaculū est, Dei legē transgredi, sed ingens & im-  
mēsum, Dei legibus contrarias statuere velle. Vae, ait Pro-  
pheta. Qui dicitis bonū malū, & malū bonū, ponentes tenebras lu-  
cē, & lucē tenebras. Secundo, quāta obsecro in Deū blasphe-  
mia est, dedec⁹ dicere legē Dei seruare: Deo obsequi & obe-  
dire: Dei filiū fieri, dicas ingloriū: quid tibi restat, nisi alco-  
ranū prēdicare: si enim que Deus prēcipit vilia sunt, & ab-  
iecta, vilis & abiectus Deus est illa præcipiēs, stultus Deus  
est illa mandās, ex operibus enim persona dignoscitur, nō  
legitur vñquā, tā inuercundū dē monē ac proca cē extitif-  
fe, vt id diceret. Tertio quantū obsecro peccatū erit, moni-  
tis tuis animas à Dei obsequio tollere? Quale censeretur cri- C

mē illius, qui virorū Hispanorū corda sollicitaret, vt à rege  
discessionē facerēt? quale illius, q; reginā sollicitaret in adul-  
terium audi, quā proferat sententiā Dauid aduersus, eū qui  
2. Reg. 12 ouē abstulit pauperi dilectā, Viuit Dñs, quia uir mortis est, quē  
fecit hanc rē, qui sic diligit animā, vt sanguinē ac vitā pro ea  
perfundat, quo tāgetur dolore, cū ei aufertur? Cū iustus viuū  
in ēbrū Chri sit, illud tu rescas, eū à Chio separās, quas cō-  
tra te querelas Christus dicit: tu q; isthęc admittis, Dei inī-  
micus es, dæmonis usurpas officiū ac mun⁹, Satanās es: vin-

2. Reg. 19 dictā suadentibus Dauidi, ait ille, Car hodie effici mibi in

Satanā,

A **Satan.** Hoc nomē impone eis, qui cōſilia peccādi tibi p̄abent. Cū adeo modestus Paulus effet, ad eū tamē, qui hoc efficiebat, ait. O plene omni fallacia, & nequitia, fili diaboli, non *Ad. 1.3.* definiſ ſubuertere uias Domini bonas, & illum excaecauit.

Iam vero ſecundū nobis videndum reſtat, quod nā erit iusto remedium cōtra hanc tentationem, & illud plane eſt, irrideat ille mundi iudicium, audi Paulum id p̄aſtantem, *Mihi pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, aut ab humano die, qui au-* *tem iudicat me,* Dominus eſt. *Quemadmodum enim egregius* *pictor non curat iudicium, quod rusticus profert de imagi-* *ne ab eo depieta, sed illud poti⁹, quod peritissimi pictores* *proferunt, ita tibi peragendum eſt, & quemadmodum no-* *bilis vir dum in torneamentis, & aliis militaribus exerci-* *tiis ſui ſpecimen dat coram rege & vniuersa curia, nihil cu-* *rat, quid infimi de plebe, sed quid rex & magnates ac prin-* *cipes regni dicant, ac iudicent, te rogo, ſi Deo & eius Ange-* *lis places quid tibi cura eſt, quod mundo displiceas? an nō* *inficius nobilis eſtet, qui vt rusticus placaret, regi displice-* *re vellet? insuper hoc mūdanorum iudicium mutandū eſt,* *& illi, vt Sapiens ait, dicēt in aeternū. Ergo errauimus, quādo* *Sapien.* *ergo illorū iudicium attenderes, potius tibi eſtet attēdendū,* *quid in aeternū iudicaturi ſunt, quā quod per momētum.*

Nunc ergo ad te loquor, noſti multa animæ tuæ expedi-  
re, vt ſacramentoū frequentiā, orationē, ac meditationem,  
iniuriarū remiſſiōnē, & ſimilia quā plurima, dic ergo mihi,

C qua ratione viā hanc nō ingrederiſ dices, mūdū timeo, ho-  
mines oblatrantes video, qui mihi detrahunt, en mūdi tea-  
tationē, ſed caue ab ea vinci, obſecro te, ſi te rex vocaret, vt *Simile,*  
multa tibi cōferret beneficia, & diceres, ire nō poſſum, ſed  
qua ratione, quia aīs in via canis eſt mihi oblatrāns, & quid  
mali tibi faccere potheſt? ſolū latrare potheſt, mordere nequa-  
quā, ſed latrat⁹ mihi moleſt⁹ eſt, an hoc dicere auderet? audi p̄ ſimile, vocat te Deus tu⁹, venite ad me omnes, accedi-  
te filij, magna vobis conſerā beneficia, tu verò aīs, oblatrāt  
mihi ille, vel ille, ire non poſſum, an hoc dicere audebis?

Sed & mūdani qui nūc te iudicant, tibi oblatrant, te irri-  
dent, quomodo iudicandi & irridendi erunt? in aeternū

## De Mundo

iusti eos irridebunt, & illi confusione operientur, implebitur q; illud Psal. induantur, qui detrahunt mihi, pudore, & ope-  
Psal. 108. turq; illud Psal. induantur, qui detrahunt mihi, pudore, & ope-  
Deute. 32. riantur sicut diploide cōfusionē sua. Et iterum: Opprobrium semper  
Psal. 51. ternum dedit illis. Et iterum: Tunc uidebunt iusti, & super eum ri-  
debut, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.  
Simile.

S. ap. 5.

3. Reg.  
4. Reg.

In his vero mundi tentationibus illa prēcipue atten-  
da est, quæ honorem ac vindictam spectat, multis hodie  
illud sēpē accidit, quod regibus Israēl contigisse sēpē re-  
gum narrat historia dicens: Veruntamen excelsa non abstulerūt,  
multa perfecit rex ille, & ille bona, sed excelsa demolitus  
non est, sic hodie multi misericordes sunt, orationi & alijs  
operibus piis dediti, sed excelsa superbiæ non abstulerūt,  
vindictæ proposita habent, dic mihi, si iniuria afficereris,  
quid faceres? sed aīs noli interrogare, ne illi peccati occa-  
fio sit, sed te rogo, si peccati occasio sit, an non dæmon in-  
te rogauit? vt ergo dæmoni interroganti respondere no-  
ueris, illud te interrogo. Respondendum tibi est, Dei  
spero mihi gratiam affuturam, vt quod rectum

Deoq; placitum perficiam, vt vin-  
dictam non sumiam, &c.

( . f. )

CON-

A



## C O N C I O . III.

De secundo inimico animæ, Dæmo-  
ne, scilicet.

T H E M A.

*Fratres sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius ve-  
ster diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens  
quem deuoret, cui resistite fortes in fide. 1. Petr. 5.*

B

V A T V O R. Nobis vidēda sunt. Primum, dæmonem inimicum nostrum esse. Secundū quibus rationib⁹ adducatur, vt perpetuas cū homine inimicitias gerat. Tertium, de huius inimici potestate, qua in nos vti potest, vt nos expugnet. Quartū, de illis astutiis, & qua nos ratione aduersus eū munierūt. Primū inimicū esse dæmonē hominum, vniuersa clamat scripture, ex verbis thematis id manifestū est, & Ioan. V. et terræ, quia descendit ad uos diabolus, Apoc. 12. habens iram magnā. Et illius opera in homines id manifeste ostendunt, ille enim fuit serpēs, qui primos parētes decepit, & omne genus humanū in eis perdidit, vnde Sap. 2. di Genes. 3. citur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Ipse qui egressus à facie Dñi decepit Achab, vt iret in Rainot ga- 3. Reg. ul. laad, & ibi caderet, ipse qui accusauit Job coram Deo, & ei Job. 1. intulit vniuersa mala, ipse qui Anam Tobia iunioris vxo. Tob. 3. rē vexauit occisis septē viris, ipse est qui energumenos vexat in corpore, & illi tandem sunt, cū quib⁹ cōtinua nobis pugna est, dicēte Apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus Ephes. 6: carnē, & sanguinē, sed aduersus principes & potestateſ, aduersus mūdi rectores, tewebriarū harū, cōtra spiritualia nequitia in cœlestib⁹.

Vnde nomen dæmonis est inimicus & tēcator, hinc Chrs. Matt. 13: in parabola: inimicus homo hoc fecit, quod explicat Chrs. Do-

Dd 3 minus

## De Dæmone

Matt. 4. minus de diabolo, & Matt. 4. Accedens tentator, id est, Dæmon, & Paul. ait, Ne forte tentaverit nos is, qui tentat, vbi Glosa, id est diabolus, cuius officium est tentare, & Dionys. 4.c. de

Dionys. A. diu. nom. ait, multitudo Dæmonum est causa omnium malorum sibi & aliis. Sed merito dubitare, ac inquirere potes, qua ratione vel occasione Dæmon adducatur, ut perpetuas aduersum nos gerat inimicitias, nec unquam nos impugnare cesset, cum à nobis nihil acceperit mali. Respondeo primâ ac potissimum huius inimicitiae causam esse, odium Dæmonis in Deum, quod maximum est, & durat, ac durabit in eternum, quamperpetuo duriterque à Deo punitur, eique quasi denuo semper vulnera infligit, cum videat se à Deo ita seutere puniri eternis cruciatibus, eo odio Deum prosequitur, ut velle ipsum in nihilum redigere, hinc Ps. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendet semper.

B. Psal. 73. Hoc vero odium non potest in Deum ipsum exercere, nec vultio nre de Deo sumere, id enim videt impossibile esse, videt vero in homine Dei imaginem, quia si ipse Deus est, ab eo summe dilectus, & in pretio habitus, visum Dæmoni est, oblatum ipsum occasionem esse, qua in Deum furorem suum ostendere posset, eique ledere. Si homini multa mala inferat, cum enim dicat Deus prophetam, qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei, Visum est Dæmoni, posse se Deo oculos eruere, si hominem non tangeret solus, sed & perderet, cuius rei & figura, & exemplum extat Tob.

Zach. 2. C. Tob. 1. 1. Cum reversus esset rex Senacherib, fugiens a Iudea plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israël, &c. In hoc enim putauit vindictam se sumere de Deo ipso, si eius cultores & filios occideret, sic Dæmon Deum ipsum perdere vellit, si posset, sed cum id ne queat, in hominem iram contorquet, qui Dei imago & filius est, sicut enim honor imagini exhibitus, ei exhibetur, quem imago representat, ita & dedecus & ignominia iniuria, ei interrogata, ei infertur, cuius imago est, homo ergo à Dæmonie multa mala patitur Dei causa.

Hinc nobis tria colligenda sunt, primum odium Dæmonis in nos perpetuum maximumque esse, quia cum illud in Deo odio fundetur, & hoc summum & immortale sit, itidem erit, quod in nos habet, unde à nostris impugnatione nunquam desinet,

- A** stet, & in ipso inferno dirus carnifex in hominē est, quia in illo Dei imaginē cernit. Si ergo crudelissimus nobis inimicus est, cauē dū nobis maxime, vt nos admonet Petrus iis verbis, quę initio proposuimus: *Fratres sobrii estote et vigilate, quia aduersarius vestris Hinc Iesus. Vnde terre et mari, quia descendit diabolus ad vos, habebitis iram magnam, scilicet quod modicū tempus habet.* 1. Pet. 5.  
Apoc. 12.  
Si ergo nunc te amicus moneret, caue tibi, centum enim sunt tibi in hac ciuitate inimici, summo te odio prosequentes, qui te occidere omnino decreuerunt, qua curate obseruare, domum præcluderes, armis accingereris, maiori cura tibi nunc vigilandum est, sensum portæ custodiendæ, armis muniendus, quoniam innumerit de mones circum dant, vt deuorent, hinc est, quod imparati & incuriosi in numeris sustinent lethalia vulnera ab his inimicis.

Secundū nobis ex supradictis colligēdum est (quod nobis maximo erit solatio) patere nobis diuinæ fores, si ad Deū velimus accedere, vt nobis auxilio sit aduersus Dæmones, cum enim Dei causa nos illi impugnent, ad Deum spectat, nos protegere. Sicut enim Iosue Gabaonitas defensit, eorum expugnat hostes, quoniam ideo illi in Gabaō pugnabant, quod sedes cum Iosue inissent, ita Dei causa hęc est, cū impugnemur propter ipsum, hinc orat Psa. Apprehē Psa. 34.  
Iosue: 15.  
de armis, & scutis, & exurge in adiutorium mibi, & ratione adiunges ait. Quoniam propter te mortificamus tota die, estimatis sumus sicut onus occisionis, exurge Dñe adiuua nos & redime nos propter nomen tuū. Hac ratione nos sāpē monet Deus, ad ipsum ac

**C** edere, ab eo auxilium petere, invoca, ait, me in die tribulacionis, eruam te, & honorificabis me, & ex multis, quę Deū impulerunt, vt in mundū veniret, & homo factus hominibus auxilio esset, vñū hoc fuit, & hac ratione illud Isaías ab eo postulat, dicens: *Attende de celo, & uide de habitaculo sancto tuo, & soioglorie tua, ubi est Iesus tuus, & fortitudo tua, multitudo uicerum tuorum, & miserationum tuarum quasi nihil possederet populus sanctum tuum, hostes nostrí concileauerunt sanctificationem tuam, ut tuam disperges celos, & descederes, &c. Et Iohan. ait, In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli.* 1. Iohan. 3.  
1. Iohan. 3.  
Sicut enim is princeps succurrere debet obesse ciuitati, quę ipsi causa obsesta est, ita

## De Dæmone

Deus in nostri venit auxilium, eius enim causa nos dæmo- A  
nes expugnant. Tertium demum nobis colligēdum illud  
est, summa cura ac studio nobis fugiendas dæmonis tenta-  
tiones, nec illi villomodo cōsentientū, qui Dei odio nos tē-  
tat. Si nunc vxor summe à viro dilecta sollicitaretur ab ini-  
mico viri sui, vt cū eo adulteriū cōmittat, & illa probe nos-  
set, non sui amore illū duci, vt eā sollicitet, sed odio viri sui,  
vt illū summa afficiat iniuria, cum ea potitus fuerit, an nō  
hūc maxime illa fugeret, ac declinaret? Sollicitat animam  
tuā dæmon, vt adultera sit, sed num eius amore ducitur? nō  
certe, sed Dei odio, q spōsus tuus est, an ei aures p̄ebabis?

Secunda causa inimicitię dæmonis cū homine est, super- B  
bia, & inuidia illius. Superbia illius adhuc durat, & Deus  
haberi vult, & vt Deus adorari & coli, & hominē posside-  
re. Sūma etiam in nos inuidia mouetur, nec ferre potest, vt  
homo, qui terra est, eas possideat sedes, quas ille vacuas re-  
liquit, & ideo hominē maximo p̄sequitur odio, quia illo tē-  
dere potest, & adeo iniquū hoc odiū est, vt oret Psal. Refi-  
ce inimicos meos, quoniam odio iniquo oderunt me. Sed quid est  
odiū iniquū? Respondetur odiū quo alteri malū volo, sed  
propter bonū meū, vel quia me ille lāsit, licet malū sit, nō  
tamen adeo malū est, sed illud prorsus malū, & iniquum  
odiū est, quo alteri malū volo, etiā cū mihi inde nullū bonū  
proueniat, imo vero etiā malū, nec ego illū lāsi vñquā, &  
huiusmodi est odiū dæmonis inuidi, qui dānationē vult no- C  
strā, cū inde nullū sibi bonū proueniat, imo malū, dū pœ-  
na accidēt alis ei augetur ex quolibet damnatorū, nec a no-  
bis quippiā mali accepit, adeo ergo iniquo odio nos prose-  
quitur, vt nobis malū inferre velit, etiam si sibi malum in-  
ferat, similis factus inuido illi, quē refert Glossa, petuisse vt  
sibi oculus erueretur, vt inimico ambo erueretur oculi. Pla-  
nè mirandū, quomodo in dæmonē non moueris maxima  
ira. Vides inimicū, & ira exardescis, sanguis ebullit, quomo-  
do in trūcū etiissimos hostes dæmones ira nō moueris: au-  
dit David Goliath ex p̄brātē agminib⁹ Israēl, & iratus ait.

Reg. 17 Quis est iste in circueſus, q̄ aū ſt̄ ex p̄brare exercitui Dei uiuetis?  
dæmonis ira odiū & inuidia cōtra te, te moueat, vt eū dete-  
ſteris, & fugias. Iam

- A** Iam tertium nobis videndum est, quæ sit dæmonis potestas, aduersarij enim potētia & astutia eū facit formidabilem, dæmon vero cū sit natura superior homine, viribus & astutia hominē longē superat, vt Bern. dicat, quod corā te bestia, hoc tu corā dæmonē es. De eius potentia mira Deus dicit Iob sub nomine vəhemot. Et tandem nō est potestas super terrā, Job. 40. quæ cōparetur ei. Et prēterea sciendū est, licet multa sit præditus potestate, ea tamē vti non posse, nisi secundū diuinā ordinationē, quę ei modū imponit, vt nō patiatur nos tentari supra id quod possumus. Et hinc illud procedit, quod Chrysost. in opere imperfesto. to. 2. ho. 5. & D. Th. 1. p. q. Chrysost. 114. art. 5. aiūt, superatū dæmonē ab homine, arceri adeō D. Tho. per aliquid tēpus, ne hominē impugnet, vt homo quiesce re, & vires refumere valeat, quod colligunt ex illo Luc. 4. Cōsummata omni tētatione, diabolus recessit ab eo usque ad tēpus, quia vt dicit Chrysost. non tandem diabolus homines tentat, quandiu vult, sed quandiu Deus permittit, qui & si permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam, inde Iacobus ait, Resistite diabolo, & fugiet à nobis, Iacob. 4. qui vero fugit, ab impugnatione cessat.
- De dæmonis ergo potētia primo sciendū nobis est. Ad peccatū cogere nos nō potest, hoc manifestū est, cū enim nobis dicatur, ei resistendū, manifestè patet, illū non posse cogere nos, hinc Petr. Cui resistite fortes in fide. hinc Paul. Vt 1. Petr. 5. potis stare in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et idē Pau. Ephes. 6. Nolite locū dare diabolo. & huius rei ratio manifesta est, natu Ephes. 4.
- C** ra enim ac conditio volūtatis nostræ adeō est ingenua fortis ac generosa, vt null⁹ eā cogere valeat, cū enim natura sua libera sit, libere eam operari necesse est, & sicut natura naturaliter & necessario operantur, quia operatio naturalis sequitur, ita libera volūtas libere operetur necesse est, & si libere operatur, cogi nō potest. hinc Aug. lib. 50. hominiliorū, ho. 12. ait, est à dextris præcipiēs Deus, à sinistris tētans Satanas, homo in medio cōstitutus, nō diabolus cogēdo, sed suadēdo nocet, Dei est auxiliari, nostrū vero eligere, vel reprobare quod suggesterit. Et si dæmō nos cogeret, pecatū non esset, quia vt Aug. in tribus libris de libero arbitrio Aug.

## De Dæmonie

Rom. 7.  
Chrysost.

trio probat ex paulo, peccatum volūtarium esse debet. Si A  
enim, ait Paul. Quod odi malum illud facio, iam non ego operor  
illud, ex quo multa & optima colligit Chrysost. in homilia  
illa quinti tomī, nemo lēditur nisi à scipso.

August.

Sed ais, si cogere me non potest, nihil potest, dico pri-  
mo cum Aug. debilis est hostis, qui non vincit nisi volen-  
tem. Præcipue vero debilior per Christum redditus est,  
qui eum ligauit, vicit, & infirmum reddidit, vt ipse Anto-  
nio confessus est, referente Athanasio.

Adhuc verò multa Dæmō potest. Ex quibus illud pri-  
mū est, quod voluntati nostrę multa proponere potest, qui  
bus eā alliciat in peccatū, sic Christū Dūm tentauit, ei pro-  
ponens panem, inanē gloriā, & omnia regna mundi. Atū B  
Philosophi morales, duo sunt, quā voluntatē mouent, pri-  
mū illa ab intrinseco se mouet, vt velit, sicut enim manū  
mouet, ita & seipsum, sic vero illa solum se mouere potest,  
& Deus, ab extrinseco vero mouetur ab obiecto, & sic nō  
Dæmon solum voluntatē, sed & homo qui ei obicit am-  
bilis, hoc vero præcipue & potiori modo Dæmō efficit, qui  
arte sua nouit optime res depinguere, ac exaggerare supra  
id, quod natura sua sunt, & sic nobis pingit bona ali-  
qua, delectationes, honores, diuitias, ac si diuina quēdā es-  
sent, & multā in se cōtineant fœlicitatē, vt nos decipiat, sic  
suisit Euā, maxima in pomo vetito bona abscondita esse,  
& Esau, in lēticulis, quoties ergo in corde tuo persenseris,  
aliquid tēporale & caducū exaggetari, magni duci, mirabi-  
lē cōtinere suavitatē, opus illud Dæmonis est, te decipere C  
volentis. ¶ Licet ergo sic mouere voluntatē Dæmō possit,  
non tamē cogit, vna dūtaxat res est, que voluntati proposi-  
ta manifesta visione potest illā necessario mouere in sui di-  
lectionē, & hæc est, bonitas & pulchritudo diuina, quā si  
anima clare videat, non potest non diligere, quia ibi omnis  
ratio boni est, nec quid extra illā querat, voluntas habet, &  
hinc sapienter colligas, remediū videbis facile contra hæc  
primā Dæmonis potestatem: obiiciat ille, & sub oculis tuis  
teis proponat omnia, quā voluerit, dicere ei poteris, quid  
omnia ista sunt, si cum diuina bonitate conferantur, quāmita

**A**mitto, si tibi assensum præbeā, sic ergo Dæmoni respōde,  
sit quale dicis, quod mihi proponis, sit duplo melius, sed  
in infinitum Deus melior est, quem si relinquam huius rei,  
quam proponis causa regnum relinquo, ut dipondiū ha-  
beam, primogenitaram, ut paruas lenticulas habeam, di-  
cunt insipientes quidam, ut Propheta ait, *Benedictus Domi-  
nus; duites facti sumus*, & amiserant hi Deum, greges vero  
lucrati fuerant, lucratus es numos, & Deum amisisti, & di-  
cis, diues factus sum: quid amiseris, & quid lucratus fue-  
ris, considera, & videbis, pauperem te effectum, non diui-  
tem, quod enim lucrum esse potest Deo amissio?

Zacha. 1. 1.

Secundo potest Dæmon imagines & similitudines re-  
rum etiam absentium intra imaginatiuam vim consilien-  
**B**tes mouere, ita de se fatetur Hieronymus, quod cū in Beth Hierony.  
lehem esset, ei Dæmon proponebat choros virginum, que  
Romæ choros ducebant, & huius rei externa exempla no-  
bis necessaria nos sunt, cum experientia nobis notum sit,  
plura huiusmodi in nobis effici, dum enim orare volu-  
mus innumeras congerit Dæmon rerum similitudines,  
quas nobis proponit, ut impedimentum orationi sint.  
probat vero D. Tho. potestatem Dæmonis ad hoc exten- D. Tho.  
di, quia potest illa quicquid motu locali effici potest, haec ve-  
ro cogitationes sepius in nobis efficiuntur ex humorum mo-  
tu ac reuolutione, ut probat Aristoteles libro de somno &  
vigilia, vide D. Thomam. 1. p. quæst. 111. art. 3. Arist.

**C** Remedium contra hanc Dæmonis potestatem est, sin-  
gularis deuotio, & accessus ad custodem Angelum. Con-  
tra Achitophel mittitur à Davide Chusai, cum ergo mole-  
flissimas in te videris cogitationes, quæ te in peccatum tra-  
hant, Angelū inuoca custodē qui Dæmonē arceat, ac liget.

Tertio potest Dæmon humores mouere hominū, eosq;  
ut ita loquar, alterare, ac spiritu vitales, & animales, potestq;  
calore, frigiditatē, humiditatē, ac siccitatē efficere, sangu-  
inem mouere, cholerā cōcitare, ex quibus prauē ac fortes in- Beda.  
surgunt cogitationes. Vnde Beda & Damascen. quos citat Damascen.  
D. Th. 1. p. q. 111. ar. 2. dicunt, Dæmon est incēsor, & immi D. Th.  
sor malarū cogitationum, & Aug. ait, Dæmon se immiscet Augusti  
sanguini.

## De Dæmonie

sanguinibus hominū, ad excitandā concupiscentiā, in ali- A  
quibus sanctorum historiis legitur, misere dæmon quasi  
inferni calorē in eorū corpora, vt eos in malū prouocaret,

Greg. & de beato Benedicto refert Greg. 2. dialog. semel ita dæ-  
monis arte incēsum, vt parū absuerit, quin ad sāculum re-  
diret, & sic intelligit Aug. illud Pauli.

Aug. Datus est mihi stimulus 2. Cor. 12 carnis meæ, Angelus Satane, qui me colaphizet, incendebat  
enim in eo dāmō cōcitatīs humorib⁹ vehemētē cōcupis-  
cētię spiritū. Sic etiā somnū & grauedinē cōciliat, cū in ora-  
tione es, sic timorē incutit, lātificat nimijū, vel cōtristat, hēc  
enim omnia ex motu locali humorum effici possunt.

Hæc tētatio cū adeſt, vehemens nimijū est, & magna po- B  
ſtulat remedia, de sanctis legim⁹, ſpiritu fortitudinis duetos

Greg. res egile admiratione potius, quā imitatione dignas, ſic ſe-  
beatus Benedictus vepribus volutauit, donec tētatio abſ-  
cessit, vt Greg. ait, alij infrigidissimos lacus, vel niues ſe im-  
Hierony. ſerūt, dū hæ vigent tētationes, ait Hierony. p̄aſt ſtoma  
chū dolere, quā animā, & corpus infirmū in leſtū decidere,  
quā animā perire, & ideo tunc cum Iosaphat humiliter ad

2. Par. 2 o. Deū accedendū eſt, & dice dū: cū ignoremus, quid agere debea-  
mus, hoc ſolū habemus residui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Et  
ytendū eſt asperis & grauioribus corporis afflictionibus, li-  
cet in diſcrimē adducatur corporis integra valetudo, p̄a-  
cipue dū corporis vires vigent, & iuuat ſensualitas dæmo-  
nem.

Pallad. De Euagrio Palladius memoria prodiſit, cum ſe ni-  
miū affligeret, ac corpus maceraret asperriſmis laboribus,  
vt vehementibus paſtionibus occurreret, dixit ei vir Dei, C  
quiesce pater, & ille respōdit, quiescāt paſtiones, & quieſ-  
cam ego: ſi deſides & infirmi fuerimus, cum hoc bellū im-  
minet, ſuperandi omnino ſumus, cū ergo inimicū nos ma-  
nifeſte expugnanteſ intuemur, & vulneranteſ nos, nos  
op̄ertet strenue pugnare, remediiſq; vt grauioribus, quo-  
niam grauius nobis imminet diſcrimen & bellum, reme-  
dia enim mitiora ſatis nobis ſant, cum facile tentamur, at  
cum grauiter, cauendum maximē, pugnandum acriter.

2. Cor. 2. Potentiā dæmonis explicuimus, attutias nūc eius videa-  
m⁹, poſſim⁹ vt cū Paul. dicere: Nō ignoramus cogitationes ei⁹,  
nec

**A** nec enim minus timenda hostis astutia est, quam potentia, nec minus debellavit Troadas astutia Vlissis, quam fortitudo Achillis: hinc Cicero ad Plancum, itaque Homerus Cicero. non Aiacem, neque Achillem appellavit Ptoliporcon. id est, urbium expugnatores, sed Vlissem, hinc Sapiens: Melior est sapientia, quam uires, & uir prudens, quam fortis. Augustinus tracta. o. in Io innem, diabolus dictus est draco & leo, leo propter apertam iram, draco propter occultas insidias. Has ergo explicare oportet, eisque attendere necesse est, quoniam occulte sunt, hinc Iob: Abscondita est Lobi. 18. in terra pedice eius, & decipula illius super semitam. Et Psalt. in Psa. 139. uia hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.

Prima dæmonis astutia illa est, de qua Gregor. 29. mo-

**B** ral. c. 14. in illud per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram, ait Greg. hostis namque callidus quos iustitiae luce enitescere conspicit, eorum metes illicitis desiderijs inflammare contendit, ut plerumque plus se uigritentationibus sentiant, quam tunc cum lucis internæ radios non videbāt. Vnde & Israëlite postquam vocati sunt, contra Moysen & Aaron de excrescente labore conqueruntur, dicentes: Videat Dominus, & iudicet, quoniam sceleris fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & præbuitis ei gladium, ut occideret nos. Volentibus quippe ex Aegypto discedere Pharaon paleas subtraxit, & tamen eiusdem mensuræ opera requirebat, post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem diuini muneris, temptationis Exod. 5.

**C** certamen augetur. Nimium ergo dæmon curat incipientibus viam Domini obſcula apponere, ne altas in virtute radices ponant, & sic eos postea eradicare non possit, illud vero est cum Herode curare Christum infantem occidere. Incipies nunc virtutis viam arripere, videbis continuo plures tibi peccandi occasiones offerri, & proponi tibi à dæmons innumeræ viae huius difficultates, & cum aliquam ex eis videris, terret te dicens, illam per uianam vitam duraturam, quæ longissima erit, sic patri Ignatio viam salutis incipienti dixit, quomodo haec & haec suæ sinebis per sexaginta annos, quibus vixturus es? Contra Matth. 22. hanc.

## De Dæmone

- hanc dæmonis astutiam , duplex tibi remedium adhiberi A  
dum est, primū, astutus dæmon astutia sua te superare cu-  
rat, esto tu astutior eo, ipse serpens est callidior cunctis  
animantibus , quæ sunt super terram, esto tu ille de quo  
Genes. 3. dum est, primū, astutus dæmon astutia sua te superare cu-  
rat, esto tu astutior eo, ipse serpens est callidior cunctis  
animantibus , quæ sunt super terram, esto tu ille de quo  
Prou. 14. Sapiens: innocēs credit omni uerbo, astutus cōsiderat gressus suos,  
considera ergo, vbi ponas pedes tuos, caue occasiones, ca-  
Prou. 27. ue laqueos, & idem Sapiens: Astutus uidens malum, abscondi-  
tus est, parvuli per transversest Justinierunt dispensia, quid est, ab  
Simile. scondit se? seruauit se, muniuit se. Sicut enim arbores recēs  
in sitæ multa cura seruandæ sunt, multa in circuitu earum  
ponuntur, quæ illas seruent, facile enim tunc eradicari, aut  
destrui possunt, ita cum in via Dei nunc veneris, infirmū  
te cogita, ac debilē, absconde te, videns mala multa, quæ te  
expugnare possunt, time, fuge, & declina pericula. Secun-  
dum vero sit, noli inimico credere suadenti semper hanc B  
Dei viam difficilem tibi futuram & asperam, mentitur  
enim tibi, non semper aspera erit, initio quidem aliquid  
inuenies laboris, ac difficultatis, tū propter prauos habitus  
iter tuum impediētes, tum propter minorem gratiæ vim,  
sed cū paulatim in via Dei processeris, virtutis habitus ge-  
nerabitur, qui faciat, ut latè facias, quæ nunc gemens ope-  
raris, & maiori concessa tibi gratia, illud efficietur. Erunt  
Prou. 1. praua indirecta & aspera in uias plena, sed quando, inquis, hęc  
Prou. 4. erunt? certè cum ingressus fueris iustitiae vias, audi sapien-  
tem, qui illud dicit manifestè. Viam sapientiæ monstrabo tibi,  
et ducam te per semitas equitatis, quas cum ingressus fueris, non  
arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Nō C  
arcta eris in via Domini, initio arcta est, sed postea lata,  
& dulcis, sicut cum nouam induis vestem, arctaris, & an-  
geris, sed post diem unum vel duos, cum tibi atata vestis  
est, sine ulla difficultate eā gestas, ita induimini Dominū no-  
Rom. 13. strum Iesum Christum, ut Paulus ait, & licet initio tanquā ve-  
stis noua vos coarctet, sed cito coaptabitur uestis hęc, faci-  
leq; ac suauiter portabitur, duo serpēs antiquus suidere ho-  
minibus curat, viam vitiorum facilem esse, contra viā vir-  
tutis difficultem, ut ab hac deterreat, & in illam inducat, sed  
in utroque megitur, nam & ipsi impij fatentur. Ambulan-  
Sap. 5. mas

**A**mus uias difficiles, & iusti dicunt: In via testimoniorum tuorum de **Simile.**  
lectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Solent domorum artifices opus aliquod facile factu dicere, & paruis impensis fabricari posse, illud vero dicunt, non quod ita se res habeat, sed ut fabrica domus incipias, postea vero plures sumptus facere cogaris ita dæmon facile peccatum esse tibi dicit, nec difficile ab eo exitum, nec difficile obtinere, quæ uelis suadet, sed facile indicit viam ad honores obtinendos, ad virginis voluntatem tibi inclinandam, hoc vero ille dicit ut te decipiatur, & opus inchoare faciat, in quo postea plures inuenisti labores, quæ initio putaueras. Ut vero ab opere Dei censes, omnino curat, ideo impossibile esse dicit, sed caue ab impostore tanto, Dei enim opus facilius perficies, & minorib<sup>z</sup> sumptib<sup>z</sup>, diaboli vero pluribus,

**B** Secunda dæmonis astutia, de qua Greg. loco superius citato in illud Diuiditur astus super terrā, diuiditur ait, quod rimatur dæmon debiliora, ut illa pte hominē aggrediatur qua illū videt infirmum, ad eū modū, quo expugnaturus urbem illam circuit, & muros considerat, vt ea parte aggrediatur, qua murus debilior est, ita dæmon circuit, querens quem deuoret, illud circuit, est, ac si diceret, considerat vniuersa per circuitū, ingenium tuū, ac statū, naturā, ac inclinationē circūspicit, & vnuquenqz tentat, ei obiiciēs peccata, in quæ facilis natura sua, aut statu incidere potest, sic cū esuriit Chrs Dñs, ei panes proponit, sic sanguineis & latis proponit vitiū carnis, tristibus ac melancholicis amaritudines, scrupulos, timidis multas proponit difficultates in Dei via, ma-

**Greg.****Simile.****Matth. 4:4**

gnanimis dicit Deū minora nō curare, iracundis proponit rixas, odia, flegmaticis torporē & vecordiā. Senibus, quia pusillanimes longa reddit atas, auaritiā proponit. Iuuenibus, qui nimis confidentes sunt, prodigalitatem. Sapientibus superbiam, rudibus ignorantias, diuitibus delicias, pauperibus inuidiā, rectoribus tyrannidem, inferioribus odia. Hac arte plures ille deicxit, nec tā facile peccatum vitiūqz cognoscitur, quoniam naturę tribuimus, quod vitiū est. Ut huic astutiae dæmonis occurras, oportet, probet te circunspicere te ipsum, & infirmiora tua nosse, & attendere, quæ vitia tibi

**proxim.**

## De Dæmone

Arist.

Simile.

Genes. 2.

proxima sunt, vel ratione naturæ & ingenij tui, vel mune- A  
ris, aut alterius rei causa, & ab illis maximè cauere, & in ex-  
tremum alterum declinare, hoc vero Aristoteles lumine so-  
lo naturali docuit, & est abnegatio illa, qua Christus Do-  
minus iterato repetiit, quæ vñica nobis in salute in æternā  
via est. Quemadmodum enim cum nauigium periclitatur,  
quod nimirum onus quod ex hac parte est, illud sub-  
mergit, curant nautæ, onus in aliam partem deducere, sic  
cum natura aut cōditione tua te videris in vitium aliquod  
procluem, aut facilem, in alteram tibi inclinandum est par-  
tē, in hoc enim vis, vitaque animæ conspicitur, sicut enim  
viuus pescis in hoc dignoscitur, si contra iustum fluuij con-  
etur, & natet, mortuus vero ab aqua dicitur, quo illa præ-  
terfluit, ita vita agnoscitur animæ, si aduersus ingenij ac na-  
turæ inclinationes nouerit enatare. Tertia dæmonis astu- B  
tia est, hominibus suadere multa, quæ natura sua peccata  
non sunt, quibus tamen admissis innumera procedunt in  
animam peccata, & hæc suadet ille facile, quonia[m] ma-  
nifesta peccata non sunt. Diuitias querere malum nō est,  
nec enim illæ male sunt. Iodus malus non est, cum aliquan-  
do licitus sit, & honestus, nuptias desiderare virginem, ma-  
lum non est, ornare se, malum non est, semel duntaxat in  
anno confiteri malum non est. Scit dæmon, neminem re-  
pente fieri summum, & ideo non statim peccata grauia  
proponit, sed ea, quæ natura sua indifferentia sunt, vt  
ea, quæ diximus, & si peccata proponit, primum leuia  
obiicit, non grauia, fulta leuia, non grandia, non adulte-  
rium, sed affectum benevolentiae nimium, non mortalia C  
peccata, sed venialia, ex quibus tamen ad grauissima pec-  
cata hominem facile deducit. Quod fiant peccata, vt diui-  
tiæ acquirantur, quis dicendo enumere: et Quot in ludis per-  
petrentur crimina, quis numerando censeat? & ita in reli-  
quis. Contra hanc astutiam illud tibi remedium sit, non so-  
lum caue ab eo, quod manifestè peccatum est, sed & ab eo,  
quod prope peccatum est, non solum ab amore, & igne ca-  
uendum, sed nec proximè accedendum, nec in Sodoma  
consistat, nec in omni circum regione, sic Angeli dixerunt  
Loth:

A Loth. Quid enim mihi proficiet dicere, vinum natura sua malum non est, si mihi est, quia lateris dolore laboro: vides innumerata te admittere peccata in ludo, in acquisitione substantiæ: quid prodest dicere, hoc malum natura sua non est? &c.



C O N C I O. II.

De Dæmon e animæ inimico, quæ est quartahuius tractatus.

B

T H E M A.

*Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium  
oris eius quis intrabit? portas vultus eius quis aper-  
riet? Job. 41.*



N T E R Magnalia, de quibus ille loquens  
Iob gloriatur, illud vnum est. *Nūquid illudes ei, Iob. 46.*

C  
vehemot, scilicet, quasi aui, aut ligabis eū ancillis  
tuis? quasi dicat, hoc tu efficere non vales: effi-  
ciam vero ego, ligabo ego eum vt auiem, & pue-  
ris tradam in ludum, & ancillis meis, animabus, scilicet iustis  
ligatum eum tradā, vt ei insultent, & ei illudant, vt illud Psal.  
impleatur. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Ligauit  
fortem armatum Christus Dominus, vt omnes ei illudere  
possimus, sed præcipue traditus est ligatus ancillæ illi, quæ  
ait. *Ecce ancilla Domini, que sibi usurpare potest verba illa filij.* Luc. 11.  
Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. *Nihil Luc. 1.*  
enim in Maria dæmon habet, in nullo, vel in minimo ea læ-  
dere potuit, nulla potentia, aut arte eā nocere valuit, eius nūc  
open imploremus, &c.

Gregor. 30. Moral. cap. 28. in verba, quæ initio usurpa-  
vimus ait, Leuiathan iste aliter religiosas hominum mentes,  
aliter vero huic mundo deditas tentat: nam prauis mala, quæ  
Ee desiderant,

## De Dæmone animæ inimico.

desiderant, aperte obiicit: bonis autem latenter insidians sub A  
specie sanctitatis illudit, illis velut familiaribus suis iniquum  
se manifestius insinuat, istis vero velut extraneis cuiusdā qua-  
si honestatis prætextu se palliat, vt mala, quæ eis publicè non  
valet inferre, tecta bona actionis velamine subintromittat.  
*2. Cor. 11.* Hinc Paul. ipse enim Satanas transfiguratus in Angelū lucis, hāc  
*Iosue. 5.* transfigurationē Iosue timuit, quando vidēs Angelum, cuius  
esset partis inquisivit dicens: Noster es, an aduersarius tuus? Diuina  
vero gratia iustis ostendit faciem huius Leviathan, & induit  
tum, quo tegitur tollit, quo ille se occultare volebat. In mediū  
vero oris eius intrare est, calliditatis eius verba penetrare, vt  
ne quaquam pensetur, quid resonent, sed quo intendant. Nō  
*Gen. 2.* intravit Adā in mediū oris eius, quādo intentionē persuasio- B  
nis illius cautē pēsare neglexit, diuinitatē se per illū accipere  
credidit, & immortalitatem amisit. Hæc Greg. Portas, addit  
Dñs, vultus eius, quis aperiet: velutū astutis vultū portis obii-  
cit, sed Dñs illas electis aperit, vt agnito illius vultu, fugiant, ac  
declinet: nūc ergo has aperiamus nos portas, indumentū fa-  
ciei tollamus, & astutias illius manifestemus, diximus supe-  
riore concione tres earum, nūc reliquias dicamus.

*Job. 30.* Quarta ergo dæmonis astutia est, hominem diurna tēta-  
tione vexare, & tēdio obruere, vt sic in desperationē, & diffi-  
cili-  
cita-  
cita-  
cita-  
cita-  
cita-  
*Simile.* dentiam eum ducat, suadetq; nō ipsum ad Deū pertinere: cū  
tentationē ab eo nō tollat. Hinc Job ait. Clamo, et non exaudi-  
me, sto, et nō respicis, mutatus es mibi in crudelē. Hæc vero non C  
ita se habet, nec enim nobis Deus crudelis est, sed aliquando  
diurnis egemus tētationibus, vt superbia cordis nostri peni-  
tus eradicetur, nosq; ipsos agnoscamus, & nō simus fidētes in  
nobis in Deo vero tūc maximē sperandū, fidendūq; est. Nō  
minima ducis fortitudo putatur, cū castellū ab inimicis circun-  
datū, & cōtinuis machinis impeditum per multa tēpora custo-  
dit, ac defendit, & magna illū corona expectat: nō ergo mini-  
ma fortitudotua cēsenda est, si diurna vexatus tentatione  
cor tuū Deo seruasti: nec ideo te à Deo derelictū credere de-  
bes, quod diu tēteris, inō maximē protectū, si enim ab eo de-  
relictus es, nec ad momentū stetis, astitit tibi Deus preci-  
pū auxilio, cū diu steteris, nec inimico succubueris. Sed aīs,  
dura

## De Dæmonie animæ inimico. 218

- A dura, & diuturna pugna ista est, quādo finienda? Corona eterna est, nō mirum diuturna sit pugna, longa tibi nunc apparet, cū breuis sit, cū in cælesti regno fueris, videbis nullā fuisse, & dices cū Paul. Momentaneū, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate eternū gloria pôdus operatur in nobis. Finietur verò lucta atq; tētatio, quando, tibi cōueniens fuerit, tu nō litēpus præscribere Deo, vt Israël fecit, cū Holofernes circumdaret Bethuliā, dicens: Si quinq; diebus auxiliū nobis nō uenerit, Iudith. 8. trademus ciuitatē, quibus Iudith ait. Qui estis uos, qui tētatis dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius, qui iram excitet, & furorem accendat, posuisti vos tēpus miserationis Dñi, & in arbitriū vestrū diē constituitis eis.
- B dicamus, vt secundū voluntatē suā, sic faciat nobiscū misericordiam suā. Sicut ergo terminū mari ponit, & nō præteribit, & dixit: Vsq; huic uenes, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Ita 105. 38. terminū ponet tentationi, & dæmonū potentia. & dicet, sat is est, tace, obmutesc, quiesce mare, & cessabit à feruore suo, & statuet procellam eius in auram, & filebunt fluctus eius. Psal. 106.
- Quinta dæmonis astutia est, abominabiles ingerere tentationes, turpissimasq; , vt iustus eō se magis derelictum putet, quā credit, alios talibus temptationibus non vexari, seq; omnino deperditū credit: hac ratione tentationes infidelitatis, blasphemias, & turpissimarum rerum obiicit, quibus animā vexat putantem ea à se ipsa esse, cum à dæmonie procedant. Solent Simile,
- C aliquando hostes in hostium castra mittere venenata quādā, & factida, de quibus tair en illi nihil curant, sed à se projiciūt, ita dæmones in corda nostra mittunt huiusmodi tentationes, de quibus nobis aliud curandum non est, quām à nobis illas proiicere, scientes, non coquinari nos, si nobis non dominantur, eisq; consensum præbeamus. Hinc Psal. Psal. 18. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Tentationes huiusmodi molestæ quidem sunt, non tamen in periculum & discrimen nos trahunt: ipse nanq; moeror, & tristitia ex eis ingenitus ostendit longè à consensu animum esse. Vides aliquando castam fœminam epistolam accipere, qua in malum sollicitatur, si forte epistolam legat, & relegat, eaq; delectetur in discrimen eius Simile,

## De Dæmone animæ inimico.

castitas facile deueniet, & dices id videns, non procul à consensu in malum illa est. Si vero epistola inspecta doleat, tristetur, lachrymetur, eam rumpat, & disunipat, ait, casta mulier hæc est, longè à luxuria cor illius: quid omnis cogitatio, que nos in malum prouocat, nisi epistola dæmonis est, qua animæ castitas tentatur? cauendum maxime à temptationibus illis, quibus animus delectatur, quibus sibi dulcescit, huiusmodi temptationes sunt vindictæ, luxuriæ, & similes: illæ vero, que animo mœstiam & dolorem pariunt, periculo vacant, nec in eis animæ castitas periclitatur. Ne ergo mireris, si huiusmodi temptationibus vexeris. Christo enim Domino temptationem obiecit dæmon omnium pessimam, ut scilicet Deus cum esset, dæmonem adoraret, nulla inter temptationes huic similis, nulla magis abominanda, nec tamen vlo modo Christum infecit, ne ergo te inficiendum credas, quod temptationem sustineas abominabilem, cōsensu enim anima inficitur, non vero temptatione.

Psal. 75. Sexta dæmonis astutia est, scrupulos ingerere, quibus animi tranquillitas, paxque turbetur, in qua Deus libenter habitat, quia ut Psa. ait. Factus est in pace locus eius. Et vero scrupulosa conscientia dubia leui de causa, nimisque anxia vexataque, acquiescere non valens, scrupulus primeua sui significatione est laillus minutus intra calorem constitutus, qui ledens pedem affigit ambulante: per metu' horam vero transferitur ad res agendas, estque angor, & paucor conscientiarum, qui sollet occupare homines natura pusilliories, ac pauidos: his vero scrupulis mens turbatur, & dulcedo spiritualis vita tollitur, & pax illa Dei, quæ exuperat omnem sensum, & nenius mens occupata à profectu impeditur spirituali, & quamvis scrupuli à melancholia procedere soleat, dæmon tamen illos vel auget, vel ingenerat, ut mentem turbet, & eius pacem ac profectum impeditat. Esse vero hunc animi motum à dæmonicæ, non à Deo ostendit animi turbatio, & anxietas, hoc differt naturalis motus à violento, quod naturalis, cum ab intrinseco procedat, suauis est, insuavis violentus, quia ab extrinseco est: adhunc modum motus, qui à Deo procedunt, qui auctor naturæ est, & animæ illabitur, dulces sunt, quasi innati, & summa

## De Dæmonie animæ inimico. 219

- A & summa cum animi pace, ac tranquillitate, qui verò à dæmo-  
ne insuaues, & animo aduersi, illum lædentes, ac pungentes,  
hoc verò significatum est, cum Dominus Eliæ se ostendere 3. Reg. 19  
voluit, venit enim spiritus grandis cōterens petras, & deinde  
commotio, & demum ignis, & in his Dñs non erat. Venit  
deinde spiritus aure tenuis, dulcis, pacatusq; & ibi Dominus,  
quia Domini spiritus suavis in omnibus est, etiam cum con-  
tritione, ac dolore animum pulsat, lachrymas efficit dulces.  
Quoties ergo senseris mentem turbari tuā, agitariq; ac quasi  
ab extrinseco moueri, dæmonis credi impulsu cū esse, noli  
ei acquiescere, noli credere, pater mendacij est ab initio, men-  
dacia tibi loquitur. In his verò regula illa certa est, quām Sil-  
uester verbo scrupulus refert tradidisse defunctum virum re-  
ligiosum amico viuenti, consule, ait, virum doctum & pium,  
maximè confessarium, & ei pare, ac obtempera, & securus  
eris: ille enim rationem redditurus est eius, quod præcepit,  
à te verò ratio alia non exigitur, quām si paruisti, & ob-  
temperasti, hinc cum quidam vir obediens defunctus esset,  
& cum interrogaret licet mortuum pater spiritualis, quomo-  
do in Dei iudicio cum illo auctum esset, respondit, ego iudi-  
cium non subiui, quoniam obediens fui: & obediens non iu-  
dicatur, quod sic accipendum est, ut mitissimè iudicetur, &  
in his, in quibus obedit, ab eo ratio non exquiratur, quare ea  
præstiterit, solo enim hoc verbo respondere poterit, obedi-  
ui: quemadmodum enim in principis domo, quando infe-  
rior minister aliquid fecit, & interrogatus à principe, cur ita  
fecerit, respondet, & eonomus domus mihi id præcepit, hoc  
se responso tuerit, videat verò & eonomus, quid præcipiat:  
ita cum in iudicio interrogatus fueris à Deo, cur hoc, vel illud  
feceris, satis superq; respondebis, cum dixeris, feci, quod mi-  
hi præceptum fuit ab eo, qui vices gerebat tuus: ille verò eius,  
quod præcepit, rationem reddet. Hinc Paulus. Obedite Hebrei 13.  
præpositis uestris, & subiacete eis, ipsi enim per vigilant, qua-  
si rationem pro animabus uestris reddituri. Et multò gratior  
Deo eris, & coram iudicio eius securior dicens, hæc & illa  
præstisti, & hæc confessus non sum, quia credidi aliorum iu-  
dicio, quod longe potius erat, quām meum obediui eis, sub-

Ec 3 didi

## De Dæmonie animæ inimico.

didi me illis, quām si dicas contra aliorum iudicium hoc, vel A  
iudicium præstigi, præponens iudicium meum eorum iudicio, mihi magis credens quām illis.

Septima Astutia est, qua suadet hominem dæmō, vt mutet statum, vel exercitium, in quo bene se habet, & aliud assūmat, quod nunc illi conuenientius appareat, re tamen vera nō est. Sic solent venatores ac pescatores perstrepercere, vt pisces, & lepores egrediātur à cubilibus suis, in quibus securi sunt, vt cum inde prodierint, facile capiantur: magna ergo in his adhibenda nobis cautela est, nec facile mutandus status præcipue si perfectionis est, nec reliquanda exercitia virtutis bona, in quibus proficimus, vt aliis vacemus, quæ forsitan non ita nobis conuenient. Hinc Sapiens: *Si spiritus potest, item habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.*

Eccles. 10. Et Paulus ne defraudamus collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appro-

D.Tho. pinquantē diem, ubi D.Th. ait, Tripliciter collectū descrip-  
test, vel cū receditur à fide, vel cum prælatus deserit oves vi-  
dens lupum, vel ex superbia, cum quis ab aliis se separat, hinc  
Iudas ait. *Hic sunt, qui segregant semetipos, animales, spiritum non*  
*babentes, quasi sub specie maioris perfectionis: hoc verò non*  
*oportet à nobis præstari, sed potius cōsolantes alios, maximè*  
*cū dies apropinquat rationis, & mortis.* Nec verò per ea quæ  
diximus, tollitur charitina etiā mulari meliora, religione ingre-  
di, perfectiora aggredi. Sed faciles, vanæq; mutationes à dæ-  
monis arte procedunt, tū in his, quæ diximus, tum in spiritua-  
libus exercitiis, in quibus, nisi magna ratione, & consultatio-  
ne adhibita, nihil nobis immutandum est.

Octaua astutia est, incipientes nimis feruidos, & indiscre-  
tos facere, & asperitatibus debilitare corpus: ita vt & illi citò  
cessare cogantur à vitæ ratione aspera, & alios terreat exemplo suo, ne illam ingrediantur. Similes effecti iis, qui longum  
iūcipientes iter primis diebus multam viam conficiunt, & iu-  
mentum, quo vehuntur, ita lassitudine conficiunt, vt proce-  
dere ulterius non possit. Decipiuntur aliquando hi lectioне  
mirabilium g̃storum, quæ à sanctis prisca patrata sunt, quæ  
potius admirationi nobis esse debent, quam imitationi, plā-

Simile.

ta enim

## De Dæmonie animæ insimico. 220

**A**ra enim aliquibus singulari dono concessit Deus, quæ nobis non concedit, & hac in re simile quid his accidit, quod illis, de quibus 1. Machab. dicitur: *Iosephus & Azarias audientes* 1. Mach. 5:

et quibus P. Machado dicitur. Tali plus & Aetas aduenientia  
magnalia iudee, & ionathae, dixerunt, faciamus, & ipsi nobis nomine,  
& canis pugnare aduersus gentes, que in circuitu nostro sunt, &  
furari sunt cum magna plaga, existimantes sortiter se facturos inse-

*Agat jam cum magna plega, et si in amissione fortius se facturos, ipse autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israël, quasi dicat elegerat Deus Machabæos, ut illis praeliatis mirabilia ea efficeret, quæ per alios facere noluit: ita*

**P**rius oratione adstante aliis ut se quissem eis ita  
liatibus mirabilia ea efficeret, quæ per alios facere noluit : ita  
quosdam prisorum patrū elegit Deus, ut ferè non comedre-  
rent, neq; biberent, alios, vt tanquam Seraphini incensi ei per-

B  
petua oratione adstant, alios ut asperrimam vita rationem  
initent, & dono fortitudinis eos duxit in egregia facinora pa-  
tranda. Hac vero aliis non concedit: id est in his prudentie re-

gula seruanda est, quia ut Psal. ait. Honor regis iudicium diligit, Psal. 95.  
id est discretione & rationabile obsequium uestrum. Paulus ait. Rom. 12.  
Et in his exterioribus corporis afflictionibus mensurā esse ad

hibendā, ratio manifesta docet, quia finis non sunt, sed media: sicut ergo salutē vis multū copiosam, sine villa mensura, quia Simile, finis est, medicamina verò non ita, sed in mensura & pondero-

in his est, medicamina vero non ita, sed in mensura & ponde-  
re quia media sunt: & ideo ea in mensura suinēda sunt, ut sa-  
luti conueniant, non amplius, ita charitas, qua spiritualis vite  
finis est sine modo & mensura curanda est. sic sicut. sic & sic.

**C**uius est illius modo & mentura curanda est , sic & fides in Deum sed corporis afflictio , quaè mediū est , & non finis , medicina , non salus , in pondere & mensura sumenda est ut charitati conueniat ut corpus anima & spiritus in

elt, ut charitati conueniat, ut corpus animo seruat: in his omnibus superioris consiliū si fuerit & si non, confessarij adhibē dum est: & multa cura transferēda nobis est in interiorē mortificatione, ut offensio mundi & ieiuniorum, &c.

tificationem affectuum cordis, & interioris hominis reformatiōnem, & humilitatis exercitium, quæ p̄cipua in hac re haberi semper debent.

Nona Astutia est. Cessatio ab omni tentatione per ali-  
quod tempus , quod optimum sibi esse , imperiti credunt.  
Sed Augustinus ait , periculis plenum statum esse . si Auguſt.

emim anima se securam esse credit, in superbiā assertur, negligensq; efficitur, nec arma spiritualia parat, quia bellum nō tinet, & inde est, quod cū dæmon sic securā animam, ut

## De Dæmonie animæ inimico.

Iud. 18. Repentè irruit super eam, & temptationibus eam impetens facit. A  
lē superat, quia inuenit domum vacantem, nec sollicitam &

Iud. 18. vigilantem, & tunc in anima illud efficitur, quod Iudicū. 1. 8.

dicitur: Sexenti uiri uenerunt in Lais, ad populum quiescētem, atq;  
securum, & percusserunt eos in ore gladij, urbemq; incendio tradi-

derunt, nullo penitus ferente præstidium. Sic ut quondam c. a  
uerant Philisthin, ne filij Israël arma haberent, & sic in die

prælij non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius popu-  
li: ita curat dæmon, ne tibi arma sint, curat, vt negligenter te

geras, vt orationem relinquas, & corporis castigationem præ-  
termittas, cum verò temptationibus virgeris, attendens discri-

men, & periculum tuum negligens nequaquam es, arma in-  
duis: ideo à temptatione dæmon cessat, vt & tu à bonis ope-

ribus cesses, & cum securum te credideris, repente irruens te  
deuastet. Hanc verò declinabis astutiam facile, si eam pers-

pexeris, si procul odoratus fueris bellum, vt Iob de equo ait,  
si hostes tibi semper imminere credideris, attendens, si rece-

dunt, nō eo recedere, vt te relinquant, sed vt redeentes te im-  
paratum inueniant: ita Græcos fecisse cū Troianis Virgilius

ait, caue ego semper dæmonem, paratus semper esto, & quē-  
ad modum ciuitas, quæ ē regio ne inimicorum est, etiam si ho-  
stes non videat, se tamen ita tuetur, ita vigilias perficit, ita cu-

stodiā adhibet, ac si expugnaretur, ita tibi peragendum est,  
ē regio ne tibi hostes sunt, eorum aduentum semper expecta-

re, imò pertimescere debes. Præpara ergo animam tuam ad ten-  
tationem.

Tob. 2. Chrysost. Decima dæmonis astutia, quam notant Chrysost. & Gre-  
gorius est. Multas nobis ingerere temptationes mediis homi-  
nibus, qui nobis valdè chari, ac familiares sunt: & ideo faci-  
lius animam nostrum pertrahunt, quò voluerint: ideo ait

Gregor. Sanctissimo Iob vxorem reliquit, vt per eam illum  
tentaret, vt Deo malediceret, cum dixit, benedic Deo, & mo-  
rere. Similiratione Tobiam tentauit per vxorem dicentes:

Manifeste uana facta spes tua, & eleemosyna tua modo apparue-

runt, atq; his & aliis huiuscmodi verbis exprobrabat ei. Hos

etiam sanctissimos viros Iob & Tobiā, per amicos dæmonem

sunt, sicut dicitur Tob. 2. sicut beato Iob insultabat reges, ita isti

patentes

## De Dæmonie animæ inimico. 221

A parētes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes, vbi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas. O quoties te cū hominibus agere credis, nec tamen cum illis agis, sed cū dæmone, qui in illis loquitur? Sibila sunt antiqui serpentis vniuersa praua cōſilia, quæ tibi proponuntur, inhonesta verba, quæ tibi dicuntur, opus dæmonis iniuria inimici est, quæ te in vindictam præcipitare conatur: an non Petro ait Christus: *Vade post me Satanae*? Et de Iuda ait: *Vnus uſſirum diabolus* Matth. 16.  
est. Sicut enim, qui tibi recta consulit, minister Dei est iuxta illud Pauli. *Pro Christo legatione fungimur*. Ita, qui praua consulit, minister est Satanæ, & quemadmodū diabolus loquutus est Euæ in serpente: ita loquitur tibi in tibi propinquo, si cut loquutus in idolis est, & nunc loquitur: ita tibi loquitur in amicis, qui peruersa nuntiant, caue ab eis, nam inimici hominis domestici eis. Mich. 7.

B Vidiimus aliqua de dæmonis astutiis & potentia. Videntur nunc restat, quibus ille armis in nos pugnet, quibus rebus nos expugnare conetur. Certè omnia, quæ sunt, curat in arma sibi assumere, ex omnibus nobis ruinā parat. Quod vel ex illo manifestum est, quod Dei misericordiam & bonitatē, sibi in arma cōtra nos sumere curat, suadens nos, ut perseueremus in peccato, in diuina bonitate, ac misericordia sperantes, quod si diuina misericordia & bonitate vtitur, ut nos expugnet, quæ re non vtetur? vniuersis sacramētis vtitur aliquando C in perniciem nostrā, & quæ in medelam nobis cōcessa sunt, curat in perniciem conuertere nostram, dum eis male vtimur: deinde vniuersa, quæ in cælo & in terra sunt, illis arma sunt, dies, nox, cibi, potus, flumina, fontes, horti, nemora, ex his omnibus curat nos lādere, & in peccatum trahere. Et tādem arma nostra ipse sumit, & illis in nos pugnat, si deuotione affectus es, curat ut ea superbias, & negligēs fias, si oras, curat, ut fructuosa videatur oratio tua, in idipsum, ut elatione pereas, si bona opera præstas, ex illis curat, ut vanè efferares, & alios despiciui habeas: omnia ergo, quæ sunt, arma illius sunt, meritio Psal. orat. *Eripe me de inimicis meis fortissimis.* Psal. 585.

Sed nosse cupies, quem ordinem dæmones seruent in nostri impugnatione, quo ordine exercitum suū collocent: etenim

## De Dæmonie animæ inimico?

Cant. 6.

nim cōaeniens ordo exercitus maximè cōducit ad eius fortitudinē: Ideò Ecclesia dicitur: *Terribilis ut castrorum acies ordinata*. Si enim in exercitu ordo non sit fortis ac terribilis non erit. In inferno quidem nullus ordo, sed sempiterius horro habitat, at in terra dæmonum exercitus optimum, ac conuenientissimum ordinē seruant, vt nos impugnēt, seruant enim ipsummet ordinem, quē Deus in exercitu Angelorum suorum cōstituit, qui in auxilium nostrū missus est, nouit namq; dæmon illum ordinē optimum esse. Sicut ergo cū homo nascitur ei à Deo deputatur Angelus custos, qui vniuersa in vita cū seruet: ita Lucifer cuiq; hominū dū nascitur, deputat chadæmonē, qui eum semper impugnet. Prætereā, sicut cuiq; oppido præficit Deus Angelū superiorem, qui illud tutetur, atq; defendat: ita à Luciferō deputatur superior quidā spiritus, qui illud impugnet. Prætereā sicut regno & prouincia præficit Deus superiorē Angelū, qui in scriptura dicitur p̄ncip̄s regni huius, vel illius: ita Lucifer alium designat, quod tota prouincia & regno perniciē curet. Prætereā sicut vniuersis rebus corporeis præfecti à Deo Angelis sunt, qui eas regat, & earū curā gerētes, homines per illas in Dei cognitionē, & amore ducat: ita omnibus his rebus præfæcti dæmones sunt, qui eas perdere ac demoliri curēt & homines abducant à Deo illarū creaturarū vsu, sic angeli & dæmones sunt in mari, fluminib⁹, fontibus, hortis, nemoribus, segetibus, montibus, pratīs, agris. Prætereā ad profectū singularium virtutū Angeli à Deo destinati sunt, qui auxiliares milites dici possunt, vt angelī, quicquid stitare, qui patientiā, qui charitatē accendat: Ita dæmones destinati sunt, qui in virtutia opposita homines ducat, dæmones superbie, dæmones luxurie, & sic in aliis, qui dæmones de hoc, vel illo vitio tentantes s̄, p̄e sanctissimis viris ostēsi sunt: de cuius bus aiebat sanctus Elias eremita, referēte B. Antonino, quod qui perfectē de aliquo vitio triumphavit, habet à Deo potestatem expellendi omnes dæmones ab hominū corporibus, qui de illo vitio tentant, eo quod eos expulerit ab anima sua.

B. Antonii.

simile,

Eoru, quē in mundo spectatu digna sunt, illud vnu, & fortē præcipuū est, duas videre acies ad bellū instructas atq; paras, si ergo nunc nobis videre licere. Angelorū, & dæmonum exerci-

B

C

## De Dæmo ne animæ inimico. 222

**A** exercitus instructos, & in bellū paratos, an nō res omniū, quē videri possunt, dignissima visu atq; contēplatione, in quibus millia milliū spirituum sunt, quorū quisq; naturæ viribus superat vniuersos homines, vidit Eliseus Angelorā aliquā aciē in curribus igneis, numerus horū exercituum nullus est, non est numerus militū eius, Iob ait, vineūt numero athomos, qui in aëre versantur, arma eorū spiritualia sunt, ordo mirus, altitiae inexcogitabiles nobis. Sed interim, vel ex hoc agnosce ḥ homo, quanti tu ducaris, ac estimaris, pro quo uno continuū perpetuumq; bellum hoc geritur à mundi initio, vsq; in finē: ne ergo te parui facias, ac ducas, maximo in pretio à Deo haberis, ne te vili pretio dæmoni tradas.

4. Reg. 6.

1ob. 2 5.

**B** Sed iā aliquas proponamus rationes: quibus incitemur, vt acriter cum dæmons pugnemus. Quisq; fidelis similis esse debet Iudæ: de quo dicitur, induit se Iudas loricā, sicut gigas, & accinxit se arma sua belli: a, & in præliis similis factus est leoni in operibus suis. Prior ratio, vt hoc nos praestemus, illa sit, quod in conspectu summi regis pugnamus, qui nos pugnat, intuetur, & vniuersa eius curia cœlestis: miles vero, qui attendit regem suum eū præliatem intueri, fortiter cum hosti- bus contendere solet. Ambro ait, Deus ipse omnium rector, ac Dñs cum omni Angelorū initia certamen tuum inspicit, ac finem præstolatur conflictus, tibiq; contra diabolū dimicanti aeternitatis præparat coronā. Athanasius in vita Anto-

2. Mach. 3

Ambros.

Athanas.

**C** nij refert, post grauem conflictum dixisse Antonium Christo, vbi eras bone Iesu: vbi eras? cui Christus, Antoni hic erā, sed expectabam videre certamen tuum. Sed aīs, non ego video Deum præsentem, meumq; certamen spectantem, quē si videreib, fortissimè pugnarē. Respondet D. Bonavent. non Bonavent. miles strenuè pugnat coram rege, quia miles videat regem, sed quia scit se videri à rege, licet ipsa regem non videat, vnde fieri sit in abscondito, quando miles scit, regem eum ex abscondito videre, strenuè pugnat, sic ergo licet tu Deum non video scis tamen te ab eo videri, fortiter ergo tibi contenden dum est, o quām gloriosum est, in tali, ac tanta præsentia prævalere.

Secunda in eandem rem ratio sit, fidelitas, quā regi nostro debemus,

## De Dæmone animæ inimico.

debemus, ac promissimus de eius honore tuendo : attende A certaminis tui rationem ac causam, quæ hæc est, quis nā pre-ferendus sit, & maioris faciendus Deus an cacodæmon : tu verò Dei es miles, eius tueri partes iurasti, gloriosissima ea causa est, pro qua certas. Iusta vero causa maximum adicet Simile. animum pro ea certanti. An non indignum facinus iudica-res. Si miles à Rege Hispaniæ accepisset equum, arma, larga stipendia, & cum belli tempus imminaret, ad Turcas trāfisret, contra regem suū pugnaturus, & armis ab eo receptis in eum pugnaret. An non tu miles Christi es? an non in baptismo no-men ei dedisti? an non armis te tunc induit suis? an non stipen-dia ab eo accepisti? quid habes, quod ab eo non acceperis? si tentatio adegit, bellum ac prælium tempus imminet, num in dæmo-nium transibis factionem? num armis à Deo acceptis in eum pugnabis? meritò nos Paulus monet. Ne exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae Deo.

Rom. 6. Tertia in idem ratio sit dæmonis aduersarij nostri super-bia, ira, ac odium in nos, id enim maximè animum tuum per mouere solet, vt cum hoste acriter contēdas, quām pauci nūc sunt, qui dæmonibus irati sint: ira ex ardescis, si inimicum vi-des, sanguis ebullit, vbi nunc ira in truculentissimos dæmo-nes hostes accerrimos? audit David Goliath exprobrantem agminibus Israël, & iratus ait. *Quis est iste incircuncisus, qui ausus est exprobare exercitui Dei uiuentis?* Hac ira commo-tus, descendit cum eo in prælium, & superauit eum, & caput C abscidit, moueat ergo, vrgeatq; te dæmonis summa ira, ac su-perbia, vt in eum fortiter pugnes.

1. Reg. 17 Quarta ratio sit, suprema tibi parata corona victori, quo ani-simile. mi ardore pugnaret pauper miles cum hoste: si regnū mundi ei vincenti proponeretur in coronā? Sed quæ tibi ceitantico-1. Cor. 9. rona paretur, audi. *Et illiquidem, ut corruptibilem coronam ac-cipiant, nos autem incorruptam.* Et idem Paulus ait. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, su-pra modum in sublimitate æternum glorie pondus operatur in nobis. Huic si conferas vniuersa regna mundi, nihil sunt. Moueat etiam te summa confusio, & acerbissima pœ-na, quæ victo ac superato danda est, qui enim à dæmone superatur,

1. Cor. 4.

# De Dæmone animæ inimico. 233

- A superatur, seruus est peccati, & corruptionis, ut Petrus ait, vi.  
lior omni bruto, indignus terra, & pane, quo vescitur, de moni-  
nis seruus, quia à quo quis superatus est, eius & seruus est. De  
inferni cruciatibus quis dicat? de opprobrio sempiterno ait.  
Opprobrium sempiternum dedit illis. Confunderis à Deo ex ē. 2. Pet. 2.  
Deut. 32: plo plurium sanctorum, etiam puerorum & virginum, qui  
fortiter dimicantes trophyæ de hoste retulerunt. Ideò nos  
Paulus monet. Ideò, & nostantam habentes impositam nobis te-  
stium nubem, deponentes omne pondus, & circumfans nos peccatum  
per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicien-  
tes in authorem fidei, & consummatorē Iesum. Quo loco D. Tho.  
Heb. 12.  
B ait. Sancti dicuntur testes Dei, quia verbo & facto glorifica-  
batur Deus per eos. Vnde Isaías. Vostestes mei dicit Dominus. Isa. 44.  
Dicuntur etiam sancti nubes: primo propter conuersationis  
sublimitatem, Isaiae 60. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? Secun-  
dò propter doctrinæ & fœcunditatem. Job. 26. Qui ligat aquas Job. 26.  
in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum. Tertio propter  
spiritualis consolationis utilitatem, sicut enim nubes præstat  
refrigerium, sic exempla sanctorum. Isa. 18. Et sicut nubes ro-  
ris in die messis. Hanc ergo nubem testium habemus imposi-  
tam, quia ex vita sanctorum quodammodo inducitur nobis ne  
cessitas ad imitandum, hinc Iacobus: Exemplum accipite fra-  
tres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientie, Prophe-  
tas. Sanctos ergo imitemur, viriliter cum dæmone conten-  
tentes, vt corona ornemur æterna. Iacob. 5..



## C O N C I O. I.

De tertio inimico, Carne scilicet.

T H E M A.

Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus:  
carnem. Rom. 5.

P L V R I M A. Sunt, quæ summa miseri-  
cordiam ostendunt, inter quæ illud vnum est, quod cū  
à carne:

## De tertio inimico, Carne scilicet.

à carne tentata nō fuerit, his qui à carne tentantur, auxilio est A maximo. Sicut peccato originali caruit, ita fomes nullus in ea fuit, quæ illam in malum inclinaret, vnde summa eius fuit tranquillitas, similis cælesti corpori, quod peregrinam impressionem non induit. Decebat vero, vt is, qui à cælis descendebat, in cælesti virgine quiesceret, in qua summa esset tranquillitas, quia vt Psaltes ait. *Factus est in pace locus eius, et habitatio eius in Sion.* Cùm verò miseriae alicuius experientia doceat hominem eius misereri, qui similem miseriam patitur: & ideò, qui tentatur tentati misereri solet: mirum hoc in Maria est, quod à carne nunquam tentata, eorum præcipue miseretur, qui à carne tentantur, eisq; adest, si eam inuocauerint. Huius verò rei causa est, quod eximio amore castitatem illa amauerit, & adeò eam magnificet, vt in dubiū vo- B cauerit Dei mater fieri, si ei amittenda virginitas foret, vt Bernardus ait super Missus est. Ad eam ergo nunc humiliter accedamus, vt gratiam impetreret, qua carnem superemus, & huius rei doctrinam percipiamus.

Bernard.

Condidit Deus spiritus puros, & corpora, & cuiq; dedit appetitum naturæ conuenientem, Angelis spiritualem, corporibus verò corporeum. Cùm verò hominem condidit, in quo tanquam in medio coniunxit spiritum, & corpus, dedit ei appetitus duos, quorun alter respondet naturæ spirituali: alter verò animali, alter in anima est, alter corpori adhæret. Cùm verò appetitus sit, qui in re principiatur, miseria maxima homini erat, quia in eo duo erat principes, Domini duo, sibi inuicem aduersi, vnde cunctis rebus homo erat miserior, & calamitosior, quia monstrum erat, cui simile non reperiebatur. Angeli enim uno prædicti appetitu, & bruta aut omnino volunt, aut omnino nolunt. Solus homo duobus dominis seruit, & alterum sustinere non potest, nisi alterum contemnat: propter quod infelicem se dicit Paulus, cum ait. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et Iob cum ait. *Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi grauiss?* Finge nunc ignem alligatum lapidi, quorum alter cælum petit, alter terram, & Angelum alligatum bruto, quorum alter cælestia, alter

Rom. 5.

Iob. 7.

**A** alter herbas terrae cupit, ea in homine miseria est. Quia secundum mentem cælestia appetit, secundum corpus caduca, ac terrena.

Huic malo remedium adhibuit supremus artifex, qui non est Deus dissensionis, sed pacis. Sed quod nā illud est: Certe duos hos appetitus miro modo in homine cōciliavit, & ideo rationalē appetitum reddidit usque adeō affectum circa sensituum, ut à natura habeat voluntas, sensibus, & exterioribus potentias delectari, in quas physico, & naturali quodam amore rapitur, ut indulget, ac placeat animali appetitui. Illud vero experientia manifesta ostendit, cum homo indiget cibo, vel potu, voluntas enim summa cura illa affectat, & querit,

**B** quasi essent bonum proprium. Ne vero hoc affectu voluntas duceretur nimium in temporalia, & in proclive vitiorum, dedit Deus homini originalem iustitiam, qua turpia facile vitaret, & honesta sequeretur, ut ei dulcesceret virtutis via. Ea enim efficiebatur, ut in diuitiis voluntas sibi placeret, & Deo facile obsequeretur: & ut appetitus sui quasi oblitus voluntati in omnibus pareret. Sunt enim sensus, ut Aristoteles ait, participiū rationales. Et iustitia originalis efficiebat, ut appetitus bono rationis attenderet plusquam suo, & alienis commodis deseruiret plusquam suis, quæ summa erat hominis nobilitas. Brutum enim sibi soli attendit, sibi prospicit, omnia sui amore facit, nihil est, quod ei gratias habeamus,

Aristot.

**C** nulli attendit praeter se. Bruto vero persimilis est homo ignobilis, cuius est proprium in omnibus se, suaq; qua rere utilitatem attendere. Deo vero similis homo ille est, qui nobilis, & ingenuus est, qui aliorum utilitatem, & coniuncta attendit: qua in re Deum imitatur, qui nec attendit, sed nec attendere potest utilitatem suā, sed nostram, ille enim honorū nostrorū non eget, & ideo in vniuerso opere suo aliorū attendit utilitatem. Quia vero hic inordinatus sui amor ab originali peccato procedit, in infidelibus præcipue inuenitur, in quibus originale peccatum deletum non est.

Originali hac iustitia fecerat quidē Deus hominē rectū, sed ille immisicut se mille questionibus, dum eam amisit sibi, & nobis: & ideo appetitus in inferiora effrenatè fertur, & voluntas

minus

## De tertio inimico, Cartie scilicet.

minus spiritualia diligit, appetitus rationi difficilè obtemperat, ratio appetitui nimium prospicit. Ecce bellum imminens spiritui à carne, ecce acerrimum hostem. Inter spiritus verò hostes supremus caro dicitur, & meritò. Primum, quoniam armis delectationum in nos pugnat, quæ potentissimæ sunt. Et præterea in hac pugna hostis non externus est sed internus, difficile verò castellum custodiri solet, si interius inimici sunt, ab exterioribus verò facilius est illud seruare. Dæmon circuit querens, quem deuoret, sed exterius est, sicut & mundus, at caro intra nos est. Et deinde quod à nobis est plurimā habet vim, ac potiorem, quam quod ab extrinseco est. Hinc in historia memorie prodit Damascenus, animum inuictum principis Iosaphat carnis tentatione oppugnatū, dum dēmonis consilio plures virgines speciosæ ei in obsequium traditæ sunt, vt sic animus illius imbecillis fieret, quam temptationem omnium difficillimam expertus est, adeò vt rapi à Deo in ecclasiū fuerit necessarium: postquam verò temptationem illā superauit, desperauit dæmon eum se posse superare.

Sed duplex est tentatio carnis nostræ. Prior est, qua nos inclinat, vt dulcia, mollia, & voluptuosa sumamus. Altera est, qua nos in turpia, & in honesta ducere curat. Ex primo verò hoc secundum procedere solet: cùm enim pugnam inceant spiritus & caro, ille proculdubio superabit, cui adiutoria plura adiunguntur. Si carnem delitiis iuueris, spiritum debellabit: si spiritum poenitentia, & afflictione, ille carnem deciuet. Nec verò in carnis malum superabitur, sed potius in bonum, sic enim caro in æternum seruabitur. Nunc ergo de priori hac tentatione nobis agendum est, qua caro cōcupiscit dulcia, & voluptuosa, cibos optimos, & gustui suaues, vestium cultum nimium, per amplam & ornatam domum, ludos, cōmestationes, ebrietates, hortos, & prata amœna, & similia, quæ carni placent. Hæc verò caro appetit, tanquam bonum sibi conueniens, & vt ea ei concedantur: ratio ne hac vti solet, quod necessaria ei sint, vel si non sunt, quod mortalis culpa in his nulla est, non enim legi Dei omnino contraria hæc apparent.

Sed de vita huiusmodi quid scriptura dicat, opere pretium erit

Damasc.

## De tertio inimico Carnis, scilicet. 225

**A** erit nosse, ut prudētia carnis, & illius ratio, quam diximus, stulta, ac mendax appareat manifeste. Audi primum cœlestem magistrū, qui viam Dei in veritate docet, qui apud Lucam sic ait, Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis, quis saturati estis, quia esurietis. Væ uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & fletibitis. Væ cum benedixerint uobis omnes homines. Primum ait. Væ uobis diuitibus. Sic etiam simile væ eis Propheta interminauerat, dicens; Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis usq[ue] ad terminum loci. Et Væ qui opulentie estis in Sion, optimates capita populorum, ingrediente pomptice domum Israël, quidominis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti, qui canitis ad uocem Psalterij. De eisdem diuitibus loquitur Abacuch, cum ait. Væ ei, qui multiplicat non sua. Quæ verba sic exponit Deus Bonaventura in caput Lucæ sextum, idest bona temporalia, quæ non sunt nostra, quia nec nobiscum veniunt, nec eunt, quia non descendet cum eo gloria eius, ut Psaltes ait. Cupidi vero putant hæc sua esse, cum non sint. Simile est illud væ, quod diuitibus interminat Iacobus. Agite nunc diuites plorare ululantes, in miseriis uestris, que aduenient uobis. Et Christus Dominus apud Ioannem. Plorabitis, & fletibitis uos, mundus autem gaudebit. Deinde uero adiicit loco superiore cœlestis magister. Væ quis saturati estis. Sic Sapiens dixerat: Cui uæ cuius patris uæ: cui rixæ: cui fons: & cui sine causa uulnera: cui suffossio oculorum? Nonne his, qui commorantur in uino, B  
**B** et student calicibus potandis? Sic etiam Isaïas ait. Væ qui portententes estis ad bibendum uinum, & uiriores ad miscendam ebrietatem. Cui consonat Iob dicens: Cum satiatus fuerit, uictabitur, & stuabit, & omnis dolor irruerit super eum. Additvero Christus Dominus: Væ uobis, qui ridetis nunc. Quoniam uicet Iob. 2. 9. ait. Gaudium hypocritæ ad instar punti. Et Sapiens: Ritus dolore miscetur, & extrema gaudi' luctus occupat. Et in Ecclesiasti Eccles. 2. 17. co dicitur: Fatus in risu exaltat uocem suam, uir autem sapiens Eccles. 7. uix tacite ridebit. Ideo Sapiens ait. Cor sapientum ubi tristitia Eccles. 3. est, & cor stultorum ubi letitia. Cumq[ue] idem sapiens tempora distribueret, ait. Tempus flendi, & tempus ridendi. Prius

## De tertio inimico, Carne scilicet.

**A** dixit flēdi, quam ridendi, quia præsens vita fletui destinata est. Vnde Christus dixit: Plorabitis, & fletib[us] nos mandus autem gaudebit. Ait tandem Iesus. V[er]e cum benixerint nobis omnes homines. His enim accidet illud Job. Elcuaſti me quasi super uenitum ponens, & eliciſti ualde. Et Psaltes ait. Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent, confusi ſunt quoniam Deus ſpreuit eos. Enō homines quid veritas prima, quid hominum præceptor docuerit de via dulci, ac deletabili, quam vos omnes tanto studio queritis. Sed & alia audiamus similia. Gregorius in primo libro Moral. Expendit præclare, de diuite illo Epulone, qui ſepultus in inferno eſt, nihil aliud mali dici, quam quod epulabatur quotidie ſplendide, & induebatur purpura, & byſſo. Et cum Abram ei rationem redderet damnationis fuſe, nihil aliud ei dicit, niſi recepiſti bona inuita tua. Contra vero de iuſtis Paulus ait. Uſque in hanc oram & eſurimus, & ſilimus, & nudimus. Et iterum idem Paulus de sanctis ait. Egenteſ, anguſtiaſti, affliſti, &c. Vita ergo aspera iuſtorum eſt, vi- ta vero delectabilis reproborum. Quid deſideras o homo, cum pretiosas yeſteſ, & lautam mensam cupis, amplam domum, & diuītias plures? An non deſideras ſimi- lis eſſe diuīti epuloni? Quod ſi hic ei ſimilis fueris, an non ſi mihi tibi erit exitus ac illi? quomodo ergo iſta non hor- **B**

Ezech. 16. res? Deinde expendendus eſt locus ille Ezechielis. Ecce h[ec] fuit iniquitas Sodomeſororistuſ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigeabant. Primam Sodomeſ iniquitatem dicit eſſe ſuperbiā, quia ut Sapiens ait. Initium omnis pec- **C**

Eccles. 10. cati ſuperbia, qui temuerit illam, adimplebitur maleſitiis. Eſt enim illa veluti centrum iniquitatum omnium, vnde exēunt omnes linea e vitiorum. Et ſicut in area extollitur palea ſuper granum, non quia dignior, ſed quia leuior, ita homo vanus in ſuperbiā erigitur, quia vilis cum ſit, ſe magnum putat. Post ſuperbiā ſecundam iniquitatem Propheta ait fuſſe panis ſaturatatem, panis vero no- mine in ſcriptura omnis cibas intelligitur, & ſic illo verbo Propheta significauit ciborum abundantiam, circa quos.

## De tertio inimico, Carne scilicet. 226

- A quos gula versatur. Sic etiam Eua post superbiam de gela tentata à Dæmoniæ fuit. Sic etiam Moyses ait. Sed it populus meus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, id est, vitulos Exod 32: adorare. Et iterum in Deuteronomio. Cum comedent, & sa Deute. 31: turati, crassiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos. Et Oseas ait. Ose. 1: Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & oblitis sunt mei. Gula li- gnorum strues est, quibus inflammatur libido. Ideo Hie Hieron. rony mus in epistola ad Furiam ait. Non Ethnæ ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius, & Olympus tantis ardo- ribus astuant, ut iuueniles medullæ vino plenæ, & dapi- bus inflammantæ. Sicut ergo auceps escam proponit aui- bus, ut eas capiat. Sic Dæmon cibo decepit Euam: cibo Christum tentauit, & ciborum saturitate nunc plurimos superat. Tertio loco ponit Propheta abundantiam, diui- tiarum, scilicet, quibus omnia delitiæ facile parantur, sed cælum difficile comparatur, ad bona sæculi huius obti- nenda optima clavis abundantia diuitiarum est, ea enim omnia clausa referantur. Sed ad bona cælestia consequen- da aptior paupertas est. Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum cælorum. Si plena esset theca auro, vel domus ple- na diuitiis, tibiique rex diceret, aperi domum hanc, & vni- uersa, quæ in ea sunt, tibi cape. Dices, qua nam cla- ue aperiam? Duæ sunt claves, altera aurea ex serico pendens filo, altera ferrea ex fune vili pendens. Sed aurea vel nullo modo, vel difficilimè aperies, ferrea ve- rò facile: quam capies, ut aperias? nonne fr̄ream? Ad cum modum se habent diuitiæ, & paupertas. Diuitiarum abundantia clavis est aurea, ea exhibita sæculum præ- sens facile aperies, ad vniuersa enim, quæ volueris ia- nuam aperiunt diuitiæ, ad honores, & gloriam tempora- lem asequendam, ad dignitates, & delitiæ, quia pecu- niæ obedient omnia. Sed cælum aut nullo modo, aut vix aperies. Audi dicentem facilius est, camelum per foramen acus transfere, quam diutinem intrare in regnum cælorum. Ca- melus funis est grossior, hæc intrare potest per fora- men acis, sed difficile, si in sua diuidatur, sic diues si- se, suaque diuidat in pauperes, & egenos, intrare potest
- B Simile.
- C Eccles. 10: Matih. 19:

## De tertio inimico, Carne, scilicet.

Simile.

in cælum, si vero vniuersa congreget, & sibi seruet, came-  
lus est, perforamen acus non transibit. Sicut ergo musca  
accedens ad patinam mellis, si se totam non immittat in  
illud, sed ore tantum attingat, & prælibet, ac solum neces-  
sarium tibum sumat, citò abscedit. Sin autem se totam in-  
gurgitat in mel, perit omnino, sic iis contingit, qui ex his,  
quæ mundi sunt, vel multum, vel parum sumunt, hi enim  
salui fiunt, illi pereunt misere, sicut Sodomitæ, qui rerum  
abundantia periære. Otium etiam Propheta narravit in .

Eccle. 33. ter Sodomæ iniquitates, & merito, quia vt Sap. ait: Mul-  
tam malitiam docuit otiositas. Vnde quibusdam dicitur: Quid

Matt, 20. hic statis tota die otiosi? Et poste ait. Voca operarios, & redde  
illis mercede. Non otiosi, sed operantes præmio donantur.

Et tandem vt supremam Sodomæ iniquitatem dicat, ait B  
Propheta, ipsos misericordia in pauperes vos non esse. In  
hac verò Sodomæ iniquitate, per Ezechielem descripta,  
eorum vitam quasi in typo expressam videbis, qui nunc  
nobiles, & diuites mundi huius dicuntur, qui superbi, ac ar-  
rogantes sunt, aliosque despiciunt, cibis implentur vsq; ad  
satientatem, abundantia rerum omniū fruūtetur, otio vacat,  
& in nullo hominum labore sunt, sed ludo, & vanis collo-  
quiis indulgent, & manu egeno non tribuunt, quia in vani-  
tates vniuersa insunt, & pauperibus nihil est reliquum:  
Hic certè, qui Sodomam in iniquitate imitantur, in suppli-  
cio ei similes erunt. Audiimus Christum Dominum, au-  
diimus etiam Prophetam de via voluptatis differentes:

Philipp. 3. audiamus iam Paulum, qui de ea Philippensibus scribēs C  
ait. Multi ambulant, quos sæpe dicebam uobis, nunc autem & flens  
dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus  
uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Multi ambulant, ait Paulus, multorum hęc via est. Via est lata,  
via perditionis, & multi intrant per eam, qui ideo sanguinis la-  
chrymis deplorandi sunt, & ideo ait. Flens dico. Sed qui nā  
hi? Certè qui inimici sunt crucis Christi, qui nihil cum  
Christo pati volunt. Sed vniuersa dulcia querunt, qui ter-  
rena sapere dicuntur, quia hęc solum querunt, in his dele-  
stantur, quorum Deus uenter est, quia ei vniuersa offerunt,

quæ

## De tertio inimico Carne, scilicet. 227

qua possident: quorum gloriā confusione terminatur.  
Sicut Oseas ait. Gloriā eorum in ignominiam communabo. *Ose. 4.*

Tandem via voluptatis via perditorum dicitur in scriptura. Hinc Sapiens: Latare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, & ambula in iustis cordis tui, & in intentu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus his adducet te Dominus in iudiciū. Et Hieremias ait. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis sui mali, factique sunt retrosum, & non in ante. Sic etiā apud Lucam verbum Dei dicitur suffocatum à voluptatibus, & diuitijs. *Eccles. 11.* *Hiere. 7.* *Luc. 8.*

B Hæc sunt, quæ de via voluptatis, ac delectationis in scriptura diuina tibi traditta sunt. Attende nunc, an via hæc tibi placeat, & præfigenda sit. Sed prudētia carnis, quæ hanc viam deserere nullo modo vellet, obiicit. Quod nam mortale peccatum est in cibo lauto, in veste pretiosa, in ludo, & vita denique delectabili? Respondetur, licet hoc ex obiecto non sint mortalia peccata, sapè tamen aliunde fit, ut lethaliter peccet, qui hæc admittit. Sicut his accidit persp̄e, qui debita non soluunt, qui liberos conuenienter educare, & in statu debito collocare non possunt, nec ullā eleemosynā facere, etiam cum tenētur, quia plurimam substantiā in ludo, aut vanè consumunt. Sed licet hæc omnia cessent, & licet natura sua hæc dona sint mortalia peccata, tamen eis adh̄erent, & adeò vicina sunt lethalia peccata, ut vix ab eis separari queant, etiam à sanctissimis viris.

C Vnde à vulgo hominum nunquam separātur, & ideo qui illam vitam agit, innumera peccata mortalia admittunt, ac damnantur. Ita tradit Gregorius ubi supra, cuim de diei-  
te epulone agit, & Basilius, qui ait, nō solū peccata mani  
festa homines perdere, sed etiam pura alia, quæ manifeste,  
& natura sua peccata non sunt, tamen peccatorū fontes,  
& origines, ac veluti settima, & huiusmodi est vita delectabilis. Hanc verò doctrinam manifestam facit experientia ac ratio. Experientia quidem, non aliena, sed tua. Dic mihi obsecro, si hanc vitam delectationis, ac blanditiarum aliquando tenuisti, vel nunc tenes, an quid à pec-

## De tertio inimico, Carne, scilicet,

catis pluribus immunis fuisti? Si ergo experiris in hac via A  
sæpè te mala perpetrasse, ergo via hæc via inferi est, & om-  
nino ab ea tibi declinandum. Ratio etiam illud manifesta  
ostendit. Quoniam ea est difficultas in bello spirituali, in  
carne spiritui subiicienda, vt sanctissimi virti vix illud fue-  
rint consequuti multis orationibus, ieuniis, ac asperitati-  
bus, quo ergo paeto tu infirmus, ac debilis id assequere vi-  
ta dulci, & voluptatibus plena? De se ipsis memorie pro-  
viderunt Augustinus & Hieronymus, iis carnis tentatio-  
nibus impugnatos, vt vix remedium inuenirent, cum plu-  
ra adhiberent, & ad Deum clamarent, præcipis castita-  
tem, da quod iubes, & iube quod vis. Et quod magis mi-  
randum est, Paulus orat, vt stimulus carnis ab eo aufer-  
tur, & ipse ait. Castigo corpus meum, & inferuitatem redigo, ne B.  
Job. 3 1. forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et Job san-  
ctissimus ait. Pepigi foedus cum oculis meis, ut nec cogitarem  
quidem de virgine. Quid obsecro erit ei, qui nulla, aut mi-  
nima gratia ornatus est, nulla sacramentorum frequen-  
tia munitus, nullis orationibus, & cælestium considera-  
tione ac afflictionibus armatus? Hostibus acerrimis val-  
latus es, si imparatus es, quomodo stare poteris? Etiam in carnalibus bellis animaduersum est à pluribus authori-  
bus, milites debilitatos fuisse luxu, & delectatione, ac  
eneruatos, vt facile ab hostibus, quos superauerunt, su-  
perarentur. Sic in Capua, & illius delitiis eneruati sunt An-  
nibalis milites. Sic Romani, postquam se delitiis tradide-  
re, antiquum animi robur amiserunt, & superati sunt ab his, C  
quos prius superauerant. Quid obsecro faciet luxus, & vi-  
ta delectabilis in milite spirituali, in spirituali certamine?  
Ideo ergo delectabilis vita abiicienda, quia non erit im-  
munis à delicto, qui eam tenuerit. Hac ratione, ait Gre-  
gorius, ad punctionem Petrus rediit, postquam à Chri-  
sto vocatus est, sed Matthæus ad telonium non rediit,  
quia hoc vix, aut nunquam sine peccato exerceri valet.  
Ea ergo nobis fugienda sunt, quæ vix sine peccato tene-  
re possumus. Huiusmodi vero est delitiosa vita, in  
qua caro delicate enutrita superat facile spiritum, in

Greg.

vita

- A** vita vero aspera non sic sit, sed spiritus facile carnem superat. Quia in re similis est caro pisces Tobiae, qui dum erat Tob. 6, in aquis fortiter inuasit Tobiam, ut trepidaret, ac dicebat, Domine inuadit me. Sed Angelo monente in terram extractus pisces palpitare coepit, & vires omnino amisit. Ita caro in delectabilibus enutrita spiritum deuorare presumit. Si vero in aspera ducatur, vires deponit, facileque superatur. Solet aliquando equus sentire, quis sit Simile. eques, quem vicit, quem si robore praeditum agnoscat, & viribus potentem, ei paret, ac subiicitur, si vero videat exilium puerum esse, eum deicere tentat in terram. Ita omnino caro nostra si videat virilem, ac fortem esse spiritum, ei paret, nec renitur, si vero debilem agnoscat, eum in terram deicit. Causa ergo, ne tibi vita delitiosa placeat, efficiarisque similis Achaz, de quo Regum tradit historia. Cum uidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam Sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias sacerdos altare iuxta omnia, que praeceperat rex Achaz. Porrò altare aereum, quod erat coram Domino, transfundit de facie templi. Licet ergo idola non coluerit Achaz, sed Deo sacrificare voluit in altari Damasci. Hoc ipsum plurimi fidelium volunt. Deum quidem verum colunt, sed in altari gentium, in vita, scilicet, gentili, in vita delitiosa, ac turpi. Altare Veritatis, qui crucem horret, quæ Dei altare est.
- C** Altare gentium erigit, qui voluptatibus plenam vitam sibi eligit seständam.

Aduersus hanc carnis temptationem. Primum sit remedium consideratio naturæ hominis, qui natus ad laborem, non ad delicias est, & ideo de humo factus, quia sicut terra, ut fructum proferat bonum, aranda, & fodienda, aesculcanda est, quod nisi feceris, spinas, & tribulos germinabit. Ita omnino caro nostra nisi male, duriterque tractetur, mala proferet germina vitiorum.

Secundo in idipsum proficit mortis consideratio, & vilitatis corporis, ac animi dignitatis. Quid obsecro, animum curandum corpus est, quod cras esca verni u-

## De tertio inimico, Carne, scilicet.

erit quid nam corpus est, si spiritui conferatur, an non vile A  
figmentum? Cur ergo carnis multam curam facis in desi-  
deriis, cur ei indulges, & spiritum non curas? hoc est indi-  
**Eccles. 10.** gnum illud, quod Sapiens expressit, cum ait: Vidi seruos  
inequis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. An  
non id paucim vides, cum corpora ornata, & animas de-  
perditas vides? Princeps quidem animus est, pro quo or-  
nando sanguinem Deus fudit. Corpus quotidie labas, &  
animum post annum? Corpus quotidie cibas, animū post  
annum? Corpus ornas, & animum derelinquis nudum?  
Id, quod tibi est commune cum brutis, adeo curas, & id  
negligis, quod tibi est commune cum angelis? Considera-  
ratio etiam peccatorum, pro quibus æternas poenas mere-  
mur, & consideratio passionis Christi, & dolorum ipsius  
quos pro nobis pertulit, efficiet, ut eius causa aliquid pa- B  
tiamur, quo peccata hic delere valeamus. Ex his omnibus  
considerationibus collendum nobis est remedium ad-  
uersus hanc temptationem. Illud verò est quod sibi quis-  
que statuat aliquam asperitatem quotidie subeundam, qua  
caro opprimatur, & Deo pro peccatis aliquid offeramus.  
Et quo plures fuerint asperitates, ac dolores, eo vita no-  
stra iustior ac Deo gratiior erit. Vita nostra vita peniten-  
**Simile.** tia est, & ideo quo idie nobis agenda est. Sicut cum dux  
strenuus obliquet ciuitatem, quo die aliquid agere curat, ut  
eam expugnet, & cum diem perditum dicit, quo nihil  
egit aduersus hostes. Ita omnino expugnandum corpus  
traditum nobis est, quotidie ergo aduersus illud aliquid C  
agendum. Hoc est consilium illud Christi Domini Luc.  
**Luc. 9.** 9. Tollat crucem suam quotidie, quotidie enim crux tollitur,  
cum quotidie corpus maceratur, ut dicere possis illud Pau-  
**1. Cor. 4.** li: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circum-  
**Exod. 1.** ferentes. Semper, idest, omni die. Sicut ergo Pharaon videt  
multiplicari Israël, statutos in dies singulos labores eis im-  
posuit, ut opprimeat et, ita tu videns eleuari corpus, illud  
opprime quotidiani afflictionibus. Sed ait, non pos-  
**D.Tho.** sum tanto odio corpus prosequi. Respondet Diuus Tho-  
mas: plus diligit corpus iustus, qui illud seruat in vitam  
æterna.

A æternam parum afflictum, quām peccator, qui in æternū  
mittit ignem, licet nunc parum delectationis ei præstet. Si  
cū plus diligit corpus, qui aspera suscepta medicina illud  
incolumē coferuat, quam ille, qui illud interire permittit,  
ne paruum doloris subeat, &c.



## C O N C I O . II.

De tertio inimico, Carne, scilicet, &  
eius temptationibus.

### T H E M A.

*Fugite fornicationem, omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 1. Corint. 6.*

B **O**R M I D A N D V S Nobis hostis caro nostra est, & eo formidabilior, quo audacius pugnat, quia invicta. Venit ex celo dux Christus, qui cum Dæmonे fortia armato conflixit, eum superauit, ac alligauit, armis abstulit, in quibus *Luc. 11.* confidebat, & ligatum nobis reliquit. ac vincitum, non ergo ille formidabilis inimicus? Simili ratione cū inundo bellum iniit, eumque similiter superauit, unde ad suos ait. Confidite, ego vici mundum, quasi dicat, nolite eum timere, deuīt. *Ioan. 16.* Etus a me inimicus est, sicut & Dæmon. Qui vero milites semel deuicti sunt, qui terga hostibus dederunt, non adeo sunt formidandi, imbecilles enim redditii sunt, cum semel fuerunt superati. At vero caro nostra invictus diciatur inimicus, non quia eam Christus nō vicerit seruis suis, sed quia cum ipsa Christus non pugnauit, nulla enim in Christo rebellio fuit, quam ille vinceret, quia omnino

If s. caro

## De tertio inimico Carne, scilicet.

caro subdita spiritui fuit. Vnde licet ille gratiam nobis obtinuerit, ut carnem superemus, sed ipse eam non superauit in seipso, quia cum illa non conflxit. Et ideo potiores aduersum nos obtinet vires, fortiusque pugnat, & magis aduersus spiritum præualet. Præcipue vero tentatione luxuriæ, quæ potentissima est, & quodammodo spiritum cogere videtur, ac eum ligare quodammodo, qua ratione in hoc peccato summa erubescientia est, nec solum in illicitis, verum & in licitis, & honestis, quia cum supremus hominis honor sit, quod liber sit arbitrio, & hæc illius maxima sit dignitas, erubescit carnis motus, qui licet libertatem non omnino tollat, imminuit tamen maximè. Ita Augustinus. 14. de Ciuitate Dei, cap. 18. Ideò indecorum est homini à carne superari, quia eam sibi subditam fecit Deus. Mouetur quidem caro sine rationis imperio, quia polyticè obedit rationi, estque similis cælestibus corporibus, qui licet motu raptus rapiantur à primo mobili, tamen suos habent proprios motus, quibus mouentur, vincitamen à carne foedissimum est, sicut omnino erubesceres, quod seruus emptius vellet, domi tuae præesse, & tibi dominari. Et hoc est, quod Sara sustinuit. Genes. 16. nere non valuit, & ideo ait. *Eiice ancillam, & filium eius.* Et ideo Paulus aiebat, se à carne, & spiritu nequam colaphizari. Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanae, qui me colaphizet. Quod si primum carnis motum dixit colaphizationem, quo nomine compellaret fornicationem? Ideò ait Augustinus ubi supra, erubescimus opera carnis etiam licita, nec erubescimus iram etiam illicitam, quia hæc audit rationem, caro vero mouetur etiam contra imperium rationis motu illico. Ideò statim seipso erubuerunt Adam, & Eva. Efficit enim caro cum spiritu illud, 2. Cor. 12. quod Esdras ait. *Videbam Apemenfiltam Bezacis, mirifici con cubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palme cedebat regem in lefristram manu. Et super hæc perito ore intuebatur eam.* Considera nunc, & attende, quid caro cum carnali homine faciat, qui ei præuo adha sit amore. Ad dexteram hominis

**A**nis caro est, quia potiori loco sedet, quam spiritus. Diademum tollit de capite eius, sibique imponit, cum regnat peccatum in mortali corpore, & spiritus carni subditur. Sinistra eum alapis cædit, dum eum inhonorat, si Angelus Satanæ colaphizat Paulum propter inhonestum motum, an non potius colaphizatur homo, cum vile perpetrat peccatum & à carne pessundatur? Hinc Augustinus in illud Psalmi: *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum*, per opprobrium peccatum intelligit, quia summum hominis opprobrium est peccatum, præcipue carnis. Vnde Hieronymus ad Rusticum ait. Nihil Christiano felicius, cui promittitur regnum cælorum. Nihil laboriosius, qui quotidie de vita pericitatur. Nihil

Aug.  
Psal. 138:

Hieron.

**B**fortius, qui vincit diabolum. Nihil imbecillus, qui à carne superatur. Et ideo hoc summum hominis opprobrium est. Ideo Gregorius ait, carnis peccata esse minoris culpæ, sed maioris infamia. Maximum hominis opprobrium luxuria est. Hinc Xenophon in vita Cyri ait, Summum dedecus, & opprobrium, quod à Persis homini dabatur, fuisse, cum imponebant ei in humeris mulierem nudam. Merito ergo orat Psaltes: *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum*, idest, quod timui, sic enim Hieronymus transfert. Timui incidere in opprobrium, si à carne superatus fuero. Oro ergo, ut hoc opprobrium à me auferas, & si me à carne tentari permiseris, non me permitas succumbere, quod mihi summum opprobrium

Grego.

Xenoph.

Hierony.

**C**erit, quod idem est cum illo Pauli: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius. Insurgit quidem in homine peccatum, cum carnis tentatio procedit. Sed non regnat, nisi cor inficiat, & supereret, ideo orandum cum Psalte, aufer à me Domine opprobrium istud, & effice, ut tentationi carnis non succumbam, ut mei non dominetur. Ex dictis colligitur, maximum inimicorum carnem esse, & difficile superari, quoniam libertatem hominis quasi vi quadam dulci tollere videtur, vnde erubescéria procedit. Hinc Iacob. ait. *Vnaquisq; tentatur à cōcupiscentia sua abstractus & ille lustus.*

Rom. 6.

Iacob. 1.

Verba.

## De tertio inimico, Carne, scilicet:

Verba illa abstractus, & illectus significant summam ap- A  
petitus nostri vim, quā abstrahit nos post se, & illicit, ac in-  
nectit. Merito ergo a tanto inimico pauendum, & eius op-  
probum nobis timendum, sicut David timebat, inquiren-  
dum que, quā arte illam vincere poterimus.

Ht primum, quoniam peccatum carnis facile homini-  
bus apparet, nec adeò graue, attendendum est sumum Dei  
ocium in illud. Hoc verò facile colligemus ex supplicijs  
à Deo propter illud inflictedis. Quorum primum dilu-  
uium fuit, quod præcipue propter carnis peccata venit, &  
immensam illam a quā Deus effudit, ut ignem concupis-  
cētiae extingueret. Et quoniam iusti pulchritudine mulierū  
allecti, eis inhaerunt, iniusti facti sunt, & Deus dixit: Pœni-  
tet me fecisse hominem, & non permanebit spiritus meus in homi-  
no, quia caro est. Et denique aqua vniuersum mundū perdi-  
dit reliquo solo Noë, & domo ipsius. Secundum suppliciū

Genes. 6. B  
allectio. Et quoniam iusti pulchritudine mulierū  
allecti, eis inhaerunt, iniusti facti sunt, & Deus dixit: Pœni-  
tet me fecisse hominem, & non permanebit spiritus meus in homi-  
no, quia caro est. Et denique aqua vniuersum mundū perdi-  
dit reliquo solo Noë, & domo ipsius. Secundum suppliciū

proprietate carnis vitium sumptum fuit, cum quinque ciuita-  
tes igne cæli absumperint, vt ignis ignem concupiscentiae tol-  
leret. Inaudita profectio, ac mira in homines vltio. Sed pec-  
cati grauitas tanta pena digna erat. Vnde scriptura ait:  
Clamor Sodomorum uenit ad me. Clamare dicuntur illa pec-  
cata, ac vociferari in Deum, quia grauissima. Carnis etiam  
peccatum causa extitit interitus Sichen, & totius ciuitatis.

Genes. 34. C  
Genes. 38. Simili peccato periret Ona filius Iude, qui à Deo pere-  
nit. Genes. 38. Propter hoc etiam peccatum tribus Ben-  
iamin perempta fere est. Hoc Salomonem perdit, &  
3. Reg. 11 idola colere fecit, & septem viri Saræ propterea occisi

Tob. 8. C  
2. Reg. 12 Tob. 8. vt Raphael Tobiae dixit. Propter illud diuina vltio  
desuetum David, & regnum amisit, & uxores eius filius  
Dani. 13. publice dehonestauit. Hoc perdidit senes, qui in Susannæ  
concupiscentiam exarserunt, propter hoc vitium viginti

Num. 25. quatuor millia hominum via die occisi à Deo sunt, vt  
in Numeris memorie proditum est. Et hoc dedit consilium  
Balan, vt funditus deleretur Israël, vt fornicari  
eum faceret Baälac, meretricibus ea de causa missis. Et

Ephes. 5. adeò turpe hoc vitium est, vt dicat Paulus: Fornicatio nec  
nominetur in nobis. Solum enim nomen, & vox hominem  
inficere

A inficere videtur. Reliqua quidem vitia perpetranda non sunt, at si nominentur, parum refert. Hoc vero nec nominari debet.

Sed forsitan inquires, quid sit in hoc peccato, cuius causa Deus sic illud execratur, & nos similiter execrari debemus. Certè plures sunt rationes, quas nobis proponit Paulus, & nobis expendendæ sunt, si primum dixerimus, Deum ipsammet puritatem esse, at vitium hoc ipsa impunitas, & cum seipsum erubescat in honestus, quid mirum, si Deus eum auersetur? Sed iam Pauli rationes expendamus, quarum prior est. Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi & tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Sicut cum vides arborem grandem plurimi ornata ramis, eam miraris, laudas. Ita Christum cogitare debes arborem esse maximam, cuius nos rami sumus, & membra, non solum quo ad animum, sed etiam quo ad corpus. Cum ergo homo fornicatur, tollit Christi membrum, & efficit illud meretricis membrum, an non ingens hoc sacrilegium est? Hinc Malachias ait. Transgressus est Iuda, & abomination facta est in Israël, quia contaminauit iudas sanctificationem Domini, quia dilexit, & habuerunt filiam Dei alieni. Disperdet Dominus uirum, qui fecerit hoc. Diuus Thomas in hunc locum Pauli ait. Dicit Aristoteles in libro de generatione animalium, quod in masculo est principium actuum generationis, in foemina passuum. Et sicut planta,

1. Cor. 6.

B cuius vita principaliter ordinatur ad generationem, semper est unum corpus, in quo utrumque principium unitur, ita in animalibus, quæ ordinantur ad altiores actus vitae, non semper est unum corpus habens haec duo principia, sed in generatione fit unum, iuxta illud. Erunt duo in carne Malach. 2.

D. Tho.

Arist.

C una. Hec Diuus Thomas. Ex quibus patet, fornicarium, cum prius esset unum cum Christo, effici unum cum meretrice, quod grauissimum est piaculum. Secundum rationem addit Diuus Paulus in verbis, quæ in Themate proposuimus. Fugite fornicationem, omne enim peccatum, quod cunq[ue] fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum pectat. In quæ verba Diuus Thomas ait. Merito Paulus dicit, fugite Genes. 2.

D. Thom.

## De tertio inimico, Carne, scilicet,

cit, fugite fornicationem, quo innuit alia vita superari re A  
sistendo, hoc vero fugiendo, nam in aliis quanto quis par-  
ticularia considerat, & tractat, tanto minus in eis inuenit,  
vnde delectetur, imo magis anxiatur propter pœnali-  
tes, & afflictiones, quas habent, vel intrinsecus, vt inuidia  
impatientia, amaritudo, &c. Vel annexas, vt superbia,  
auaritia, in quibus dum impeditur quis ab aliis idem  
quærentibus molestatur. Sed in fornicatione, quo magis  
particulare considerat, eo magis delectatur, & incendi-  
tur, ideoque hic fugiendum omnino est à cogitatione, vi-  
su, & omni occasione. Hinc Aristoteles. 3. Ethicorum  
ait. Hoc quod sapientes plebis passi sunt ad Helenam, hoc  
oportet nos pati ad delectationē libidinis, vt scilicet, studē-  
tes virtuti dicamus, fuge fuge, sicut sapientes plebis dixe- B.  
runt, fugiendam Helenam, ne sua pulchritudine cape-

Psal. 118. Ora ergo Dominum cum Psalte: Auerte oculos  
meos, ne uideant uanitatem, auerte cogitationem, ne eam at-  
tendat, auerte denique omnem occasionem. In manus  
tyrannorum sæpè martyres se dederunt, & in leones, &  
ignes se coniecerunt, at nunquam in occasiones libidinis,  
imo, vt eas vitarent aliquando in fluminis se dabant, & in  
mortem. Ex dictis apparet quanta sit carnis potentia, cu-  
ius præcipua victoria in fuga est, cum enim hostis fortis  
est, cum eo decertamus, cum vero nobis fortior manife-  
stè fuga remedium quærimus. Fortissimus profectò ini-  
micus caro est, cum præcipuum cōtra eam remedium fu-  
ga sit, fugite fornicationem Paulus ait. Sed iam eius ra- C  
tionem attendamus, quæ secunda est. In reliquis pecca-  
tis corpus nostrum non inquinamus, sed in fornicatione  
inquinatur corpus nostrum, & illud graui iniuria af-  
ficiimus, quia illud inquinamus contra rationem. Hinc

Apoc. 3. Apocalypsis. 3. dicitur: Habet paucanomina in Sa- diis, qui non  
inquinauerunt uestimenta sua, idest, corpora, & iterum in ca-  
pite. 14. His sunt, qui cum mulieribus non sunt coinqinati vir-  
gines enim sunt. Hinc etiam Paulus: Propter quod tradidit  
illos Deus in desideriocardis eorum in immunditiam, ut contine-  
tis afflitione corpora sua. Et iterum: Propter ea tradidit illos

Dens

- A** Deus in passiones ignominiae. Et ideo eum castitatem mone-  
ret ait Thessaloniceusibus. Ut sciat unusquisque uas suum possi-  
dere in sanctificationem, & honorem, non in passionem desiderij,  
sicut & gentes. Qui ergo castus est sanctificat, & honorat cor-  
pus suum, qui vero in honestus illud deturpat, & in hono-  
rat, ac ignominia afficit. Commune quidem omni pecca-  
to est, ut animam inquiet, & in honore, sicut contra vir-  
tus eam ornat, & honorat. Hinc Sapiens monet. *Fili mi, in Eccles. 10.*  
mansuadine serua animam tuam, & da illi honorem secundum me-  
ritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis  
honorificabit ex honorantem animam suam? Præcipua tamen ra-  
tione luxuria inquinat, & exhonoret, ac deturpat anima.  
An non turpe duceris, si à seruo conculcareris? An non  
**B** turpisssimum si à bestia in omnibus regereris, ac ducereris?  
Sed quid obsecro minus pateris, cum à carne supera-  
ris? An non serua te conculcat, & despicit? An non bestia  
te dicit, ac reducit? An non te vt iumentum ligat, & in sta-  
bulum dicit? An non te colaphizat? solam carnis tenta-  
tionem colaphizationem dicebat Paulus, ut superius adno-  
tauimus, quo obsecro nomine cōpellaret fornicationem?  
Vilis profecto, ac vilissimus fornicator est. Hinc cum co-  
ram Diogene Alexander eximiē à quodam laudaretur.  
Respondit Diogenes eum contemnens, Alexander ser-  
vus est serui mei, qui seruus est corporis, & appetitus, sed  
non anima solam in honoret luxuria sicut alia vitia, sed &  
corpus: reliqua peccata, ait Paulus, extra corpus sunt, sed  
**C** qui fornicatur in corpus suum peccat, illud inficit, ac detur-  
pat, & hac ratione Dei iusto iudicio Cepè fit, ut corpus  
luxuriosi exterius deformetur lepra, & aliis infirmitati-  
bus, ut nouerit ille, quomodo animam prius inquinaret,  
& corpus ipsum peccato posuerit, quod quia spiri-  
tualibus oculis non videt, videat vel corporalibus corpo-  
ris maculas, & inquinamenta. Merito orat Psaltes, ut  
superius diximus: *Amputa opprobrium meum*, quod ti-  
mui, aufer à me opprobrium luxurie, quod ita timui,  
ut fugerem quasi à facie colubri. Præcipue vero fu-  
gienda hæc dehonoratio corporis nostri est, post-  
quam

*1. Thes. 4.**1. Thes. 4.**Eccles. 10.**Psal. 118.*

## De tertio inimico, Cartie, scilicet,

postquam à nobis suscepitus Christus in Eucharistia est. **A**  
ille enim ingressu suo corpus honorificauit nostrum, illud  
efficiens templum suum, & gloria Domini impleuit cor-  
pus nostrū eo intrante in illud. Cae ne de te dicatur illud  
*Hieremiac. Qui nuriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.*  
An non id facit, qui sacramentis cælestibus nutritus ad vi-  
lia vitia descendit?

**Thren. 4.** **1. Cor. 6.** Tertiam rationem Paulus adiicit, dicens: An nescitis, quo-  
niam membra vestra templū sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, quē  
habetis à Deo, & nō estis vestri, empti enim estis pretio magno, glo-  
rificate, & portare Deum in corpore vestro. Elegit quidē Deus  
animam nostram in domum præcipuam, tamen etiam in  
corpore nostro habitat, in quantum exequitur opera cha-  
ritatis. Domum verò Dei decet sanctitudo, & omnis mū-  
dities, cauendum ergo maximè ab immunditia fornicatio-  
nis, ne si templum Dei violauerimus, disperdat nos Deus.  
**B**

Sed iam de remediis, quibus huic vitio occurritur agen-  
dum est. Aliquando tentationes luxuriæ non ita à carne  
procedant, ut illa sit potior causa, sed Dæmonis vexatio,  
vel hominis superbia, quam, ut deliciat Deus, viles permit-  
tit tentationes, & tunc præcipuum remedium est oratio hu-  
milis, & humilitas orans, ac sui cognitio, & despectus. Om-  
nibus vero notum esse debet, castitatem Dei donum esse:

**Sapien. 8.** & ab alio quām à Deo haberi non posse. Vnde Sap. ait.  
Et sciuī, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, et  
hoc ipsum erat summus sapientia, scire, cuius esset hoc donum, adij-

**Sinile.** Dominum, & deprecatus sum illum. Et quemadmodum ille,  
qui à rege suscepit castellum custodiendum, nec illud ab  
inimicis tueri potest, illud regi tradit, ut ille, qui potes est,  
illud incolue ab hostibus seruet. Sic cum quidam iuitus  
valde impugnaret sensuali tentatione, prosternens se co-  
ram crucifixo, dixit: Domine terra in corporis mei, quam  
à te teneo, amplius tueri non possum, ego reddo eā tibi, de-  
fende tu eā, & hac humilitate superauit tentationē, quia cu-  
**Psal. 114.** stodiēs parvulos Dñs, humiliatus sum, & liberauit me. Ad omne  
pellendi tentationē oratio humili iuuat maximè. Sed præ-  
**Hierony.** cipue contra sensualē, ut de se affirmat Hieronymus.

Sed

- A** Sed quia nunc de carnis temptatione agimus, quæ præcipue à carne proficiscitur, de remedii aduersus eam agendum est, in quibus illud primo attendendum nobis est, quod Paulus monet. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis uestris. Nomine verò peccati sæpenumero in Scriptura appetitus significatur, quia est effectus, & causa peccati, sicut ibi: *I am non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, id est, appetitus inordinatus.* Nunc ergo nos Paulus monet. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Non ait, non sit peccatum in uestro mortali corpore, id enim in nostra potestate non est, appetitus enim insurgit aduersus rationem, nec prohibere id nos valemus, & ideo illud nobis non imputatur ad peccatum. Sed ait, non regnet, quia aëtus voluntatis cū filij sunt reginæ, reges sunt, & regnant in nobis. Aëtus verò sensualitatis cum sint filij seruæ, serui etiam sunt, tanquam paitus, qui sequitur yterium, nec regnare valent, nisi voluntatem supererent. Hoc verò nobis cauendū Paulus monet, quasi dicat. Etsi oriantur in te appetitus praui, sed non dominantur. *Eiice ancillam, & filium eius, non enim erit hæres filius ancille cū filio liberae.* Hinc Psal. ait. *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo,* id est à peccato mortali. Noli ergo mœrere, quod tentaris, noli de hac re discrucari, cura verò, ne tētatio te opprimat, ne te superet. Sed quibus remedii utendum sit videamus.

**C** Primum quidem remedium est, & illud potissimum, quod superiore concione diximus, vitare, scilicet corporis delicias, præcipue in cibo, & potu. Hinc Paulus. *Nolite inebriari uino, in quo est luxuria.* Quia in re omnes sancti nobis mira exempla tradiderunt, qui corpus afflixerunt, vt potius cibū cogitaret, quam delicias. Sic enim Hilarion corpori suo dixisse Hieronymus in eius vita author est.

Secundò omnis nobis fugienda huius vitij occasio est, vt superius dixi: Occasiones vero vitij huius sunt multæ. Prima, conuictus, & familiaritas cū luxuriosis, de quo plura superius dicta sunt, cū de mundo egimus. Secunda lectio librorum turpium, qui serpentium veneno pleni sunt. Cogita, mētem tuā aridæ materiæ perfimilem esse, quæ vulgo dicitur (*yescæ*)

Gg quam

Rom. 6.

Rom. 7.

Gen. 2 1.

Psal. 18.

Ephes. 5.

Hierony.

## De tertio inimico, Carne scilicet,

quam facile ignis inflammat: & ideo ab omni scintilla ignis A  
tibi cauendū. Tertia, otium, quod superiori concione ostendi-  
mus ex Ezechiele iniquitatis Sodomæ causam extitisse.  
**Quarta** mulierū familiaritas, earumq; cōspectus, quē fugien-  
dum etiā Ethnici sapientes Graci dixerunt. Non solum libido  
nobis fugienda est, sed illa vniuersa, quæ propè libinem sunt.  
Sicut non solum ab igne declinas, sed propè etiā accedere, ne  
igniaris. Audi quid Angelus moneat Loth. *Salua animam tuā:*  
*noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione;* sed in mon-  
te saluum te fac, ne & tu simul pereas. Ignis quidem Dei descen-  
dit in in honestos, ideo nō solum à Sodoma exeundū, sed in  
omni regione, quæ propè est, non est standum. Quiverò ait,  
inhonestus non ero, sed occasiones nō fugiam, propè Sodo- B

Eccles. 3. manet, ipse peribit. *Qui enim amat periculum, peribit in illo,*  
Proz. 27. vt Sapiens ait: & iterum Sapiens ait. *Astutus uidens malū absco-*  
Proz. 14. *ditus est.* Paruali per transiente sustinuerunt dispensia. Et iustus  
timet, & declinat à malo. *Stultus confidit, & trasilit.* Sancti enim  
timauerunt occasiones, & ideo eas declinauerunt. Nos verò  
miseri confidimus, & occasionē non fugimus, & ideo in eam  
incidimus.

Tertiō remediū maximum est frequentia sacramentorū, si  
debitè suscipiātur: & deuotio, ac affectus singularis ad Mariā  
Dei matrē, prēcipue ad eius Annuntiationē, & Conceptio-  
nē. Et primū de sacramentorū frequentia ratio est manifesta.  
Infirmitas enim, ac imbecillitas naturæ nostræ facit, vt carni  
succūbamus: gratia verò Dei efficit, vt cor stabiliatur, ac forte-  
rit ad omnē superandam tentationem. gratia verò in sacramē-  
tis percipitur, de quibus scriptum est; *Haurietis aquas in gaudio*  
*de fontibus Saluatoris.* Sicut ergo is, qui aqua indiget, ad fontē  
accedit: ita qui gratia eget, ad sacra menta accedat oportet, gra-  
tia verò nobis opus est, vt infirmam naturam sanemus, ne car-  
ni succūbat, ergo vt id assequamur, sacramenta percipiāmus.  
Sed singulari ratione diuinissimum Eucharistiæ sacramētum  
id præstat, quia in eo est fons puritatis, & gratiæ Christus Do-  
minus. Hinc de eo multis retro seculis Zacharias prædixē-  
rat. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi fru-  
tem electorum, & unum germinans virgines?* Multa fausta de- C  
Zachar. 9. Christiana

- A** Christiana Ecclesia vaticinatus, ea concludit his verbis, quibus Eucharistiam expressit, de qua ait, frumentum esse clementum, quia tanquam cibus viuentium per gratiam est. Dicit etiam vinum esse germinans virginem, ex quo manifeste patet, quod sicut est vinum in quo est luxuria, ut ex Paulo diximus, ita est aliud vinum, quod virginitatem, & castitatem germinat. Hoc vero efficit sanguis, & corpus Christi, qui de purissima cōcipi Virgine voluit, & virginitatem, & castitatem mundo attulit, ut qualis cælestis est, tales essemus cælestes, & hanc cælestem castitatis virtutem efficit singulari ratione in his, qui eum dignè suscipiunt. Sicut arbor illa paradisi erat ex vtrahq; parte fluminis, & afferebat fructus duodecim, ita Christus arbor virtutis est, & ex vtrahq; fluminis parte consistit, quia in cælo est ad patris dexteram, & in terra sub speciebus panis & vini. Duodecim vero fructus duodecim effectus mirabiles sunt huius sacramenti: inter quos puritas, ac castitas merito numerantur. Sed diximus, & merito dignè suscipientibus id concedi. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Et non modo castitatis fructum non percipit, sed potius à Deo deseritur, ut impurior sit, & dishonestior. Sicut enim idem Sol fructificare arboris ramum facit, cum ramus viuus, & in arbore est, si vero præcissus, aut siccus sit, illum magis exiccat, & perdit. Ita Christus iustitiae Sol palmitem in viti inherentem fructificare facit, præcissum vero, & emortuum magis perdit, non sui natura, sed suscipientis vitio.
- B** Apoc. 22.
- C** 1. Cor. 11.

De singulari etiam affectu ad virginem matrem, id manifesta docet experientia, iuuare maximè ad castitatem. Engrandit miraculum vir, & formina, quibus id virtutis ineft, ut quod magis foeminæ virum amant, ad cum accedunt, eo puriores, & castitatis amatores sunt amplius. Et quod viri plus foeminam dilexerint, eo castiores, ac puriores sunt. Hi vero Christus & Maria sunt, virgines, & virginum principes. Sicut ergo stellæ cæli influentias habent singulares, quibus terram fecundant, & licet una stella plura bona influat, unum tamen ita singulariter influit: ut inde dicatur illud influence: ita Christus, & Maria stellæ sunt, ille stella splendida,

## De tertio inimico, Carne scilicet,

- Apoc. 22. & matutina, hæc stella maris. Vnde niuersa bona influant, vnde **A**. Ecclesia canit. Sydus resulget iam nouum, ut tollat omne noxiā. Sed singulari ratione castitatem donant, ac puritatē. Quod si id experientia comprobare vis, sacramenta frequenter suscipe, Mariæ afficere, eius rosarium recita deuotè, & mirabiles effectus experieris. Magister Abila memoriæ prodidit de perditis hominibus, ac pene desperatis Mariam auxilio fuisse, vt casti essent, quia aliquam quotidie orationem fundebat in honorem Annuntiationis, & Conceptionis beatæ Mariæ.
- Remedia diximus, quæ adhibenda sunt priusquam tentatio in nos insurgat. Cum vero turpi cogitatione mens tua pulsatur, statim remedium adhibe, dum hostis parvus est. Ut sis illi similis, de quo Psaltes ait. Beatus, qui tenebit, & allidet parvū **B** los Babylonis ad petram. Capite ergo uulpes parvulas, quæ de molliuntur uincas. Dum hostis parvus est, facile superatur, si creuerit difficile. Parvus ignis facile extinguitur, maximus vero non sic. Vnde accedit illud Osee. Succensi sunt quasi cibanus à coquente. Arbor recens plantata facile eradicatur, quæ altas misit radices non sic. Cum turpis incipit cogitatio, parvā dat delectationem, ideo facilè dimittitur sed crescente delectatione, cuius nimium cupidi sumus, difficilè relinquitur. Ideò statim ei occurre signo crucis, cogitatione mortis, inferni, & passionis Christi, vt clavis clavo trudatur, & aliquo etiam dolore suscepto, quo caro verberetur, quæ verberabat, &c. **C**

C O N-

Continua



# CONCIONES

## DE RENOVATIONE

veteris hominis, & reformatione peccato-  
ris etiam deperditi. In quo traditur, qui-  
bus remediis uti homo debeat post confes-  
**B**sionem ritè peractam, ut prauos habitus,  
& passiones superare valeat, & per-  
fectam peccatorum victoriam  
consequi.

### CONCIO. I.

De necessitate nouæ vitæ, quam homo  
post pœnitentiam agere debet, & de  
**C** spe consequendi plenam sui  
victoriam.

### THEMA.

Fili peccasti? Ne adiicias iterum, sed & pristinis depre-  
care. Ecclesiast. 21.



I S E R R I M V S. Profecto peccati sta-  
tus est, quia infinitum malum peccatum est,  
nec excogitabile est malum tantum, quod pec-  
cato vlo modo conferri possit: & ideo nullus  
est, sed nec esse potest adeo miser, ac ille qui

Gg 3 peccati

# Concio I.

peccati seruus est. Ut à tanto malo homo liberetur, poenitentia praestat. Hæc verò duobus constat, dolore præteritæ vite, & nouitate sequentis. Nec vnum sine altero satis est, vt de Cœcil. Trid. finiuit Concilium Tridentinum Sessione 14. capit. 14. Et Hier. 18. colligitur manifestè ex illo Hieremij. Proiicite à uobis iniquitates uestras, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum. Cui coasonat Paulus dicens: Exuite ueterem hominem, & nouum induite, qui secundum Deum creatus est. Fuit hæc doctrina omnium patrum, quorum sententias refert Gratianus de Pœnitentia.

Circa dolorem de peccatis præteritis nihil nunc dicimus, agimus enim cum homine, qui ritè confessus est. Hoc tamen vnum ei dicimus, ne omnino obliuiscatur se peccasse. Quia ut Sapiens ait. De propitiato peccato noli esse sine metu. Audierat David. Dominus transfluit peccatum tuum à te. Et tamen ait. Peccatum meum contra me est semper. Et Amplius: Lava me Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Nouerant Petrus, & Magdalena peccata sua remissa, nihilominus perpetuis lachrimis ea deplorabant. Sicut ergo mulier adultera viro reconciliata, licet veniam acceperit, verecundè tamen agit, & confunditur, quia deliquerit. Ita licet veniam sis consequitus, tamen memento te peccasse. Memento te deprehensam, ait Abimelech Saræ. Imò aliqua ratione plus dolendum nobis esset de peccato propitiato, quam de non propitiato, quia cum tibi Deus propitius fuit, amorem, & bonitatem magis ostendit, quapropter magis dolere debes, quia dilectissimum, & benignissimum patrem læstisti. Accidit aliquando, vt nocte percurrēs vias publicas quispiam patrem grauiter vulneret, quia eum non nouit. Cum verò patrem vulneratum videt, dolet, quod eum vulnerauerit. Si verò statim pater ignoscat filio, magis dolet filius, cum patris amorem videt, qui tan citò indulxit. Ita omnino in tenebris ambulat, qui peccat in Deum, non a eum agnoscit: idèo peccat, nam vt Ioannes ait. Si quis detestat se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax est. Cū fide viua agnouisti Deum parentem à te vulneratum, doluisti, agnouit tibi Deus, & in eo bonitatē, ac amore in te præcipuit ostendit,

Ecli. 5.  
2. Reg.  
Psal. 50.

Gen. 20.

Simile.

1. Ioan. 2.

## De Renouatione veteris hominis. 236

A ostēdit magis nunc tibi dolendū de propitiatio peccato , quia cū laſisti, qui ſic te diligit. Grauifimi viri testimonio didici, *Similes* Hispaniæ accidiffe, quod nūc dicam. Tenebatur in lacu leo, custos verò eius, qui ei alimenta præbbat, liberè intrabat, & exibat, nihil q; mali à leone patiebatur. Die verò festo nouā vester induit leonis custos, & cum de more ad leonem ingrederetur, agnitus non fuit propter vefis mutationē, & in momento à leone disceptus, quem magis, ac magis leo intuens agnouit custodem ſuum , qui cum paſcebat, quo agnito eos rugitus dedit, vt ſuſtineri vix poſſet. Diſce ergo ô homo à beſtia gratus benefactori eſſe, & de peccato dolere, quod in tan-tum commiſiſti benefactorem. Sic etiam Moyses postquam *Exo. 32.* à Deo obtinuit peccati Iſraël veniam, vitulū in puluerem re-dactum eis potum dedit, vt nos doceret, de remiſſione peccato dolere, & poenitentiam agere.

Sed peccato deleto noua vita tibi necessaria eſt. Vnde Gregorius poenitentia eſt, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Et idē *Gregor. admonit. 31.* *Greg. hom.* Flendo inaniter mundant, qui viuēdo ſe nequiter inquinant. *34. in Euā* Quid enim prodeſt, quod à luto te erigam, ac mundem *gelium.* fi ſtatim in idem lutum te proiicias? Hinc Sapiens, & Petrus aiunt. *Canis reuersus ad uoritum ſuum, & ſus loca in nolutabro Prou. 26:* luti. Et Sapiens. Quid prodeſt, ſi baptizatur à mortuo, & ite- *2. Pet. 2.* rum tangit illum, quid prodeſt lauatio eius? Hinc dicitur: Ne *Ecli. 34.*

C iteres uerbum in oratione tua, id est, ne iterum idem facias, *Ecli. 7.* pro quo necesse fit iterum orare. Similes ſunt hi illis , qui venientes coram facie regis magna ſubmiſſione blandiuntur, ſed recedentes damañ, quæ valent , atrociter infe-runt. Admonendi ſunt hi, ait Gregorius, quod plerumq; ma- li ita inutiliter compunguntur ad iuſtitiam, ſicut plerumq; boni innoxie tentantur ad culpam, quia utrumque exter-num eſt, nec cor tangit. Sic Balan respiciens iuſtorum ta- bernacula, dixit: *Moriatur anima mea morte iuſtorum.* Sed ci- *Num. 23.* tò conſilium præbet contra eorum vitam, quorum morti *Num. 24.* ſimiliſ eſſe voluit. Quo facto oſtendit ſuperiora non ex corde dixiſſe. Vnde multum dubitandum eſt de eius poeni-

# Concio I.

a.Cor.7. tentia, quia statim ad peccatum reuertitur, an vera fuerit. **A** Nam vt Paulus ait, *Tributia, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Quæ ergo salutem stabilem non dedit, forsitan à Deo non fuit.* Quid obsecro dices de illius pœnitentia, qui cum tibi alapam dedisset, veniam duplex petit, & ea obtenta, statim aliam alapam impingit? An non irritoria illa pœnitentia diceretur.

**B** *Iſai. 1. August.* Duo ergo peccatori necessaria sunt, dolor de præterito, & noua vita. Sed sciendum hoc secundum finem esse prioris, in id enim dolor de præteritis ordinatur, vt noua vita ducatur: & ideo hoc præcipuum est, & ei præcipue attendum. Ideò pœnitentia Græcè dicitur: Metanoia, id est, transmutatione, transitio mentis ab uno in aliud. Hinc Isaías. *Lauantini mundi estote, mundities finis est lotionis.* Augustinus. Quidam lauantur, & mundi non sunt, plangunt, & non deserunt vitia. Quemadmodum ergo in natura corruptio non intenditur, nisi tanquam medium ad generationē, ita in gratia corruptio hominis veteris intenditur ad generationem hominis noui. Omnis ergo pœnitentia in nouam vitam ordinatur, vt in finem.

**C** *Hiere. 1. Matth. 21.* Ex dictis colligitur incuria, & negligentia multorum confessariorum, & plurium etiam pœnitentium. Confessariorum quidem, dum putant, muneri suo satisfactum, si pœnitentem audiant, increpent, & iniuncta pœnitentia absolvant. Et per pauci sunt, qui iuuent, instituantq; pœnitentem, quomodo nouam agat vitam, & peccata vitet, & bonis operibus incumbat. Et hinc fit, vt plurimos videas, qui peccata confessi sunt, paucos verò, qui ea reliquerint. Cum tamen utrumque confessarius præstare deberet. Ideò enim ad Prophetam Dominus ait. *Ecce constitui te hodie super gentes, & regna, ut euellas, & destruas, & edifices, & plantes.* Non solum enim euellenda, & destruenda peccata sunt, sed & edificandæ virtutes, & plantanda bona germina. Hinc etiam discipulis Christus dixit: *Soluite, & adducite mihi.* Non solum enim soluendus, & absoluerendus peccator est, sed etiam ad Iesum adducendus

## De Renouatione veteris hominis. 237

- A dus per vitam nouam. Pœnitentium verò eadem est incutia, ex quibus plurimi confessiones suas diebus statim præstant, sed nullam morum correctionem curant: sed similes bestiis sunt, quæ aquam ex altis puteis hauriunt, & in circuitu semper ambulant, à confessione in peccatum, à peccato in confessionem. Et sic ut Psaltes ait. In circuitu impij ambulant. Ideò nos monet Hieremias. Lava à malitia Hieremias. 4. cor tuum Hierusalem, ut salua fias, usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. Et Augustinus. Inanis est pœnitentia, quæ sequens coinquiat culpa, frequenter peccans & lugens, vix veniam meretur.
- B Attendendū ergo est, quòd sicut peccator indiget ministro ad primam pœnitentiæ partem, ut scilicet à peccatis absoluatur, indiget suo modo ministro, ac consiliario ad nouam vitam capessendam. Præcipue verò eò indiget desperatus peccator, de quo nunc sermonem instituimus. Et ratio est manifesta, quoniam difficultas est nouā vitam agere, quam peccata confiteri. Licet enim confessio fiat exactè, sed breui tempore examen, & contritio haberi potest. At vitae, ac morum emendatio per multa tempora durat, & cum inueteratis prauis habitibus, & affectibus animi inordinatis pugnare diu difficile admodum est, præcipue cum vi-tandæ sint occasionses, & hominum dicta despicienda, & cum plura adhibenda sint remedia, opus est homini optimo consiliario, difficile enim opus aggreditur, ut patet ex illo Hieremiac. Si potest Athiops mutare pelle suam, aut Par- Hieremias. 13. dus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cum didiceritis meum. Ex dictis perspicuum relinquitur, quòd cum morum correctio sit adeò necessaria peccatori, adeoq; difficilis, necessarium est ei diuinum auxilium, & optimus consiliarius, qui eum adiuuet, ac manum porrigat. Hunc nos instruere nunc volumus. Et primum, quod eum monemus, hoc sit. Ut quod ad præceptum confessionis attinet, si confessarium doctum, & pium elegit, & is ei assent, rectè eum fuisse confessum, debet illi acquiescere, & secura esse conscientia, siue tantum, vel tantum examen adhibuerit, siue aliquo-

Gg 5 rum

## Concio I.

Luc. 10.

rum peccatorum oblitus, non vnica confessione omnia eu- A  
muerit, siue dolor ei non tantus videatur, deniq; in omni scru-  
pulo credere debet pio, ac docto confessario, nec enim si id fece-  
rit, propterea à Deo dñabitur. Ille enim dixit: *Qui uos audit,*  
*me audit.* Quod si hoc satis non esset, vt secura , ac quieta con-  
scientia essemus, non satis prouisum Ecclesiæ à Deo esset, vt  
animæ tutæ redderentur. Hinc Paulus monet. *Iustificati ergo*  
*per fidem pacem habeamus ad Deum per Iesum Christum.* Quid est,  
pacem habeamus? Simus animo tranquillo , non timeamus  
seruiliter damnationem. Cui verò hæc dicit Paulus, si ei non  
dicit, qui sacramenta suscepit, & iudicio ministri Ecclesiæ re-  
ctè salcepit? Si hic tranquillo animo non debet esse , quis  
obsecro erit, cui Paulus loquitur. Non ergo securus esse om- B  
nino debet , & omnino certus de gratia obtenta , sed prob-  
abilis coniectura , ac morali , quæ satis est , vt animo sit  
paccato. Sed ais. Summa consolationis sunt ista mihi. Sit ita,  
spes enim gaudium, & consolationem præbet. Dixi tamen  
pij, & docti confessarij iudicio securū reddi, quia plures sunt  
confessarij, quorum iudicio securus non eris, de quibus tu pro  
bè nosti, non adeò idoneos esse ministros , vt te rectè curare  
valeant.

Psal. 30.

Psal. 36.

Secundum verò, quod huic homini dicimus, qui rectè con-  
fessus est, sed infirmus, ac debilis est, prauis habitibus irretitus,  
& passionibus vehementibus appetitus exigitatus, illud sit, vt  
concipiat spem maximam correctionis morum, quæ illi non C  
possibilis tantum, sed & facilis erit, si velit remediis vti, quæ illi  
proponeamus, quoniam diuina gratia ei præsto erit, qua om-  
ne circuistans peccatum superet, & vniuersos iniunos pro-  
sternat, speret ergo in Deo , & illud faciat, quod Psaltes ait.  
*Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes, qui speratis in*  
*Domino.* Pusillanimitas enim, ac desperatio maximè ho-  
minem impediunt ab omni bono peragendo. Proprius  
peccati effectus pusillanimitas est, tristitia , & defectus spiriti.  
Sicut contra gratiæ effectus est cor stabilire , ac confirmare,  
& sperantem facere. Hinc Psaltes ait, cum de iniuriantibus  
loquitur: *Multiplicatae sunt super capillos capitum mei, & cor*  
*mcum*

## De Renovatione veteris hominis. 238

A meum dereliquit me. Nec mirum, quoniam veneni proprium est, cor occupare, ac illud infirmum reddere, & imbecille. Et sicut virium amissio corpus infirmum reddit, ac debile, ita virtutum defectus, quæ vites sunt animæ, eam debilem, ac desperatam relinquunt: licet enim in peccatore spes maneat, sed languens, ac mortua. Hoc in Cain facile apparet, ad quem Deus ait.

Genes. 4:

Quare tristis es, & cur concidit ultus tuus? Nonne si bene egeris, recipies? quasi dicat: Cur desperas, & quasi sine viribus es? Resu ne vites, & spera, ac bona operare. Et ratio manifesta hoc ostendit, quoniam peccatum initium est inferni, & infernus superior, est enim infernus inferior, & superior: inferior est ille, in quo torqueatur impij, superior vero

B culpa est. Sicut etiam gratia Dei est initium beatitudinis, & inferior beatitudo, quæ ad superiorem tendit. Sicut ergo in cælo est Dei possessio secura, sine ullo metu eum amittendi, ita gratia, quæ illius est initium, spem maximam in generat in animo. Ita etiam sicut infernus est desperatio omnimoda, absq; vlla spe euadendi, sic peccatum initium quodam habet illius desperationis. Et eo vsq; desperatione ista procedere solet, vt suadeat Dæmon peccatori, impossibile ei esse à peccatis recedere, ac mores in melius mutare, & cum impossibili non sit voluntas efficit, vt id non tentet. Hoc de se assertit Augustinus in Confessionibus, quod absq; vlla spe fuerit, donec ei Christus, & eius gratia falsit. Id ipsum de pluribus peccatoribus Hieremias ait. Qui dixerunt, desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & unusquisque prauitatem cordis sui malificiemus. De quibus etiam Paulus ait. Qui desperantes tradideruntse impudicitie, & omni immundicie. Dæmon vero maxime curat, hanc augere desperationem, sic enim animam in securam tenet, quæ tanquam impossibilem relinquit morum correctionem. Hinc Sapiens: Si desperaueris lapsus in die a iugitate, immittetur fortitudo tua. Etiam in corpore difficiliter sanatur infirmus, qui de salute desperavit.

August.

Ifid, de Sum. bono ait, peccare est, vitâ animæ perdere, desparere est, in infernum descendere, quia plura peccata multiplicat, qui desperat, Sed fallacias dæmonis manifestas attendit, suadet

Hier. 18:

Ephes. 4.

Prou. 24:

Istor  
morum

# Concio I.

morum mutationem impossibilem, facilem verò salutis eter-  
næ consequitionem, cum ad hanc illa necessaria sit. O verè  
pater mendacij, sine correctione morum salus æterna vlli cō-  
tigit vñquam?

Nunc ergo nos, qui Angeli lucis sumus, veritatem doce-  
mus, qua tenebras dæmonis pellamus. Et ideo dicimus, mo-  
rum mutationem non modo possibilem esse, sed & facilem,  
si quis voluerit Dei gratia vti, & remedia apponere. Audi  
etiam ante gratiæ legem dicentem Dominum. Nunquid re-  
fina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est  
obiecta cicatrix filiæ populi mei? Quid obsecro in lege gratiæ  
dicemus? Nunc ergo ad nostra accedamus. Sicut peccatoris **B**  
est desperatio, ita in eo qui recens ad Deum conuersus est,  
aliqua pusillanimitas, & desperationis reliquia manet, si-  
cut manent etiam alij peccatorum effectus. Ad eum ergo  
loquimur, ac dicimus. O homo in gratia Dei iam es, pecca-  
ta tibi dimissa sunt. Christus tibi aderit, in Ecclesia Christi  
versaris, quæ xenodochium peccatorum est, in quo virtus  
Dei est in salutem omni credenti, & sicut vniuersa, quæ in  
xenodochio sunt, in salutem, & curationem infirmorum  
ordinantur, ita vniuersus Ecclesiæ status, & omnia, quæ in  
illa sunt, in peccatorum medelam. Tibi ergo erit curatio, nul-  
la plaga desperabilis est tanto medico, & talibus medicinis.  
Facile ergo peccata exues, & prauos habitus, ac affectus, fa-  
cile indues Christum Dominum, qui licet initio vestis noua **C**

**Simile.** sit, quæ angit, & constringit aliquantulum hominem, sed ci-  
**Rom. 13.** to corpori adaptabitur, & facilis reddetur. *Induite ergo Domi-  
num Iesum Christum.*

**Seneca.** Sed si mihi non credis id afferenti, & hoc ipsum oculis  
tuis subiici vis, id etiam libenter faciam, ostendam tibi  
omnia remedia tibi adhibenda, vt ea sigillatim inspicias,  
quòd si illa factu facilita fuerint, facilem etiam crede salu-  
tem animæ integrām. Praclare Seneca ait. Multis via-  
vitutis impossibilis appetit, quia eam à longe aspi-  
ciunt, & simul sumptum contemplantur, quod vulgo di-  
citur (a bulto) Qui tamen, si propius accederent, & sigillatim  
viderent,

## De Renovatione veteris hominis. 237

- A viderent, quæ illis agenda proponuntur, facilem eam iudicarent. Sicut qui à longè contemplantur ingentem montem, per quem viam astuti sunt, dicunt fieri ne potest, ut illa nos transeamus. Sed cum prope montem accedunt, viam vident, quæ arripiant, & ascendere incipiunt, & licet aliqua loca difficultia inueniant, ea pertransirent, & post paruam moram temporis super montis sacramen se vident, ac intelligunt, facile esse, quod impossibile prius apparebat. Ita omnino, si uniuersum virtutis statum a longè conspicias, mons est magnus, dicesq; *Quis ascendet in montem Dominus aut quis stabit in loco iusto eius.* Sed si virtutis viam arripias, facile illuc peruenies. Sic etiam impij manus populi Israël dissoluerunt, eosq; perterrefecerunt, dicentes, impossibile eis esse terram promissam obtinere, quia gigantes erant in ea maximi, & muri ciuitatum cælos pertingebant, sed boni dixerunt: Asendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Moyses quoq; ad eos ait. *Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec pueatis ad conspectum eorum, quia Dominus Deus tuus ipse est duktor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.* Id ipsum potiori ratione tibi nunc dicimus. Ratio vero manifesta est. Deus vult, præcipitq; vt mores corrigas, ergo possibile id, ac facile est, possibile quidem, quoniam impossibilita Deus non præcipit: facile vero, quia iugum eius suave est, & onus eius leue. Et deinde alij peccatores vitam in melius mutauerunt, cur ergo tibi impossibile est, quod illis fuit facile? Hoc argumento conuictus est Augustinus, qui putabat admodum difficile, castitatem seruare, cui ostensi sunt pueri, & puellæ illam colentes, ac ei dictum est, tu non poteris, quod isti, & istæ an isti in se possunt, & non in Deo suo: proice te in Deum, & suscipiet te.
- Sed alia ratione hoc ipsum manifestius reddamus. Duo sunt principia necessaria ad morum mutationem, Deus & homo, gratia Dei, & hominis concursus, sicut Sol, & homo generant hominem. Si ergo ostenderimus ex parte diuinæ gratiæ, & ex parte hominis facile esse, mores mutare, perspicuum relinqueretur, omni ex parte facile esse. Quod hoc sit opus gratiæ, manifestum est ex illo Pauli. *Abundantius illis oīnibus laborauit,* 1. Cor. 15:3

## Coticio I.

August. *laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum.* De qua relatè Augustinus libro de Natura & gratia, ubi ait. Sicut oculus corporis licet sanus, nisi luce adiutus videre nō potest: sic homo etiam iustificatus indiget diuino auxilio, ut bona operetur, & perseveret. Quod ergo ex parte gratiae facile sit mores corrigerem, manifestum est. Potentior enim gratia, quæ opus Dei est, ad resarcendum, quam in peccatura, quod opus hominis est, ad perdendum. Tanta vis gratiae ex se est, ut minima gratia satis sit, ad delēdā vniuersa peccata, ad vincēdas vniuersas tentationes, & totū infernū expugnandū. Gratia enim est instrumentum Dei habitantis in anima, unde agit in virtute Dei: & ideo dicere Paulus iure potuit. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* A

Philip. 4. *Hinc etiā Iohannes dixit: Poteris est Deus de lapidibus iustificari filios Abrahæ.* Quid similius cordi maximi peccatoris quam lapis? Durū est, frigidū, graue, sterile. Ex his tamē Deus gratia sua efficit filios Abrahæ, qui cū imitentur in fide, obedientia, ac sacrificio risus sui, quod est Isaac. Et præterea, qui potuit id, quod amplius erat, poterit & id, quod minus est, gratia potuit animā liberare ab innumeris culpis, & eā ab omni peccato, mūlare, poterit ergo in eo statu cōseruare, quod minus est, plus enim est à peccatis statu ad gratiae statu hominem reuocare, quam in eo statu stabilire. Hinc Paulus qui dedit velle, dabit & perficere pro bona volūtate sua: potes ergo o homo dicere cum Paulo. *Omnia possum in eo, qui me confortat,* qui verò dicit omnia, nihil exclusit poteris ergo omnem superaretentationem, omnem habitum prauū, omne naffectum cordis in ordinatu, omnia mala exēpla, & deniq; omne Satane cænā. B

Matth. 3. *Hinc Iaias. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, ut aquile volabūt, & non deficient, current, & non laborabunt.* Deinde quemadmodum propter naturalem vniōnem anima corpori assistit, & in eo operatur: ita etiam gratia id operante Deus assistit animæ, & in ea operatur, ac anima incorpore. Deus ergo in anima positus, & in ea operans, quid nō poterit? Qui dixerit, gratia Dei aliquid nō posse, dicit, Deum non posse. Dic ergo o homo cū Psalte. *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilū deducet inimicos nostros. Deo adiuuante vniuersa superabo.* C

Philip. 2. *Isa. 40.* T. 1. fol. 107.

Sed

## De Retouatione veteris hominis. 240

- A Sed animus pusillanimis rationes querit aduersus seipsum, vt non speret, & ideo ait. Certum est, gratiam Dei vniuersa posse, quam si Deus concedat, omnia facile superabo. Sed dubito, an gratiam mihi Deus donare velit, quoniam eam non mereor, iudeo multis peccatis eam demeritus sum. Respodeo, sicut dubium nullum est, quod gratia omnia possit, ita nullo modo dubitare licet, an eam Deus concedere velit, & re ipsa concedet, si ego obicem non posuero. An non ipse ait? Eum, qui uenit ad me, non eiiciam foras. Et Hæc est autem uoluntas eius, Iean. 6.<sup>o</sup> qui misit me pater, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. Et ratio manifesta id confirmat. Cum eras in peccato inimicusq; eius, nec quicquam mereri poteras obtulit tibi gratis gratiam suam, & auxilium dedit, vt peccata detestareris, ac convertiteris. Multo ergo magis nunc cum amicus, & filius es, & mereri potes, gratiam conferet, qua peccati reliquias superes. Similis hæc ratio est illi, qua Paulus ait. Si cū adhuc inimici es, Rom. 5.<sup>o</sup> semus reconciliati sumus per mortē filii eius, multo magis nunc reconciliati salui erimus ab ira per ipsum, quæ verba etiā propositio nostro congruant. Consonat etiam huic illud, quod mater Sampsonis viro suo dixit: si Dominus nos occidere uolueret, de Iud. 13.<sup>o</sup> manibus nostris holocaustum, & libamenta non accepisset, nec offensisset nobis hec omnia. Si ergo volueris Dei gratia vti, illa tibi præsto erit. Si fitis, accede ad Christum, & bibe, tantam enim Iean. 7.<sup>o</sup> concedet tibi gratiae copiam, vt flumina de vētretuo fluant, sicut ipse promisit.
- B
- C
- Accedit præterea Augustini argumentū, quo nos petere si Aug. 3.<sup>o</sup> ducialiter moneret. Quite exhortatur, & mouet, vt petas, quomodo petita negabis, vt quid enim te petere vult, nisi vt obtineas? si ergo intendit, vt obtineas, quomodo negabit, si petieris? Ita ergo nūc Deus tibi dedit propositū vitę nouā in eūdæ in hanc finem, vt vitam nouā agas, qui ergo coepit in te opus bonum, perficiet usq; in finem, qui dedit velle, dabit & perficeret, iuuabitq; te, vt perficias. Vt verò sperare discas, noli cogitare Deum durum, & inexorabilem. Sed potius benignū, magnificum. Sententia de Domino in bonitate, ait Sapiens. Pa- Sap. 1.<sup>o</sup> ter misericordiarum est, & Deus totius consolationis. Hinc per Ezechielem ait. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, Ezecl. 18.<sup>o</sup> dicit

# Concio I.

Greg.

dicit Dominus; et non magis, ut conuertatur et uiuat. Pater est A  
benignè suscipiens filium dissipatorem. Samaritanus miser-  
cors, qui appropians alligat vulnera, infundens vinum &  
oleum. Mira de hac te dicit Gregorius libro 26. Moralium.  
capit. 17. in illa verba Lob. Cum dixeris, non considerat, ius-  
dicare coram illo, & expecta eum. Denique spe tenemur spe  
rare media ad salutem necessaria, cum verò morum emen-  
datio necessaria ad salutem sit, tenemur præcepto spei illam à  
Deo sperare.

Sed tandem dices, scio, quod cum gratia Dei omnia pos-  
sum, scio etiam, quod gratiam Deus concedet. Sed dubito,  
an ego industria mea concurram propter multa difficultia,  
quæ mihi obiciuntur. Hæc vniuersa sigillatim expenda-  
mus, vt manifestum sit, illa omnia à nobis facile superari pos-  
se. Quæ ergo sunt, quæ te pusillanimem reddunt? Certè,  
ais, primò, longa, ac praua consuetudo. Secundo, appetitus  
inordinati affectus, & inclinationes malæ. Tertio, frequen-  
tes, ac graues tentationes. Quartò plures, quæ in mundo  
sunt, occasiones, & scandala prauorum, qui suo exemplo nos  
ad peccata ducunt. Quinto, experientia, qua compertio, sæ-  
pè me proposuisse, mores mutare, & sæpius fuisse lapsum.  
Sextò deniq; nullus vsus bonorum operum, frequentiæ sa-  
cramentorum, & afflictionum corporis, quæ quasi noua hor-  
reto. Ecce gigantes qui se mihi obuios in hac via offerunt, vt  
desperem. Sed ostendam tibi, quod omnes, sicut pa- C  
nem, sic poteris deuorare: & ideo nihil timendum.

De hac re vero concione sequen-

ti agemus.

C O N-



## C O N C I O II.

De remediis aduersus impedimenta conversionis, & mutationis vitæ  
in melius.

T H E M A.

*Fili peccasti? ne adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare.* Eccles. 21.

A DENTER ea, quæ difficilem reddunt mutationem vitæ in melius, illud potissimum est, quod homo præcè affectus, ac ut sic dicam, inclinatus, ac propensus sit in aliquod vitium. Ideò enim mala consuetudo difficile tollitur, quia transit in alteram naturam, vt Aristoteles ait. 7. Ethico-Arist. rō. c. 10. Sed nō èo peruenit, vt omnino in naturā trāseat.

B Sed in hac re illud primo sciendum est, quod præua inclatio non reddit hominem malum, nec Deo odibilem, quia, vt Aristoteles dixit, ab his, quæ natura nobis insunt, nec laudamur, nec vituperamur. Sicut ergo non fuit in tua potestate, vt homo esse, aut Angelus, ita nec hos effectus eligere, vel illos, sicut enim naturam specificam accepisti, ita & indiuiduam, & affectus, qui eam sequuntur. Et natura duce id assequutus est Aristoteles, qui 3. Ethicorum disputans aduersus quosdam Philosophos dicentes, non esse in hominis potestate, studiosum esse, vel non esse, quia

videmus à natura insitos varios affectus hominibus, quibus hi in bonum, illi in malum propendunt. Respondet Aristoteles, hominis virtutem, ac bonitatem non penderet ab affectibus, & inclinationibus, sed ab operibus, qui

H h              bus non

## Concio II.

bus non duri permittimus, vel eis resistimus, quia primum  
in hominis potestate non est, sed secundum. Vnde ait  
ille, non est homo malus, quia male inclinatur, sed quia  
remissem viuit. Remissem vero viuit, qui à prauis affectibus  
duci se patitur. Non ergo dicendus est in honestus, impa-  
tiens, iraeundus, qui ad hæc inclinatur, sed qui ea operibus  
præstat. Visa Socratis imagine affirmavit quidam, eum  
prauis affectionibus esse præditum, quem cum irriderent  
Socratis discipuli, ipse dixit, verum ab illo pronuntiatum  
fuisse sed virtutis exercitio superatas à se affectiones pra-  
uas. Paulus planè prauis affectibus fuit, qui enim maxi-  
mam suscepit gratiam, nihilominus ait. *In felix ego ho-*

*ma, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et iterum. *Caro*  
*concupiscit aduersus spiritum, & uelle adiacet mihi, perficere*  
*autem non inuenio, & non quod uolo bonum, hoc ago, sed quod odi* B  
*malum, & illud facio. Qui ista dicit, summa ornatus gra-*  
*tia, quæ affectus in ordinem redigit, planè prauis vrge-  
batur inclinationibus. David id ipsum de se ostendit, cum*

*Psal. 37.* *Miser factus sum, & curuatus sum, lumbi mei impleti*  
*sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Multi etiam*  
*sancti prauis affectibus prædicti fuere, nec tamen ideò ma-*  
*xima gratia donati non sunt. Gratia enim naturam sanat,*  
*sed malos affectus non omnino tollit, qui in exercitium*  
*fidelibus recti sunt, vires autem gratia præflat, ne no-*  
*bis dominentur. Iustitia originalis fuit, quæ omnino con-*  
*tingebat affectus intra rationis limites. Sed hæc iam non est*  
*& ideò affectus exuberantes patimur.*

Nec solum peruersæ inclinationes malum non red- C  
dunt hominem, verum & duo non parua bona ex eis no-  
bis proueniunt. Primum, quod culpas nostras cora Deo  
leuiores reddunt, ut facilius nobis Deus ignoscat. Hoc au-  
tem solatio magno esse debet prauis affectis, cum vince-

*Psal. 102.* *re curant seiplos. Hoc est illud Psalmi: Quomodo misere-*  
*tur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam*  
*ipse cognovit fragmentum nostrum, recordatus est, quoniam pul-*  
*uis sumus. Et inter alia hoc est in causa, quod Angelus pec-  
cans non est expectatus ad pœnitentiam, homo vero,*

cum

## De Renouatione veteris hominis. 242

A cum s̄pē peccauerit, diu expectatur, & sapius ei p̄c-  
nitentia conceditur, licet sapius pr̄ditor sit, & promis-  
sis non stet, quia attendit Deus infirmam nostram natu-  
ram, & quod unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstra-  
ctus, & illellus. Sicut ergo condens Deus arbores ait,

Genes. 1.

Producat terra herbam uirentem, & facientem fructum iux-  
ta genus suum, diuersum enim fructum pro arboris diuersi-  
tate voluit. Ita in creaturis intellectu pr̄ditis exigit fru-  
ctum iuxta genus suum, in Angelis angelicum, in ho-  
minibus humanum, & inter homines ab unoquoque exi-  
git fructum iuxta mensuram naturæ, & gratiæ, nec enim  
eam fortitudinem à muliere vult, quam à viro, nec eam

scientiam in rustico, quam in doctore, nec eam puri-

B tatem cogitationum, ac tranquillitatem in prauè affec-  
to, ac in eo, qui sortitus est animam bonam, quia nemo  
colligit de spinis vbas, de tribulis fucus. Ratio ergo eius,  
quod diximus, est, quia licet prauus affectus absolute  
vim non inferat rationi, quæ libera, ac superior est, ta-  
men aliqualem vim infert homini, quam explicuit Ia-  
cobus dicens: Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua ab-  
stractus, & illellus. Et ideo culpa minor redditur. Qua ra-  
tione illud sancti proponere Deo solent, vt Psaltes, qui  
ait. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Et ecce enim  
in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me ma-  
ter mea. Hinc autem collige simili ratione excusare de-  
fectus, qui erga te fiunt, & iniurias tibi illatas non extol-  
lere, sed attenuare, attendens eorum infirmam natu-

Jacob. 1.

Psal. 6.

Psal. 50.

C ram, quibus cum versaris, nec ab eis plus exigas, quam  
commode possint præstare. Nolia autem ex dictis colli-  
gere, vt à malis inclinationibus ducite permittas, ideo  
enim ratione polles, & gratia tibi confertur, vt vim tibi  
inferas.

Secundum bonum, quod ex prauis affectionibus col-  
ligimus, est, vt ampliora, ac maiora reddantur merita no-  
stra, propter difficultatem, quam superamus, dum bona,  
agimus nos ipsos abnegantes, ac mortificantes. Et licet ali  
qui doctores huic difficultati præmiū accidentale tribuat,

1001. 11. 1001. 11. 1001. 11.

Hh 2 alij

## Concio II.

1. Cor. 3. alij tamen etiam esse tali censent. Paul. ait. A

Reddet unicuique secundum suum laborem, labor vero maximus est homini, cum abnegat semetipsum, & eo maior, quo præua inclinatio maior est. Vnde Chrysostomus homil. 35. in Ioannem ait. Quæ nam tibi gratia habenda, quod præmium acciperes, nisi laboriosum tibi opus iniungeretur?

Multos enim possum in præsentia ostendere, qui suapte natura mulierum abhorrent consuetudinem casq; ut abominabiles fugiunt, hos ne dic quæso, continentes appellabimus: hos laudibus prosequemur minime. Continentia est voluptatum stimulos superare. Et in bellis maxima certamina clarissimos triumphos pariunt, non quando nemo resistit. Sunt multi natura remissiores, hos ne manufectuos dicemus minime. Idecirco Dominus tribus castracionis modis propositis, duos tanquam nulla laude dignos omisit, unum in cælum extalit. Et quam obtem hoc bonum non videatur, ut quis sine labore recte faciat? Imperite loqueris, nam quod non recte sentis, responde quæso.

simile

Sit rex & dux, rex in lecto & voluptatibus vitâ agat, dux vero assiduis laboribus bellifortiter hostes fuderit, cui vicitoriam adscribemus: uter rerum gestarum voluptate fruetur? Vides quanto illa magis nobis placeant, quæ sudoribus comparantur? Propterea Deus labores virtuti immis-  
cuit, ut nos illi familiares redderet, propterea & si non se-  
cundum virtutem viuimus, eam admiramur, vitium autem, licet suauissimum accusamus. Quod si dixeris, quid natu-  
ra bonos non potius admiramur, quam voluntate? Quo-

niam & quum est laborantem non laboranti præponere. Hec Chrysostomus. Eadem est sententia Gregorij expli-

cantis illud capillus de capite uestro non penibil, in homil. 35. Ait enim, scimus fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet, ait ergo martyribus suis, capillus de capite uestro non peribit, videlicet aperte dicēs, cur timetis, ne percitat, quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet? Maximum est, quod homo seipsum vincat, ac supereret, quia ut Sapiens ait. Me-

Prou. 16. lior est patiens iuro forti, & qui dominatur animo suo expagna-  
tore

B

C

## De Renouatione veteris hominis. 243

**A** tore urbium. Si ergo prava affectio me malum non reddit, imo & bona, quæ diximus, parit, non est, cur propter illam animo deficiam. Sed obiicis, superat me prauus affectus sæpè, & melius mihi foret, si inimicus mihi esset imbecilior licet corona victoriae non adeo magna esset, quam ut coronam magnam assequar, dare milii hostem, qui me interimat. Respondet Chrysostomus, Deus magis atten- Chrysost. dit meritum eorum, qui strenue pugnant, quam eos, qui ignavi sunt. Vide multa de hac re in collatione. 4. Danie- lis. cap. 15.

Quo autem pacto pugnandum sit cum prauis affectio-  
nibus videamus. Primum oportet, ut ignorcas, sciasque te  
prauè affectum esse circa hanc, vel illam rem, sæpè enim  
**B** amore proprio decipimur, nec nos agnoscimus. Hoc op-  
timè tradit Gregorius 29. Moral. cap. 14. in illa verba Greg.  
per quam viam diuiditur æstus super terram. Et Serapion Serap.  
Abbas collatione. 5. cap. 5. Basilius in homilia attende ti- Basil.  
bi. Ambrosius sermone. 2. in Psalmum. 118. Bernardus Ambros.  
libro 2. de consideratione ad Eugenium. Cuique enim in- Bernard.  
clinationi vitia quædam proprinqua sunt, quæ homo ex-  
plorata habere debet, ut sciatis affectus suos, & peccata illis  
proxima. Recte Aristoteles. 7. Ethicorum. cap. 7. Et Gre Arist.  
gorius, aiunt. Sicut in mundo magno quatuor sunt elemen-  
ta, diuersis qualitatibus praedita, ex quibus alterationes,  
ac motus efficiunt, ita in homine, qui minor est mundus,  
quatuor sunt humores ex quibus pro temporum varieta-

**C** te, varijs procedunt effectus. Sanguis aëri respondet, est  
que calidus, & humidus, & ideo complexioni sanguineæ  
adest inclinatio ad festa, ad delicias, ad gaudia, ac lætitiam  
nimiam, ad amorem, ac affectum singularem, ad plures  
amicitias, ad vitia carnis. Bilis alterum est hominis ele-  
mentum, & respondet igni, & ideo sicca est, activa, ac  
velox, & ideo biliosa inclinatio proxima vitia sunt, ini-  
patientia, ac ira, inconstans, præcipitatio, præsum-  
ptio spurius, & altæ ac superba cogitationes. Tertium  
elementum est flegma, & respondet aquæ, quæ humida,  
ac frigida est, huic proxima sunt somnus, pigritia, inse-  
sita,

## Concio II.

bilitas, dilationes, nimia tepiditas, ac diffidentia. Quare **A** tum melancholia, respondet terra, quæ frigida, & secca est. Huic proxima sunt, amaritudines oblongæ, difficultates in rebus agendis, tristia cuncta, scrupuli, iudicia temeraria, querimonia. Additur verò his, quæ diximus diuer-  
**Arist.** sitas ætatum, munerum, ac regionum, ex quibus diuersæ inclinations procedere solent. Vnde Aristoteles. 2. Rhetoricorum ait, senes auaros esse, iuuenes vero prodigos, senes incredulos, iuuenes credulos nimium, senes diffidentia laborare, iuuenes confidentia nimia esse. Id ipsum philosophadum est in statibus, ac diuersitate nationum. Hęc autem, quæ diximus, sic accipienda sunt, ut intelligatur, vt in plurimum ita euenire. Sicut ergo ut recte curetur humanum corpus, oportet nosse infirmitatem, & illius radicem, ac causam, ita ut animo tuo medearis, oportet nosse illius ægritudinem, & eius radices, ac causas. Hanc sui

**Psa. 138.** cognitionem petebat Psaltes, cum diceret: Proba me Deus & scito cor meum, interroga me, et cognosce semitas meas, id est, fac me scire cor meum, & cognoscere semitas meas. Sicut nulla in mundo virilior philosophia est, quam sui agnitus, ita nulla culpabilior ignoratio, quam ignorantia sui. Celebre Apollinis dictum fuit, quod ea ratione literis aureis pro foribus templi eius scriptum erat. Nosce te ipsum. Si ergo nosse cupis affectiones equi, quo vehendus es, ut tibi consulas, cur cordis tui affectus ignorabis, à quibus tibi cauendum?

**Rom. 7.** Postquam ergo agnoueris præcipuos affectus tuos, ut **C** eis medium apponas, scito primum omnium, ac præcipuum gratiæ Dei esse, ut ex innumeris scripture locis patet. Ideo **Eccles. 7.** Paul. ait. *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.* Et Sapiens: Considera opera Dei, quod nemo possit corrigeri, quem ille despixerit. Et Psalm. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam.* Petenda ergo à Deo gratia & eius auxilium est oratione, & aliis piis operibus, quibus eam gratiam consequimur, præcipue vero sacramentorum frequentia, quæ fontes cum gratiæ sint, eo properandum nobis est, ut gratiam consequamur.

**Psa. 126.** Vide

## De Renouatione veteris hominis. 244

- A Vide multa de hac re collatione quinta. Chrysostomo. homilia. 4. in Matthæum ait. Quo nam igitur modo ab hacten noxia peste fugiemus: si illam utique potionem bibamus, quæ omnes contra nos vermes, serpentesque mortificat. Quod nam, inquis, est istud poculum, quod eam vim habeat: pretiosus Christi sanguis, si cum fiducia utique sumatur, omnis enim hoc remedio morbus extinguitur. Praeterea similitudine Chrysostomus explicat hoc in mediū. Sicut enim aduersus venenum, & vermes, si in corpore sint, potionem aliquæ conficiuntur, quibus haustis remedium adest, ita cibus caelestis, & potus antidotum est, quo vermes prauit tolluntur. Praetarum in hac re consilium Augustini habemus ib de Ecclesiasticis dogin. tubus. c. 53. & habetur de consecratione, distinct. 2. ca. Quotidie. Omnibus diebus dominicis communicandum suadeo, & hortor. Sitamen mēs sine affectu peccati est, accedat ad Eucharistiā intrepidus, & lecurus. Et inficius. Eucharistiā in omnibus diebus dominicis supplex, & submissus usque ad mortem percipiat. Et Ambrosius. lib. 5. de sacramentis. ca. vlt. explicans illud: Panem nostrum quotidianum, ait: Si quotidianus est panis, cur post aūū illū sumis? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prospicit. Qui vulnus habet, medicinam requirit. Et ratio est manifesta, quia alia pia opera non conferunt gratiam ei, qui ea caret, sacramenta vero conferunt gratiam ei, qui eā non habet. Et hoc est, quod dicolet, quod faciūt ex attrito contritum. Sic baptismus, & confessio gratiā conferunt, & Eucharistiā & reliqua sacramenta in pluribus casibus. Et licet contritio peccatum deleat ante sacramentū, sed id efficit per ordinem ad illud. Deinde alia pia opera augent gratiam in iusto, sed iuxta operantis dispositionem, ac seruorem, at vero sacramenta augent gratiam non solum pro dispositione suscipientis, sed etiam ex vis sacramenti. Simileque accedit accedenti ad sacramenta, ei quod Ruth contigit, de qua Booz ait melioribus, p. 9 Ruth. 2. iicite de industria spicas, ut absque rubore colligat, & colligenteremo corripia. Ultra spicas, quas industria propria colligere poterat, alias etiam de industria reliqua colligebat.

## Concio II.

Ita & nos mendici Dei sumus, cum vero ad sacramenta A accedimus, ad Dei prædium venimus, in quo non solum colligemus, quod propria industria meremur, sed & illud, quod Dei liberalitate nobis donatur, quæ ex opere operato dicitur. Ratio ergo ex dictis colligitur, gratia est, quæ vitiata naturam corrigit, & eo amplius gratia necessaria est, quo natura corruptior, sed gratia in sacramentis præcipue acquiritur, ad ea ergo accedendum ei est, qui vitia corrigeret curat. Gratia tibi quærenda est omnino, quia necessaria, si ad eam inueniendam aliud medium aptius est, illud capie, si autem nullum sicut sacramenta, ad illa frequenter accedere oportet. Secundum generale remedium est examen, de quo plura diximus in concione de examine, quam in hoc tomo inuenies. B

Hier. 12. Tertium remedium est consideratio diuinorum, ac meditationis. Sæpe audiuimus: *Quia desolatione desolata est uniuersitas terra, eo quod non sit, qui recognoscit in corde suo,* nec tamen hanc tollimus à nobis desolationem pia meditatione, cum desolationem exaggerauerit Hieremias illo hebraismo, desolatione desolata est, id est. Omnino perdata, atque vastata. Inter homines quidam perdit sunt, alio omnino desperati, alii iusti, alii perfecti, sed illud certum est, quod desperati propter considerationis defectum perire, & eo gradu perditus est homo, quo ei deest consideratio, & eo gradu homo prosecutus in virtute, quo in considerationis usu. Vnum hoc hac in re dicam, quod nihil aliud in concessionibus omnibus audieris, nihil in libris legeris, nihil Deo inspirante, ac te monente exceptis, praeter considerationem. Quid enim aliud audisti, nisi dicentem, o homo si attenderes ad Dei beneficia, ad peccati mala, & his similia? Et quid his verbis nobis dicitur, nisi considerare haec, & hanc. Et tam in nulla huius rei praxis est, non est qui recognoscit in corde suo. Animalia Ezechielis plena erant oculis ante, & retro, & animal non ruminans immundum est. Quæ omnia necessitatem considerationis ostendunt, qua attendimus, ac videmus, simulque ruminamus ea, quæ in cibum animæ proponuntur. Huius considerationis necessitatem ostendit Bait-

Ezech. 1.

Leui. 11.

## De Renouatione veteris hominis. 245

- A dit Basilius magnus regula quinta, vbi ait. Nullum munus Basil.  
vel opus religionis Christianæ sine consideratione recte  
agi posse, nec ullam præceptū charitatis Dei, aut proximi  
sine hac consideratione impleri. Id probat similitudine,  
quia sicut omnia munera ac artes proprias habēt instrumē-  
ta, sine quibus exerceri nequeunt, ita ars artium, quæ est  
Deo obsequi, cuius opera sunt credere, sperare, diligere, &  
alia virtutis officia habet sua instrumenta, sine quibus ope-  
ra sua non præstabit, illa vero sunt attentio, ac considera-  
tio, applicatio intellectus ad id, quod agit. Addit Basilius,  
Sicut cæcus ambulare non potest recte, & saepe offendit,  
ita qui consideratione caret, quæ est oculus invisibilis, ni-  
hil recte perficiet. siue religiosus, siue saecularis sit. Et huius  
B considerationis defectu inefficacia nobis redduntur alia re-  
media. Hoc manifestè patet, si singularia consideres. Vt us  
sacramentorum, vt diximus, est præcipuum salutis nostræ  
medium, quomodo autem sine consideratione recte susci-  
pi possant? Quo pacto deuotè coniunicabit, qui nulla  
adhibita consideratione accedit? quomodo hunc panem  
ab alio diuidicabit? quomodo gratias aget pro suscepito be-  
neficio. Quo pacto fructuose missa audietur, nisi atten-  
das, Deum in ea offerri? Confessio quo pacto recte fiet,  
nisi adhibita consideratione? Quo enim pacto sine illa exa-  
men fiet, dolor, & propositum habebitur? Ideo de Prodi- Luc. 15.  
go dicitur: in e reuersus, intra se se recepit, attendit, ac con-  
C sideravit. Huius defectu plures sunt confessiones nullæ.  
Deinde, vt aliquo sensu percipiamus mysteria Christianæ  
religionis, consideratione necessaria est. Nisi enim confide-  
res, quod Deus tui causa factus est homo, passus, & crucifi-  
xus, quo pacto horum sentitus te taget? Vnde Paul. Recogitate  
eū, qui talē adversus semetipsum a peccatoribus subiunxit contrari  
ſionē. Non solum ait, cogitate sed & recogitate. Quomodo  
do optabit diuitias Christi inuestigabiles, & thesaurum in eo  
absconditum, qui illum non considerat? Vnde Paulus: Heb. 12.  
Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eam-  
dem imaginem transformanur. Deinum, quomodo Deum  
diliget, qui eum non considerat, quomodo in eum spera-2. Cor. 3.  
Hh 5 bit,

## Concio II.

bit, qui illius dilectionem, ac misericordiam non atten- A  
derit: Illud ergo certū est, quod sicut, ut in grauiſſimo ali-  
quo temporali negotio recte te habeas, & illud conue-  
nienter disponas, considerationem adhibes, sine qua ni-  
hil recte ages, ita ad ſalutis tuæ negotium peragendum,  
opus eſt aliquo cōſiderationis uſu. Vt autem illum acqui-  
ras, quære magiſtrum optimum, qui te doceat, qui aliqua  
cōſiderāda tibi proponat. In Societate Iefu exercitia ſpi-  
ritualia ad hoc dantur peregrinē, in quibus nimium pro-  
ficere homines ſolent.

Luc. 9.

Quarum generale remedium eſt aliqua corporis affli-  
ctio cuique conueniens, quæ tamen iugi ac certa regula  
ab homine feruetur. Vt impletat illud Lucæ: Si quis uult ue-  
nire post me, abneget ſemetipſum, & tollet crucem ſuam quoti- B  
die, & sequatur me. Expendendum eſt verbum illud quo-  
tidie, ille enim quotidie crucem tollit, qui nullum præter-  
mittit diem, in quo afflictionem corporis non fumat. Si-  
cut ergo qui ciuitatem expugnat, quotidie carat aliquid  
aduersus illam agere, aliquam partem diruere muri, ita  
qui bellum aduersus carnem gerit, quotidie eam affigat.  
Noſtra hactenpeſtate fuit vir illustriſſimus ſanguine Dux  
Gandiaſ Franciſcus de Borgia, ſed ille uirtute, qui  
ſæculi vanitatibus renuntians Societati Iefu nomen de-  
dit, in qua ſanctiſiſime vixit, & obiit, à quo ego aliquan-  
do audii, non poſſe ſe lecto dare, niſi priuim ſe dure  
verberaret quotidie. Praeclarum huius rei exemplum om- C  
nes sancti de derunt, qui durè corpora ſua traetauerunt,  
qua in re plura praſtitere, quæ admirationi, potiusquam  
imitationi ſunt. Sed Pauli exemplum membra retinen-  
dum eſt, dicentis: Caſtigo corpus meum, & in feruitutem re-  
dio, ne forte, cum aliis predicatoro, ipſe reprobus efficiar.  
Miranda profecto verba, raptus ad tertium cælum fuerat,  
ornatus Apoſtolica gratia maxima, & aliis donis cæleſti-  
bus, nihilominus tamen, ne reprobus fiat, aſſerit ſe indige-  
re caſtigatione corporis, quo ego pacto tu non reprobus  
efficiere, qui eam non adhibes, cum tanto plus ea indigeas  
ad carniſ appetitus coercendos?


Quintus

## De Renovatiōne veteris hominiſt 246

- A Quintum generale remedium est, sine quo superiora non proderunt. Occasiones vitare, ac fugere. Hoc tibi sit compertum, eadem cura tibi vitandas occasiones esse, qua ipsa peccata, quia occasio fons est, & origo peccato-  
rum. Vnde Basilius in homilia attende tibi ait. Sicut bru-  
tis dedit Deus naturalem instinctum, quo declinarent à  
noxiis, vnde prallifugiunt à miluo, & agni à lupo, quia in  
sui conseruationem author naturæ eis dedit hunc instin-  
ctum, ita Deus author gratiæ, qui in his, quæ gratiam spe-  
C etant, non minus prouidit, quam in his, quæ naturam,  
imò amplius, cum homini gratiam confert, instinctū dat  
quo ab occasionibus fugiat. Attende ergo, quæ sint  
tibi peccati occasiones, & ab eis declina, vt  
declines à malo.

(.?.)

C O N-





# CÓNCIONES DE SEPTEM VERBIS

Domini Iesu, quæ in Cruce dixit.

## CÓNCIO. I.

De primo ipsius verbo.

THEMA.

Pater ignoscet illis, quia nesciunt, quid faciunt. Luc. 23.

Cant. 5.

Hiere. 17.

Hieron.  
Baruc.

**E** Omnibus Christi verbis sponsa ait. **A** nima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est. In naturaibus cernimus naturalem quan- dam consonantiam, ac affectionem, propter quam huius cor emollietur audita alterius voce, sic auditio matris balatu agn<sup>o</sup> illa sequitur, & passeres auditio cantu parentū eos sequuntur, ut Hierem. ostēdit de perdīce. Similis dicitur colōnā ia esse inter duas lyras vni- sonas eodem modo temperatas, quod si altera pulsetur, altera se sola sonum edit. Inter creatorem ac creaturem ea est consonantia, ut insensibilia Deo sentiant, ut Hierony- mus ait, ex quo factam est, ut venti, & mare obedierint **B** Christi voci, & Baruc ait, qui vocavit bellas, & dicunt ei, adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate. Quid ergo mirum, sponsa dicat: **C** Anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est.

Sed

- A Sed licet vniuersa Christi verba hanc vim in cordibus nostris habere debeant, præcipue tamen ea, quæ moriens dixit. Singulari attentione auditæ verba parentum, quæ in morte dicebantur, etiæ scripture testatur. Unde Iacob ait. *Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israël patrem uestrum.* Eo enim tempore parentes præclara consilia filii dant, claves thesaurorum eis præbent, & si quæ secreta sunt, eis manifestant, ita nunc Christus ostendit nobis secreta sapientiæ, ostendit thesauros scientiæ Dei, & ea nobis commendat, quæ potissima sunt. In simbria, quæ ultimum est vestis, pretiosiora illius erant, ibi campanulæ mirum edentes sonum, ibi malogranata aurea. Nunc ingreditur summus noster sacerdos secundum ordinem Melchisedech in sancta per proprium sanguinem, audiamus mirū sonum, qui adeò patri placuit, ut magis ei placuerit, quām displicuerint vniuersa mundi peccata. *Quando spiritus malus arripiebat Saul, Dauid tollebat cytharam, & percutiebat manus sua, & recedebat à Saul spiritus malus.* Ita ut fugaretur ab hominum genere dæmon, musicam aliam exhibuit Christus, cordæ extensis sunt in cruce, ut altior esset sonus, & ad cælum usque pertingeret. Cecinit etiam tunc Christus tanquam cincus dulcissimè in vitæ fine, cum ergo in cælo auditus sit sonus eius, & exauditus pro sua reverentia, merito à nobis in terra audiendus est.
- B 1. Reg. 16
- C Deinde ascendit nunc Christus in cathedram suā præcipuam. 2. Esdr. 8. dicitur: *Stetit Esdras super gradum lignum, quem fecerat ad loquendum, & legit Dei legem populo, ita licet plura suggesta habeatur Christus in mundo, ex quibus docuit Dei legem, iam in templo, iam in synagogis, iam in monte, & campesribus, præcipua tamen illius cathedra erexit, ut ait Augustinus tractat. 117. in Ioannem. De Aug. 2. Esdr. 8.*
- qua cathedra illud accipiendum est quod 2. Reg. 23. dicitur: *Dauid autem sapientissimus omnium sedet in cathedra quasi tenerimus ligni uermiculus. Quæ verba nescimus, quo patet, vel quomodo in Dauid impleta sint, & ideo ait Augustinus, cum impleri scripturam necesse sit, in eo impleta sunt, cuius Dauid gessit figuram, qui in passione factus est* 2. Reg. 23

## Concio I.

Psal. 21.

est tenerimus ligni vermiculus, cum illud Psalmi impletū A  
est: *Vermis sum, & non homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis.* Tunc verò in ea cathedra sapiētissimus fuit, quia licet  
vbiq; fuerit patris sapientia, sed in cruce magis hanc sapiētiam manifestauit, & ideo, quæ in cruce dixit verba, maiori-  
cura à nobis sunt obseruanda, & illa potentissima sunt,  
quia mixta igne, sanguine, ac morte, ut nulla sit durities,  
quæ eis resistat. Summa ergo attentio verba ista audia-  
mus. Sed quod nam primum eius verbum fuit?

*Pater ignosce illis. Mirum, & inauditum in mundo ver-  
bum.* Crucifixerant illi Christum, & cruce in altum elata,  
ut in petræ foramen illam mitterent. impetu facta, & cru-  
ce in foramen decidēte vniuersa Christi vulnera renouata  
sunt, doloresq; auerti. Positusq; fuit Chrs nudus in oppro-  
briū hominū ac irrisione & magn? omniū sublatuſ est blas-  
phemantiū clamor. Tunc plane timenda hominibus esset  
impetratio ac maledictio dura. In simili enim causa, licet  
in æquali, videns Noë irrisum se se à filio Chan ait, Maledic-  
tus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Et Iacob in

Genes. 9.

4. Reg. 1. crepat Ruben, Simon, & Leui. Elias audiens: Serue Dei rex

4. Reg. 2. præcepit, ut descēdat, ait si seru⁹ Dei sum, descēdat ignis de cælo, &  
deuoret te & quinquaginta iuuos. Irritus Eliseus fuit à pueris, &  
dicebant ei, ascende calve, & ille maledixit eis in nomine Dñi, &  
egressi duo urſi de saltu lacerauerunt ex eis quadraginta duos pue-

3. Reg. 1. ros. Dauid māsuetus in corde seruat maledictiones Semei,

præcepitq; Salomoni, ut vlciferetur in eū. Iacobus, & Ioā-

nes aīū: Vis dicimus, ut descendat ignis de cælo & consummat il-

los, videlicet Samaritas, quia Christū non suscipiūt. An nō  
his per simile quid timendum mundo esset? Irridetur nunc  
Chrs plusquam Noë, Simeon, & Leui facta sunt vasa iniqui-  
tatis bellantia aduersus Christū. Irrisorie Chro dicitur, vt  
descēdat de cruce, si filius Dei est: maledicitur maledictio

nibus pessimis plusquam Dauid, quis ergo, non dicat hos  
maledicendos homines, ac perdēdos. Et re vera ita fieri in-  
cipit, caput enim pater coimmouere cælum & terrā ad per-  
dendum inimicos Christi. Sed illius oratio oblitus ne per-  
deretur. Audiamus ergo mirabilem Christi orationem, in

qua

B

C

# De septem verbis Domini. 248

**A** quā illud reperiemus, quod sponsa ait. *Mel, & lac sub lingua tua.* Sicut enim olim Sampson in ore occisi à se leonis fauū reperit mellis, ita in ore Christi crucifixi, qui leo est de tribu Iuda, melliflua verba reperiemus, illa autem sunt.

Pater ignosc illis. Impleuit planè, quod de eo Isaias prædixerat. Pro transgressoribus orauit. Et quod Psal. ait. Pro eo ue me diligenter, detrahebant mihi, ego autē orabam. Recte Hilarius ait. Inquirebat olim Dauid: vbi sunt misericordie tue antiquae Dñe, nunc autē inquirere possumus, vbi sunt irae tue Dñe: Vere tempus miserendi Deus, quia uenit iēpus, verē nunquam hucusq; sic loquutus est homo, verē ignitum eloquium tuū uehementer, & seruus tuus dilexit illud, verē recte (Paul. ait) ad sanguinis aspersionem accessit, melius loquentem quā Abel. Iuda iaceſ-

**B** runt ad sanguinis effusionem, nos ad sanguinis aspersionē, quia, ut illius fructum colligamus, accessiuus. Melius autem clamat sanguis Christi quam Abel, quia Abeli sanguis vindicta petiit, at Christi misericordiā. Abyssus nunc abyssum inuocat, abyssus enim peccati fuit Christū occidere, sed adest alia maior abyssus diuinae misericordiæ, qua veniā postulat crucifixoribus. Cū lapid. retur Zacharias, ac moreretur, ait. Videat Dns, & requirat. Iesu autem orat, vt non videat, nec requirat, vt auertat faciem suam a peccatis crucifigentium eum, & vt ignoscat illis.

**C** In hac autē Chri oratione multa sunt nobis attendenda, vt nobis fructū ex ea colligamus. Ex quib⁹ illud si primū, quod oī sui ac suorū videtur nunc Christus oblitus, & inimicorū recordatur. Animā suā agit, & vt vulgo dicitur anima in ore eius est, & illam obliuiscitur, & in fine relinquit, vt primum pro inimicis oret. Mater cruci adstat, ac amici. & eos nūc non curat, sed inimicos. Possemus certe ei dicere, quod oī Ioab Dauidi dixit: *Diligis odītes te, & odio habes* 2. Reg. 19. *diligētes te, cū Absalonis recordaretur inimici.* Planè quēad modū vulnerib⁹ plurimis cōfossus, illud vulnus priū curari petit, quod maximū infligit dolorē: ita nunc Chri facit, pl⁹ dolet de peccatis, quā de poenis sibi, ac suis inflectis, & ideo illa primū curat, ac pro illis orat, & ideo pro transgressoribus orauit. Nec solū in orat pro his, qui tunc eum occide-

## Concio II.

occidebant, sed pro vniuersis peccatoribus, qui crucifixio A  
nis ipsius causa fuerunt suis peccatis, & de quibus Paulus  
atfirmat, quod iterum Christum crucifigunt. Omnibus ve  
niā petit, omnis peccator nescit, quid faciat, sicut enim  
1. Cor. 2. illi, si regen glorie cognouissent, non utique crucifixissent, ita qui  
2. Ioan. 2. dicit se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax est, vt  
Ioannes ait. Fides quidē in peccatore esse potest, sed mor  
tua, ideo licet Deum agnoscat, non agnoscere dicitur, quia  
viue non agnoscit, nec verò considerat. Exēplo ergo Chri  
sti illud nobis primo curandum e t, vt peccatis medelam  
adhibeamus, id curemus primum, hoc etenim summum  
est malum, hoc vulnus pessimum, & ideo ei primum adhi  
benda curatio est, non corpori, aut alij cuius malo. Quan  
do autem pro crucifixoribus orauit Christus, ostendit nul B  
lum esse irremissibile peccatum, quando illud, quod om  
nium summum erat, remitti orat. Tanta enim vis es Chri  
sti sanguinis, vt & illud peccatum delere possit, quo ipse  
effusus est, vt Augustinus ait.

Secundo in his Christi verbis attende, impletum iā Dei  
desiderium esse, quod per Ezechielem expressit dicens:  
Quæsiū de cīs uirum, qui interponeret sē pēm, & staret oppositus  
contra me pro terra, ne disperderem eam, & non inueni, & effudi  
super eos indignationem mēam, & in igne ira mēa consumphi eos.  
Huiuscemo di vitum non inueneraat Deus in mundo, sed  
nec in cālo (ait Gregorius) inter Angelos inueniri potuit,  
qui murus hominum esse posset, qui diuinæ iustitiae plenē C  
satisfacere posset, qui dicere posset: Omnes flētustuos indu  
xit super me, vt iustis tempestas nulla relinquatur, & im  
pleteatur illud Psalmi: Non dabis in ēternū fluctuationē iusto.  
Sed Christus orans: Pater ignosce illis, murus hic est, qui om  
nem indignationem patris in se suscepit, vt homines liberi  
sint. Accedit nunc Christo Domino, quod olim Aaroni,  
orta enim seditione fugit Moyses, & Aarōn ad tabernacu  
lum Domini. Cumq; iacerent in terra dixit Moyses ad Arōn, tol  
le thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum de super, per  
gens cito ad populum, ut roges pro eis, iam enim egressa est ira  
Domino, & plaga defeuicit. Ita nunc exire cōaperat diuina iu  
stitia

A Iustitia videns summam iniustitiam, ac peccata in Christi nece, proceditq; vltio diuina aduersus homines, incipit à celo vniuersa vastare, vidēs Christus irruere in homines tēpestatem, procedit oratione sua ad extinguendū ignem diuinæ indignationis, dicens: Pater ignosce illis, & sua morte placavit patrem, & tempestatem irruētem abstulit, veluti Ionas in mare mersus. Inaudita profecto Dei misericordia: petierant Iudæi: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Christus orat, vt pro illis, non contra illos sit. Dixit olim Ioseph. Vos cogitatis Gent. 50.  
de me malum, Deus autem uertit illud in bonum, ego pascam uos, & paruos uestros. Ita nunc cogitauerant Iudæi de Christo malum, sed ille tanquam Deus uertit illud in bonum. Hoc est

B ingenium filiorum Dei, ex malo bonum elicere, ex felle mel, ex persequitione patientiam. An non cogitauit mundus malum de martyribus: sed illud ipsi in bonum verterunt, dum illis magis mundus profuit odio, quam obsequio.

Sed antequam ad tertium veniamus, opere pretium erit nosse, an exaudita fuerit Christi oratio, & quis illius fructus extiterit. Certè de hac oratione Paulus ait. Qui in diebus carnis sua preces, supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore ualido, & lachrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Exauditus ergo Christus, & propter illius orationem dimissum est peccatum crucifixionis vere poenitentibus. Vnde Hieronymus in illa verba Isaiae 27. Hieronym.

C Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob. Propter hoc (ait) idest, propter Christi orationem auferetur peccatum eius, si voluerit agere poenitentiam, & merbitur benedictionem Dei, qui sibi maledictionem fuerat imprecatus, dicens: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Ea ergo oratione obtinuit Christus omnibus auxilium sufficiens ad poenitendum, & prædestinatis auxilium efficax, & peccati remissionem, vt D. Thomas ait. 3.p. quæst. 21. Et Leo Pa- D.Tho.  
pa sermone 11. ait, de eius orationis potentia fuisse, vt prædicatio Petri Apostoli ex his, qui dixerant: Sanguis eius super nos, multorum ad poenitentiam corda conuerteret, & uno die baptizare tria serè millia Iudæorum, fieretq; cor vnum, & anima una paratorum iam pro eo mori, quem po-

Li posce-

Leo.

## Concio I.

Cypria.

poscerant crucifigi. Cyprianus sermone de passione Domini adscribit huic Christi orationi latronis conuersionem, ac Centurionis fidem, & eorum poenitentiam, qui reuersti sunt: percutientes pectora sua, & dilationem euersioni Hierusalem per quadraginta annos, quibus ad poenitentiam sunt expectati. Sed aliud mirabile attende, ter in horto orat pro se, nec auditur, semel pro aliis orans exauditur. Sed in causa est, quod pro se conditionaliter orat. Pater, si uis, transfer calicem hunc a me, pro nobis absolutè, & sine conditione orat.

Ioann. 17.

Pater ignosc illis. Sed si exauditus Christus est, quomodo ei non respondet pater, vt prius fecerat, cum dixit: Et clarificauit, et iterum clarificabo? Planè nunc opere ei responsum datur, conuerso Latrone, ac Centurione, & his, qui reuersti sunt percutientes pectora sua, & virtute huius orationis uniuersus mundus postea conuersus est. Sed attende o Domine, quod citissimè veniam dones, recentia nunc vulnera tua sunt, & inimici rabie multa ardent in te. Optime Augustinus in Ioannem. Si indulgentiam offert nolentibus, non negabit potentibus, si ad eos procedit, ac excipit, qui ad eum capendum accedunt, non fugiet ab his, qui appropinquant, vt obsequantur. In hoc ergo immensa Christi charitas fulget, quod veniam tribuit non potentibus, & quia tunc ab inimicis venia illa non suscipiebatur: voluit, vt in thesauris diuine pietatis, & Ecclesie seruaretur, vt quoties eam volueris, facile inuenias. Similis huic clementia inaudita mundo est, vt acerrimis hostibus afferat rex veniam, & cum illi eam spernant, ac reiciant: nihilominus rex scripto eam tribuat, & nomine, ac sigillo suo confirmet, & in publica domo eam constituat, vt quoties ea voluerint uti proditores, vtantur. Sed infinita Dei clementia hoc nobiscum vegit. Cum ergo quasi in deposito seruata sit peccatorum omnium venia, accede o peccator, & ea utere in salutem.

Cypria.

Tertiò in eisdem verbis attendenda est Christi charitas, & mansuetudo. Rectè Cyprianus. Sicut dixisti o Domine, mandatum nouum do vobis, ita nunc dicere potes exemplum nouum do vobis. Sed quale exemplum fit, attende, de vindicta iniuriarum suarum non agit, nec suas dicit iniurias,

# De septem verbis Domini.

250

Arias, sed patris potius, & ab eo veniam illarum petit. Non ait, vindica sanguinem meum, nec ait, multa iniuste sustineo: sed ego eis indulgeo: non ita loquitur, sed ait, tu o pater in quem præcipue offensa respicit, potius quam in me, quatenus homo sum. En cor Christi bonitate plenum. Nunc ergo inspiciamus corda nostra, an Christi cordi similia sint. Cum pergeret Hieu ad delendam domum Achab, & Prophetas idolorum: offendit in via Ionadab, & ait ad eum. Est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum est rectum cum cor de tuo? Christi cor rectum est erga nos, cum tanta sit charitate plenum, sed cor nostrum rectum cum eo non est, si aliquod eius membrum odio prosequimur. Cum nos lœdimur, parum curamus de Dei offensa, nostram inspicimus, ac exaggeramus, nec oramus Deum, ut ignoscatur, offensoribus, sed nec remittere offensas volumus, qua parte nos tangunt. Inter serpentes de basilisco dicitur: Nullo modo incantari posse, ne noceat: tatum illius venenum est. Hoc innuit Hieremias, cum ait: Mittam uobis serpentes Regulos, quibus non est incantatio. Similes Regulis illi sunt, qui tantum veneni in cordibus suis concipiunt ex iniuriis sibi illatis, ut nullo modo veniam offensoribus dent. Quos etiam similes dicit Psaltes aspidi surda, que non exaudiet uocem incantantium, quia aurem unam in terra ponit, & alteram cauda operit, ne incantantis sapienter verba audiat. Hi etenim homines aurem accommodant mundi, ac terræ legibus, Dei autem legem non audiunt. Audiamus ergo nunc magistrum nostrum è crucis cathedra nos docentem inimicorum dilectionem, eam prius verbis docuerat, sed nunc ope re implet, diligit inimicos, ac pro eis orat: ne tu causari possis, ac dicere, facile esse docere, ac præcipere, difficile autem opere implere, quæ doces. En Christu opere impletum, quæ verbis docuerat. In hoc enim ille passus est, vt ea, quæ docuerat verbis, exemplis ostenderet. Quia in re illud nobis præsttit, quod præstare magister solet, qui rudem instruit discipulum, quem postquam verbis edocuit, exemplo docere solet, perficieus opere, quæ verbis dixerat. Multa dixerat Christus de charitate in Deum, in passione eam ostendit, cum

4. Reg. 16.

Hier. 8.

Psal. 57.

C homines aurem accommodant mundi, ac terræ legibus, Dei autem legem non audiunt. Audiamus ergo nunc magistrum nostrum è crucis cathedra nos docentem inimicorum dilectionem, eam prius verbis docuerat, sed nunc ope re implet, diligit inimicos, ac pro eis orat: ne tu causari possis, ac dicere, facile esse docere, ac præcipere, difficile autem opere implere, quæ doces. En Christu opere impletum, quæ verbis docuerat. In hoc enim ille passus est, vt ea, quæ docuerat verbis, exemplis ostenderet. Quia in re illud nobis præsttit, quod præstare magister solet, qui rudem instruit discipulum, quem postquam verbis edocuit, exemplo docere solet, perficieus opere, quæ verbis dixerat. Multa dixerat Christus de charitate in Deum, in passione eam ostendit, cum

Simile.

Li 2 dixit:

## Concio I.

**Iulic. 17.** dixit: Ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatus A  
dedit mihi pater, sic facio, surgite, eamus hinc, in passionem, sci-  
licet. Multa de patientia dixerat, deq; cruce ferenda, eo-  
rum nunc exemplum ostendit opere. Sic de humilitate, ac  
obedientia, & reliquis, & denum de inimicorum dilectione.

**Acto. 7.** Hæc fuit prima magistri nostri lectio, quām in crucis cath-  
dra legit, cui aures attentas præstít Stephanus, qui cum la-  
pidaretur positis genibus orauit. Ne statuas illis hoc peccatum.

**Hiero.** Et beatus Iacobus frater Domini, qui referente D. Hiero-

nymo in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cum præcipita-  
tus de pina templi, confractis crucibus, adhuc semiuuuus ten-  
dens ad cælum manus dicebat: Domine ignosce illis, quod enim B  
faciunt, nesciunt. Hoc etiam exemplo plures alii id ipsum pre-  
stitere, ex quo colligitur fructus alter huius Christi orationis  
ultra eum, quem superius dixi: Mirabilis Christi charitas est,  
nullum ille reputat inimicum, quia mediator est, qui vtriusq;  
amicus esse solet: & ideo nullum ipse inimicū dixit, & ipsum  
Iudam amici nomine dignatus est decorare. Nunc ergo ô C  
homo, qui iniuriam passus es attende verba ista Christi, quæ  
non patri tātum, sed & tibi dicit: Ignosce illi, quia nescit quid  
facit. Tantæ virtutis, ac vt ita dicam, efficacitæ verba ista fue-  
runt apud patrem, vt quamvis illius infinita maiestas innu-  
meris offensis fuerit impetita, & Dei iustitia exacerbata in  
peccatores, & furor ipsius accensus, satis tamen fuerunt haec  
Christi verba, vt in mansuetudinem cuncta verterentur, & C  
vt pater diceret, ego ignosco vniuerso mundo. Nunc ergo tu  
ô homo, confer illatas tibi iniurias cum his, quæ aduersus  
Deum sunt, & inuenies, nihil eas esse, & attende Christum  
ad te loquentem: Ignosce tu paruam iniuriam, an Christo id  
negare poteris? De hac inimicoru dilectione plura diximus  
in feria VI. post Cineres, tomo primo, & quinto nostrarum  
concionum.

**Beda.** Quartò in his verbis attende, Christum excusare peccato-  
res, non verò accusare, quia nesciunt, quid faciunt. Beda in  
23. cap. Lucæ, libro sexto in Lucam capit. 94. ait Scribas,  
**Matth. 21.** & Phariseos non ignorasse Christi diuinitatem, quia apud  
Matthæum dicunt: Hic est hæres, uenite occidamus eum. Et sic

pro

## De septem verbis Domini. 251

A pro eis orat Christus, quia sola malitia, ac inuidia peccauerunt, plebs vero illud ignorauit. Sed D. Thomas 3. part. D.Tho. quæ st. 47. artic. 5. putat viiiuersos Iudeos ignorasse Christi diuinitatem, etiam principes, sed hi agnouerunt eum Messiam: & ideo dixerunt, hic est heres. Hoc magis est consonum scripturæ, quoniam Petrus dixit: Et nunc scio fratres, Acto. 3: quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Et Pau- 1. Cor. 2. lus ait. Prædicamus Dei sapientiam in mysterio, quam nullus principum huius sæculi cognovit, si enim cognouissent, nunquam Domini glorie crucifixissent Ait ergo Christus. Nesciunt quid faciunt. Non erat ista ignoratio, quæ eos immunes à peccato redderet, quoniam ipse ait. Si non uenisssem, & loquutus eis non Ioan. 15. fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Quia de eis fuerunt, de quibus Psaltes ait.

Noluit intelligere, ut bene ageret. Vnde illuminatus cæcus ait. Psal. 35. In hoc mirabile est, quod nescitis unde sit, & aperuit oculos cæci Ioan. 9. nati. Sed eo modo, quo potest, eos excusat Christus, plebem, quia nesciuit eum Messiam, licet & in hoc fuerit ignoratio culpabilis, principes, quia nescierunt eum Deum, licet culpabili ignorantia.

Sed merito inquires, vnde tanta ignorantia potuit in eis esse, cum opera Christi viderent, & scripturas de eo testimonium perhibentes. Certè prava voluntas eos excœcauit, vt

C Beelzebub tribuerent diuina illius opera. Sicut enim frequenter accidit, vt noxius humor, qui stomachum vexat, facile caput inuidat propter horam membrorum vicinitatem, ac responsonem, ita acutissima coniunctio intellectus & voluntatis facit, vt sèpè intellectus approbet peruersa, quæ voluntas diligit. Et quemadmodum contingit confractum apparere baculum, cuius medietas in aqua est, non quod ille non sit rectus, sed quod radij visuales non æqualiter veniant, ita reætissima quidem doctrina à Christo proposita fuerat, at illis euua videbatur, quia radij, qui voluntatem penetrare debebant, detinebantur, quia illa aqua erat frigida, & malitia inducra. Quam cœcitatem significauit Heli, qui apertis oculis nihil videbat. Nec uidere poterat lucernam Dei, antequam extingueatur. Ita hi videre non potuerant Christum lucernam a Reg. 3.

# Concio I.

*Iodit. 7.* mortem, nec eum agnoscere, in morte eum magis agnouerunt, dicente ipso. Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Eandem cætitatem significauit Balan, qui de se ait. Qui cadens apertos habet oculos. Natura namque compellente, oculos claudimus, dum eadimus, sed qui oculis aperi ti erit, malitia cadit. De qua cætitate Isaías ait. Ex cæta cor populi huius. Populus ergo ille id præsttit, quod Psaltes ait. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Vere prolongauerunt iniquitatem, qui non solum prava voluntate affecti erant, sed & prauitatem usque ad intellectum duxerant.

*Num. 24.* *Ist. 6.* *Psal. 128.* Sed nunc diuina misericordia eluet, dum prolongat Christus misericordiam suam, orans pro his, eos excusans apud patrem. Quo nobis ostendit, ut peccata, ac defectus proximorum, in quantum possumus, excusemus. Prauorum ingenium est, delicta aliorum accusare, augere, ac dilatare. Hinc Sapiens. Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia, id est, stultus, si quid viderit alium delinquentem, mox quasi ipse esset ab omni delicto alienus, ridebit: & cum risu euulgabit delictum proximi sui, & in peiore partem interpretabitur. Et hoc significant Hebreæ (ut ibi Iansenius ait) que plerique vertunt, stultus loquetur, vel interpretabitur delictum, quia verbum Hebraicum, & deridere, & loqui, vel interpretari significat. Contra inter iustos gratia erit, quia iusti sua erga se benevolentia errata, quæ incident, tegent, ac benignè interpretabuntur. Huius rei exemplum nobis hodie Christus exhibet, excusans, ut potest, aliena peccata. Hinc Sapiens ait. Ne accuses seruum ad Dominum suum, ne forte male dicat tibi, & corrues, quibus verbis primum significatur, miseri, ac afflictis compatiendum, ut seruis, nec à nobis affligendos. Deinde tamen ostendit Deus ingenium suum, cui non placet, ut coram eo accusemus fratres nostros, sed excusemus potius. Sicut enim parenti amantissimo non placet accusatio, qua filii accusantur apud eum, placet vero excusatio, ita Deo gratus est, qui coram eo excusat hominum peccata, non qui accusat. Vnde Dæmon dicitur accusator fratrum, qui accusat eos die ac nocte, quo è cælo excuso, pax in eo fuit.

*Prou. 14.* Et cum quasi ipse esset ab omni delicto alienus, ridebit: & cum risu euulgabit delictum proximi sui, & in peiore partem interpretabitur. Et hoc significant Hebreæ (ut ibi Iansenius ait) que plerique vertunt, stultus loquetur, vel interpretabitur delictum, quia verbum Hebraicum, & deridere, & loqui, vel interpretari significat. Contra inter iustos gratia erit, quia iusti sua erga se benevolentia errata, quæ incident, tegent, ac benignè interpretabuntur. Huius rei exemplum nobis hodie Christus exhibet, excusans, ut potest, aliena peccata. Hinc Sapiens ait. Ne accuses seruum ad Dominum suum, ne forte male dicat tibi, & corrues, quibus verbis primum significatur, miseri, ac afflictis compatiendum, ut seruis, nec à nobis affligendos. Deinde tamen ostendit Deus ingenium suum, cui non placet, ut coram eo accusemus fratres nostros, sed excusemus potius. Sicut enim parenti amantissimo non placet accusatio, qua filii accusantur apud eum, placet vero excusatio, ita Deo gratus est, qui coram eo excusat hominum peccata, non qui accusat. Vnde Dæmon dicitur accusator fratrum, qui accusat eos die ac nocte, quo è cælo excuso, pax in eo fuit.

*Prou. 30.* Et cum quasi ipse esset ab omni delicto alienus, ridebit: & cum risu euulgabit delictum proximi sui, & in peiore partem interpretabitur. Et hoc significant Hebreæ (ut ibi Iansenius ait) que plerique vertunt, stultus loquetur, vel interpretabitur delictum, quia verbum Hebraicum, & deridere, & loqui, vel interpretari significat. Contra inter iustos gratia erit, quia iusti sua erga se benevolentia errata, quæ incident, tegent, ac benignè interpretabuntur. Huius rei exemplum nobis hodie Christus exhibet, excusans, ut potest, aliena peccata. Hinc Sapiens ait. Ne accuses seruum ad Dominum suum, ne forte male dicat tibi, & corrues, quibus verbis primum significatur, miseri, ac afflictis compatiendum, ut seruis, nec à nobis affligendos. Deinde tamen ostendit Deus ingenium suum, cui non placet, ut coram eo accusemus fratres nostros, sed excusemus potius. Sicut enim parenti amantissimo non placet accusatio, qua filii accusantur apud eum, placet vero excusatio, ita Deo gratus est, qui coram eo excusat hominum peccata, non qui accusat. Vnde Dæmon dicitur accusator fratrum, qui accusat eos die ac nocte, quo è cælo excuso, pax in eo fuit.

Et cum

De septem verbis Domini. 252

A Et cum Elias accusare voluit filios Israël apud Deum, licet  
zelo vrgente id fecerit, dicens: Zelo zelatus sum pro Domino 3. Reg. 19.  
Deo exercituum, quia dereliquerunt pacem tuum filii Israël, alta-  
via tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & reli-  
ctus sum ego solus, & querunt animam meam. Deus eos excu-  
sat ostendens, non omnia perdita esse, vt putabat Elias, &  
ideò ait. Relinquam mibi septem millia uirorum, quorum genera  
non sunt incuruata ante Paal. Tu ergo, vt poteris peccata pro-  
ximorum excusa, & bonum, si quod est in opere fratris inspi-  
ce, ne similis cribro efficiaris, qui paleis retentis, grana à se  
proicit. Rom. 8.

**B** Demum ex his verbis colligitur illud Psalmi. Quem bonus  
Irael Deus his, qui recte sunt corde, qui enim adeo dulcis est cru-  
cifigentibus, qualis erit amicis, ac obsequentibus? qui pro ho-  
stibus oravit, qui eos excusauit, quo pacto imperfectiones  
suorum excusabit? Recte Paulus. Quis accusabit aduersus ele-  
ctos Dei? Deus qui iustificat, quis est, qui condemnat? Christus Iesus,  
qui mortuus est, qui resurrexit, quis edet ad dexteram Dei, qui etiam  
interpellat proximam. In cuncte adiuvaci munus suscepit, quod  
nunc in caelo etiam agit, ora ergo o Domine pro me, si enim  
oratio tua crucifixoribus veniam obtinuit, obtinebit mihi in  
sericordiam poscenti: dic ergo o Domine, pater ignosce huic  
peccatori, si id dixeris, exaudieris. De nobis corre actum es-  
**C** set, nisi Christus semper oraret. Pater ignosce illis. Cum  
enim semper peccemus, adiuvato iugiter indige-  
mus, oratoreque tanto, qui exauditur pro

**C**enim semper peccemus, aduocato iugiter indigemus, oratoreq; tanto, qui exauditur pro

## L 4 CON.

## C O N C I O . II.

Defecundo verbo, quod Christus in  
Cruce dixit.

T H E M A .

Hodie mecum eris in paradiſo. Matthæi 27-



O S. Fuit à multis viris piis obseruatus, ut B  
morte appropinquate, filius suis mortua salutis darent. Quæ autem ea hora, à patribus fi-  
lij suscipere, præcipua memoria retinebant,  
tanquam testamento sibi relicta, illa namq;  
præcipua eorum hereditas est, & qua omnibus duxiis pre-  
stat. Hoc Abraham absque dubio prestat. Hoc dicit Deus  
eum facturum, cum ait. Scio enim, quod precepturus sit dominus  
sue, et filii suis post se, ut custodiant uiam domini, et faciant iu-  
dicium et iustitiam. Et Iacob congregauit filios suos mortis ho-  
ra instantे, quibus benedicens, aliorum virtutia increpauit, ut  
ab eis cauerent, aliorum virtutem laudauit, ut virtus laudata  
cresceret magis. Idipsum Moyses, David, & Tobias fecit, C  
qui putans se mori, vocauit filium suum, & de obedientia ad  
divina precepta, de misericordia, ac timore Dei multa disse-  
ruit. David vero Salomon de fide erga Deum, & iustitia  
seruanda multa dixit. Et Hinc Petrus mortem sibi instare  
videns ait. Iustum autem arbitror, quandiu sum in hoc taberna-  
culo suscitare uos in commonitione, certus, quod uelox est depositio  
tabernaculi mei, secundum quod Dominus Iesus Christus significa-  
uit mihi. Quanti vero referat, ut filius memoriam conser-  
uet, que tunc à patre audiuit, ostendit Petrus subiungens.  
Dabo autem operam, et frequenter habere uos post obitum meum,  
ut horum memoriam faciat. Hinc religionum parentes, &  
cremipi præcipui patres cum animam agerent, discipulis præ-  
clara

Gen. 18.

Gen. 49.

Tob. 4.

3. Reg. 2.

2. Pet. 2.

**A** clara consilia dederunt. Christus ergo in lecto Crucis decumbens, morti proximus pauca nobis verba dixit, quæ veluti ex testamento, quo I tunc consecrit, nobis reliquit, quæ sunt totius Euangeli summa, ac fortissima arma, quæ in nos iaculatus est. Iaculatur quasi bonus sagittarius de pharrea sua sagittas, & de arcu illo, cuius ipse nerus erat, in cuius cornibus ( vt Habacuc ait) tensæ erant ipsius manus, sagittas potentis acutas iacit, atque in corda inimicorum regis potenter infigit, ita vt in eis cadant vulnerati sub ipso populi, vt plurimi, qui ab ea concione audita redierunt, peccatis suum ferirent, ac liquefierent Nec mirum, cum ad eorum verborum vim terra mota sit, monumenta aperta, &

Hab. 3.

Psal. 44.

**B** petra scissæ. De his verbis Psaltes ait. Audient uerba mea, quoniam potuerunt, idest, potentia, ac efficacissima fuerunt. Hi sunt illi carbones desolatorij, de quibus Psaltes, qui de foco calidissimo, corde, scilicet, Christi flammœ in terram delapsi mundum sufficiunt inflammare eo igne, de quo dixerat: Ignem ueni mittere in terram. Ipsi sunt carbones illi Iuniperorum. De quibus in Psalmo 119 secundum textum Hebraicum, vrentes fortissimè, & ignem seruantes diutius, qui aduersas linguam dolosam præsentaneum sunt resedium. Hi sunt lapides lapides, quibus deiicitur Goliath, collecti de torrente lippidissimi amoris, de quo in via babit. Attendamus ergo verba ista, & singulari deuotione suscipiamus.

Psal. 140.

Psal. 119.

Luc. 12.

Psal. 119.

1. Reg. 17

Audiuiimus primum verbum, quo pro peccatoribus multis orauit, quo singularem erga peccatores curam ostendit, & eorum præcipuam, ac extremam necessitatem, quibus primum attendebat. Audiamus secundum, quod vni peccatorum dixit, cuius conuersio fructus fuit primi verbi. Quo ostendit, quām verē dixerit: Venit filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat. Et uenit Iesus peccatores saluos facere, vt Paulus ait, cum primum omnium peccatorum curam gerat, & eorum causas agat. Ait ergo. Hodie mecum eris in paradiſo. Quo ostendit, quod quemadmodum pater absconditum habens thesaurum, illum hora mortis filio manifestat, ita usque in hanc horam paradisi nomen non

Matth. 9.

Timot.

## Concio II.

Vsorpauerat, erat thesaurus hucusq; absconditus in agro, sed A  
nunc illū manifestat. Apostolis dixit, prædicate, quia appro-  
pinquat regnū celerum, prop̄ iā est, sed nūc amplius quid la-  
troni dicitur, hodie ianua regni cœlestis aperitur, & in illud in-  
gredieris. Preclarū, & vsq; hue in auditū nūtium, quod adeò  
magnum est, vt nec Prophet̄, aut etiā Angelo commissum sit,  
sed ei, qui magni cōsiliū Angelus est, magnum autem consilium  
Dei fuit apertio ianuæ regni cœlestis per Christi mortē. Sed  
vt hoc verbum explicemus, latronis historia nobis primum  
proponenda est.

Thom.

i ucebantur cū Iesu duo nequā ad crucifigendū. Th. 3. p. q. 46.

ait. Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione  
quantū ad intentionem Iudæorū, alia vero quantum ad Dei  
ordinationē. Quantū enim ad intentionē Iudæorum duos la-  
trones vtrinq; crucifixerunt (sicut dicit Chrysost.) vt eorū sus-  
picionis fieret particeps, & sic suppliciū in maiorem ignomi-  
niā cederet, iuxta illud Isa. Et cū inquis d̄ putatus est. Sed Dei  
ordinatio alias respexit causas, Hierony. ait, vt sicut maledi-  
ctū crucis sustinuit pro nobis, ita pro omnīū salute inter no-  
xios, quasi noxiū crucifigitur. Leo Papa ait in sermone de

B

Chrysost.

Passione, vt in Cruce ostenderet cā, quę in iudicio siet homi-  
num discretio & vt Hilarius addit, ostēditur, omnes homines  
vocari ad Christi passionē, sed non omnibus prodesse. Addit  
his August. sermo. 120. de tempore, fuisse hoc mirabile diui-  
nae prædestinationis consilium, vt latro eo modo mirabili  
æternam salutem consequeretur. Inter diuina autem miracu-  
la, quę tunc facta sunt, non minimum censeri debet latronis  
conuersio, maius enim fuit, quam petras scindi. Sicut ergo

C

Hilari.

homo descendens ab Hierusalem in Hierico incidit in latrones, qui  
despoliuerunt eum: ita Christus exit ab Hierusalem, & in la-  
trones incidit. Sed & in alios in idet deteriores latrones, in  
omnium, scilicet, hominum peccata, quę fures merito dicun-  
tur, quoniam Dei gloriā surripere conantur, & Christi vita  
abstulerē.

Lyc. 12.

Inter hos autem latrones alter non cōuertitur, significatq;  
eos, qui passionis Christi fructū non suscipiunt. Id vero Chri-  
sto maximū fuit causa doloris, magis quam flagella, clavi, spi-  
nx, ac

# De septem verbis Domini. 254

**A**næ, ac ipsa mors. An non ille doleret vehementer, qui maximo parato conuiuio, vocaret invitatos, & illi negligenter venire? Videt Christus, guttam sui sanguinis fatis esse, vt innumeros redimeret mundos, & cum riuos sanguinis fundat, attendit paucos futuros, qui eius fructum participant. Insunt pater vniuersas diuitias, vt filio ægrotanti poculum conficiat, quo salutem recuperet, si illo vtatur filius in salutē, gaudet pater, si verò illud effunderet, ac perderet, an non doleret? Ita in nostri medelam vniuersam sanguinem Christus dedit, quo si vtamur, gaudium est in cælo, si autem negligentia nostra pereat, Deum dolere, eo quo potest modo, dicitur.

simile.

**B**Sed illud inquirendū est, an vterq; latro Christū blasphe-  
mauerit: nam Matthæus, & Marcus in plurali aiunt, latrones  
improperasse Christo. Lucas autem ait, vnum blasphemasse,  
alterum confessum esse Christo. Hieronymus, Chrysostomus,  
Theophylactus, Cyrill⁹ Hierosolymitanus in cate. I. 3.  
Et Origenes tractatu 35. in Matthæum dicunt, initio quidē  
ambos latrones Christo improperasse, deinde vero alterum  
conuersum. Quod si ita res se habuit, similem se Christus ex-  
hibuit homini confidenti theriacam, qui permittit viperam  
filium mordere, ac veneno plurimo infici, & ad mortem vs-  
que accedere, non quidem, vt intereat, sed vt adhibita theria-  
ca, saluti restituatur, & illius vis appareat, quæ desperatum  
hominem saluti restituit. Conficiebat tunc temporis Chri-  
stus antidotum aduersus omnia peccata, cuius vt vis omni-  
bus sit manifesta, permisit latronem ad extremum mali  
descendere, dum Christum blasphemabat, cum ad cruce  
duceretur, vel etiam dum in cruce esset, vt repente salu-  
luti restitutus ostenderet, quantam contineat vim Christi  
sanguis, & quod nullum sit ei insanabile vulnus, si modo ap-  
plicetur. Mirabilis profecto illius conuersio fuit, cum repen-  
te ex summo insumnum mutatus est. Vnde Leo Papa ser-  
mone 2. de Passione ait, quæ istam fidem exhortatio per-  
suasit quæ doctrina imbuit quis prædictor accendit? Non  
viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium  
curatio, exæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum. Ea  
ipsa, quæ mox erant gerenda, non aderant, & tamen Domi-

Matth. 27.

Matth. 15.

Luc. 23.

Hierony.

Chrysost.

Theophyl.

Cyrillus.

Origen.

Simile.

**C**Leo.  
CIL 10.2.174

exsummo insumnum mutatus est. Vnde Leo Papa ser-  
mone 2. de Passione ait, quæ istam fidem exhortatio per-  
suasit quæ doctrina imbuit quis prædictor accendit? Non  
viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium  
curatio, exæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum. Ea  
ipsa, quæ mox erant gerenda, non aderant, & tamen Domi-  
num

## Concio II.

Epiphan.  
August.  
Ansel.

num confitetur, & regem, quē videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebatur hoc donum, vnde accepit fides ipsa respōsum. Hæc ille. Nullus ergo de remedio desperet, si modo eo uti velit. Patres verò alij afferunt, vnum latronē duntat blasphemasse, & Matthæū, ac Marcum figuratè loquitos fuisse, vt tente plurali pro singulari, vt sèpè in scriptura fieri solet. Hoc tenet Epiphanius hæresi 66. & August. li. 3. de consensu Euangelist. c. 16. & Anselmus in Matthæū, & alij.

Audiamus ergo latronem concionatorem agentem. Neq;  
tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem digna  
factis recipimus, hic autem quid mali fecisti? Memento mei Domine,  
dum ueneris in regnum tuum. De his verbis plura diximus in  
priori tomo nostrarum cōcionum, sermone de latrone iusto B

Nunc autem attendamus latronis huius mirabilem pœnitentiam, ac publicam delictorum confessionem, peccati detestationem, etiam in socii. Volut semper Deus, vt veniam peccati cōcederet, interiorem illius confessionem, qua homo Deo confiteretur, quam exhibuit hic latro; adiungens exteriorem, quam in lege gratia sacerdoti facere tenemur. Sed ait, vt quid Deus vult, me illi peccata confiteri, quæ ille nouit? Planè hac confessione nō intēdit Deus nosse, quid egeris, illud enim optimè nouit, sed vult, vt ipse dicas delicta corā eo, vt sic humilieris, & ab eo veniam postules, dolens, quod in eū peccaueris. Sicut Ezechias fecit, cū ait. Recogitabo tibi omnes annos meos in C amaritudine animæ meæ. Et Iob. Tēdet animam meam uitæ meæ, dimittā aduersum me eloquīū meum, loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare.

Ambros.

Secundo, ait Ambrosius libro 2. de pœnitentia capit. 7. exigit Deus à peccatore hinc confessionem; vt peccator sit sui accusator, ac præueniat dæmonem, qui eum accusaturus est. Dæmon accusator est omnium peccatorum, & in cathalogramma redigit vniuersos, qui Deo debent, vt eos accuset. Ideo in Apocalypsi dicitur accusator fratrum. Sicut ergo is, qui nouit accusandum se ab aliquo apud Inquisidores habentes prauitatis, vt misericordiam obtineat, se ipsum prius ille accusat, ita oportet præuenire accusatorem nostrum, vt coram

Isa. 38.  
Iob. 10.

# De septem verbis Domini. 255

A vt coram Deo propitiationem inueniamus. Sicut enim Paulus ait. Si nos metipsoſ iudicaremus, non utiq; iudicaremur. Ita si nos ipſoſ accusamus, locus accusationi dæmonis non relinquetur. Aderat iam dæmon à dextris latronis, vt in morte eum accusaret. Sicut Psaltes ait. Diabolus ſtet à dextris eius. Et Zacharias ait. Et Satan ſtabit à dextris eius, ut aduersaretur ei, eum certè accusans. Sed præuenit latro accusationem, accuſauit ſe ipsum, & ſic abſolutus eſt.

1. Cor. 11.

Pſal. 108.  
Zach. 3.

B Sed attende, quod non ſolum ſeipſum accusauit, ſed & Christum excuſauit, dicens: Hic autem quid mali fecit. Diximus ſuperius, voluisse Iudæos cauſam Christi confundere cum cauſa latronum, vt latro haberetur, qui inter latrones cruciſigebatur, voluerunt ergo ſurripere Christi honorem, curantes, vt latroniſ furti huius cælatores, ac abſconſores eſſent. Sed bonus latro, licet priuſ multa furatus fuifſet, nunc tamen morti proximus abſcondere alienum furtum non vult, ſed illud manifestum facit, dicens: Hic autem quid mali fecit? quaſi dicat, peccata mea non opperient, neque abſcondent iniquitatem vestrā ô Iudei, ſatis ſint furtā, quæ ego feci, nunc aliena non occultabo. Vultis Deo ſurripere honorem, hominibus ſalutem, cuius initium agnitiō Christi eſt. Sciant ergo vniuersi homines, quod Christus nihil mali fecit. Vos putatis Christum latronem, quia filium Dei ſe fecit, & ſic Deo honorem ſurripuiſſe arbitramini, ſed non ita res habet: nul-

C lum in hoc furtum coram iſit, quia non rapinam arbitratus eſt, Philip. 2. eſſe equeſtrem Deo, ſed ſenſe ipſum exinaniuit. Et vt Adami furtā, & mea, ac omnium hominum ſolueret, tanquam latro comprehendēti voluit, & tanquam ad latronem existis cum gladiis & fūtib⁹ comprehendere eum, & tanquam latro flagelliſ cæſus eſt & nunc inter latrones cruciſigitur. Sed latro ille non fuit, ſed quæ non rapuit, nunc exoluit ſicut per Pſalm. 66. tem ait. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnicum illius furtum non negabo, quod corda hominum rapuit, ſicut nunc cor meum. Cum exaltatus fuero omnia traham ad me, dixit ipſe, hoc autem nunc opere complet. Non eſt Deus noster, vt dii gentium. De Mercurio tradit Horatius, & Prudentius, quod ex pertus furandi homines hac imbuīt arte. At Christus, non

noſtra

## Concio II.

nostra ablaturus venit, sed sua datus, & adhuc nūc inter A lationes poni voluit, quasi diceret, immensos cæli thesauros mecum defero, & opto maximè, ut mihi surripiantur ab hominibus. Deprædari desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Sacus, in quo thesaurus vniuersus cæli erat, humanitas Christi est, quæ mille partibus concissum ostendit, ut thesaurus videatur, ac surripiatur, sic illum rapuit latro, & diues in æternū mansit. Id perspicies in Christi verbis. Hodie mecum eris in paradiſo. In his verbis aliqua nobis expendenda sunt. Primum, quæm citò exaudierit Christus latronem. Cum in molli lecto homo decumbit, profundè dormire solet, & ideo difficultius excitatur: si verò super lignum cubet, facilis somnus esse solet, & facile excitari potest, & audit. Quasi in molli lecto erat olim Deus, & ideo non ita citò excitabatur, ac audiebat. Vnde ad eum Psaltes ait. Exurge, quare obdormis Domine. exurge, & ne repellas in finem, quare obliuisceris in opere nostræ, & tribulationis nostræ. Sed nunc in duro lecto crucis cubans citius exaudit, & in nauicula super lignum dormiens facile excitatur. Quia expertus dolores nostros, didicit ex his, quæ passus est, misericordiam misericordis exhibere. Impletumq; iam illud Isaiae est. Et erit, ante quam clament, ego exaudiem, adhuc illicis clamantibus ego audiā. Non ait Propheta id tunc esse, sed erit, inquit, quia tanta misericordia, ac exauditio nobis seruabitur.

Simile.

Psal. 43.

Matth. 8.

Isa. 65.

Arnoldus.

B

Secundum, quæm citò exaudierit Christus latronem. Cum in molli lecto homo decumbit, profundè dormire solet, & ideo difficultius excitatur: si verò super lignum cubet, facilis somnus esse solet, & facile excitari potest, & audit. Quasi in molli lecto erat olim Deus, & ideo non ita citò excitabatur, ac audiebat. Vnde ad eum Psaltes ait. Exurge, quare obdormis Domine. exurge, & ne repellas in finem, quare obliuisceris in opere nostræ, & tribulationis nostræ. Sed nunc in duro lecto crucis cubans citius exaudit, & in nauicula super lignum dormiens facile excitatur. Quia expertus dolores nostros, didicit ex his, quæ passus est, misericordiam misericordis exhibere. Impletumq; iam illud Isaiae est. Et erit, ante quam clament, ego exaudiem, adhuc illicis clamantibus ego audiā. Non ait Propheta id tunc esse, sed erit, inquit, quia tanta misericordia, ac exauditio nobis seruabitur.

C

Secundum h[oc]lo his verbis, ait Arnoldus in tractatu de septem verbis Christi, confundit Iudæos, Iudeos, ac Nouatianos. Iudæa quidē, qui desperauit de tanta misericordia. Nouatianos verò, qui negant pœnitentiā post baptismum. Iudæos etiā, quibus malū apparebat, quod cū peccatoribus Christus ageret, cū autem illi maximi peccatores essent, condēnantes misericordiā peccatoribus exhibitā subscribebant damnationibus propriis, nullū locū misericordiæ referentes. Inimici erant Pharisæi gratiæ, sed iā mutata est per Christū lex in gratiam, terror in mansuetudinem: nouus aduenit rex, nouam legem cōdidit, quæm dictat sola pietas, & charitas. Inscrifitur cruci titulus regni à Pilato, nec Iudæus tollere potuit inscriptionem. Sub hac inscriptione, & sub hoc regno latro erat. Fractæ sunt lapideæ tabulæ

**A** tabulę in Caluario móte, lex lapidea abolita, & lex dulcedini lata. Audi, quid Christus latroni dicat. Ne irascaris princeps Apostolorū, tibi dico Petre, cui claves regni cœlestis cōmissæ sunt, & tibi negotiationis peccatū pepercit, & tamen te iuxta crucē nō video, territus lates, nec ibi Apostolica auctoritate vteris, modo clauiū ministerium nō profers. Sed adeit summius sacerdos, qui hoc præstet, ille aperit seras latroni, amouet Christus à paradiſo vigilē custodem Cherubim, & cui tu forsan septies dubitasles ignoscere, ignoscit Christus se ptuages septies, vt iā non numeres peccata ad remissionem: non habet metas diuina clementia, sit qui inuocet, nō deerit.

**B** qui exaudiat, & indulget. Attende, quis nunc exaudiatur, pestifer erat, & extrema hora clamat, & exauditur, o summa Deibonitatem, ac clementiam! nondum dixerat Dauid: Peccavi, & audit, Dominus quoq; transtulit peccatum tuum. 2. Reg. 12  
10an. 8. Mulieri adulteræ ait. Nec ego te condemnabo. Quām facile reuertentem filium dissipatorem pater recipit, nec increpat, sed omnia dulcia, ac lāta inuenit. Quis, obsecro, de tanta misericordia desperet? Cū ergo sciamus, Deum multum esse ad miserendum, eum oremus: um latrone, qui optima in terra seminavit, dum seminavit, & mesluit simul, petiuit, & recepit continua. Nec solum recepit, quod petiuit, sed amplius, ille peccati venia orabat, & quod aliquando eius memoretur, cum in regnum veniret. Christus autem non solum ei indulget, sed & paradisum statim promisit. Non ei accedit cum Christo, quod Iosepho cum pincerna Pharaonis, cui dixit similia verba: Memento mei cum bene tibi fuerit. Ita nunc latro ait: Memento mei cum ueneris in regnum tuū.

Gen. 40. Sed ille oblitus est benefactoris, ac interpretis sui. Christus verò peccatoris oblitus non est, sed regni participem fecit. Et in huius rei signum referunt viri graues, qui Hierosolymam inuiserunt, ostendi nunc locum, in quo Christus crucifixus est, & latrones; in quo hoc simul cernitur, quod cum petræ scissa sunt Christo mortuo, rupes illa Caluarij scissa etiam est; sic tamen scissa monstratur hodie, vt Christus, & latro iustus ex una parte simul relinquerentur, ex altera verò scissuræ parte iniquus latro relictus sit, tanquā à Christo

## Concio II.

à Christo separatus. Manet hucusq; scissura rupis, & profun  
dissima in ea vorago.

Tertio promittit ei regnum ceternum, quia illud fuit, quod  
oratione sua petierat latro, non verò temporale quid. Iniquus  
latro aiebat. Si filius Dei es, saluum facte metipsum & nos. Salua  
tionem petebat, sed temporalem, qua à morte liber esset, non  
animam curabat, sed corpus, cui plurimi nunc similes sunt,  
qui in horam mortis pœnitentiam distulerunt, & tunc solum  
corporalia curant, & animæ sua obliuisuntur, ut corpori in  
tendant, filiis, ac diuitiis. Iustus latro corporis oblitus, animi  
salutem petit, merito audit: Hodie tecum eris in paradiſo. Cū  
Isaac benediceret Iacob, & Esau, eandem benedictionem  
vtriq; donasse videtur, sed diuersa admodum est, ut optime B  
expendit Bernardus, nam Iacobo ait. Detti bi Deus de rore cæ-  
li, & de pinguedine terræ. Esau autem dixit: in pinguedine terræ,  
& in rore cæli desuper erit benedictio tua. Electus Iacob bene-  
dicitur primum in rore cæli, & deinde in pinguedine terræ,  
quia eleæti cælestia primum curant, quærunt primum regnū  
Dei, & iustitiam eius, temporalia autem quasi accessoria. Re  
probus Esau benedicitur primum in pinguedine terræ, & de  
inde in rore cæli, quia primum quarit temporalia, æterna au  
tem tanquam accessoria tractat. Rectè ergo petenti latroni  
animæ salutem dicitur: Hodie tecum eris in paradiſo. Licet au  
tem Iustinus martyr. quæſt. 75. & 76. ad orthodoxos, &  
alij potent, paradiſum terrestrem promissam latroni, sed Au  
gustinus epistola 57. ad Dardanum, & omnes doctores per  
paradiſum intelligent visionem beatificam, quæ absq; dubio  
illo die latroni concessa est.

Si vero dicas, quo pacto res tanta adeò facile à Christo ex  
hibetur? Certè nihil humanum condignum est tanta gloria,  
nisi Dei gratia adsit, sed haec dig nos nos efficit. Latro vero  
illa adiutus eximium præstít opus, quò dignus factus est  
non gloria solum, sed & amplissima. Impleuit enim illud  
Iſaiæ. Nolite reminisci priorum, & antiqua ne intueamini, ecce  
ego faciam noua, &c. Et inferius ostendens, quæ ista noua sint,  
ait. Glorificabit me bestia agri. Bestia agri fuerat latro iste  
grassator, qui in viis interficiebat homines, ut illos expolia  
ret.

Bernard.  
Genes. 27.

Iustinus.

August.

Iſa. 43.

A ret. Ecce bestia ista nunc Christum glorificat, eum confitetur, laudat, defendit à socij blasphemis. Hoc te nō pote nul lus exterius glorificabat Christum, pater dereliquerat eū. Mater tacebat, Angeli similiter, Ioannes, & Magdalena nihil loquuntar, Apostoli omnes fugerunt, Iudei, ac gentes blasphemabant, & deridebant. Vnde ait in Psalmo: *Psal. 2. 1.* Omnes uidentes me deriserunt me, loquuntur labiis, & mouerunt caput. Solus nunc latro, hæc bestia agri glorificat eum corā om̄ib⁹, dicens eum inuocentein, regemque cœli, o aureum os, o lingua Angelica, quæ Christum glorificas sola. Prius tu causa uochi egisti, quā vniuersus mūdus, priusquā sol obscuratur, terra scinderetur, velum rumpetur, se pachira aperirentur. Benedicta ergo lingua illa est, quæ

B Deum benedicit, cum ab omnibus maledicatur. Merito iudgentiam plenissimam cōsequeris, ne lingua talis in inferno torqueatur cum lingua diuitis epulonis, & cum lingua dolosa. Benedicti sunt Sem & Iaphet, & meritò quia *Genes. 9.* cum irrisus esset Noe à Chan, illi patrem operuerunt, cur non benedicatur latro hic à Christo, qui nudatus in cruce est amore ebrios, irrisus à gentibus & Iudeis, sed à latrone cōmendatus, ac laudatus: *Quicunque honorificabit me glorifi* *1. Reg. 2.* *cabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles,* ait ipse Samuel. An non mirabilis latronis fides, qui regem, & Deū confiteretur crucifixum? Augustinus sermo. *1. in Parasceue Aug.* ait, Dic o latro, ubi thronus ex Sapphyro, ubi Cherubini, & exercitus cœli, ubi corona, sceptrum, & purpura, ut eum dicas regem cœli? Vides ne coronam aliam quam spinarum, aliud sceptrum quam clausos, aliam purpuram quam sanguinem, aliud thronum quam crucem, alios ministros quam carnifex? quid ergo regium vides? Rectè Cyrilus *Cyril.* Cate. *1. 3.* ait. Quæ virtus te illuminavit o latro, quis te docuit adorare contemptum, & simul crucis affixum? o lumen perpetuum illuminans obscuratos. Eximiè extollitur Magorum fides, quod Christum adorauerint in tabula, sed maior fides latronis est, qui eum adorauit in cruce pendens. Maxima illius fuit spes, qui sperauit peccatorum tantorum veniam mortis hora, & eximia illius fuit charitas,

*aduersaria*

Kk cum

### Concio III.

Cant. 3.

Aug.

Cant.

cum socium corripuit, & dilectio in Christum, cum illius A causam publicè egit. Eximia illius humilitas, ac patientia, cum iustam dicit damnationē suam, & solūm Christū sui memorari orat, & ideo oratio illius fuit, quasi uirgula sumi ex aromatibus myrrae, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij, quia omnibus ornata virtutibus, & ideo plenissima est consequutus indulgentiam, & baptismo flaminis ablatus est, fide ac poenitentia præclara, vñ Augustinus lib. de pœnitentia asserit. Ettandem sicut duo deferebant botrū de terra promissa, sed qui præcedebat, nec eum videbat, nec eo fruebatur, at posterior, & videbat, & vtebatur eo. Ita B nunc Christus inter duos latrones est, sed iniquus latro eo non vtitur in salutem, quia ad scapulas eum proicit, non eum conspicit, quin & auersatur. At vero iustus la-  
tro eum coram oculis habet, ad eum, conuertitur einsq; fru-  
ctu vtitur, & ait cum sponsa. Botrus cypri dilectus meus mihi  
in uineis Engaddi. Nos similiter Christi fructus participare  
curemus fide, poenitentia, ac confessione.



### CONCIO. III.

De tertio verbo, quod Christus in  
Cruce dixit.

T H E M A.

Cum vidisset Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri sua, Mulier ecce filius tuus, Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua, & ex illa hora accepit eam discipulus iu suam. Ioan.9.

Ambro.

AMBROSIUS Lib. decimo in Lucam in capite de C  
commendatione Mariæ matris discipulo Joanni ait.  
Testaba-

- A** Testabatur de cruce Christus, & testamentum eius signabat Ioannes. Dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum, non pecunia sed vita, quod non atramento scribitur, sed spiritu Dei vivi. Lingua mea calamus scribere uelociter scribetis. Sed nec Maria minor, que ut matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat. Psal. 44. Hec Ambrosius. Cum testamentum sit ultima voluntas, qua de bonis disponit, dicitur Dei testamentum illud, quo hominibus sua bona distribuit, & inde dictum est vetus & nouum testamentum, veteri bona terrena præcipue promisit, novo spiritualia, ac æterna, iuxta illud Pau. Melioris testamenti mediator est, quod in melioribus reprobationibus sanctum est. Et licet hoc testamentum inciperit perficere in vita, cum predicans regnum Dei hominibus promisit bona spiritualia, & eterna, tam in cena, & demum in cruce hoc testamentum perficit, ac absoluit. In cena enim præcipua materia sua declarauit, & sacerdotes instituit Apostolos. Demum vero illud in cruce absoluit, in qua reseruauit plurima, que ad testamentum pertinæt. Solet enim, qui testatur, anima Deo offerre, ac commendare, quod Christus in cruce fecit. Secundo, solet iniurias remittere, quod in cruce Christus praestitit, orans pro inimicis. Tertio, quietatur, solet prævidere filii, parentibus, ac amicis bona. Hoc autem Christus fecit commendans matrem discipulo, & discipulū matri. Tadē hæreditatē promittit, qui testatur, hāc Christus latroni, & in eo omni peccatori verē pœnitentiū promisit. Tūc etiā abrogauit prius testamentū, cū dixit: Consummatū est, quo verbo significauit, impletas esse omnes figuræ, ac umbras, que corpore præsente cessauerūt. Tūc ergo plenè cōditū, ac absolutū fuit nouū testamentū, quod calamo linguae Christi confectū est, quod Ioannes signauit. Sed quoniam attendere solent homines, quid eis in testamento relinquatur a parentibus, vel amicis, an hæreditas ad eos pertineat, vel legatum, attendamus nos in hac præcipuo testamēto quid nobis rediquitur. Planè hæreditas ad nos pertinet, si filij esse velimus, si hæreditatis onus subire, quod est impletio mādictum, tūc enim hæredes erimus vita æternæ. Sed & legatum

Concio III.

etiam præcipuum nobis in hac vita relinquitur, & illud est **A** Maria, quæ nobis mater conceditur. Nec enim soli Ioani donatur in matrem, sed omnibus fidelibus, ideo Ioannes non nominatur, sed discipulus, quia ut discipulus eam matrem accepit, tanquam ad matrem ergo ad eam accedamus, ut nobis bona omnia impetreret, & nunc gratiam obtineat.

Mirabile planè fuit Dei consilium, quo voluit interesse matrem ipsius acerbissimæ passioni. Stabat iuxta crucem Ma-

**Ioan. 19.** Exod. 23. Deut. 22.

ria mater eius, ait Ioanna. In lege præceptum fuit. Non co-

quiescedum in lacte matris sue. Et in Deuteronomio dicitur:

Qui inuenerit auiculam cubitatem, tollat filios, & dimittat matrem.

**Leui. 22.** Et in Leuitico præcipitur: non immolabitur ovis una die cum filio suo. Omnes ista leges pietatem in matrem respiciunt, ne simul cum filio occidatur, ne tollatur, cum filius tollitur, ne decoquatur filius in eius lacte, nunc illa in filii sanguine decoquitur, & filius in matris lachrymis, nunc autem cum filio tollitur in sacrificium. Huius rei non unica ratio est, sed plures, inter quas illam primùm expédamus, quæ omnibus iustis communis est, deinde vero singulares, quæ ad Mariam pertinent, explicabimus. Prior ergo causa est, quod iustis omnibus tribulationes graues, discriminatae Deus immitit, quibus eos probet, atque perficiat. Et licet diversum hoc videatur ab ingenio Dei, & ab eius misericordia, amore, ac bonitate infinita, ad quam potius pertinere videtur, indulgentiis maternis vti, tam è quia sic nobis expediens erat, probationes, ac tribulationes immittit. **B** Quod copiosè, ac eleganter Iudith dixit. Memores sunt, quia tentati sunt patres nostri, ut probarentur, si uere colerent Deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Nec in hac rem minus dilectionem suam ostendit Deus, quam dum nos confortatur. Huius rei præcipuum exemplum nobis patet in Christo, qui infinito diligitur amore, & cù caput, ac exemplar omnium iustorum esset, summè tribulatus est. Hinc

**Iud. 8.**

**C** ille

**A**ille in Psalmo patrem orat: *Saluum me fac Deus, quoniam intra* Psal. 6. 8.

*uerunt aquæ usque ad animam meam, quasi dicat, non solù exteriū magna patior, non solum aquis tribulationum exteriū circundor, sed usque ad animam intrauere meam: Et quoniam is, qui aquis obruitur, consolatione leuat, cum pedem in terra figit, hæc mihi consolatio relicta non est, vnde subit. Infixus sum in limo profundi, & non est substatio, idest, non est, ubi pedem figam. Et ne quis dicat, ad oram maris me esse, vnde facile liberari possim, addit, ueni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Et quoniam clamores aliquando iuuant pereunte, dum his auditis accedit aliquis, vt eum liberet, nec hoc refugium mihi relictum est, vnde subdit: Laboravi clamans, rauco factæ sunt fauces meæ, nec*

**B**illus mihi adest. En Christi summam tribulationē. Quia vero ei coniunctissima Maria fuit, ideo post Christi dolores nulli fuerunt, qui Mariæ doloribus conferri possent. Vnde ad illam Simeon ait. *Et tuam ipsius animam doloris gloriatus pertransibit.* Christus mare dolorum est, & ab ipso efficitur albeus, quo omnis Christi dolor in Mariam veniet. Sicut è fonte efficitur canalis, per quam aquæ inhortū veniant, ita à Christo ad Mariam summa dilectio constituta est, per quam omnis Christi dolor in Mariam descendit. Id vero ideo effectum fuit, ut summis meritis Maria ornaretur. Vnde Anselmus de laudibus virginis ait. Ansel.

Oportuit, vt illa, in qua omnem gratiam Christus collocavit, non careret honore martyrij, & ad hoc cruci ad stare illam oportuit, quale autem illud martyrium fuerit, expri mi non potest, adeò durius fuit, quam si ipsa occideretur,

quo plus filium diligebat, quam se ipsam? Memoriae prodidit grauis author, quod cum maleficus quidam nullis tormentis adduci posset, vt facinus perpetratum confiteretur, iusfit index, adduci filium illius unicum, & duriter verberari coram patre, quod ille sustinere non valuit, & crimen confessus est. Cum amantis anima plus sit in amato, quam in corpore, quod informat, quoniam amor facit ecstasim, plus torquetur in amato quam in proprio corpore. Hoc autem in Maria præcipue locum habet, quem multo plus diligebat

### Concio III.

filium, quā se ipsam. Cum ergo Maria videret Christi passionem, suomis vrgebatur doloribus, quos patienter sustinebat propter hominum salutem, & Dei gloriam. Vnde illius meritum maximum suit.

Ambro:  
Secundō adstare oportuit Mariam cruci, vt ad opus redēptionis nostrā cōcurreret eo, quo poterat modo. Ambros. lib. i o. in Lucā capite, quod initio diximus. Ait quid mirabile, sic enim habet. Aut fortasse quia cognoverat per filii mortē mundi redēptionē, aula regis putabat se & sua morte publico muaeri aliquid additurā. Sed Iesu nō egebat adiutorē ad omniū redēptionem, quia dixit: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber suscepit quidē matris affectū, sed non quā siuī hominis auxiliū. Hæc ille.

Psal. 87.  
Quā verba Ambrosij sic intelligenda sunt, vt sicut perditio nostra per vnum hominem, & mulierem vnam in mundum intravit, ita ingredetur & remedium per hominem & mulierem, Christus quidem solus redēptor est, vnuſquisque mediator Dei & hominum, tamen sicut per vnum hominem peccatum & perditio in mundum intravit, ministrante tamen peccati materiam Eva, quā pomum viro dedit, & sicut solus pater afflītus īuē filiū generat, sed matre materiam ministrante, in qua ī forma introducitur. Ita Christus tanquam pater futuri sēculi solus nos redemit. Maria verò tanquam mater astitit cruci, offerens humanum genū filio, vt in illud induceret redēptionem. Et ideo voluit filius (ait Anselm.) vt cruci mater astant, tāquam illius uniuersalis hāres, in qua ille deponeret vniuersum sanguinem suum, merita, ac gratiam, vt illa ea colligeret, & polteā suis manib⁹ ac intercessione nobis diuidetur. Et ideo tunc vniuerſorum hominum curam suscepit, vt pro omnibus intercederet. Ideo stabat iuxta crucem iſu Mariam.

Ansel.

Tertiō cruci astitit Maria quia dilectissima Christo, & doloris tempore charissimos nobis adflare cupimus, quib⁹ visis aliquomodo leuamur. Derelictus à patre, à matre, deserit non debuit. Sed qualis ibi fuerit Mariae dolor, nullis verbis exprimi potest, quia & amor omnem superat intellectum. Suspirat intrasēcus, & erumpentes reuocat lachry-

- A** lachrymas, & eo amplius anxietas intumeſcit, quo prohibetur egredi. Emergebant gemitus, sed reprimebantur à modestia, & reuertebantur in ſinum mentis, & collidebat ſe ad inuicem introrsus, eratq; in anima illa tempeſtas valida, occurrentibus ſibi procellis, & quaſi in fartaſine frixiſ medullis ebullicebant amaritudines, & moriebatur, & mori nō poterat. In Exod. ca. 27. & 30. Proponuntur in templo altaria duo, alterū quod hofſtis immolandis depu-tatū erat, quod erat cerę opertū, & omnia ipſius vaſa ærea erant. Alterum altare erat thymiamatis, ſive in censi vesti-tum auro puriſſimo, ſitum coram propitiatorio, ſuper quo ſolus ſumimus ſacerdos incēſum adolebat, & ſemel in anno illuc ingrediebatur in ſanguine ad orandū pro populo. Ita in Caluatio duo videbis altaria, aliud in corpore Christi, aliud in pectore Mariæ, Christus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidē Maria immolaricū filio, non ſolū animo, ſed & corpore, & cū filio celebra-re ſacrificium illud expiationis mundi, consummatuum omnium ſacrificiorum, & cum filio ſuo corporali morte re-demptionis noſtræ consummare myſterium. Sed hoc ſo-lius ſumini ſacerdotis priuilegium erat, vt munus ſanguiniſ intra sancta in ferret, nec poterat dignitas haec alteri da-ri, quoniam torcular calcauit ipſe ſolus. Sed cooperabatur Maria eo, quo ſuperius explicuimus, modo, ſicut in altari Atrij, licet non offerretur ſacrificium expiationis, offere-bantur tamen alia ſacrificia Deo grata. Mater ergo filio of-ferebat hofſtiam generis humani, filius eam patri präſenta-bat, & pater acceptabat, & iuſtificabat. Filius ad cor ma-teris, pater ad filii crucem, & vulnera respiciebat, & quid haec tanta pignora nō efficerent? Sed o mater dolore, ac anguſtia plena pete à filio tuo, vt te verbis ſuis cōſoletur, vt tibi benedicat, & ſonet vox eius dulcis in auribus ſuis, vox enim ei⁹ dulcis, vt dolorē leniat, qui exauditis blaſphemii oriuit. Sed quo pacto ille benediceret tibi poterit, q ab om-nibus maledicitur, qui & factus eſt pro nobis maledicū-nam maledictus qui pendet in ligno. Quibus te manibus benedicit, qui eaſi habet cruci affixas. O diem amariffimū,

Exod. 27.  
C 30.

### Concio III.

conuertunt in se oculos mater & filius, nec dolor sinit verba sibi inuicem facere, sed visu loquuntur, filius discedit, ac moritur, sed ipius cor in matre remanet, illa manet, ac relinquitur, sed illius cor cum filio discedit. O Domine, duo te trahūt maxima vi, quis nam potentior erit, mater, ne, vt nō discedas, an mors, vt proficisci caris? o crudele bellū, dum mutuus conspectus mortem afferebat, & mater mortem iuuabat, dum summa angustia replet cor filij, omnia ergo morti fauent.

Augen autem Marię dolorem, quod remedio omni caret. De Anna Tobig matre dicitur, flebat Anna irremediablebus lachrymis. Heu me fili mi, ut quid te misimus peregrinari? Sed certe nullus dolor ita irremediabilis fuit, vt Mariæ plaga, quia eius anima sauciata erat, & in intimo corde vulnus erat, vbi nullū medicanentū apponi poterat, quia cū Chřm amittit, omnia amittit, vnde nullus locus cōsolacioni relictus est. Quādo diuitias amisisti, cōsolari potes, quia salus tibi relicta est, honos, & reliqua, si vero uno temporis momēto cuncta amitteres, cōsolatio tibi nō relinquetur. Sanctis, ac perfectissimis viris Deus est omnia, vnde eorū quidam aiebat, Deus meas, & omnia. Quid, obsecro Maria dicere? Quis nā o Dña tibi omnia erat, quis tibi diuitię honos, salus, lumen oculorū, baculus, & deniq; omnia, non ne Chřs? Irremediabiles ergo sunt lachrymę tug, quia omnia simul amittis, & inter dāna numera, qd tu etiā cū illis nō amittaris. Magna est uelut mare cōtritio tua, quis medebitur tui? C

B  
Thren. 2.  
Psal. 38.  
Galat. 2.

quis enim vulnus in medio corde cōsistens curabit? Vnus de celo venit medicus, qui medetur contritis corde, & ille te vulnerat, quis ergo medebitur tibi? Vere domina dicere poteris: Cor meū dereliquit me, quia qui cor tuū erat, qui iuxta cor tuū genitus, quē diligebas plusquam cor, dereliquit te. Adeo vnu erat Maria, & Iesus, vt in ipsa nihil esset prēter Iesum, & ideo Iesum mori erat totā Mariā deficere, quia nihil erat in ea nisi Iesus. Dicebat Pau. Viuo iam non ego, uit uero in me Christus, sed in sola Maria verba ista plenissimè veritati redditica sunt, quia in ea nihil aliud viuebat nisi Iesus, & ideo si sine Iesu relinquitur, in nihilum redigitur.

Ex

- A** Ex his verò Christi, ac Marię doloribus illud vobis col ligendū est, oportere, nos dolores sustinere. Sententia in pri mos lata parentes fuit, vt in sudore, ac dolore pane vescerē tur, & hanc nobis reliquerūt hæreditatē, & ideo nullus est hominū, cui dolor non sit. Hinc Iob. *Quid agā, si loquuntus fu ero, nō requiesceret dolor meus: si tacuero, nō recedet a me.* Inter ho mines verò Chrs præcipue fuit doloribus plenus. Et ideo Isai. ei tribuit mirabile nomē, cū ait. *Desiderauimus eū de spe-ctum, & nouissimū uirorū, & uirū dolorum.* Mirū planè nomē, ac cōmiseratione dignū vir dolorū, nō ait, vir dolorib⁹ plenū, sed vir dolorū quasi ex doloribus cōpactus. Et tan quā vir dolorū princeps est inter omnes tribulatos, ac an gustiis oppressos. De Dauid dicitur: *Cum esset Dauid in spe-luncā Odollan, cōuenierunt ad eū omnes, qui erant in angustia consti-tuti, & oppressi ere alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps.* Licet cōuenient ad Dauid tribulati, sed ipse tan quā magis tribulatus factus est princeps tribulatorū. Licet in plurib⁹ Dauid Christi typū gesserit, & ideo fili⁹ Dauid appellatus sit, sed in eo vel maximē quod princeps sit eorū, qui tribulantur. Et ideo vt eorum princeps eos ad se vocat, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.* Si nunc in vnū cōuenirent omnes tribulati coram Christo, & quisq; suā tribulationem diceret, tandem cōfiterentur omnes, Christi tribulationes supremas, ac maximas esse, & ideo eum principem eligerent. Sed nunc te rogo, quod tibi nomē vis: Num vir dolorum esse vis, an vir deliciarum? Si in omnibus delectari vis, quo pacto ad illius regnū pertinebis, qui vir est dolorum? Quia verò Maria ad hoc pertinebat regnum, stabat iuxta crucem Iesu.
- B** Sed o piissime rex, qui pro peccatorib⁹ orasti, latroni ex voto respōdisti, nū tātē matri nō loqueris verbū? Audi illud. *Mater, ecce filius tuus.* Quibus verbis plura significatur. Primum, vellet Maria cū Christo discedere, ad quā Christus ait, nō expedit mater mea, vt nūc discedas, quoniā discipulus hic meus filius tuus est, qui tua indiget præsentia, ac tutela, discedo ego, qui pater sum, relinquoris tu, quę ma ter es, vt illi⁹ curā geras. Ille autē discipulus vniuersitatis Ecclesie

### Concio III.

Si vices tūc gerebat, & in eo fideles omnes dati sunt Mariae in filios, dictumq; ei est, expedire vniuersę Ecclesię, ne illa discederet cū filio. Et ideo ille nomine proprio non insigntur, sed nomine cōmuni discipuli. Mirus pfecto amor Christi in nos, qui non cōtentus dare nobis patrē suū in patrē, nunc & matrē suā nobis cōcedit in matrē, dedit nobis potestatem filios Dei fieri, dat nūc, vt filij Mariæ simus, vt simus ei fratres ex eodē patre & matre, & sic nos duplici in duat stola, vt Ioseph cū Bēiamino hac de causa fecit. Gloria certe animę, & corporis, qua ppter nō cōfunditur nos vocare fratres. Sed qd Maria respōdere poterit filio: annuit plane, volebat discedere, sed cū audit, filius relinquitur, qui te indiget, quid dicat, nisi quod Martinus, Dñe si adhuc populo tuo sum necessari⁹, nō recuso labore, fiat voluntas tua. B

Et quod Paulus, cupiēs anathema esse à Christo pro fratribus salute. Licet vero fideles vniuersi dati sunt Mariæ in filios, sed præcipua ratione Ioannes, qui ideo accepit eā in suā. Et licet quidā putauerint, vt refert Fracis Suarez to. 2. in 3. part. disputat 37. select. 4. adeō efficacia Christi verba fuisse, vt physicū effectū efficerint, quē significabat, ita vi veras & physicas relationes matris & filij, virginis Ioānique impresserint. Sed id certū nō est: est tamē omnino certū cor, affectumq; filij Ioāni datū, & cor matris Mariæ erga Ioānē, quod expert⁹ in se Ioan. ait. Ex illa hora accepit eā discipulus in sua, vel in suā, quasi dicat, licet prius eā dilexerit, sed ex tūc in matrē habuit verbis Christi id efficiētib⁹. Hoc autē priuilegium concessum Ioanni est, quia virgo, & quia cruci adstītit, vt Hierony. cōtra Iouinianū ait. Vnde colligendū nobis est, duo hęc gratissima Deo esse crucē, ac virginitatē, de qua re plura diximus in cōcionibus S. Ioannis Euangeliste in 1. & 5. to. nostrarū concionū. Colligendum etiā hinc nobis est, Mariā matrē nostrā esse, & tanquam ad matrē ad eā nobis accedendū, de quare plura diximus hoc quarto tomo in cōcionē de effectu & singulari deuotione ad Mariā. ¶ Secundū nihil verbis attendendū, Ecce p̄filius tuus, illud est reliquissimū Christū semen suum in terra, nec ita discessisse, vt successore non reliquerit, quia vt Iſai. ait.

Si

Ioan. 1.

Genes. 45.

Hebr. 11.

Rom. 9.

Franciscus  
Suarez.

A

B

C

- A** Si posuerit pro peccato animā suā, videbit semen longeuū. De qua re in figura per Iob ait. Dicebam in nido meo moriar, & sicut Iob. 29. palma multiplicabo dies. Quo loco septuaginta transferūt & erit germen Phœnicis. Hebræa habent, sicut Phœnix multiplicabo dies. Quasi Iob ait, putabā ego me pluribus annis viciū, ut Palma, & Phœnix, meq; in lectulo meo moriturū, nō in sterquilinio, putabā etiā, me similē Phœnicī futurū, reliquāq; filiorū semen, in quibus conseruarer. Id autem postea Iob accidit, sed præcipue Christo, qui in nido suo moritur, & semē relinquīt in Ioanne. Planè Phœnix nidum in vita nō conficit, sed in morte nido sibi parat. Vnde Ambros. lib. de fide resurrectionis ait. At qui hāc re Ambros. lationē crebra scripturarū autoritate cognoscimus, Phœnicē auem Arabiæ quingētorum annorū spatiā vitali vsui habere præscripta, eamq; cum finē sibi vite adesse præsaga quadam suā naturā estimatione cognouerit, sibi de thure & myrra, &cateris odoribus adornare nidū. Completōq; opere pariter ac tempore intra illum emori, atque ex eius humore oriri vermem, paulatimq; in eius auis natūram concrescere. Hęc Ambrosius. Et Plinius lib. 10. c. 1. Meritò Christus Phœnix dicitur mundi, vnicus, ac singularis. Nidum, dum viueret, non habuit. Vnde dixit. Vulpes Luc. 9. foueas habent, & uolucres celi nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Sed moriturus nidum sibi conficit crucē sanctissimam ornatam omni aromate virtutum. Cumq; sibi nidum cōficerit, etiam matrī nidum extruxit, sicut pia ciconia nidum veteribus parentibus aedificat, ideoque symbolum est pietatis, matri ergo nidum extruit in cruce in domo Ioannis, & altari, ubi sacra facientia aderat, & Eucharistiam suscipiebat. Impleturque illud Iob. Ad preceptum tuum eleuabitur Aquila, & ponet in Iob. 40. arduis nidum suum. Et illud Psalmi. Passer inuenit sibi Psal. 83. domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Crux fuit domus Christo passerī solitario, & eadem fuit nidus, in quo Maria viuēs posuit prædestinatos, afferens ibi eos patri, est autem Maria nunc turtur gemebunda, quos ergo Christus genit̄ redēptione, Maria genuit

## Concio III.

- Ezech. 17. **A** genuit oratione. Vedit Ezechiel in cedro nō dñificare aues, quia in cruce omnes nos nō dñificare oportet. Cae ne hunc locum relinquas, accidet enim tibi illud Sapiētis. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic uir, qui derelinquit locum suum. Qui autē in cruce moratur, dicitq; cum Paulo : Christo confixus sum cruci, in nudulo suo est, & dicere potest cū Iacob: In bacu lo meo transiui iordanem istum, et ecce regredior cum duabus turmis, baculus enim, ac nidos crux est, quo quiescimus, ac diuites reddimur.
- Proue. 27. **B**
- Genes. 32. **C** lo meo transiui iordanem istum, et ecce regredior cum duabus turmis, baculus enim, ac nidos crux est, quo quiescimus, ac diuites reddimur.

Marię etiam nidos, Ioannes est, cui ei⁹ custodiā Christus demandat, ei⁹; ai. O turtur, ac columba mea, quæ solam velle equidē super caput meū te collocare, sed refertū est spinis, vellē in oculis meis te reponere, sed fracti iam sunt, & claudūtur morte, in manibus te cuperē collocare, sed cōfixæ sunt cruci, scapulis meis tibi obumbrare, sed flagellis apertæ sunt, ego discedo, tui curā Ioannes habebit. Sicut ergo olim consulens David parentibus, eos cōmendauit regi Geth, ita Christus Mariam Ioanni cōmendat. Hinc discant filij parentum curam ab eis habendam.

Sed quēstio animū pulsat, cur eā matrē non dixerit? Certè non confunditur eam habere, ac appellare matrem, qui nō confunditur, nos vocare fratres, cū mali simus, quo pater cōfundetur, Mariam vocare matrem? Præcipue cū ea sic se gerat, vt videns filium ad supplicium duci, & cū ini quis reputari, non se abscondat, nec erubescat eum dicere filium, ei⁹; astare, quia nouit eius glorioſissimam mortem esse. Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam ego coram Angelis Dei, et qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Angelis Dei. Cum ergo ea illum confiteatur filium, cur ille non confitetur, & dicit matrem? Respondebat Mantuanus:

Talibus admonuit matrem sine nomine matris,

Ne materna pium laniaret uiscera nomen.

Summū ille contulerat beneficiū, cum eam in matrē suscepit, dū eam etiā super Angelos exaltauit, nunc autem sum mis cruciatib⁹ torquetur, nō ergo ei addi debuit dolor maximus, qui ex matris nomine ei proueniret. Mulieris autē nomen,

**A** nomen quod ei dedit maximum est, vt ostendimus quanto tomo nostrarum conctionum in Dominica. II. post Epiphaniam. Erant ergo Maria, & Ioannes quasi duo Cherubini, qui respicietes propitiatorium, versis vultibus respiciunt. Christum enim aspiciunt, qui propitiatio est pro peccatis nostris, & se ipsos. Nos ergo Christum inspicimus, ei adhaeramus, & cruci illius, vt beneficia maxima percipiamus.

Exod. 25:



### C O N C I O   I I I I .

#### De quarto verbo quod Christus in Cruce dixit.

T H E M A.

*Circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna dicens: Eli, Eli, lamma j abachtani, quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matth. 27.*

**B** IDE R I aliquibus poterat, Christū sine magna poena crucis subiisse tormentū, quia tantum ostenderat patientiam, ac mansuetudinem, ac si dolore non affligeretur, quia corā tondente se obmutuit, & pro crucifigentibus orauerit. Ut ergo veritate in assumptione carnis altruearet, & poenarum acerbitatem declararet, voce magna in signū magni doloris mortivincius exclamando ait. *Quare me dereliquisti. Quod si verba ista querela sit, motus fuit appetitus, sicut & illa oratio transeat a me calix iste, & tum illa oratione, tum hac querela grauitatem maximam passio-*

*nis ex.*



## Concio IIII.

Psal. 21.

Hierony.

Hebr. 3.

Ioan. 16.

Isa. 26.

Genes. 35.

Deut. 32.

nis exprimit. Verba autem illa initium sunt Psal. 21: qui A de passione Christi agit. Verba autem ista Hebraicè referuntur nobis, sicut Christus dixit, ut pateat occasio, qua aliqui circumstantes dixerunt: Eliam uocat iste. Quæ dixerunt, ait Hieronymus, vel milites Romani non intelligentes verbū Eli, quod significat Deus meus. Vel forsan Pharisæi, ut Christo exprobrarent imbecillitatem, quod quasi imbecillis adiutorium peteret ab Elia: Quod summæ obstinationis indicium est, cum præcesserit miraculum tenebrarū per tres horas. Quapropter merito nos Paulus monet: Adhortamini uos metipso per singulos dies, ut non obduretur quis ex nobis fallacia peccati.

In his verbis aliqua nobis consideranda sunt. Primum, cur hæc verba, & magna voce dixerit. Secundum, quo patre fuerit à patre derelictus. Tertium, quomodo loquitur pro corpore suo mystico, pro martyribus, ac omnibus tribulatis, obtinetq; eis auxilium in tribulationibus. Quartum, denique quomodo à nobis derelinquitur.

De primo, magna voce, & tono mutato hæc verba dicit, quia tēpus aduenerat partus ipsius, & mulier cum parit tristitiam habet. Et ut Isaïas ait. Mulier appropinquans partiti clamās clamat in doloribus suis. Cum ergo parturias esset Christus electos aeternitati, & tanquam Rachel editurus esset Benjamin filiū dexteræ, qui ei futuras erat Benoni, id est filius doloris mei, clamat in doloribus, ostendens illis maximos, tum quia illi supremi erant, tum quia à patre derelictus.

Duo sunt in peccato mala, auersio à Deo, & inordinata ad creaturam conuersio, quibus respondent penæ due danni & sensus, de quibus Dñs ait. Abscondam faciem meā ab eis, ecce penam dāni: & considerabo non iussima corū, en penam sensus. Ut pro nobis Christus satis ficeret, penam sensus maximā sustinuit, damni vero pena ei non conueniebat, & ideo quid illi simile sustinuit, dum derelictus à patre est, ac cum eō se habuit, quasi inimicus esset, nec ei auxilium in bello est illa consolatione, auertit faciem suam ab eo, repulit, & distulit Christū suum. Expediebat autē nobis nō Iesu Christi penas maximās, quia in eius satisfactione spes

# De septem verbis Domini. 264

**A**spes nostra innititur. Et ideo voce magna ait. Deus meus, ut quid me dereliquisti, quibus verbis vtriusque poenæ acerbitatem nobis exposuit, & dolorum, qui eum clamare fecerunt, & derelictionis, quæ maximè sentiri à piis solet. Vnde Christo dicere possumus illud Sapientis: Væ soli, quia si Ecclesiast. 4. ceciderit non habet subleuantem se.

Sed iam ad secundū accedamus, quo pæsto potuit Christus à patre derelinqui, id enim impossibile appetat, præcipue cum ipse dixerit: Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis, sed nō sum solus, quia pater mecum est. Quo ergo pæsto nunc relictus est à patre? Respondeo fuisse patrem cum Christo in passione sua ad operationem redemptionis nostræ, quia melius ei dici potest, quām Ionathæ, quod Israël ait. Cum Deo operatus est hodie, fait etiam cum eo condonans omnia delicta, vt vna oblatione consummaret Christus omnes sanctificatos, subtraxit tamen consolationem, ac leuamen ab humanitate, ideo & adiutus, & derelictus ab eo dicitur.

Vt autem hęc explicemus, aduertendum est, triplex esse Dei adiutoriū, quod homini conferre solet in tribulacione. Primum, quo eum liberat ab aduersitate. Secundū, quo eū consolatur, ac leuat, ne tribulatione angatur. Tertium, quo animum roborat interius, ne desperatione frangatur, aut impatientia delinquit. Cum diuersimode se in hac re habet diuina prouidētia pro sua volūtate. Aliquādo enim inuocantem se iustum eripit à tribulatione, & sic in nullo eum derelinquit. Sic cum Davide sepius factum ipse testatur. Ad Dominum cum tribularer, clamauī, & exaudiuit me. Sic Psal. 119. liberatus est de manu Golij, Saulis, ac Absalonis. Idipsum aliis accedit iustis, vt Susannæ, cuius cor erat confidens in Dani. 13. Dño, & Iona clamati de vêtre ceti. Et Ezech. Et propter hęc Psaltes ait: Multe tribulationes iustorum, & de omnibus his Psal. 33. liberabit eos Dñs. Et rursum. Clamabit ad me, & ego exaudiē eū Psal. 90: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eū. Hoc modo Christo pater non ad fuit, sed eum dereliquit, nālīcēt orauerit: Transcat à me calix iste, tamē in eo exauditus nō fuit, quia deliberata volūtate id nō orauit, oportebat autē,

1. Reg. 14. 1. Psal. 119. 1. Psal. 33. 1. Psal. 90.

**C**um inuocantem se iustum eripit à tribulatione, & sic in nullo eum derelinquit. Sic cum Davide sepius factum ipse testatur. Ad Dominum cum tribularer, clamauī, & exaudiuit me. Sic Psal. 119. liberatus est de manu Golij, Saulis, ac Absalonis. Idipsum aliis accedit iustis, vt Susannæ, cuius cor erat confidens in Dani. 13. Dño, & Iona clamati de vêtre ceti. Et Ezech. Et propter hęc Psaltes ait: Multe tribulationes iustorum, & de omnibus his Psal. 33. liberabit eos Dñs. Et rursum. Clamabit ad me, & ego exaudiē eū Psal. 90: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eū. Hoc modo Christo pater non ad fuit, sed eum dereliquit, nālīcēt orauerit: Transcat à me calix iste, tamē in eo exauditus nō fuit, quia deliberata volūtate id nō orauit, oportebat autē,

## Concio III.

ut calicem illum biberet. Docemur verò nos , cum in hac **A** re non exaudimur à Deo, sed derelinqui mur, bono animo esse. Sæpe enim nobis expedit tribulatio , expediensque saluti nostræ calix est, & ideo illum nobis Deus propinat tanquam pater, & medicus, non concedens quod placet, sed quod utile est. Et ideo in tribulatione orandum nobis cum Christo est sub conditione, Pater, si uis, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut est. Cum ergo sic te derelictum videris, primū pete à Deo, ut oculos tuos illuminet, ut videas utilitatem maximam, quæ in passione illa est. De utilitate passionis pro Christi nomine præclarè loquitur Ignatius in epistola ad Romanos. Utinam fruar bestiis, quæ nihil sunt præparatae, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allicia ad comedendum me, ne sicut aliorum martyrum non audeant corpus attingere, quod si venite noluerint, ego vim faciam, ego me uirgebo, ut deuorer. Ignos. ite mihi filioli, quid mihi proficit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus. Utilitates vero tribulationum reliquarum, licet in fidei defensionem non sustineantur, multæ sunt, quas cum quis nouit in tribulatione, non solum nō tristatur, sed gaudet, sed gloriatur. Si ergo tribularis, nec Deus tribulationem auferit, ne deficias, nec fatigeris, memor esto, similiiter Christum derelictum fuisse, hac cōsideratione Paulus nos manit, ne deficiamus, ait enim, Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim usq; ad sanguinem **C** restititis, aduersus peccatum repugnantes. Et post pauca ait. Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit Deus castigat. Quod Christo accidit, tibi etiam contingit. Petit ille, non mori, sed non solum absoluta voluntate petiit. Expediebat autem, ut moreretur, nec enim alter redineretur mundus, dñe iustus est e' t' Christus in hoc, ut mundus non dñe inqueretur. Audi Isaiam, Dixit Sio, d' reliquit me Dominus, Dominus oblitus est mei. Respondebat autem Deus, omnino non dereliquerisse se Sion, quia, ut illam protegeret, aliud dereliquerit.

Ignat.

Hebr. 12.

Isai. 49.

Sicut

- A** Sicut cum gallina in agro cum pullis est, & subito tempestas oritur, colligit illa pullos sub alis, eosq; protegit, illa vero tempore pestati exposita est. Persimilis huic Christus erat, qui dicebat: *Quoties uolui congregare pullos tuos sub alas, et nolasti.* Tempore ergo expositus Christus est, ut nos protegat, ut implementetur illud Psalmi. Sub pennis eius sperabis, scito circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. Nec solum derelicto Christo nos protecti sumus, sed & ille, sic enim peruenit in gloriam suam. Oportuit enim Christum pati, et sic intrare in gloriam suam. Quod de Christo diximus de illius membris etiam accipe. Si in tribulatione clamas ad Deum, nec eriperis: scito, id fieri propter bonum tuum, nec enim Deus deserit clamantes ad se, nisi propter eorum bonum. Vnde per Isaiam ait. Ad panarium, et in modico dereliqueris, in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parum per a te, et misericordia sempiterna misertus sum tui. Verba ista pater loquitur, & Christo in tribulatione constituto, & tibi. Ex dictis autem collige summam Dei in nos clementiam, qui ut nos protegeret filium dereliquit. Similiter etiam sumum peccatoris discrimen, & infinitum peccati malum, cum ut ei pater accurrat, filium in cruce derelinquit. Si enim in duobus lectis essent in domo tua filius unicus, ac charissimus, & seruus inutilis ac pessimus, & eterq; morti proximus ad te clamaret, procul dubio ad filium curreres derelicto seruo. Sed nunc aliter se res cum Deo habet, est illi uincere dilectus filius Christus a Cruce clamans, est peccator inutilis seruus, eterq; in necessitate constitutus clamans, & ut peccatori subueniat, filium dereliquit, procul dubio extrellum malum est, quod peccator patitur, quando ut ei medeatetur, filius in tanta angustia derelinquitur.
- Secundum auxilium, quod Deus tribulatis impendere sollet, cum eos a tribulatione non eripit, est, consolationem, ac leuamen illis praebere, quo facile tribulationem sustineant, sicut pueris in camino ignis dedit ventum roris flantem, & Angelum comitem, quo in medio ignis Deum laudabant. Hoc fecit cum Ioseph, de quo Sapiens ait. *Rescenditque cum illo sap. 10.* in foueam, et in uinculis non dereliquit eum. Et cum Paulo, qui

## Cōcio III.

2. Cor. 7. ait. Repletus sum consolatione, superabudo gaudio in omni tribuli A  
tione nostra. Sic cū Martyribus auctum est, cum Agnete, quæ  
quasi ad epulas ibat ad mortem, & cū eo martyre, qui iusus su  
per prunas incedere, super tofas se ambulare putabat. De hoc  
auxilio loquitur Psal. cū ait. Abscondit me in tabernaculo suo, in  
die malorū protexit me. Huius autē occultationis ea vis est, nō  
vt mala auferat, sed vt sensum malorū eripiat, hominemq; do  
lori subtrahat, nō corporis fuga, sed animi absconditione in dele  
ctione celesti. Hoc adiutorij genus, quod Deus suis tribuit,  
& maximū est, & Deo dignum, dū eos abscondit in sinu suo,  
& sic eos contra mala protegit, dū facit, vt illa non sentiant. Id  
autē efficit primum verissimis rationibus eos erudiendo, sed  
maximè cœlesti imbuendo dulcedine, vt cruciatus non sentiat, B  
imò in eis aliquando delectetur. Quod nō prouenit ex men  
tis stupore, sed ex magnitudine diuinæ dulcedinis, qua sic re  
plētur, vt nullus relinquitur dolori locus. Et vt aquæ gutta in  
ignē missa non illū extinguit, sed magis accēdit, sic dolor acce  
dens ad animū diuino repletum gaudio, non modo absorbe  
tur, sed ex dolore voluptas efficitur. Quo patet quā mirè con  
tra omnia mala Deus iustum armauerit, quādo in voluptatē  
vertitur, quod dolore ingenerare solet. Quo nihil acōmoda  
tiū ad irridendos malorū conatus, suriunt illi, & saeuunt, tor  
menta admovent, supplicia addunt, nihil tamē aduersus iu  
stū proficiunt, quia malū non eum tāgit, sed potius voluptas.  
Cuius rei p̄cessit imago in tribus illis pueris, quos memora C  
vimus, vbi ignis valuit, nō vt laederet, sed vt vincula dissolue  
ret. Sed licet in lege veteri aliquid huius fuerit, sed Euangelij  
hoc erat propriū, in quo effusii Christi sanguinis vis maximè  
eluet. Hinc ibant gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniā  
digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliā pati. Hinc iā monet  
Iacobus. Omne gaudiū existimare fratres, cū in uarias tentationes  
incidentur. Hinc Paulus. Non solū autem, sed et gloriamur in tri  
bulationibus. Licet enim illa priūs amara essent, sed postquam  
illa Christus suscepit, sic condituit, vt fel abstulerit, vt p̄pter  
malū nomē nihil retineant. Accedēte enim Deo ad nostram  
naturam omnia illius mala. Oceano diuinitatis sunt obruta,  
quia mala culpa nō suscepit, sed delictū: mala autē poenæ gu  
stauit,

Dani. 3.

Acto. 5.

Iaco. 1.

Rom. 5.

A statuit, & gusto suo amaritudinē sustulit, & venenum abstulit  
tanquā vnicornis, vt nobis facilia, imò dulcia redderētur. Pro  
 omnibus nobis gustauit mortē, & mors absorpta est in victo-  
 riā, vt mirabili facto statim cōprobatum est, cū mira fortitu-  
 dine viri, & fœminę ad mortē, & tormenta properarent, nūn  
 quā enim sic ad cruciatus, & necē properassent, nisi melle hēc  
 illita essent, & dulcedine perfusſa. Quod martyres sēpē affi-  
 marūt dicentes, carnificinā cœlestis voluptatis officinā sibi vi-  
 deri, & per prunas incedētes, amena se prata calcare. Theod.  
 lib. 3. Eccles. histo. c. 11. refert, iuuē Christianū Antiochiae  
 irrisisse idola, quem grauissimē, ac diutissimē cœdi Julianus

Apostata p̄cepit. Cumq; nullū doloris sensum ostenderet,  
 B rogatus à circumstantibus est, quo pacto verbera nō sentiret,  
 respōdit, ex quo c̄di ccepit, astitit mihi iuuenis pulcherrimus  
 me fouens, & omniē dolorē abstergens. Cumq; flagella ces-  
 sasset, discessit ab eo Angelus, de quo ille maximē doluit, &  
 dixit, velle potius millies mori, quā tanto carere socio. O vim  
 maximam Christi sanguinis, o dulcedinē Dei incredibilem,  
 o virtutis fructus non vberes tantum, sed & dulces.

In hac diuina dulcedine, quā suis tribulatis largitur De° di-  
 uersitas est, quibusdā enim minus, quibusdā plus tribuitur,  
 quib⁹ dicitur: Bibite amici, et inebriamini charissimi. Sed in vni  
 uersum tribulatis iustis aliquod leuamē cōceditur, cum Deū  
 inuocant, quo facile tribulationē tolerant, ac cū Paulo dicant:

C In omnibus tribulationē patimur, sed nō angustiamur. Hoc auxi-  
 liū promisit suis Christus cū dixit: Venite ad me omnes, qui la-  
 boratis, & onerati estis, et ego reficiā uos. Quib⁹ verbis promis-  
 fit leuamē tribulatis ad eum accedētibus: hoc verò duplii via  
 tribui potest, vel sublata tribulatione, vel virib⁹, & cōsolatione  
 addita ei, qui patitur, & hoc auxiliū genus melius est. Sicut du-  
 pli via potes onerātū hominē p̄dere gratiū leuare, vel onere  
 ablato, vel excedētibus viribus cōcessis, quibus onus nō sen-  
 tiat, quē priori modo leuas, meliorē non reddit, solum enim  
 aufers onus: quem posteriori modo leuares, fortiorē redderes  
 viribus ei additis. Ita ergo melius se Deus cū eo habet, cui tri-  
 bulationem non tollit, sed vires adiicit, quā cum eo, à quo tri-  
 bulationem amouet, quem infirmum relinquit ut prius.

Theodo.

Cant. 8.

Math. 11.

Simile.

## Concio IIII.

Hoc autem modo Christus derelictus est à patre, quia nō A  
solū calicem nō abstulit, sed nec amaritudinem illius, ou-  
neq; leuamen, & consolationem amouit, vt summa tristitia  
**Matth. 26.** pateretur. Vnde dixit: *Tristis est anima mea usq; ad mortē.* Et in  
**Psal. 68.** *Intrauerunt aquæ usq; ad animam meam.* In his qui in  
tribulatione consolantur, intrat aqua tribulationis, vsq; ad cor-  
pus, non vsq; ad animam consolatione repletam, in Christo;  
autem, vsq; ad animam. Suspendit ille omnem consolationē,  
quæ à superiori parte ei prouenire potuit. Vnde in eo verum  
habet illud Iob. *Elegit suspēdiū anima mea, & mortem ossa mea,*  
*ne quaquam ultra iam uiuam.* Suspendium elegit anima Christi,  
quia passionis tempore abiecit à se omne, quod eum leuare  
poterat, nec in quo figere pedem posset, habuit, & ideo nihil  
ei restabat, nisi mortem optare, quia sicut prius suspenderat  
gloriam in anima, ne ad corpus descenderet, ita nūc omnem  
suspendit consolationem. Sicut in Olympo monte accidit, vt  
in eius cacumine nulla sit aëris perturbatio, quia superat me-  
diā aëris regionem, in medio vero illius venti, ac pluiae  
**Apor. 1.** sunt. Et sicut in Apocalypsi facies appetit in gloria, pedes ve-  
**Apoc. 10.** rō quasi in camino, & Apocalypsis 10. viii. Angelipes in  
**Ezec. 1.** terra est, alter in mari. Et Ezech. 1. vsq; ad medium corporis  
gloriæ splendor, inde vsq; ad pedes ignis, ita in Christo age-  
batur, in suburbanis bellum, in ciuitate pax, in parte superiori  
domus pax, in inferiori tristitia summa. Et ideo dolores Chri-  
sti summi fuere, quia purissimi, nulla ad mixti cōsolationē, C  
nihil consolationis positum fuit in amaro illo cibo.

Sed quibus rationibus sic derelictus fuerit Christus, scire  
placet. Primum, vt diximus, vt eo quo poterat modo aliquid,  
quod pœnam damni saperet, gustaret. Secundò, ait Maximus libro 3. Centuriæ numero 1. vt persolueret Christus  
illicitas carnis nostræ delectationes, etiam sanctas, quas ille à  
portione superiori capere potuit, abiecit, ieuniat ille, quia nos  
illicita comedimus. Sic etiam nobis meruit gratiam, vt terre-  
nas delectationes abiiciamus, & vt in nostris tribulationibus,  
principiè hora mortis non derelinquamus. Exinanivit se-  
metipsum consolatione, vt nos impleret. Vnde ex Paulo di-  
ximus superius. *Repletus sum consolatione superabundo gadio.*

Sicut

**A** Sicut in Exodo præcipitur altare fieri concavum, ac vacuum: ita Christus altare nostrum est, & vacuū fuit. Christus signaculum est, quo signamur. Vnde Paulus. In quo signati estis. Et Hieronymus in caput secundū Aggai Christo tribuit, quod ibi de Zorobabel dicitur: Ponam te quasi signaculum. Et Ecclesiastici 49. ipse quasi signaculum in dextera manu Israëli. Sigillum verò vacua quædā habet, quæ in cera impletur, & alta manent, ita in quibus Christus exinanitus est, nos impletis sumus. Demum derelinqui voluit, vt cum nos derelinquimur, leuius feramus, attendentes Christū etiam derelictum fuisse.

Sed interrogans, an hæc derelictio aliquando iustis contingat, vt cū ad Deum accedunt in tribulatione, non solum non auferatur tribulatio, verū nec illa consolatio detur, qua leuius tribulatio sustineatur. Respondeo, aliquando id contingere, sed raro, & perfectis viris in maximā ipsorum coronā. Ita cū Iob factū est, qui ideo conqueritur, Sto, & non respicis, clamo, & nou exaudis, mutatus es mibi in crudelē. Id ipsum Davidi accidisse videtur, cum dixit: Exurge, quare obdormis Dñe, exurge, & ne repellas in finem, quare faciē tuam avertis? obliuisceris tribulationem nostram, adh̄ sit in terra uenter noster. Et Paulo, cum ait, Supramodum grauatis sumus, supra uirtutē, ita ut tñderet nos etiam uiuere. Et hodierna etiā die aliquibus iustis hoc bellum à Deo immittitur. Sicut enim olim immisit suis crudelissimos carnifices, qui crudelissima tormenta in eos exercent, vt illi digni-

**C** redherentur amplissimis coronis, ita nunc, cū exteriora martyria non sunt, interiora Deus, ac secreta adhibet, quæ aliquādo duriora sunt, quia in exteriori martyrio torquet homo, & consolatur Deus, cumq; Deus fortior sit, superat vim humanaū imbecilleū, sed in his secretis martyriis tortores demones sunt, qui animam mille modis torquent, quæ sensibilior est corpore, & cum homo in tormentis crucis sit, & Deum invocet, non solum ei non fauet, verū & ab eo recedit, & faciem abscondit. Sicut cum Chananaea fecit, cui primō non respondit verbum, deinde canem vocat indignam pane filiorum. Certè tunc anima discruciat, nec requiem inuenit, sed familiis est ei, qui suffocatur in profundo mari, nec vbi pedem figere possit, inuenit. Sicut enim cum Deus hominem conso-

Exod. 27.

Ephes. 1.

Hiero.

Eccles. 49.

Iob. 39.

Psal. 43.

2. Cor. 1.

702. initio Canticorum IIII.

Iam vult nullus valet cū contristare, quia fortior agens vincit, A  
 ita si Deus vult hominem affligere, nullus valet ei consola-  
 zionem afferre. Sed anima iusti hoc desertum horrere non  
 debet, cā sponsa sit Christi, sed per horridā & incultam viam  
 sponsum suū sequi, qui sic derelictus à patre est. Maximū  
 iniit bellū, qui decrevit perfecte se qui Christum, & quotidie  
 mori debet, vt Paul. de se ait, fieri q; cū David. Tanquam uas per-  
 ditū. Et ista est probatio magnæ fidei, cū sperat homo contra  
 spē, & sperat, cū pignus nō habet, imo signa aduersa. Ibi enim  
 virtus vim ostendit suā, ubi maiora sunt impedimenta, & adiu-  
 toria minora. Sic Abrahā in spe contra spēm credidit. Et illa  
 etiā est probatio charitatis, quia qui diligit, vidēs se diligi mi-  
 nus facit, sic enim & séipsum respicit, sed qui diligit, etiā cum B  
 nō videt se diligi, nec experitur Dei indulgentiā maternā, ille  
 pure diligit, & tūc audire meretur, quod Chanaṇea. O mulier  
 magna & filia tua. Si ergo aliquando sic derelictū te videris, vt  
 nec tribulatio auferatur, nec leuamen tibi concedatur, fide ni-  
 hilominus in Deo, & dic cū Job. Etiā si occiderit me, sperabo  
 in eum. Et sicut Christus, & eius obedientia peruenit vsq; ad  
 mortē crucis, ita tua fides eo vsq; peruenire debet, dī cī; cum  
 Christo. Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Minus est, cum pugnat  
 fortiter miles rege inspectante, cū rex abest, fortitudo militis  
 magis appetit. Orabat Job. Pone me iuxta te, & cuiusvis manus  
 pugnet cōtra me. Quid obsecro mirum, si fortis sit, qui à latere  
 Dēū habet? Singulare certamen fortitudinē militis ostendit. C  
 Minimus canis in maximū persequitur, cum herus adest. Cum  
 Deus adest animæ consolatione, quid mirū pugnet, ac supe-  
 ret? Illud certe magna est, si Deo absente fortiter agat. Si ergo  
 aliquando in hoc tempus incideris. Senite de Dño in bonitate,  
 nec diu illud Isa. Dixit Sion dereliquit me dñs, Dñs oblitus est  
 mei. Audi illius respōsum. Nunquid obliuisci potest mulier insan-  
 tem suū, si non misereatur filio uteris? & si illa oblitus fuerit, ego  
 non obliuiscar tui, in manibus meis scripsi te.

Tertium Dei auxilium in tribulatione est, quo cor iusticē  
 firmat, vt desperatione non obrutatur, nec peccet. Et hoc au-  
 xiliū n, quo domino est homini neceſſarium, nunquā Deus  
 negat ad eum accedenti. Et in hoc Christus derelictus nō est,  
 & p. opter

- A** & propter hoc ipse dixit: Non sum solus, quia pater mecum est. Hoc auxilium praeslitit Iob, cum in medio tantæ procellæ. *Iob. 2.*  
 Nihil stultum loquutus est contra Deum, nec peccauit in labiis suis. *Athan.*  
 Hoc etiam praeslitit Antonio, referente Athanasio, cum vexaretur male à dæmonibus, cū enim postea diceret: Vbi erat Domine, cum male tractabar? Respondit Christus: In cord tuo eram, quo enim pauci sustinere tu posses, nisi ego tibi a fuisset. Hoc auxilium, & duo superiora, quæ diximus, obtinuit nobis Christus in cruce, orans se se derelictum. Loquitur enim caput pro vniuerso corpore. Et considerans Christus tribulationes omnium hominum, nomine totius humani generis conqueritur, quod desperatur, & obtinet, aliquibus quidem, quod tribulatio omnis auferatur, aliis, vt consolatione leuentur in tribulatione, omnibus vero cordis stabilitate, ne deficiant, ac peccet. Hec adiutoria mirè describit Psa. Quis perdit in Dño, sicut mōs Sion non commouebitur in eternū: montes in circuitu eius,  
**B** & Dñs in circuitu populi sui, quia non relinquet Dñs virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. His postremis verbis tertium, quod diximus, adiutorium ostenditur, superioribus autem reliqua duo. Quia ergo Christus derelictus est, tu protegeris, sicut quia ille moritus est, tu viuis.  
*Psal. 124.*
- C** Arnoldus explicans hoc verbum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me, ait. Inquirat homo à Deo, cum derelinquitur in tentatione, vel tribulatione, cur derelinquatur. Natura enim insitum homini est, cū se tribulari videt, causam inquire, velletq; diuinū super hac re responsum. Sed ei respondet Iob dicens: Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. In quæ verba Gregorius ait. Noli o homo inquirere singulare tibi factum responsum super tribulatione tua, quia semel loquitur Deus in scriptura, vnde tibi poteris colligere responsum, nec cuiq; respondet. Cum ergo Christus derelictus fuit, semel nobis loquitur Deus, vt inde sciamus, derelinquendos nos esse in tribulationibus, vt ei similes efficiamur, vt crucem cum ipso sustineamus. Et sicut ille nō omnino derelictus est, ita nec tu, auxilium enim tibi datur, quo tribulationē sustineas sine peccato, & tentationes vniuersas superes diaboli, &

*Arnol.*

*Iob. 33.*

*Gregor.*

### Concio III.

licet subsumigēt afflata incendia, & flāma vorax iam tectorū A  
clambat fastigia, vna gratiæ stilla, subitusq; respectus clemen-  
tiæ Dei vno flatu omnia consumet, sedabitq; procellā, & vi-  
debis, cū te putasti oblitum, & derelictum, assumptum, & re-  
stitutū esse. An non sic illis contigit, de quibus Psal. Et pro-  
pinquauerunt usq; ad portas mortis, & clamauerunt ad Dūm, cum  
tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Remedij au-  
tem nostri causa fuit Christi derelictio. De qua re in Psal. ait.

Psal. 87.

Damasc.

In me transferunt ira tuae, & terrore stui conturbauerunt me. Con-  
fregit in filio pater vniuersam iram, atq; terrorē, nec ei peper-  
cit, ideoq; nobis facile parcit. Recte Damascenus ait, prius-  
quā has iras in Christo pater confringeret, mundū diluvio ab-  
forbuit, Pentapolim igne absumpsit, & innumera exercebat  
supplicia, nunc autē non ita, quia in Christo iras confregit, &  
ideo licet innumeris oneratus peccatis ad eum accedas, te sus-  
cipit animo beneulo, quasi nihil mali egisses, quid hoc, nisi  
quòd iras in Christo confregit? Cum q; tentatus, aut tribula-  
tus ad Deum accedit, tibi cito adest, quia Christus derelictus  
est, ne tu derelinquieris, passus ille est, vt tu consoleris.

Arnol.

Iob. 9.

Alter sensus istorū verborum: Deus meus, Deus meus ut quid  
me dereliquisti: ex Arnaldo in hæc verba est, quòd his verbis  
Christus honesta quadam, blanda, humiliq; querimonia suæ  
passionis à patre mercedem petit, scilicet, hominum salutem,  
agitq; quasi per iustitiam cum patre, quod cum ipse in diuina  
natura sit ei æqualis, & in humana tantā sit passus dereli-  
ctionem, ei siat iniuria, si non concederetur petita hominis fa-  
lus, cuius causa sic exinanitus est, quia de toto rigore meruit  
Christus hominum salutem, ita vt fieret iniuria, si non conce-  
deretur. Pura certè creatura non sic posset cum Deo contendere,  
licet iustissima esset, vt ostendit Iob.c. 9. Nec enim uiro,  
qui similis mei est, respondebo, neque qui mecum in iudicio ex æquo  
possit audiri. Non est, qui utrumq; ualeat arguere, & ponere manum  
suam in ambobus. At verò Christus è qualis patri meruit pecca-  
ti remissionē, & quod nobis gratia donatur, illi est ex iustitia  
debitū, quam nunc ostēdit, cū ait, Deus meus Deus meus, ut quid  
dereliquisti me? quasi dicat, si homini nō parcis, vt quid ego de-  
relictus sum? Inauditū dicendi genus nouus hic orator assu-  
mit,

A mit, & petens ignosce illis, inimicorum causam allegat ipsis negligentibus, immo mutis suffragatur. Et Deo patri quæstionem proponit, an plus posse debeat iniustitia nostra, quā meritā sua ostēditq; esse incōueniens, vt amplioris virtutis sit dilectum, quā donū, & præualeat malitia nostra bonitatī suæ, & cū ipse ad hoc nitatur, vt peccatores saluentur, peccatores vero nitantur, vt damnentur, plus debet apud patrē posse filij charitas, quā peccatorū cæcitas, quia ad hoc patrocinatur filius. In quo non derogatur iustitia, cui plenissimè satisfecit.

Alioquin queritur Christus, & conqueritur, sibi auferri stipendium sui agonis, si homo derelinquatur à patre. Non ergo cōqueritur Christus quasi Iesus, & offensus sit, cum voluntate

B sua ponat ille animam suam, sed hac interrogatione ostendit infinitum suæ obedientiæ meritum. Quia exauditus est pro sua reverentia, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eternæ. Et alloquutus prius patrem tanquam homo (minor patre secundum humanitatem) ignosce illis, nunc

Hebre. 5.

alloquitur patrem tanquam ei æqualis, & similem habens potestatem, & ideò ait. Deus meus. Nam diuinæ naturæ communio inter patrem & filium non admittit scissuram, & licet sit ibi discretio personalis, vna tamen est diuinitas, & essentia. Suum ergo dicit, vt ostendat, quod qui suus est, illi contradicere non potest. Suum dicit, vt nobis ostendat, nō esse formidandum iudicem, quem sicut suum flectere possit. Obedientiæ ergo suæ præmium postulat, & querimonie forma significat rigorem iustitiae, quo id petit, vt mundo innotesceret huius holocausti virtus, quo fiduciam summam mundus conciperet de sui remedio, nossetq; iam opus nō esse oblationibus antiquis, quæ cessauere, vt umbra, quia vna oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Vna ergo sufficiens oblatione nobis relicta est, Christi, scilicet, & altera, quam quisq; facere debet sui ipsius, offerens se Deo hostiam viuam, Deo placentem, mortificansq; in se, quod taurinum, & hircinum est, vt sic spiritus maneat priorum sacrificiorum.

Tertius sensus hūi verborū. Deus meus, &c. est Bede in homilia, quod cōqueritur Christus, nō propter temetā, quę patitur, sed quia pater nō ei concedit longiore vitam, vt plura patitur, si posset,

Beda.  
L 5

## Concio V.

ti posset, & hoc significat, cū ait, vt quid dereliquisti me, id est, iam vis, me mori, & ideo plura sustinere non possum, cur id voluisti? O immēsam Christicharitatē! Sicut ergo Iacob videbatur dies p. auci p̄ amoris magnitudine, quos laborauit pro Rachel, ita vniuersi labores, quos Christus sustinuerat, pauceti videbantur, & verē pauci erant, si cum immensa illius charitate conferrentur. Si enim Paulus optauit anathema esse à Christo pro fratribus, quod explicat Chrysostomus de pœnis sensibilibus inferni aliquo tēpore sustinendis, quid optaret immēsa Christi charitas, cuius scintilla charitas Pauli fuit?

Rom. 9.  
Chrysost.

Comprehendebat infinita opera, ac tormēta anima Christi, & vniuersa illa optauit pro patris gloria, ac hominum salute. Cūn ergo īā cerneret mortem proximā, conqueritur, quod tempus plus patientiē non ei concedatur. Audi simile quid pe tentem Iob. Quis dēt, ut ueniat petitio mīa, & quod exopto tribuat mihi Dñs, ut qui ecepit, ipse me conterat, soluat manū suā, & succidat me, & hēc sī mihi consolatio, quōd affligens me dolore non parcat. Pater Franciscus Xabier ostensis sibi à Deo labribus, ac persequitionibus, quos in Indorū conuersione sustineri oportebat, orabit, vt plares adiicerentur. Quid mirum, si

B

Iob. 5.

Christi charitas plures optabat labores? Quia aquæ multe non potuerunt extinguere charitatem, nec flamina obruent illam. O si nobis daretur, in cor Christi ingredi, & eius agnoscere charitatem, quæ supereminet omnī scientiæ, impleremur certe in omnem plenitudo inē Dei, & eo arderemus igne. Diē crucis, diem dixit desponsationis suæ, & ideo parauit ei videtur, & conqueritur, quod amplius non duret, quia licet magna ostenderit charitatem, sed plus restabat, quā ostenderit. Hinc autē nobis colligendū est, desiderare multa pati Christi causa, & omnia parua videri, quæ patimur. Demum querellæ Christi sunt in homines, quod eum facile derelinquiimus, quod tā beneficio ingrati inuenimur. Debitor es ô homo Christo Dño mino pro beneficio redemptionis, ac sitē solum redimeret, & ideo gratias agit Paulus Christo, quasi pro eo solo traditus in mortē esset. Unde ait, Qui dilexit me, & tradidit semetipsum p̄ me. Sicut enim (ait Origenes in Periarchon) ita quisq; fruitur Sole, ac si p̄ se solus illuminaretur, ac caleficeret, ita ut ipotes

C

Cant. 8.

Galat. 2.

Orige.

Christū

**A** Christi passione, ac si solus tu redemptus es. August. libro de Doctrina Christiana ait, cum Christus agnouerit omnem hominem, & cuiusq; delicta, pro unoquoq; se obtulit patri, & ideo quisq; ei debitor est, ac si ille solus redimeretur. Theo philactus ait, sicut in creationis beneficio ita obstrictus Deo es, ac si solus creatus es. sic in redemptionis beneficio, quia pro te dedit quod pro omnibus. Bernardus ait, si mille redimeret Christus mundos: non plus daret, quam dedit, & si te solum redimeret, non minus dedisset, & ideo quisque gratius redemptioni esse debet, ac si illius solum esset, quia non congeriem hominum emit Christus, ut gregem quis emit, sed pro unoquoq; sigillatim se obtulit patri. Et ideo scut anima

August.

**B** est tota in toto, & tota in qualibet parte, sic redēptio tota est in omnibus, & in singulis. Quod si ita diuisibilis esset redēptio, vt quia alter partem tollit, tibi minus relinquitur, posses gratitudinem similitatione diuidere: at verò cum sic ut possis redēptione, ac si solus redimeris, totam tuam reputare debes, & sic te exhibere gratum, ac si solus redemptus es.

Si hæc ita se habent, o homo, cur Christum derelinquis? Audi Hier: iniam. Vide et uerbum Domini, quid inuenierunt in me patres vestri iniquitatis, ut derelinquerent me, & abirent post uanitatem, & uani facti sunt? Transfice ad insulas Cethim, & in Cedar mitte, & considerate uehementer, si mutauit gens deos suos, & tamen ipsi non sunt dii: populus uero meus inuitauit gloriam suam in idolum. An non stultus homo ille censendus est, qui Deum derelinquit? Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo

Hære. 2.

**C** salutaris suo. Noli ergo derelinquere infinitum bonum, sed potius cum sponsa dic: Tenui eum, nec dimittam, &c.

Cant. 3.

(...)

J O N

Potest

o's . Anno O'Gidrov Matq's sC



A

## CONCIO. V.

### De quinto verbo.

THEMA.

*Sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, ut  
consummaretur scriptura dixit: Sitio. Ioan. 19.*



**H R I S T I** Dominis sitis naturalis in Cruce maxima fuit, & unū ex grauissimis tormentis, quæ pertulit, ut ait Cyrilus in Ioannē. Sitis autem maximæ causa fuit, quod ab hora coenæ nihil biberat, & summis laboribus, ac doloribus afflictus fuerat, qui sitis causa sunt. Et cum sanguineo sudore plurimum sanguinis emisset, & nunc in cruce penè omnem, exhaustus fuit, & humidum radicale cōsumptum: ideoq; siti maxima vexabatur, quod ut explicaret tormentum, dixit: *Sitio. Ut impleretur scriptura, quæ in Psal. 68. ait. Dederunt in escam meam fel, & in siti meo porauerunt me aceto.* Ad quorum verborum intelligentiam notandum est, bis Christū in passione sua potatum fuisse, primo ante crucifixionem, secundo in ipsa cruce. Antequam crucifigeretur propinatum est ei vinū myrratum felle mixtum, ut dicunt Matthæus, & Marcus. Quia, ut quidā assertunt, hoc vini genus propinari solebat torquendis, ut obstupecerent, & minus dolores sentirent. Dñs autē Iesus, cum gustasset hanc potionē, noluit bibere, ne doloris, ac passionis sensus minueretur, quem voluit maximū esse.

Alij dicunt, vinum illud myrratum optimum fuisse vinum, quod ad confirmandos eos, qui morte plectebantur, dabatur. De qua re multa dicit, ac eruditus Cæsar Baro in annalibus, anno 34. Et Lyran. in Matthæum refert, ex traditione Iudeorum statutum esse à senioribus eorum, ut dānatis ad mortem vinum aromaticum daretur propter illud  
**Prouer.**

Cyrill.

**Psal. 68.**

Cæsar Baro.  
Lyran.

B

C

A. Proverbiorum vlt. Date siceram marentibus, & unum his, qui tam ari sunt animo. Quod si vinum pretiosum Christo oblatum fuit, illud bibere noluit, respuit enim tunc omne in consolacionem. Sed certius est propinatum ei fuisse vinum amarum, & felle mixtum, de quo Psaltes ait. Dederunt in escam meam fel. Licet autem potus esset, escam dicit, quia simul esca. & potus erat, lac enim esca, & potus dicitur, & comeditur, & bibitur, huiusmodi erat mixtura illa ex vino & myrra, ac felle. Plura de hac re, & praeclarè tradita, sicut & cætera omnia, vide in Francisco Xarez in tomo 2. in tertiam partem q. 36. Franciscus Xarez.

B. Secunda potio Christo propinata fuit in cruce, cum dixit, sitio, & tunc acetum in spongia ei oblatum est: spongia vero circumligata fuit, ac circumvoluta herba hyssopo, ne acetum facilè dilaberetur, & ita imposita calamo admota est ori Christi. Et sic intelligenda sunt, quæ de hyssopo, calamoq; ab Euangelistis traduntur. Mirum vero est, hec multis retro seculis ab Eritrea Sybilla tradita fuisse, quæ præcessit Christum per mille ac quingentos annos. In primo ergo oraculorum libro ait. Et sellis amari apponent escam, potumq; immitis aceti. Et in libro octauo, Felle famæ eius, sitis illudetur aceto: hanc apponet ei gens, scilicet hospita mensam. Inter tormenta ergo Christi vnum fuit maxima sitis, quæ cū excedens est, hominem distractuat propter caloris, à quo procedit acuitatem. Vnde ait

C. in Psalmo. Aruit tanquam testanirtus mea, & lingua mea adhæsit fauibus meis. Vnde sicut illius maxima fuere tormenta, ita & sitis. Vnde Christus in passione sua significatus est per ceruū, qui inter animatia omnia siti maxima fatigatur. Quod Christus ceruo similis dicatur, patet ex illo Canticorum. Similis est dilectus meus capre, bimboq; ceruorum. Et in Genesi. Neptali ceruus emisus, dans eloquia pulchritudinis. Dicitur ceruus propter acutissimum visum, & velocitatem in operibus, dat autem eloquia pulchritudinis, cum legem Euangelicam docuit, & cum in cruce pulcherrima verba dixit, & cum dixit: siti, eloquia pulchra dixit, propter mysteria, quæ mox videbimus. Licet autem in omni vita ceruus fuerit, præcipue tamen in passione sua: & ideo in Psalmo. 2. 1. qui totus de Christi passione

Psal. 2. 1.

Cant. 2.  
Gen. 49.

## Concio V.

Hierony.

sione loquitur, titulus proponitur. **Victori** pro ceruo matut. **A**na, vt Hieronymus, & Hebrei tradunt, in eo autem Psalmo de Christi siti agitur, & de potatione fellis, ac aceti. Fuit in passione sua similis ceruo, qui à venatoribus, & canibus exagitatus fuit. Vnde in eo Psal. ait. *Circundederunt me canes multi, &c.* Ex multis vero prouenit, quod ceruus maxima siti vrgatur, tu ex eius celeri cursu, ac interno calore, tu precipue, vt tradit August. in Psal. 4<sup>i</sup>. quia cū serpentibus pugnat, & mortibus impedit, & sic venenū bibit, quo interius vrgetur, vt fontes aquarū quærat. Vnde in eo Psal. dicitur: *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum*, quibus verbis summā illius sitim Psaltē explicat. Ita ergo Christus Dominus pugnam, nunc in siti cū antiquo serpente, & omne venenū peccatorum ad se traxit extrinseca imputatione: & ideo siti vexatur maxima obstanti prælii labore. Acciditq; illi, quod Sampsoni, qui interfecit mille Philisthaeis, ait. *Tu dedisti in manus erui tui salutē hanc maximam, aīq; victoriam, & en siti morior.* Maximam victoriā peperit Christus, salutem attulit vniuerso mundo, sed en siti moritur: & ideo clamat: *Sitio.*

August.

Psal. 41.

Iud. 15.

Num. 20.

Exod. 15.

Gen. 21.

Iud. 15:

Epiph.

2. Reg. 23

Isa. 21.

Sed illud nunc mirandum est, quod in tanta siti non fuit, qui Christo aquam dederit. Mater quidem dare non potuit, quod illi non leue tormentū fuit. Inimici dare noluerunt. Sed quid est in causa, quod æternus pater naturali filio aqua non dederit, qui adulterinis ac alienis filiis scepè dedit. Sicit Israël populus duræ cervicis, ac rebellis, & etiam murmuranti aquas largissimas ex petra profers, simul & dulcissimas. Aquas Marath dalcis eis reddis. Sicit Israël, & Angelum mittis, qui ostendat matri puteum aquæ viuentis. Sampsoni fontem maxillæ concedis. Eliæ torrentem Carib cœcedis, ubi aqua potatas à coruis pascitur. Cum iussu Manasses regis dividiretur ferræ Isaías, & siti premeretur, fontem Siloë dedit ei Deus miraculo, vt refert Epiphanius libro de vita, & obitu Prophetarū. Cum sitiret Dauid rex, tres duces per media casta Philisthim irrumpentes, aquam ei detulerunt ex cisterna Bethleem, num non erit nunc, qui per medios Pharis eos transiens, aquam Christo deferat? Audite Isaiam. *Sittient afferte aquam, qui habitatis in terra Austræ.* Cū dominus aliquo incendio perit,

## De septem verbis Domini. 272

**A**perit, clamare solent homines aquam, aquā, quia domus igne  
absumitur, non ergo nunc clamabimus, aquam, aquam affer-  
te, quia Dei templum Christus igne consumitur? Non sic cū  
Christo agitur, sed sicut Ioseph ponitur a fratribus in cister-  
na veteri, vbi non erat aqua ad bibendum: ita Christus in cru-  
ce ponitur, nec ei aquæ gutta tribuitur, sed acetum. Mirum  
plane, quā sit à patre Christus in passione derelictus. Po-  
tus ergo Christi in passione sua est fel, & acetum, nec sine Gen. 37.  
grandi mysterio id factum credamus, nec sine profectu no-  
stro, ac bono id effectum est. Sicut enim in pisce Tobiae Tob. 6.  
omnia proficia erant, & ipsum quoq; fel medicina fuit, quo  
cæcitas patris curata fuit, ita vniuersa, quæ ad Christum per-  
**B**tinent: nobis sunt proficia, etiam fel & acetum passionis,  
quia his illuminatur Ecclesia. Seruavit olim Synagoga, quasi  
reliquiam Manu dulce in arca testamenti, Ecclesia vero ser-  
uat fel & acetum Christi, quod enim Christo fel, Ecclesiæ  
mel est. Priscis patribus promisit terram manantem lac &  
mel, nobis autem reliquit fel, & acetum in hereditatem. Vn-  
de cum gustasset, noluit bibere, noluit consummare potionē,  
vt nobis calix eius relinqueretur potandus. Quando nobis  
reliqua est crux portanda: dilectio inimici, mortificatio, ab-  
negatio, fel reliquum nobis est, quo ipse potatus est, vt illo  
etiam tu poteris. Sed ista in mel facile conuertes, si atten-  
das, esse hæc Christi calicem, eiusq; iugum, & æterna mer-  
**C**cede donandum. Primum, quod Christus Dominus Ca-  
tharinæ Senensi apparet, docuit, illud fuit, filia amara dul-  
cia reputa, & dulcia amara. Multa quidem in hac vita dul-  
cia sunt, vt per ampla domus, stratum molle, supellestilia  
pretiosa, diuitiae multæ, opipara mensa, vestitus pretio-  
sior, sed hæc spiritui non conueniunt, dulcia quidem cor-  
pori, sed spiritui amara, & noxia. Alia sunt dura, ac  
aspera, vt infirmitas, paupertas, persecutio, vita ra-  
tio dura, mortificatio, verberatio, cilicium, & hæc fel  
sunt corpori, sed mel animæ, hæc nobis dulcia censem-  
da sunt, hæc appetenda magis. Hoc nos Christus docet  
calice suo, cum felle, & aceto potari voluit, non dulci  
aqua.

Sed

## Concio V.

Sed quoniam non corpore solum sitiebat Christus, sed & A animo amplius, alia nobis inquirenda sunt, quæ hoc verbo, sitio, ille explicare voluit. Quomodo sitis ô Domine, qui diceris Fons hortorum, putus aquarum uiuentium? An non in die

Cant. 4.  
Ioan. 7.  
Psal. 35.  
Ioan. 4.

magni festivitatis clamasti. Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, & iuimia de uentre eius fluent aque uinas? Quomodo sitit ille, apud quem est fons vitæ, qui dicit, habere se aquam uiuam, salientem in vitam aeternam? Certe alia est sitis nostra, & alia

Christi, nos sitimus bona recipere, Christus sitit, ac desiderat bona dare. Refert Plutarchus dictum Titi Imperatoris. Amici hunc diem perdidimus, quia nullum in eo beneficium contuli. Si homo vermis sic optabat beneficia conferre, ut perditum eum diceret diem, in quo non contulerat, quid obsecro infinita bonitas Christi non dicat, sitio dare, & beneficia con ferre? Hanc Christi sitim explicat mire Augustinus in illud

August.  
Psal. 6.1.

Psalmi. Quousq; irruitis in hominem, interficiis uniuersi uos, tan quam parieti inclinato, & macerie depulse, ueruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri insiti. Ait ergo Augustinus. Loquitur Psaltes in persona Christi, & ait. Retribuebant mala pro bonis. Illi interficiebant, illi repellebant, & ego illos sitiebam, illi honorem meum cogitauerunt repellere, ego eos in corpus meum sitiebam traicere, bibendo enim quid facimus, nisi humorem foris positum in membra nostra mittimus, in corpus ducimus nostrum. Hoc usque in finem sitit

Christus, currit, & sitit, multos enim babit, sed nunquam erit C sine siti, inde est enim. Sitio, & mulier da mihi bibere. Samaritana illa ad puteum sitientem Dominum sensit, & à sitiente satiata est, sensit illa prior sitientem, ut biberet ille credentem. Et in Cruce dicit: Sitio, quamuis illi non hoc dederint, quod sitiebat, ipsos enim ille sitiebat, illi acetum dederunt, non vinum nouum, quo impletur utres noui, sed vinum vetus, & male vetus. Haec Augustinus. Plane illis verbis Psaltes explicit Iudeorum improbitatem in Christum. Christi item in eos bonitatem, ac misericordiam, ait enim. Quousq; irruitis in hominem, idest, malignè uos geritis in hominem infirmum, simplicem, & innocuum. Addit. Interficiis uniuersi uos tanquam parieti inclinato, & macerie depulse, idest, vultis me interfice re, ac si

# De septem verbis Domini. 273

**A** re, ac si paries esset disiectus, & maceria cōvulsa, id est, ac si omnia essent ad omnē iniuriam aperta, & exposita, ac si omnia licerēt, nec limes aliquis, aut murus esset. Gr̄ecismus ille est, quia in hac significatione similes particulē cū datiuo cōstruuntur apud Gr̄eos. Addit. Pretiū meum cogitauerunt repellere, id est, quę mihi erāt pretiosa, ac chara abſtulerūt, vt me expellerēt, ac deturbarēt de vita, ac dignitate. Ego uero cucurri in siti. Posset hoc exponi de Davide, qui vt aduersarios declinaret, & ab eis fugeret, cucurrit fugiens in siti, siti vexatus. Sed melius de Christo accipiūtur hęc verba. Qui exultauit ut gigas ad currēdā viam, & cū Iudæi illum crucifigerent, ipse cucurrit in siti, viam enim salutis nostrę currens peragebat, summo salutis nostrā desiderio, & ideō sitiens currere dicitur, & ideō in Cruce ait sitio, hominum scilicet salutem. Reſtē Bernardus ait. Sicut Christus, quia cum in cālum discederet, omnes eleētos secū deferre vellet, & homines cunētos probos esse vellet, cunq; paucos videat, clamat: Sitio. Arnoldus explicans hoc verbum Sitio ait. Omnino sitis illa explicat, rāros tunc extitisse, qui crederent, cum & ipsi nutarent Apostoli. Te sitit Christus o Petre, qui negasti, reuertere, & dic libere. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Exurge, & bibe de fonte misericordiæ. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vos sitit o Apostoli, qui fugistis, & delitescitis, & nutatis.

Te etiam sitit Christus o Iuda, licet sis parricida. Vos sitit o Iudæi Christus, qui dixistis: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Bonum est, quod dixistis, si modo rectē intenderitis, sit super vos sanguis eius, & consepelimini ei per baptismum in mortem. Omnes etiam peccatores sitit Christus, sitit conuersiōnem tuam o peccator, sitit te o auare, vt sis largus, te in honeste, vt sis castus, te irate, vt reconcilieris, & omnē deniq; peccatorē, vt à dēmonis potestate liberetur. Similis hęc sitis est siti Davidis, cū dixit: O quis mihi daret de aqua ciſterne, que est in Bethlehē. Nō enim aquā sitiebat, quę ei nō dēcerat, & cū ex Bethlehē allata est, nō bibit, sitiebat ergo, ac optabat liberā esse Bethlehē ab hostibus vallatibus cā, & id significauit dicēs, quis biberet ex aqua illius cisterne, quis eā liberā ab hostibus redderet. Simili siti yrgetur Christus, dicēs: Sitio,

Bernard.

Arnold.

Acto. 5.

Luc. 22.

Math. 27.

2. Reg. 23

Mm                    quasi

## Concio V.

quasi dicat, ô quis videret nūc omnes peccatores à peccato liberos, à dēmone ereptos. Prēclarè se in hac siti ostēdit Christus filium David.

Ambros.

August.  
Iob. 1. 3.

Iud. 4.

Thren. 3.  
Deut. 32.

Hilar.

Rupert.

Bonauent.

Hiere. 2.

Osee. 3.

Psal. 106.

Hiere. 2.

Hanc sitim salutis animarum hoc verbo sitio explicat, vt ait Ambros. serm. 30. quę illum torquebat ab initio incarnationis, quam ostendit Samaritanæ, dicens: Dam mihi bibere, vt ibi Augustinus ait, sitiebat animam eius. Et nunc Iudæorum licet eum occidentium, salutem sitit. Aiebat Iob. Etiamsi occidit me sperabo in eum. Et Christus ait, etiamsi me occidant Iudei, eorum salutem desidero. Verè eloquium pulchritudinis Christus dixit, cum ait: Sitio, quia hoc uno verbo respōdit ad omnia, de quibus eum interrogare possumus. Si enim queras, qua ratione factus es homo, qua ratio ne positus in præsatio, circuncisitus, oblatus in templo, prædictor factus, flagellatus, crucifixus, dicet, quia sitio. Cervus est amoris sagitta transfixus: & ideò sitit, & hac siti fatigatus moritur. Sed quę potum ei præbemus sitienti? Ait Sisara Iaeli. Dam mihi paululum aquae, quia sitio ualde. Illa verò mortiferum lac ei propinauit. Ita nos cum Christo gerimus, propinamus ei acetum, ac fel. Sicut in Threnis ait. Circundedit me felle, & labore, repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Et in Deuteronomio. Vba eorum, uba fellis, & botrus amarissimus, fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Hilarius in Matthæum ait. Acetum vinum est corruptum, hoc autem propinat Christo, qui corruptus, & abominabilis factus est in operibus suis. C Expendit Rupertus, quām citò ad manum inuenierunt Iudei fel, acetum, spongiam, ac calatum, quia citò peccatores adiuueniunt media ad peccata patranda. Bonauentura in stimulo amoris c. 17. ait. Mundus hic vanus est quasi spongia, delestatio illius fel, & acetum est, licet in aureo calice Babylonis nobis proponatur. Vide, quia malam, & amarum est, reliquise te Dominum Deum tuum. Venenū bibis ô homo, cum peccatum admittis, licet tunc tibi dulcè sapiat. Noli ergo creata sitire, sed creatorem. Christus sitit animas nostras, easq; diligit, nos vivit avarum, vt Propheta ait. Esuris ô homo, & sitis, quia vt Psaltes ait. Esurientes, & sitiens anima eorum in ipsis defecit, sed sitis vana, non Deum. Quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquam.

B

C

# De septem verbis Domini. 274

**A**quam turbidam? Non satiaberis hac aqua licet dicas, volo nunc satiari delitiis, poste a vitam mutabo in melius, stulte, quo paeto satiari potes? Irritamenta sumis, quibus amplius sitias, ac esurias. Vnum est, quod satiare hominem potest, Deus scilicet. Sit iuit ille te, siti tu illum, dilexit te, dilige illum, dic q; cum Psalte. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam, Psal. 41. & apparebo ante faciem Dei. Nuc suos potat aqua uiua, poste a vero torrente uoluptatis tuae potabis eos, vt Psaltes ait. Psal. 35.

In hac etiam salutis nostrae siti, quam Christus ostendit, nos admonet, vt sitiamus ipsi salutem nostram, quando ipsi alienam tantopere sitiuit. Nostri quidem interest, non illius salus nostra, si ergo ille eam curat, cur nos negligamus? Recte cele-

**B**stis magister ait, beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Accidit humano generi, quod ciuibus Bethuliae, quos vt siti periret Holofernes, occupauit fontes eorum, ex quibus aqua hauriebant. Ita plane dæmon cum hominibus se habuit, fontes abstulit, ex quibus diuinam misericordiam colligebat in statu innocentiae, & homo sitiens relictus est. Sed peccator temporaliter sitit, ac querit consolationem, iustus autem spirituale. Sitis peccatorum pessima, qua innumera temporalia, sibi congregate appetit, & peccata etiam plura, ac plura sitit, sed licet plurimam aquam bibat huiusmodi, non satiabitur, quia qui Ioh. 4. biberit ex hac aqua, siti et iterum. Rupertus in Ioannem ait. Ideo

**C**Christus sitiens moritur, vt ostendat, nihil esse in mundo, quod sitim expletat, finietur tibi vita, sed non sitis, quia licet plurimum honore superbus bibat, amplius appetit, licet plurimas diuitias auarus, delicias carnalis, plus desiderat. Et in ipso inferno sitit diues Epulo. Iusta profecto querella illa Dei est. Me dereliquerunt fontem aquae uiuae, & foderunt sibi cisternas Hierc. 2. dissipatas, que continere non ualent aquas. Quod ergo sitire debes, quod appetere, Deus est, & illius gratiam, ac abundantiam gratiam.

Tertius sensus huius verbi: *sitio*, ait Ubertinus, est, quod cum cerneret Christus immensam gloriam in superiori portione animæ detentam, corpus vero derelictum omnino absque villa consolacione, ac solatio, sed in maxima siccitate, clamat: *sitio*. Fluenta gloria ab anima in corpus aliquando defluxerat.

## Concio V.

rant in transfiguratione, & cū tantam gloriam corpus gustas. A  
set, & maxima fuisset perfusum dulcedine, cupiebat ea gloria  
frui, vulgo dicitur: (*Quedo engolosinado auiendo prouado tal dul-  
çura.*) Simul etiā tenerius relictū fuerat corpus, ac passibilius  
vt plus dolores sentiret: ideo clamat: *Sitio.* Quis o Dñe sitit  
cum prope os fontē habeat? Quis esurit, cū ad lautam sedeat  
mēsam. Planè tu solus. Nec mirum, quod ego tristis sim, mi-  
randū verò maximè, quod tu tristis sis vsq; ad mortē, cum in  
te sit omnis cæli gloria. Verè Dñe tu piscis ille Tobiae es, qui  
primū perterrefecit Tobiam, sed ait ad illum Angelus, trahe  
illum in siccum, vbi occissus fuit illi malorum remediū. **B** Quis  
mundum perterruerat nisi Christus? Ille autem, qui in mari  
pectoris paterni erat, vbi infinitæ consolationes, nunc in siccū  
ductus est, dum nec consolationis gutta ei relinqitur: & ideo  
dolebat amplius, quia, vt Seneca ait, sumnum infortunij ge-  
nus est, fuisse fœlicē. Et in Christo impletur illud Hieremiæ.  
*D̄s̄ertum faciam mare eius, & siccabo uenam eius.* An non mare  
gloria Christi est? Sed mare hoc exiccatum est, cum nec aquæ  
gutta corpori relieta est, nunc enim non exultat in Spiritu san-  
cto, nulla consolatio ei conceditur, & præcissa est vena, per  
quam consolatio venire poterat. Sed vt quid siccitas tanta?  
Planè sicut olim siccatum est in mare Rubrum, & Iordanis, vt  
transitus esset Israëli in terram promissam, ita per hanc Chri-  
sti siccitatem nos transimus in regnum æternum. **C**

Tob. 6.

Seneca.

Hiere. § 1.

Cypria.

August.

Chrysost.

Remig.

Isa. 6.

Genes. 9.

Psal. 68.

Cant. 8.

Deut. 33.

Quartus sensus huius verbi *Sitio*, ex Cypriano libro de  
passione Domini, & Augustino, Chrysostomo, ac Remigio  
est, quod sitiebat Christus plura pati. Ignis maximus chari-  
tatis ardebat in Christi corde, & hic fecit, vt bestimenta abi-  
ceret, & sitiret. Vedit Isaías Deum opertum alis Seraphinorū,  
sed nunc nudus est in Cruce, & ignis amoris eum nudauit, si-  
cūt vini calor nudum Noë reliquit. Hic ergo ignis eum sitire  
fecit, & licet dicat: *In rauerū aquæ usq; ad animam meam, adhuc*  
sitit, quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flu-  
mina obruerunt illam. Sed vt dicitur in Deutero. *Inundationes ma-*  
*ris, quasi lac fugget, & thesauros absconditos arenarum.* Quia er-  
go licet multa passus esset, totum ei parū videbatur pre amo-  
ris magnitudine, clamat *Sitio*, quia cum illius charitas sine ter-  
mino

**A**mino esset, optauit labores immensos, & absq; vlo limite. Qua in re illud expendendū est, non solum satissimis Christum pro vniuersis peccatis in genere, sed pro singulis etiam, & ideo ut pro superbia hominum satissimacret, deicetus est, vt pro delitiis vulneratus est, & sic in reliquis. Sed in hominum peccatis est quod adiun circunstātia, & illa quidem grauiissima, quod non solum homo peccat, verū & cupit amplius peccare, quod quia opere explere nequit, non facit, quod si posset, videremus horribilia, ac intoleranda peccata. Non satis videtur superbo, quod d' ampliorē honorem consequens sit, quā m' inereatur: sed vellet, omnem mundi honorem,

**B**sibi sariipere, ac omnes gloria expoliare. Nō satis est in honesto opus, & opera turpia, sed omni delectatione turpi fruvellet, cum omni mulieri fornicari, quod si posset, nihil intactam relinqueret. Sic aiunt impij. Non fit pratum, quod non per transeat luxuria nostra. Id ipsum de auaro qui nunquam satiat pecunia, ac de aliis peccatoribus dicendum est. Et adeò graue hoc est, vt propter hanc cupiditatem semper peccandi amplius, ac amplius, & in æternū peccandi, dicat Gregorius, iustam esse æternam inferni pœnam peccatori inflictā, vt qui absq; vlo termino, & in æternū peccare voluit, in æternū puniatur. Licet etiam certum omnino sit, propter quodlibet mortale peccatum mereri hominem æternam pœnam. Hanc ergo sitim hominum in peccata, hoc desiderium

**C**plus ac plus peccandi voluit Christus persoluere siti sua, ac desiderio amplius, ac amplius patiendi. Desiderio peccati flagras, & ideo citius ad peccata properas, vt pro te Christus satissimat, ait Iudeus. Quid facis, fac citius, quia tu veloces pedes habes ad effundendum sanguinem, Christus cucurrit in siti. Sitit ergo Christus plura pati, sicut fornax vitri, aut calcis, quæ aqua immissa exardescit magis, & maiores flamas emittit. O diuina charitas, quæ amplius ardes igne tribulationum. Hunc ignem voluit in nobis accendi, quem è cælo detulit. Ignem ueni mittere in terram, er quid uolo, nisi ut accédatur? Hoc igne cælesti omnia sacrificia nostra Deo offerre debemus, nō igne alieno. De hoc igne scriptum est. Si obtuleris primitias frumentorum tuarum Domino de spicis abhuc uirentibus, torrebis eas igne.

278 inicio Concio V.

Primitias Deo offerimus, cum operum nostrorum præcipua in Deum dirigimus, sed quia hæc opera si terrena humilitate sint facta, Deo non placent, igne diuinæ charitatis torrenda sunt, optare enim in eis debemus Deo placere, eq; gratum aliquid exhibere, ac pro illo & pati, & agere aliquid, qui tanta pro nobis fecit, & passus est, & amplius facere optauit.

Quintus sensus huius verbi sitio est, quod fitit Christus gentium conuersio: em, quam hoc verbo à patre postulat. Sicut enim filia Caleb sedens in asina, quasi sitiens suspirat, & ait. Terram arenem dedisti mihi, da et irrigum. Ita pater Christo dederat Iacob domum, & David sedem, sed terra hac arenis erat, in terra deserta, inuia, & inaquosa inuenit populum illum, terra erat adeo arida, ut difficile puteus inueniri posset, nec sine rixa, ut Isaac accidit perspice. quia ege-

ibí, & vacua elementa. Petit ergo à Patre Christus Ecclesiasticu magna parte ex gentibus collectam, quæ irrigua sit, cui dicatur: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris.* Non iā aquam, sed aquas plurimas, nō de uno fonte, sed de pluribus. Petit hoc Christus à patre, sic enim id concedendum fuit, dicens patre in Psalmo: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Sed ad te ô Domine nunc sermonem conuenio, ut quid dicas Sitio? An non nosti, quæ tibi parata sint potum petenti? Quis potest gustare, quo d' gustatum affert mortem? Quid det synagoga, nisi quod habet, & quod illa est? Felest, & acetum ac foix.

Sic pater ad filium ait per Iсаiam. Parum est, ut sis mihi seruus, ad suscitandas tribus Iacob, & facies Iſraēl convertendas. Praeclarā olim nomina Iſraēli dederat, sed cum declinauit, dicit illū forcem, & scoriam. Fuerat Iſraēl vinum optimum in patriis, sed iam in acetum mutati erant, quia corruptis sunt, et abominabiles facti sunt. Et ideo. Felidraconum unum eorum. Sitiebat

ergo Christus Iuda orum opera bona , tanquam vinum , illi mala offerunt , qua sunt fel , & acetum . Origenes ait . Vinum felle mixtum , quod primò Domino offeritur , ille propinat , qui secundum doctrinam Ecclesiasticam sapit , viuit autem male , hic dat ei vinum cum felle mixtum . Qui autem alienas à veritate sententias applicat Christo , quasi eas dicenti , hic spon- giam

- A** giam aceto implens, imponit calamo scripturæ, & offert ori eius. Haec Oigenes. Tu ergo o fidelis, qui vinum fidei habes, ne admisces fel malorum operum, quo vinum inficias, sed para Christo escam, & potum, quo libenter vescitur, ut benedicat tibi anima eius, sicut Isaac fecit cum Iacob. Si quis, quibus escis libenter vescitur? quo vino mififice delestatur? Plani cor contritum, & humiliatum non despicit, lachrima tua vinum optimum Deo, & Angelis sunt, si haec illi praebueris, benedicet tibi de rore cali & de pinguedine terræ, sicut Isaac benedixit Iacobum. Si autem dicas, quis iuxta Crucem esse posset, ut potum Christo dare, nunc etiam dare poteris, da pauperi, & Christo dedisti. Da eianimam tuam, quam sit, & dedisti ei poculum aquæ frigida, & poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum. Licet alij dolores viderentur maiores in Christo crucifixo, sed solam sitim ille commemorat, quia suminus eius dolor est, quod anima perirent. Da ergo o peccator animam tuam Christo, quia præcipius eius dolor est, quod tu passione ipsius non utaris. Qui sit virgetur, & aquam manu tenet, non dolet, immo gaudet, dolet autem, qui sit, & aqua caret. Nunc ergo poteris Christi leuare sitim, si ad cum redreas. In hoc cognoscit Eliezer, quæ sit futura sponsa Isaac, quæ ei, & camelis libenter potum tribuat, & in hoc agnoscitur, quæ sit futura in aeternum sponsa Christi, quæ ei potum hunc libenter tribuit, sine dubio ad eum pertinet, si enim tu desiderium Dei implueris, impiebit & ipse desideria tua, qui replet in bonis desirium tuum, & animam esurientem replet bonis aeternis, &c.
- (2.)

Mm 4 C O N-



A

## C O N C I O . VI.

De sexto verbo, quod Christus in  
Cruce dixit.

T H E M A .

*Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consumma-  
tum est. Ioan. 19.*

B

Hebr. 12.  
Ioan. 17.  
Luc. 12.  
Gen. 2.

Deut. 32.  
Philip. 1.  
Esther. 6.

Luc. 18.



V A S I Dei nostri natuum ingenium est,  
vltimam manum imponere operibus à se ipse  
ptis, eaq; perficere, ac consummare. Vnde Pau-  
lus eum vocat consummatorem, cum ait. Aspi-  
cientes in authorem fidei, & cōsummatorem iesum.  
Et ipse ait. Opus cōsummaui, quod dedisti mihi. Et iterum. Baptis-  
mo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur.  
Sicut enim in opere creationis nō quieuit, donec perfectisunt  
cæli, & terra, & omnis ornatus eorum, ita opus redemptionis  
omnino perfecit, nec quieuit, donec diceret: *Consummatum est.*  
Quia Dei perfecta sunt opera, vt Moyses ait. Et Paulus. Qui  
cœpit in uobis opus bonum perficiet usq; in diem Christi iesu. Hoc  
Dei ingenium etiam Ethnici agnouerunt, & ideo sapientes,  
qui erant Aman à consilio aiunt. Si de semine Iudeorum est  
Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed  
eades in conspectu eius, quasi dicant, si Deus eius cœpit illum  
exaltare, omnino perficiet.

Quia verò in Christi morte plura consummata sunt, pro-  
pter quæ ait. *Consummatum est, ea figillatim à nobis explican-*  
*da sunt. Primò ait Cōsummatum est, id est, completae sunt o-*  
*nnes prophetiae, quæ de vita, ac morte mea scriptæ erant, nihil*  
*superest in mea passione implendum. Sicut apud Lucam di-*  
*xerat: Ecce ascendimus Hierosolymam, & cōsummabuntur omnia,*  
*quæ dicta sunt à Prophetis de filio hominis. Significat ergo hoc*  
*verbo:*

C

**A** verbo: *Consummatum est.* Mortem suam non casu accidere, sed eo tempore ac modo, quo a Deo fuerat praordinata, & a Prophetis, prænuntiata. Licet ergo sanguis, & vita perfundenda ei essent, impleuit omnia, quæ in lege de eo scripta erant, ita ut non remaneret Iota unum, aut unus apex legis, qui non impleretur. Et sic. Operatus est salutem in medio terræ, quod est Hierusalem. Et ideo apud Lucam ait ipse. *Dicite uulpi illi, hodie, & cras euicio demonia, & tertia die consummatio.* Et Paulus. *Decebat authorem salutis per passionem consummari.* Cum autem sciret, hanc consummationem summis eius doloribus peragendam, ipse voluntate propria ad hoc ascendit Hierosolymam, & ascendens præcedit discipulos, ut voluntatem, qua patitur, ostendat. Non fugit ut Elias, cum eum persequitur Iezabel, nec ut David, cum eum insequitur Abalon, sed potius ait. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur, omnia, &c.* Si hanc consummationem Christi, & ipsius charitatem recte pensaremus, diceremus cum Paulo. *Charitas Christi urget nos, estimantes hoc, quia si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & Christus pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.*

psal. 73.  
Luc. 13.  
Hebr. 2.

**B** Secundò, cum ait. *Consummatum est,* significat, opus redempctionis mundi, quod a patre suscepérat perficiendum, iam morte ipsius consummari. Ita Rupertus intelligit, & Laurentius Iustinianus de triumphali Christi agone. Ita hoc est, quod propè passionem dixit; *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam, id est, iam statim consummabo,* vt exponit Augustinus tractatu in Ioannem. Hoc negotium redempctionis hominum ei demandauit pater, & ipse illud peragendum suscepit in puncto incarnationis. Vnde ait in Psalmo. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus uolui.* Suscepit vero hoc negotium ea voluntate, acharitate, & coconatu ei intendit, ut nihil aliud cogitaret, nihil aliud loqueretur, aut faceret, accepit illud, ut vulgo dicitur (*ad festo.*) Hinc aiebat ipse. *Ne ciebas, quia in his, que patris mei sunt, oportet me esse.* Et iterum. *Cibus meus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.* Et

2. Cor. 5.

Rupert:  
Iustinia.  
Ioan. 17.  
August.

psal. 39.

**C** In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus uolui. Suscepit vero hoc negotium ea voluntate, acharitate, & coconatu ei intendit, ut nihil aliud cogitaret, nihil aliud loqueretur, aut faceret, accepit illud, ut vulgo dicitur (*ad festo.*) Hinc aiebat ipse. Ne ciebas, quia in his, que patris mei sunt, oportet me esse. Et iterum. Cibus meus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius. Et

Luca 2.  
Ioan. 4.

Mm 5 iterum.

## Concio VI.

Ioan. 9:2  
Isa. 40.

terum. Me oportet operari operarius, qui misit me. Et hoc est, A. quod Isaías prædixerat. Ecce Dominus in fortitudine ueniet, ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo, idest, præ ocu- lis gerebat semper opus redēptionis hominum, quod ipsius

Psal. 144.

opus dicitur per excellentiam. Ex quo recte colligemus illud Psalmi. Uideis Dominus in omnibus verbis suis, quando ut illa impletat, mortem appetit, quod si ut promisit staret, morti non dubitauit, securi in posterum esse poterimus, quod verba eius fidelissima sunt, nec nobis decrit. Non sic nos fideles sumus cum Deo, multa enim ei promissimus in ba- ptismo, in confessione, nec tamen promissis stamus. Ve- rē ait Psaltes. Mendaces filii hominum. Et Paulus. Est au- tem Deus verax, et omnis homo mendax. Sed secundò in

Psal. 61.  
Rom. 3.

hac re illud expendere oportet, quod consummavit opus suum Christus cum patre, illum placans, cinq; satissociens, & cum hominē cum reconciliauit, vnum autem deest, vt homo reconciliari velit Deo, & passione Christi frui. Fieri ne potest o homo, vt nolis Dei amicus esse? nolis ei re- conciliari? In iuria lacessitus Pater erat, & ab eo reconci- liationem obtinuit Christus, nec à te obtinet, cui iniu- riam irrogasti? Quo pacto fieri potest, vt nolis esse Dei amicus, filius, Rex, diues, gloriolusque, nec dæmonis mancipium, vilis, in tritemib⁹ seruiens? Fine⁹ ergo imponamus peccatis, & postquam Christus morte sua remedium nobis dedit, eo vt amur in salutem, ne de no- C bis illud dicatur: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Psal. 73:0

Ex priori, quam diximus, consummatione, secunda sequu- ta est, quia enim Christus impletit omnia, quæ de eo scri- pta erant, mundi redemptionem perfecit, & hinc oritur ter- tia consummatio, quam significat, cum ait. Consummatum est. Illa vero est consummatio peccati, quod Christi mor- te deletum, ac consummatum est. Et sic vt Paulus ait. Con- summatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eternæ. In Cruci enim deletum est chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio affigens illud cru- ci. Chirographum decreti vulgo dicitur: La obligacion que

Hebr. 5.

Coloss. 2:0

teniamos

**A**teniamus hec al demonio,) quod Christus dirumpit, acab-  
stulit. Et sic regnum peccati cœterit. Impletumq; est illud  
Danielis. Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super popu-  
lum tuum, ut consummetur prævaricatio, & finem accipias pec-  
catum, & delectetur iniquitas, & educatur iustitia ~~sempiterna~~.  
Et ideo merito Christus ait. *Consummatum est*, peccatum  
scilicet. Vnde Augustinus. Quis dicere poterat, peccatum  
consummatum esse, nisi qui vt peccata deleret, consumma-  
tus est? *Consummatum est* peccatum, quod omnia de-  
lebat, per Christi mortem, & sic. *Omnis consummatio sui* Psal. 118.  
*di finem* (vt Psaltes ait) id est, peccati, quod corporis, & ani-  
mæ consummationem attulit. *Consummatum ergo est*  
peccatum, quod omnia consummabat. Dæmonis etiam  
imperium consummatum est, iuxta illud. *Nunc iudicium est* Ioh. 12:  
*mundi, nunc principatus mundi cœlictur foras.* Quod sig-  
nificauit Isaïas dicens: *Finitus est puluis, consummatus est mi- Isai. 16.*  
*ser, defecit, qui conculcabat terram.* Et Ezechiel. *Extrahim te Ezech. 29:*  
*draco magne de medio fluminum, in quibus habitabas.* Ecclæsus  
enim è calo dæmon est, vbi inter Anglos principari voluit,  
dicens: *Super astra Dei exaltabo solium meum, & super homi- Isac. 14:*  
nes principem se constituit, sed & ab hoc principatu per  
Christum deturbatus est. *Qui expolians principatus, & poe-* Coloss. 2:  
*states, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semitipso,*  
vt Paulus ait.

**C**Qua in te mirus Dei in nos amor apparuit, qui vt nos  
eriperet de potestate peccati, dæmonis, ac tenebrarum, ip-  
se mori non dubitauit. Inter dilectiones à natura insitas  
animantibus due sunt ab authoribus, qui rerum naturas  
scripsere, concelebratæ. Prima est Tigridis in filios, quos  
aliquando venatores capere solent in cubili matre absen-  
te, cumq; illa ablatos filios cernat, summa celeritate discur-  
rit, donec venatores inuenit, illi vero unum filiorum ei  
prolixiunt, quem tigris ore sumens in cubile dicit, & conti-  
nuo reddit, vt reliquos recuperet, & tanta celeritate viam  
percurrit, vt ad venatores veniat, licet illi velocissimis  
equis viam agant, illi vero alterum filium dimittunt, quem  
illa ore in cubile defert: & iterum reverterit donec uni-  
uersos

373. *Concio VI.*

uersos recuperet filios, nec ab opere desistit, & per mare A  
etiam venatores insequitur, licet plura vulnera accipiat, &  
mortem oppetat. Secunda est aquila, quae in pullorum  
*Deut. 32.* dilectione excedit, cui ea ratione se Dominus consert, cum  
ait. *Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, &c.* Aquila ergo cum draconem videt venientem in nidum, ut pullos  
rapiat, non fugit, sed cum draconem pugnam init, ut filios li-  
beret. Accidit autem persæpe, ut ipsa draconem interficiat,  
& simul cum eo veneno infecta moriatur, siccq; morte  
sua liberat pullos. Id nunc Christo Domino accidit, qui vt  
nos liberaret, cum peccato, ac morte contendit, eaq; supe-  
rauit, ac deleuit, sed ipse quoque in bello occubuit, & imple-  
*Hiere. 46.* tum est illud Hieremia. *Fortis impedit in fortem, & ambo B*  
*Iud. 16.* pariter conciderunt. Sicut Sampson morte sua Philistæos  
perdidit. Et Eleazarus morte Elephantem occidit, & eos qui  
in ipso erant.

Sed iure interrobagabis, quo pacto peccatum consumma-  
tum est Christi morte? Certe quoad sufficientiam ita est,  
Deus enim remisit omne peccatum, quantum ex ipso erat, &  
sufficiens causa remissionis, & deletionis peccati posita est in  
Christi passione. Hoc vnum deest, vt tu remissione vt velis,  
vt applices tibi per sacramenta Christi passionem. Deinde  
Christi morte ablata est vis peccati, & potentia dæmonis in  
homines, quia meruit Christus gratiam, qua facile peccata;  
ac dæmones superes, si tu ea vt velis. Ex quo colligit sepe C  
*Rom. 6.* Paulus, vt ultra non seruamus peccato, vt non suscitemus,  
quod Christus interfecit, vt deletum chyrographum iterum  
non scribamus. Nam si mortuus sumus peccato, quomodo adhuc  
atuemus in illo? Et iam peccatum uobis non dominatur, non enim  
estis sub lege, sed sub gratia. Et rursum ait. *Quod enim mortuus est*  
peccato, mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit Deo: ita & uos  
existimate, mortuo esse peccato, uiuentes autem Deo, non ergo re-  
gnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupis-  
centiis eius. Hanc autem doctrinam idem Paulus explicat  
exempli mulieris alligatae viro, quæ soluit ab hoc vin-  
culo morte viri, & concludit. Itaq; & uos fratres mei mor-  
tificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex  
*Rom. 7.* mortuis

**A** mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti, nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uictestate literæ. Sicut enim morte soluitur matrimonium, ita mortui cum sumus cum Christo, & mortua lex uetus, & peccatum, soluti sumus à lege veteri, & ab obligatione peccati. Impleturq; illud Isaiae. Et delebitur fœdus uestrum Isa. 28. cum morte, & pactum cum inferno non stabit. Hoc pactum deleuit Christus morte sua, liberi ergo à lege peccati seruimus soli Deo. Cum ergo consummauerit Christus peccatum, & illud deleuerit, cum illius vires, ac principatum abstulerit, concessa gratia, qua mundus Deo reconcilietur, & viribus additis homini, quibus facile peccatum supereret, consummari omnino debet peccatum in te, destrui, ac deleri.

Ostendit autem, quo pacto peccatum consummauerit, quia cum acceperet Iesus acetum, dixit, consummatum est. Potio-  
nem purgatiuam, ac amaram ille sumpfit, de qua dicit per Hieremiam. Replete me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Nullus sic repletum dicere potest amaritudinibus, vt Christus, nec ita inebriatum absynthio, quia nulla amaritudo fuit, quæ Christi amaritudini conferri valeat. Sumpta ergo amara potionē, purgationē peccatorum fecit. Incepit pec-

**C** catum in dulcedine in paradiſo, & suum accepit in amaritudine Crucis, quia ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & extrema eius amara sicut absynthium. Accepto ergo poculo purgatiuo, ait Christus. Consummatum est, infirmitas abscessit, ægritudo abiit. Venit Christus medici-  
cus, sicut ipse ait. Non eſt opus ualentibus medicus, sed male habentibus, & cum alijs medici præcipiant, infirmum ieunare, inediā pati, sudare, venam scindere, purgatiuam potionem sumere, Christus licet aliquid horum nos facere præcipiat, sed ille præcipua horum sumit, ipse ieunauit, & mira abstinentia uſus est, ipse sanguinem sudauit, & venas plurimas sanguinis aperuit in Cruce in manibus, ac pedibus, & aceto, & felle potatus purgatiuum poculum sumpfit,

Matth. 9.

## Concio VI.

Sumpsit, & tunc ait, cōsumata est hominis curatio, sicēt enim A  
homini aliiquid peragendum restet, sed p̄cipuum factum  
est, & parum est, quod homo agere debet. Ostendit se Chri-  
stum hoc facto hominum matrem, ac nutricem, sicut per Pro-  
phetam dixerat: Et ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in  
brachii meis, et nescierunt, quod curarē eos. Sicut enim nutrix  
sumit purgatiuum poculum, ut ad infantem cum lacte aliqua  
illius vis perueniat, ita Christus, ut purgationem peccatorum  
faceret, amaritudinem fellis, & aceti sumpsit, cuius vis ad nos  
per sacramenta ducitur, ut sanemur.

Heb. 9.

Quartō ait. Cōsummatum est, quia eius morte consummata  
est lex vetus quoad ceremonialia, ac iudicitalia, ut veritate p̄x  
sente, vmbrae cessarent. Reuocatum est prius testamentum, B  
quod vetus dicitur, & Moysi à Deo traditum est, ut seruare-  
tur in arca, quia legata in eo contenta mutanda erant ex tem-  
poralibus in aeterna. Iam nouum consecutum est testamentū,  
signatum sigillo crucis, & morte testatoris confirmatum, ut  
irreuocabile sit, quia ut Paulus ait. Vbi testamentum est, mors ne-  
cessē est intercedat testatoris. Et sic impleuit Christus legē quo-  
ad consummationem, eam finiens, & loco legis gratiam, loco  
sacrificiorum vnum corporis sui sacrificium tribuit, quod om-  
nium vim continet, vnum datur agnus tantus, ut alius non sit  
necessarius, vnum cibus, qui sumitur, & non consumitur, &  
cum omnes impleuerit, supereſt, & abundat. Caput cum in-  
testinis eius, & pedibus voramus, quia qui in principio erat C  
apud Deū, vsq; ad pedes, & intestina descendit factus homo:  
deuoramusq; hæc omnia, quia sic celitudinē diuinitatis p̄x  
dicamus, ut non erubescamus humilitatem, quia id magis stu-  
pendum, quod nostri causa adeò se exinanierit tanta mai-  
etas. In nocte autem nunc comedimus hūc agnum, quia per  
fidem obscuram haec veneramur, donec dies illucescat glorię,  
vbi lucerna est agnus, quo cuncta clare videbimus. Sed nunc  
mirabiles agni effectus experimur, & ex collatione p̄sentiū  
firma fit expectatio futurorum. Et intrinsecus, & extrinsecus  
nos sanguine agni tingentes, seruamus animā, & corpus, per-  
tinacitatem dæmonie signum Crucis. Finis ergo, & consumma-  
tio legis Christus est, ut ait Paulus. Quia in re magna nobis ex-  
hibita

Rom. 10.

# De septem verbis Domini. 280

- A**hibita misericordia est, dum pro iugo ferreo, quod nec nos, nec patres nostri portare potuerunt, datur autem suave ingui Christi. De quo Ioannes ait. Verē mandata eius grātia nō sunt. Et ideō minima Christus appellauit, cum ait. Qui soluerit unū de mandatis tuis minimis. Grauis planè lex Moysi erat, sicut & illius manus, quia plura continebat præcepta, ac ceremonias, Christi autem lex pauca, illaq; facilia.
- Quintò, ait. Consummatum est, quia in mundū venit, ut edificiu Ecclesiæ construeret, quod morte sua consummavit.
- Ad nos Paulus ait. Dei structura estis, Dei adificatio estis. Edificanda erat Hierusalem illa, de qua Psaltes ait. Quæ adificantur, ut ciuitas, quam Ioannes vidit descendenter de cælo, à Deo paratam. De qua adificatione in figura Salomonii dicitur: Viriliter age, & confortare, & fac ne timeas, & ne paueas.
- Dominus enim meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet te, donec perficias omne opus ministerij domus Domini. Magna exhortatio ista fuit, si soli Salomonii fieret, quid enim ille paueat, aut timeat, adificare domum, cum ei pater relinqueret immensos thesauros? Ideò verba illa potius respiiciunt Christum filium Dauid, qui ex viuis lapidibus construere debebat templum aliud multò augustius, quod solus Deus poterat construere, enī in hoc opere ei sudandum erat, ac moriendum, ut sic opus consummaretur. Sicut verò dicitur 3. Esdræ. 6. Salmanasār subiecit fundamenta domus Domini,
- C**quæ est in Hierusalem, & exinde usq; nunc adificatur, & non accipit consummationem. Ita Ecclesiæ Christi fundamenta iecerat naturæ lex, scripta verò opus illud euhere cœpit, sed non dedit consummationem, quia ut Paulus ait. Nihil ad per secum ad luxit lex. Christus autem veniens in hoc opus, vocatus adificator sapientum, hoc opus perfecit, & sicut die sexto perfecit omne opus creationis, ita sexta aetate perfecit opus Ecclesiæ sue, quia nunc oblato peccato, & redditâ iustitia, Ecclesia consummatur. Impleturq; illud Psalmi. Consummetur nequitia peccatorum, & dirige iustum. Dicere ergo possumus illud Psalmi. Omnis consummationis uidi finem, latum mandatur tuū nimis, quia in Christo crucifixo vidimus finem, ac terminum totius perfectionis, quām dicit Psaltes cōsummationem, quia eo in opere.

1. Ioan. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

1. Cor. 3.

Psal. 12. 1.

Apoc. 21.

1. Par. 28.

3. Esd. 6.

Hebr. 7.

Psal. 7.

Psal. 118.

## Concio VI.

opere peruenierunt omnes virtutes, quo peruenire potuerunt, A  
nec quo ultra progrederetur, habuerunt. Quo enim procede-  
re charitas potuit, cum animam dederit pro inimicis? quo hu-  
militas, & obedientia, cum humiliauerit se metipsum usq; ad  
mortem Crucis? Consummatus in Cruce ille est, qui est om-  
nium rerum principium & finis, & sic finis vniuersorum fini-  
tur. Et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa  
salutis eternae. Et ut Paulus ait. Decebat enim eum, per quem  
omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam  
adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consum-  
mari. In huius rei figuram precepit Deus Noe arcam fabri-  
care, de qua ait. In cubito consummabis summitatem eius. Ambro

B  
sius libo de Noe, & arca. Origenes homilia 2. in Genesim,  
& Augustinus 12. contra Faustum aiunt, hanc arcam Eccle-  
siam esse, quam Christus coepit edificare, & consummavit.

Zachar. 4.  
Sicut ait Zacharias. Manus Zorobabel fundauerunt eam, & con-  
summabunt eam. Consummabitur omnino in die iudicij, cum  
congregata vniuersa Ecclesia iustorum fuerit. Et tunc in cu-  
bito consummabitur summitas eius, quia in Christo eius ca-  
pite, qui omnibus superior erit, consummabitur. Sed virtute,  
ac merito in Cruce etiam consummata fuit Ecclesia, dum ibi  
meruit Christus omnem gratiam, ac gloriam; & in cubito con-  
summata est, quia in Christo eius capite terminum accepit.

C  
Sicut ergo res consummari dicitur, vt domus, quando om-  
nino perficitur, ita in Christi morte malitia hominum con-  
summata fuit, quia ultimum attigit malignitatis punctum, quia  
contra ipsum Deum se erexit, & ad eum peruenit, quo nihil

Psal. 7.  
August.  
altius excogitari potest. Vnde in illud Psalmi. Consummetur  
nequitiam peccatorum, ait Augustinus. Tunc consummata est,  
quando in ipsum Deum ausi sunt homines manus iniicere.  
Vide consummatam nequitiam in Iuda, dum prodidit eum,  
a quo tot suscepit beneficia. In Iuda, cum Messiam suum  
occiderunt. Magna est nequitia, cum occiditur innocens, ma-  
ior vero, cum benefactor, summa autem, cum Deus. Hic om-  
nis consummationis visus est finis, quia eo peruenit peccatum,  
quo peruenire potuit. Vnde accepto aceto ait. Consummatum  
est, id est, consummata nequitia vestra me interfecto. Sic etiam  
virtus

A virtus omnis per Christū consummata est. In morte enim sua, qua nos redemit, summam ostendit sapientiam. Vnde Augustinus. 3. de Trinitate, cap. 20. ait. Verum etiā ostendit Aug. damus, non alium modum possibilem Deo defuisse, sed sananda miseria nostræ conuenientiorem aliū non fuisse. Consummatam ergo ostendit sapientiam, eligens conuentissimum salutis medium. Summa etiam ostendit iustitiam, de qua Philosophus ait, quod nec Hespherus Arist. est sicut illa, quam in morte sic ostendit, ut ad ostensionem diuinæ iustitiae mors eius maximè deferuiret, dicente Paulo: Quæ proposuit proprietatem in sanguine ipsius ad Rom. 3. ostensionem iustitiae sue. Et ideo Christus virga sapè dicitur, Isai. 11. vt in Esaia. Egredietur uirga de radice Iesse. Et uirgam uirtutis Psal. 109. tuæ emittet Dominus ex Sion, & uirgā uigilantem ego video, fuit Ezech. 1. enim iustitia Dei uirga, in qua rectitudo diuinæ iustitiae ostensa est. Dixerat ille Ioanni: Sic decet nos adimplere omnē Matth. 3. iustitiam, id autem in cruce omnino persecut. Charitas etiā summa hic ostensa est, dum nunc in finem dilexit nos. Cū enim summum videatur fastigium charitatis pro amico animam ponere, Christus suam commendat, ac consummat, pro inimicis ponens. Dat Ionathas Dauidi arcum, sagittas, gladium, vestes, & usque ad baltheum, sicut enim animam suam sic diligebat eum. Sed o Christi ineffabilē charitatem, omnia nobis donat usque ad sanguinem, & animam, usque dum dicat: consummatum est, quasi dicat, nihil mihi restat dandum, ex hauriui vniuersa, consummaui omnia, & ipse consummatus sum pro vobis, hic tradidi in mortem, nihil tradendum iam restat. Omnis ergo consummationis visus est finis in Christo, dum suprema virtutum opera in ipso cernimus. Et sic in Christi morte impletur illud Isaiæ. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consumptionem appellat Christi morte, quæ abbreviata dicitur propter ipsum celeritatem, haec autem inundat iustitiam, quia attulit in mundum copiam iustitiae, ac gratie, quasi inundationem gratiae in mundum inuexit.

Ex his vero, quæ diximus, aliqua nobis colligenda sunt. Primum, ut curemus nos consummare, ac perficere opera

Nn nostra,

Concio VI.

nōstra, & ad fastigium usque virtutis peruenire, imitantes A  
in hac re Christum, qui nobis proponitur in exemplar,  
sola enim virtus, & illius præmium in æternum durat, re  
liqua omnia, licet magna appareant, cito trāscunt. Et ideo  
minus nobis curanda sunt. Et hic est literalis sensus eorum

**Esa. 11.8.** verborum, quæ sapientia ex Psalmo usurpauimus. Omnis con  
summationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis. Vbi con  
summatio accipitur pro re consummata, & quantumlibet  
perfecta, quali dicat David, vidi ego finem ac interitum  
omnis rei, quantumlibet consummatæ, ac perfectæ. Sim  
machus vertit, vidi finem totius structuræ, id est, omnia quæ  
ficia tandem ruunt, ac pereunt. At vero mandatum tuum,  
& lex tua est valde lata, nec habet finem, verba enim illa  
superioribus contraponuntur per antithesim. Signifi  
cat ergo, nihile est tam absolutum, cuius non videam in  
teritum, prater legem tuam, quæ se latissimè in omnia  
secula extendit. Omnia, quæ sub sole sunt, deficiunt, ac  
finiuntur, exceptis mandatis Domini, quæ sine carent,  
quia migrantem hominem ex hoc mundo sequuntur. Opera  
corum sequuntur illos, ea vero nimis sunt lata, quæ extre  
mis carent. Vnde Theodo. immortalem, perennem, &  
æternam vitam conciliant, & bona, quæ nullam vicissitu  
dinem recipiunt.

**Osee. 6.** Si ergo virtutis opera sola durant, curandum tibi est illa  
perficere, nec sit tibi satis ea inchoare, sicut plurimi faciunt,  
ad quos Osee ait. Misericordia uestra sicut nubes matutina, &  
sicut ros mane pertransiens. Et Micheas, infirmata est in bo  
**Mich. 1.** num, quæ habitat in amaritudinibus. Et Psaltes: Et credi  
derunt verbis eius, & laudaverunt laudes eius. Cito fecerunt, obli  
**Psa. 105.** sunt operum eius, & non sustinuerūt consilium eius. Quid pro  
dest mittere ferrum in ignem, & priusquam igniatur ex  
trahere? Quid proficit, in stadio currere, si in medio stas?  
Quid pictor, aut artifex lucrari poterit, qui nullum perfic  
cit opus? Natura tibi magistra sit, quæ opera sua ad perfe  
ctum usque dueit, nec prius sistit. Ideo Paulus ait. Carsus  
consummavit, fidem seruavit. Et huc orauit Christus patrem,  
dicens: Ego claritatem, quæ tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum,

**1. Tim. 4.**  
**10.11. 1.7.**

sicut

**A** sicut & nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, & sint consummati in unum, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti. Consumatos eos Christus vult, quia qui perseveraverit usque in finem, hic saluiscerit. Recte Chrysostomus ait, si nauta ad portum non dicit nauigium, vanus illius labor est. Et Damascenus, quid prodest arare, ac serere, si non metas, ac tritures? & viam agere, si ad terminum non peruenias? Christus autem consummationes sua meruit nobis gratiam, ac auxilium ad perseverandum. Et ideo ait. Ego sum Alpha & omega, principium, & finis, quia ipse dat gratiam, ut bona opera incipias, & ut perficias, ac consummes. Caro, ac mundus immittunt nos in mala, ac difficultates, ut deserant nos in illis, sed Deus non sic, sed dat incipere, ac velle, &

Chrysost.  
Damasc.

**B** perficere etiam. Cum gratiam recipis, datur tibi virtus, qua firmiter proponis perseverare. Tamen ut usque ad vietam finem in bono consistas, ac perseveres, necessarium est diuinum auxilium, ac specialis gratia, quam a Deo peti oportet. Huius autem perseverantiae insigne exemplum hodie in cruce nobis proponitur. Quid enim serpens antiquus moliebatur, cum per Iudeorum ora Christo dicaret: Descendat nunc de Cruce, & credimus ei, nisi ut Christus Bernard. ser. non perseveraret in Cruce, quod si saluus esse non poterit, nisi qui perseverauerit, quomodo posset esse Salvator? Perseverans ergo, & caudam offerens sacrificij, perseverantiae, quae sola coronatur, exemplum nobis reliquit, ut omnibus dicere possimus, tu stationem tuam ne dereras, sicut Christus Crucem non deseruit. Multa de hac re Bernardus sermone primo de resurrectione, in illa verba: Descendat nunc de Cruce.

Apocal. 1:1

Secundo, ex dictis nobis colligendum est, ut quemadmodum Christus ambulauit, & nos ambulemus. Ille enim ait. Consumabuntur omnia, que scripta sunt per Prophetas de de filio hominis, aspiciebat Christus vniuersas sui figuratas in scriptura expressas, ut illis conformaretur, & nihil relinqueret impletum, quod de ipso dictum fuisset. Vnde aiebat, scriptum est de me, quod tradendus sum a Iuda, quod ergo facias, fac citius, ait ad ipsum. Scriptum est, me

Bernard. ser.  
de Resu.

Luc. 18:10

Concio VI.

occidendum, implebo ergo, & ideò calicem, quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? Scriptum est, me felle, & aceto potandum, vt ergo consumaretur scriptura dixit, sitio. Ita omnino nobis agendum est, aspice in scriptura tui figuram, qualem te pro statu tuo prestatre debeas, que de te, & statu tuo in scriptura scripta sunt, & illa perficere cura, vt dicere possis cum Christo: Consummatum est. Tunc implebis illud Canticorum: Oculi tui sicut columbae super riuos aquarum. Aquæ salutaris sapientiae in scriptura sunt, cumque homo in eis figuram inspicit suam, columba est desuper riuos aquarum, ibi quid agendum tibi sit, agnosces, ibi sacerdos, religiosus, vxoratus, quæ ad eum pertinent, inuenient, illud ergo inspice speculum, vt vultum componas, ac ornes, non vania mundi iudicia. Demum nunc Christus missam

B perficit, dicens: Consummatum est, quod idem est, ac Ite missa est. Missæ sacrificium representatio est vitæ, & mortis Christi, sicut ipse ait, hec quotiescumque feceritis, in mei memoriā facietis. Vnde vita Christi Missa fuit Pontificis maxi

mi. Ingressus est sacristiā, vt sacris vestibus se indueret, cū in uterū virginis venit, ubi habitu inuentus vt homo sacerdotis vestes induit, quib⁹ orare patrē posset, in natura enim diuina id nō posset, ideò humanam induit, quia omnis pōti

sex ex hominib⁹ assumptus esse debet, vt Paul. ait. Indutus ergo processit ex utero virginis, & int̄ oītū Missæ dixit, cū primā vocem similē omnibus emisit plorans. Gloriā Missæ

huius decatavere fratim Angeli dicētes: Gloria in altissimis Deo. Epistolam dixit, cum prædicabat in templo. Euange

C lium, cum Euangelizabat cunctis ciuitatibus, annuntians regnum Dei. Sanctus Sanctus huius Missæ dictum est in

die Ramorun, quando ei cecinerunt. Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Primum memento pro viuis dixit, cum

apud Ioannem cap. 17. orauit pro discipulis, & omnibus iustis, cum pro mundo non orauit mortuo. Consecrationem in cœna fecit. Secundum Memento pro defunctis

dixit in cruce, cum orauit pro peccatoribus, & tunc unus eorum dixit: Domine memento mei. Hostiam erexit, cum ipse erectus in cruce q̄st, vt ab omnibus cerneretur. Agnus

huius

Cant. 4.

Luc. 22:

Hebr. 5.

Io. in. 17.

A huius Missæ fuerunt, cum plures reuertebantur percutientes pectora sua. Nunc dicit: Ite Missa est, cum ait. *Consummatum est.* Et sic, ut Paulus ait. *Vna oblatione consummavit in eternum sanctificatos.* Oremus ergo eum, ut nos benedicat, & huius sacrificij fructum nobis tribuat. Infinitum hoc sacrificium est virtute, ad illud accedamus, ut eo fruamur, &c.

Hebr. 10.



## C O N C I O VII.

B De septimo verbo, quod Christus in  
Cruce dixit.

T H E M A

*Iesus autem iterum clamans voce magna dixit: Pater  
in manus tuas commendabo spiritum meum.* Luc. 23.



THANASIVS Questione 75. ad Antiochum ait Clamauit Iesus voce magna, ut suam declararet potentiam, deterreret Iudeos, & ad fidem adduceret. Hac enim vox

Athana.

C ergo adeò magnus hic clamor, ut miraculo auditus sit, ad quem mundus contremuit, & infernus, & cælum referatum est. Virtute ergo diuinitatis factus est, vnde Centurio collegit, videns, quod sic clamans expirasset, uere filius Dei erat iste. De quo clamore Paulus ait. *Cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Nunc ergo licet prope mortem esset, exanguis, ac sine viribus, cum magnam vocem viribus humanis audere non posset, virtute diuina clamat, quasi dicat. O surdi mortales, hucusque loquutus sum, docui, & predicau,

Hebr. 5.

N n 3 nec

## Concio VII.

nec audistis me, Ecce nunc morior, audite saltem clamorem hunc maximum, ut me non obliuiscamini. A Qui vero erit, qui morte Christi, & clamore tanto non excitetur? Planè qui excitatus non fuerit, non dormiens, sed mortuus iudicandus est, quia haec fuit vox, de qua Psal. vox Domini in uirtute, vox Domini in magnificencia, vox Domini confringentis cedros.

Psal. 28.

Sed quid clamet, audiamus. Pater, &c. Primo, his verbis ostendit Christus, mortem suam voluntariam esse, quod enim in manus alicuius commendamus, ultra apud eum deponimus, resumpturi ab eo, quando visum fuerit. Iuxta id, quod prius dixerat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Vnde verbum Græcum, quod ponitur, ubi nos legimus commendo, significat commendare depositum, quod suo tempore est reddendum. Et ut id ipsum significetur, postea aiunt Evangelista, tradidit, vel emisit spiritum. Tradere enim dicimus, quod in nostra est potestate, non quod a nobis vi eripitur. Nos quidem in morte animas Deo commendare possumus, non ut Christus, suscipiat ut depositum, quod nobis reddere beat, sed eius benignitati eas committendo ne sinat Dæmonem eas rapere. Sicut Stephanus ait: Domine Iesu accipe spiritum meum. Et ei etiam commendare, ac quasi depositum tribuere possumus animas nostras, ex fiducia certæ resurrectionis futura, & sic deponimus, eas iterum recepturi in iudicio. Ideo Petrus ait. Qui patiuntur B

Ioan. 10.

1. Petr. 4.

secundum voluntatem Dei, fidei creatori commendent animas suas benefactis. Quia aliquando eas reddet nobis tanquam depositum, & ideo Petrus eodem verbo commendo usus est, quo Christus, qua in re appetet, quantum Christo debemus in pluribus. Primo in eo, quod voluntate propria moritur pro nobis, non solum patri debemus, quod filium pro nobis in mortem tradiderit, sed & filio, quod tradi voluerit, & dixerit Deus meus uelui. Vnde Athanasius ubi supra, questione. 76. ait. Quid nam est illud, inclinato capite spiritum tradidit? nam omnes moribundi

Athanasius.

moriunt-

- A** moriuntur primū , & tunc demū inclinant capita: Respondet, sola mors adhuc restabat, atque hæc metuens appropinquare non audebat, ideo Christus inclinato capite vocavit eam: antequam enim inclinasset caput, propius accedere verebatur. Hæc Athanasius. In pluribus ergo voluit Christus ostendere, voluntariam illi passionem, ac mortem, ipse enim eam prædicens, ascendit in Ierusalem. Ipse obuiam processit venientibus, ut eum caperent. Ipse eos primum prostrauit, ut cernerent, nihil contra eum posse, nisi ipse vellet, ipse tacuit coram iudicibus, ne eriperetur. Et demū moriens clamat valenter ostendens posse se non mori, & tamen animam depositit in manus patris lubens, eam resumpturus, cum voluerit. Hac agnita voluntate scandalum crucis tollitur, & visa charitate, deuincit nos, ut eum diligamus usque ad mortem. Secundum, quod Christo debemus, illud est, quod ante eum non poterant animæ fidelium in manus patris commendari, violenter enim rapiebantur, ac tenebantur à morte, & inferno, at ubi venit, qui teneri à morte non potuit, omnes nos liberauit, ut possemus cum ipso animas patri commendare, quia iam cœlum per ipsum reseratum est. Et deinde, cum animam ille suam commendauit, non solum singularem suam animam commendasse putes, sed animas totius corporis sui mystici, præcipue omnium electorum, quas ille velut proprias reputauit.
- C** Vnius corporis vna est anima, est autem electorum corpus vnum, cuius Christus caput est, unde anima capitatis commendata in manus patris, omnis anima electorum commendatur. Ita Anselmus de passione Domini. Ansel. Et Athanasius lib. de natura humana suscepta contra Apolinarem, Tertium, quod Christo debemus est, quod se offerit in cruce sacrificium pro nobis, & cum sacrificare sit aliquid Deo offerre, quod ab eo acceptetur, postquam obtulerat corpus suum, nunc offerit spiritum, quod est sacrificium illud, de quo Psalm. ait. *Sacrificium Deo spiritus coeribatus.* Conuenientia autem tempore hoc obtulit sacrificium, hora, scilicet Psal. 50.

## Concio VII.

nona, cum vespere incipiebat, tunc enim Iudei inimolabant agnum quotidianum, & paschalem. Et ideo hora no-

A  
Acto. 3. Psal. 140. na dicebatur hora orationis, ut dicitur in Actibus. Vnde impletum est in Christo illud Psalmi, elevatio manuum mea rum sacrificium uespertinum.

Ex his vero Christi verbis aliqua nobis colligenda sunt.

Heb. 5. Primū, ut in morte, & omni periculo enixe, & clamore va lido animam Deo commendemus. Christus in diebus carnis sue preces, supplicationesq; ad eum, qui eum saluum facere posset à morte, cum lachrymis, & clamore ualido offerens, exauditus est. Hoc enim ille orat, cum animā ponit in manus Patris, vt à limbo procedat tercua die victoria parta. Sicut & in Psal

B  
Psal. 21. mo ait. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis uni Justin.

Psal. 15. animam meam, ut interpretatur Iustinus in dialogo cum Tri phone. Et sic impletur illud Psalmi. Non derelinques animam

mean in inferno. Nos ergo in omni periculo, precipue tamē in morte, animas Deo commendemus, vt eas à Dæmone

Baruc. 3. seruet. Ideo Baruch ait. Et nunc Dñe omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te. Huiusmodi anima est hora mortis, ideo clamare debet. Sed & in omni

Iob. 1. pressura, ac labore id agendum est, ne anima tradatur Dæ moni, nec in peccatum labatur Iob traditur Dæmoni, dum animam non tangat illius. Achab traditur diabolo, vt deci piatur, ac pereat. Ora ergo Dominum, si te tradit Satanæ

C  
in interitu carnis, ut spiritus saluus fiat in die Dñi. In manus inimicorum se tradidit Christus, animā autē in solius pa

tris manus tradit, quia tyranni potestatem habent in cor pus, sed non in animā. Ideo dicunt, cape corpus illius, & in carcerē trude. Nolite ergo timere eos, qui occidunt corpus,

nontamen animā, non est aduersitas temporalis timenda, sed peccatum, ideo in omnibus animam seruare cura. At

tendendum est, & in memoriam mandandum exemplum Chrysostomi de serpente, qui dum caput seruet, corpus non cu

rat, sed illud exponit, quoniam capite seruato, corpus facile sanatur. Ita ergo tibi curādum in omni tribulatione est, vt

caput serues, ut Christum, qui caput tuū est, non amittas, vt gratiam teneas, vt in peccatum non incidas. Si enim id

egeris,

# De septem verbis Domini. 285

- A** egeris, licet diuitias, honores, ac vitā amittas, faciliē ea recuperabis. Et hoc est, quod Christus monet, cū ait. Estote prudentes sicut serpentes. Quod si id præstiteris, non solum à malo liber eris, verū multa tibi bona proueniēt ex Dæmonis persecutione. In quo miro modo pro electis Deus agit aduersus dæmonē, dū vertit in bonū, quod ille curabat malū & iustibus, quibus interitū intēdebat, coronam elaborat nobis. ¶ Secundum colligendū nobis ex hac commēdatione animæ in Patris manus illud est, quod Sap. ait. Iustorū animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentū mortis, uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. De quibus verbis integrā fecimus cōcionem, quam in hac tomo vide-re poteris, ex qua plura in hunc locum colligere poteris.
- B** Tertium ex his verbis colligendum est, omnia nostra in Dei manib⁹ ponere, illa enim solū nobis secura sunt, & mīrum in modū aucta, quæ in manib⁹ Dei posuimus, illa vero incerta, & minima, quæ in nostris, vel aliorū manib⁹ posuimus. Quæ in Dei obsequio posuisti, tibi certa sunt, ac in celo seruata, siue diuitiæ ille sint, siue tēpus, siue vita, quia factū illud est, quod Christus ait. Thesaurizate uobis thesau-ros in celo, ubi neque ærugo, neque tinea de molitur, ubi fures non offodiūt, nec furātur. Quicquid verò in aliis insumpsi, amisi, & perdita crēde, quia tibi in aternū seruata non sunt. Phrasis scriptura est, ut summum significet discrimen, in quod homo incidit: dicere, posuit animā suā in manu sua, quod Hispanè dicens (Pusola al tablero.) Infirma profecto manus hominū sunt, cūtāto indiscimine ea sint, quæ in eis ponuntur. Ideo Angelorum manus prouidit Deus, in quorū manibus nos pōueret, vt securi essemus. Vnde in Psal-mo ait. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Sed hoc non contentus, voluit, vt in eius manibus essemus, vt magis securi redderemur. Vnde ait. Nemo Ioh. 10. rapiet eas de manu mea. Certè de eo, qui in Christi manibus est, dici potest illud Psalmi: Aliissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum. In manibus ergo Dei sumus, quia sub eius tutela sumus. Sed in manibus ergo Dei se
- Matth. 10.*  
*Sap. 3.*  
*Matth. 6.*  
*Psalm. 90.*  
*Psalm. 90.*

## Concio VII.

Sua que committit, qui omnia sua Deo subiicit, omnia negotia eius voluntati relinquit disponenda. Sicut in manu fætoris panum ponis, ut illum scindat pro arbitrio suo, ita in Dei manus diuitias pone, vitæ tempus, & reliqua, ut ille de eis disponat pro arbitratu suo. Tua etiam vniuersa ne-

Psal. 30. gotia in Christi manibus pone, ea illi committens. Sic ille agebat, qui ait. *In manibus tuis sortes meæ*. Si nunc concederet tibi Deus, vt eligeres tibi hominem, in cuius manibus ponerentur vniuersa tua negotia, tu corpus spectantia, tum animam, eligeres patrem, aut matrem, aut intimum, familiaremque amicum, in cuius manibus ea tutò poneres. Sed melius tecum actum est, cum in manibus Christi ea omnia pater posuit. *Omnia dedit ei pater in manus*. Nullæ manus prote fossæ, & clavis affixæ sunt, nisi Christi manus, in illis tutissimè tua omnia sunt. Melius tibi fuit, vt in Christi manibus negotia tua essent, quām si in manibus parentum tuorum, imo quām si in tui ipsius manibus constitueretur.

Genes. 47. In Iosephi manibus Pharao posuit, vt fratribus prouideret, dicens: *Terra Ægypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare*. Maximum profectò eis contulit beneficium, cum in fratris manibus illorum negotia posuit, sed maius nobis collatum à Deo est, cum in Christi manus dedit omnia nostra, *omnia dedit ei Pater in manus*, & ideo, *surgit à cœna & ponit vestimenta sua*, & abluit suos, & vitam pro eis dedit.

Ioan. 1. 3. In manibus ergo tuis sortes meæ sint. Et si mihi nunc optione daretur, in cuius manibus ponenda negotia mea essent, præeligerem manus Dei, nec in parētis manus, vel in proprias dari optarem. Simul etiam, quod in manibus Dei ponitur crescit, ac multiplicatur, sicut panes, quos manibus sumens multiplicauit. Si calicem aquæ frigidæ, si fru-

Marc. 8. frustrum panis in manu Dei collocas, ita multiplicatur, vt crescat in præmium æternum. Quod autem in manu mundiponis, deficit, & in nihilum vertitur. Scuit Iсаac in

Genes. 2. 6. terra Gerar.e, & inuenit in ipso anno centuplum, bencæxitque ei Dominus, locupletans est homo, & ibat proficiens, atque succerens, donec magnus uehementer effectus est. Hoc ipsum accidit ei, qui in Deo seminat, & in eius manibus sua collocat, cen-  
tuplum

B

C

A **tuplum enim nunc accipit, & in futuro vitam aeternam.**

Sed in eo, quod inclinato capite tradidit spiritum, aliqua aduertenda sunt. Primū ostendit voluntariam ei mortem esse. Nam, vt ait **Cyrillus lib. 12. cap. 76.** & **Chrysostomus homilia 84.** cæteri homines prius moriuntur, & deinde caput inclinant, quia spiritu, ac vigore deficiente caput suo pondere inclinatur. Christus ante mortem caput inclinat, vt voluntarie se mori ostendat. Et eo facto, vt ex Athanasio diximus, annuit mortui, eamque vocauit, vt veniam. Secundo caput inclinat, ostendens obedientiam se patris implere, dum moritur, & ideo caput ei subdit, quia si collocans super caput patris mandatum. Christus enim præceptum moriendi habuit. Vnde ipse ait. **Vt cognoscat Ioan. 17.**

B **mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. surgite, eamus hinc, in mortem, scilicet. Et ideo Paulus Philip. 2. ait. Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Non indigebat ille hoc præcepto, qui mortem optabat. Sed illi impositum à patre est, vt omnibus viis salus nostra secundior, ac certior redderetur. Sicut interposuit iusserandum, postquam pollicitationem præstiterat, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est, mentiri Deū, fortissimū solatiū habeamus, vt Paul. ait, & ideo iusserandum, quod iuravit ad Hebr. 6. Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, interposuit. Cū ergo tunc patris obedientia iam vigeret, caput inclinat, ait Cyprianus, quasi ponens super caput chyrophrughum regium, & patris mandatum, noluit enim mori, nisi per obedientiam, factus obediens usq; ad mortem. Expendit Ambros. lib. de Noë & arca, quod Noë obediētia intravit, & ergo cœsus est ex arca, sic ergo Christus obedientia ascendit in cruce, & mortuus est. Arsenio Abbati dixit iam moriens monachus, sexagesima annis obediui, nunc ergo vt obedientia impleantur, præcipe me mori, vt sicut in vita obediens fui, ita & in morte obediā. Præcepit ei Arsenius, vt moreretur, & mortuus est. Quod Christo placuisse, ipse met reuelauit Abbatii. Caput ergo inclinare obedientię disce, ne ad te dicatur, quod Moyses filiis Leui ait. Multum erigimini filij Nume. 16. Leui, qui putatis, ac dicitis, nec mihi nec Aarō uobis obediētū esse,**

& ideo

Cypria. Ambros. & ideo

## Concio VII.

**A** Et id est extento collo ambulatis. Quia ergo superbientes contemperunt superiorum mandata, & inobedientes fuerūt,  
**Psal. 105.** ait Psaltes. Irritauerunt in castris Moysen, & Aaron sanctum Domini, aperta est terra, & deglutiuit Datan, & operuit super congregationem Abiron, & exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma combusit peccatores, & descenderunt viui in infernum, vt exemplum inobedientie inaudito supplicij genere tolleretur, & vniuersi homines pauerent inobedientiam, caputque obedientiae inclinare discerent.

**B** Tertio caput inclinat, vt illud separet à titulo, qui in Crucifixione est, quo dicitur, eum regem esse Iudeorum. Noluit, vt temporale regnum, & à Pilati manu adueniens, ei adhæreret. Quia, vt ipse ait, Regnum meum non est de hac mundo. Pericula plena sunt regna, ac principatus mundi huius. Et ideo licet in vita possideantur, optimum est consiliū, ea in morte relinquere. Licet ergo Pilatus ioco, & non serio eum regem esse dicere, ille tamē ab ea tabula caput amouet, vt moriatur. Sic etiam David regnum tradidit Salomonis adhuc viuentis, & multi incliti principes id præstiterent. Ea re omnes decemur, vanitatem mundi in vita fugiendam quidem esse sed in morte præcipue. Tunc enim ostenditur homini, **3. Reg. 1.** quod puluis sit, Quid ergo tu superbi terra, & cenis? quid magnus apparere vis, cum vermis es tradendus? cum putredini dicas, mater mea es, & soror mea vermis? Sed eo usque hominum superbìa ascendit, vt etiam in morte, cum caput inclinare debuissent, illud erigunt, & Mausolea sibi conficiantur, & honores amplissimos defiri. **Eccle. 110.** Hoc vero sibi ingratum ostendit Deus per Isaiam, ad quem ait. Haec dicit Dominus Deus exercituum, uade ingressere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic es aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulacione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiostam, ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua, & ignominia domus Domini

**C** **Ibai. 22.** Hoc vero sibi ingratum ostendit Deus per Isaiam, ad quem ait. Haec dicit Dominus Deus exercituum, uade ingressere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic es aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulacione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiostam, ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua, & ignominia domus Domini tui,

A tui, & expellam te de statione tua, & de mynisterio tuo de ponam te.  
 In qua verba Hieronymus ait. Hunc Sobnam fuisse sum-  
 mun sacerdotem, qui superbus, ac tumidus fuit, & cuncta  
 superbe agebat, & sepulchrum excelsum ac per magnificū  
 sibi exerat, vt vsq; ad mortem superbia duraret. Ad quē  
 Dominus ait, transferendum in Babyloniam captiuata-  
 tem, & coronam quidem habiturum, non quam ipse op-  
 tabat, sed tribulationis, doloris, ac dejectionis, quae erit  
 gloriae currus ei. Promittit etiam, eum eiiciendū de myni-  
 sterio, & sacerdotio, ac alteri dandum. Indecens plane, &  
 omnino non conueniens est homini superbia, sed in mor-  
 te intoleranda, tunc ergo pricipue caput cum Christo in-  
 clina, deiicere, ac humiliare. Sicut enim cum per paruam  
 B ianuam intrare vis, caput inclinas, ita cum ad cæli ia-  
 nuam peruerteris in morte, oportet caput cum Christo in-  
 clinare, quia ianua illa angusta, & per exigua est, & nul-  
 lus per eam ingreditur, nisi humilis, nisi caput inclinet.

Demum caput inclinat moriturus, vt respiciat Adamū,  
 qui ibi sepultus erat, & in eo vniuersum humanum genus,  
 eique diceret, quod Paulus ait. Propter quod dicit surge, qui Ephes. 5.  
 dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Quasi di-  
 cat, tui causa, & in tui redemptionem morior, surge ergo,  
 qui dormis. Ibitunc se pultum Adamum, vel eius caput, te Orig.  
 net Origenes homil. 35. in Matthæum. Hieronymus in Hieron.  
 Epitaphio Paulæ ad Marcellam. Chrysostomus in capit. Ambros.  
 27. Matthæi. Ambrosius lib. quinto, cap. 19. Athanasius Athanasi.  
 C de Passione Domini. Epiphanius libro primo aduersus Epiphan.  
 hæreses in ultimis verbis hæresis Tatranorum. Et

libro 2. hæresi ultima. De quare plura

alibi à nobis dicta

sunt, &c.

## CONCIO



## CONCIO.

Concio in ingressu Religionis, cum Reli-  
giosus, aut Monialis habitum in-  
duit Religionis.

T H E M A.

*Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,  
induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum. Colos. 3.*

B

O M NI Homini, etiam in statu innocetie lex, ac praeceptum positum à Deo est, pluribus de causis, inter quas una est, ipsius metu hominis consolatio, & pax. Nec enim homo plenè quiescere, ac gaudere posset, cum à Deo receperisset innumera dona, si nihil haberet, in quo Deo obsequi, ac placere posset. Amor enim cōmunicare bona desiderat, & pro dilecto multa agere, quod si nihil habet, quod agat nō plenè gaudet, imo quasi vi detinetur. Hinc Augustinus in Genesim ait, Præceptum Deus primis parentibus dedit in paradiſo, non ut laqueū iniiceret, sed ut pleno gaudio in paradiſo fruerentur, quod in eis esse non posset, si nihil haberet, quo gratos se tanto benefactori ostenderent. Eadem de causa nobis mādata proponit, quasi nobis dicens, si vultis o homines dilectionem, ac gratitudinē ostendere, en mandata, in quoruī impletione ostendetis. Si diligitis me, mandata mea seruate.

A N G.

Ioan. 14.

In lege verò gratia hic amor hominis in Deū creuit, gratia crescente, ideo desiderium Deo placandi austum est, & hinc factum est, ut parum quid homini visum sit, mandata implere, & plura nosse homo cupiat, in quib⁹ Deo placeat.

Et

- A** Et hinc est illud. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Nō signif. Paulus iustum legi non obligari; sed legi non opprimit, non grauari, nō esse sub onere legis, quia nō solū legem implet, verum ei facilis appetet, & aliam, atq; aliam legem desiderat, ac sibi imponit, vt Deo gratus sit, sicut lex cum parentibus imposita, de cura, ac subuentione filiorum, mater nimium diligens filium sub illa lege non est, opera enim subventionis exequitur, non grauata lege, sed dilectione ducta, qua illa faceret, etiam si nulla lex id praecepisset. Ita Isai. ait. Et computrescat ingum à facie olei, quia eius pōdus auferetur, propter oleū charitatis. Hac ratione in lege gratiae superaddita sunt cōsilia in quibus vniuersa ea, in quibus Deo placere possumus, nobis exposita sunt, vt is, qui præcipuo amore Deum diligenter, nosset omnia, in quibus Deo nimium placere posset. Hinc Paulus, eum dixisset Colossenſium dilectionem in Deum ei distam, addit. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſamus, pro nobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali, ut ambuletis digni Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes. His vero consiliis seruatis, placet homo Deo per omnia, & fructificat in omni opere bono, sanctusque efficitur, iuxta illud Zachariae. in die illa erit, quod super frenum equi est, sanctum Domino. Eratum legem Domini significat, sicut enim freno equum regis, ac ducis protua voluntate, ac facis ut cōposito gradu incedat, ita leg: Dei instruatur homo, ut Deo pareat. Hinc Iob. Frenū posuit in os meū, qui ergo freno ducitur, iustus est, qui vero super frenum est, id est, qui supra Dei legē consilia seruat, qui amplius facit, quā præceptū ei sit, hic nō iustus solū sed & sanctus dici potest. En quo tendant Evangelica consilia, ut hominem re. Id tantum sanctum. Si ergo nosse cupis oī tu quisquis ad religionem venis, quo venias, & ad quid. Certe in scholam perfectionis venisti, vt nō sola mandata impleas, sed & cōsilia, & sanctus Domino sis. Secundo proponuntur consilia in lege Evangelica, ait Augustinus, non vt nouū nobis onus imponatur, sed potius vt iunmar ad onus mandatorum melius ferendum, sicut enim vt.

## Cum Religiosus,

vt bos onus tollat facile, currui alligatur, licet enim currus A  
onus etiam sit, de eius generis onus est, vt eo facile tolla-  
tur, ac portetur magnum onus, quod sine illo portari non  
posset. Sic etiam pennæ avis alicuius pondere sunt, licet  
parui, sed non eo pondere grauatur avis, vt incedat, ac vo-  
let, immo vero iuuatur, ita consilia licet onera videantur, sed  
adiumento maximo sunt, vt mandata facile seruentur.  
Tanta vero res æterna salus est, vt nullo modo sit in discri-  
men adducenda, sed magis, ac magis certior reddenda. Sic  
**D. Th. 2.2** intelligit Diuus Thomas de religiosis illud Isaiae. Quispe-  
ar. ult. rant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut Aquilæ  
**Isai. 40.** uolabunt, & non deficiunt. Pennas consilia vocat, quibus vo-  
lat, nec deficit. Sicut ergo rem pretiosissimam operis vela-  
mine, sic ad mandatorum conseruationem consilia ordi-  
nantur. Sicut etiam Arca Testamenti super cortinas byf-  
finas pellibus caprarum operiebatur, ita anima nostra, in  
qua Deus habitat, mandatis cooperta, consiliis opperit-  
**Prou. 31.** tur, quæ, quia aspera, & humilia sunt, per pelles caprinas si-  
gnificantur. Et sic Ecclesia non timet suis à frigoribus niuis,  
quia domestici eius uestiti sunt duplicitibus. Longè namque à  
mortali peccato est, qui mandatorum, & consiliorum ob-  
seruatione coopertus est. Sic etiam ciuitas melius muni-  
**Isai. 2.6.** tur, cum murus, & ante murale eam cingit. De quo Isaías  
ait. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus, &  
ante murale, murus mandatorum obseruatio est, ante mu-  
rale vero consiliorum, quæ saluator ostendit suis, & ideo  
ille dicitur utrumque, quia utrumque nobis contulit Euau  
gelio suo. Sicut enim is, qui arcu non bene dislento, sed re-  
missio sagittas in scopum dirigit, licet recta via scopum in-  
tendere videatur, multo tamen infra ipsum sagittæ perue-  
nient, & ideo, vt scopum attingat, opus est supra illum in-  
tendere, quia corda arcus remissa non ea in sagittas diri-  
git, ita omnino natura nostra post peccatum remissa est, ac  
debetis, & ideo si intendis in solam mandatorum obserua-  
tionem, non eam pertinges, sed plura non seruabis, vt er-  
go illa serues viuenda, superius quid intende, vt scilicet  
consilia etiam serues, sic enim fiet, vt mandata impleas,  
**Simile.** iure

**A** iure vero homo id curare debet. Sicut enim terra ( ait Theophilus) non solum ea, quæ sibi demandantur, & in ea seminantur, præstat, sed in multo plura, sic homo, non ea solum, quæ Deus præcipit, facere debet, sed & ea, quæ consulit. Et sicut fidelis seruus non ea solum facit, quæ Dominus præcipit maxima adhibita comminatione, sed illa etiam, quæ nouit ei placitura, ita Dei seruus se gerere debet, præcipue cum Deo obsequatur, qui, cù creauit hominem, non ea solū ei cōtulit, quæ omnino necessaria erat, sed plura, quæ ad delicias pertinebant. Et cù nos redemit, copiosam exhibuit redēptionē, redimē optimo quo potuit modo, & vniuerso effuso sanguine.

**B** Sed hac in re illud attendendū est, quod sicut miles arma induit, quia ad munus illius spectant: cuius vero ea induere etiā solet: cum nouit, vitā ipsius in discriminē versari maximo propter inimicorū infidias. Ita religiosi munus est, & ad eum ex officio pertinet, ea, quæ consilii sunt, seruare: secularis vero eorum plura seruare debet, cum in discriminē versatur. Sacra mentorum frequentia, iugis oratio, & spera vita ratio religiosi propria est, ea vero sibi usurpet secularis, cum videat, plura ipsi imminere pericula, plures occasiones. At vero religiosus munere, ac officio ea suscipere debet, quia miles est, & ideo vestem, ac cingulum militiæ spiritualis hodie suscipit, quo se militem profitetur. Efficit vero nunc religio, cum eo, vel ea, quæ habitum suscipit religionis, quod oīm Eliascutuī Eli-

**C** seo, quem vidit arantem in duodecimi iugis boum. Et misit pallium suum super illum, qui statim relictis bobus eucurrerit post Eliam, & ait, osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & si se sequar te. Dixitq; ei, uade, & reuertere, quod enim meū erat feci tibi. Præceperat paulo ante Deus Eliæ, ut vngereret in Propheta Eliæ, inunxit illum, non oleo, sed pallio suo in eū immisso. Magna profectio vis pallij Eliæ fuit, eo enim vngit in Propheta Eliæ, euinq; facit vniuersa relinquere, eodē pallio aquas diuidit Iordanis tum ipse, tum Eliæ, eundem reliquit Eliseo, cū raptus in celū est, & cum Eliæ pallio operuerit, ait, quod meū est, feci tibi, quasi dicat, amplius facere nō possum tibi, quā pallio meo operirete. Alio religionis pallio induitur hodie, q; religioni addicitur, & pallio ab Ecclesia benedicto,

Oo quod

3. Reg. 19.

82 Cum religiosus, aut monialis

quod est pallium Christi, nō ergo minoris virtutis erit, quām A  
pallium Elisei. Cūm hoc dat pallium Christus, dicere meritō  
potest, quod meum est feci tibi, quid enim amplius cum ho-  
mine faciat, quem in Ecclesia plantauit, & ei dicere potest. Nō  
Psal. 147. fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Quia  
verò in Ecclesia sunt plures status, ac plura loca, quoru*n*vnu*s*  
pr̄fstat alii, posuit in pr̄claro loco, in religione scilicet, & ta-  
li, ac tanta religione, in qua tot viri perfecti floruere. Religio  
Gen. 26. enim terra illa est Geraris, de qua in Genes̄ dicitur: Seuit au-  
tem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum, benedi-  
xitq; ei Dominus, & locupletatus est homo, ex ibat proficiens, atq;  
succrescens, donec magnus uehementer effectus est. In religione in B  
uenitur centuplum in ipso anno, quia promittitur nobis cen-  
tuplum eorum, quæ dimisimus, & hoc in ipso anno, quia nūc  
in pr̄senti s̄eculo id promittitur, in futuro enim vita æter-  
na, quæ infinitum est, nobis est repromissa. Optima profe-  
cto terra plaga illa est, in qua seminans centuplum colligit.  
Benedicitur etiam a Domino Isaac in terra illa, sic hodie be-  
neditus est, qui religionis habitum suscipit. Restat, ut locuple-  
tetur supra modum, & magnus uehementer efficiatur, dum C  
proficiens de virtute in virtutem, crescit uehementer. Id enim  
omni religioso attendēdum est, quod statum suscipit, in quo  
tenetur crescere, & maiores progressus in virtute indies face-  
re. Pro statuum enim diuersitate diuersa pr̄cepta homini-  
bus imponuntur, pr̄ceptum ergo singulare religiosi est, vt in  
dies proficiat, quis scholam perfectionis ingressus est. An non  
merito dicet Christus: Quod meum erat, feci tibi? Nihil profe-  
cto causari religiosus poterit coram Deo, si salutē non conse-  
quatur, audiet enim, quod meum est fecit tibi. Turca causabitur,  
& dicet Deo, si in Ecclesia ego plantatus essem, fructus re-  
didisse. Sæcularis causabitur, si innumeræ occasionses pec-  
candi mihi non adessent, peccata vitasse, & nihilominus eo  
rum causatio repelletur, quia si pr̄stitissent ea, quæ potue-  
runt, salutem consequerentur. At verò religiosus quomodo  
causari poterit? Quid dicere valebit, quæ se vel inutiliter tuea-  
tur? Quicquid dixerit, audiet, quod meum erat feci tibi, cum  
te indui pallio meo.

Lap

Sed

**A** Sed mutatio ista palliorum, quæ hodie fit exterius, aliam significat interiore, quæ præcipua est, de qua Paulus in verbis in themate propositis ait. *Expoliantes uos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.* Sed quis est vetus homo, & quis nouus homo? vetus homo Adā fuit, nouus verò Christus, vetus homo peccatum est, nouus verò sanctitas. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, qualis terrenus tales & terreni, qualis cælestis tales, & cælestes. Hucusq; fuisti terrenus, superbus, inobediens, gulæ deditus, Adam primum indueras, en veterem hominem, quem exueres debes. Nunc ergo religionem ingredieris, ut quæ mundi sunt, non sapias, ut humilis, & obediens sis, ecce nouum, quem

**B** induere debes: sicut exuis tunicam veterem, & pannosam, ut nouam induas, ita exuendus es à veteri homine, & nouus tibi induendus. Si enim in ueste uili ingredi non licebat in Assueri regiam, quomodo Dei domum ingredieris in ueste vilis? Sed num vilis vestis est serica, & purpurea vestis? Hominibus quidem pretiosa apparet, sed non Deo, & Angelis eius, quibus abominatione est, sic enim cælestis magister docuit, cum dixit: *Q[uod] god altum est hominibus, obominatione est apud Deum:* & ideo his nō se induit Christus, ut oculis cælestium placeret. Exuisti ergo viles has uestes exteriores, exue vilissimas interiores, superbiam, delicias, diuitias, & quicquid mundi est à corde proiice, ut solus Deus in eo sit.

Esther. 4.

Luc. 16.

**C** Cauendum maximè religioso est, ne intra religionem induiatur in ueste peregrina. Quid obsecro dices, si virū religiosum inhabitu sæculari inuenires? An non illa vestis peregrina religiosis est; sed illa exterior est, & ideo minus attendenda. Illa omnino vestis peregrina est, qua indutus homo interior est superbia, iactantia, terrenorum cupiditate. De qua ueste Deo odibili ipse per Prophetam ait. *Eterit in die hostie Sopho. 1.* Domini, uisitabo super principes, & super filios regis, & super omnes, qui induti sunt ueste peregrina, & uisitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent dominum Domini Dei sui iniquitate, & dolo. Diem hostię dicit diem ulationis, in qua homines mactandi sunt. Tunc visitabit Dominus super principes, & filios regis, id est, super fidèles, & eos

Oo 2 præcipue,

**Cum religiosus, aut monialis**

præcipue, qui se filios Christi profitebatur, ut religiosi faciunt.

Et super eos, qui peregrinā vestem induant. Sed quæ nam peregrinā vestis? Certe quicunq; in Christo baptizati estis Christianū induistis, vt Paul. ait; & ideo ei similes esse debetis. Singulari etiā ratione religiosus Christū induit, cū habitum religionis suscepit. Cū ergo fidelis mores gentiū imitatur, cum religiosus secularibus rebus intendit, velle induunt peregrinā. Illi enim induuntur ueste peregrina, quicum religiosas uestes gestent, quibus pietate, & seculi contemptū præ se ferunt, corde tamē reuertuntur in Ægyptū, & seculares sunt verbis, & factis. Hi arroganter ingrediuntur super limen, cū enim ingressuri Dei domū pedem custodire debuerint, vt humilitate, & abiectio ne ingredieretur, superbè, & arrogâter ingrediuntur: vel his verbis notatur religiosi, qui religionē ingredientes non credunt.

**Quia** vbi nos legimus in Sophonia. Et quisita-  
bo sicut omnes qui erant in eisdem iugis.

*bo*super omne*, qui arroganter ingreditur super lumen. Verbum Hebreu*um*, quod significat ingreditur, significat etiam saliens: & ideo*

*sensus conueniens verborū illorum iuxta Hieronymum est. Visitabo super idola colentes, qui retinēt superstitionēs. P-*

Intabulū super itabū colentē, qui retinet super iūtione Pale-  
stīnōrū colentium Dagō, qui limen calcare nō audeant, sed  
illud transiliunt.

*illud transiliunt, cū ingrediuntur, de qua superstitione meminit Scriptura dicens: Caput autem Dagon, & due palmæ manuum*

*etiam ad hanc causam non calcant sacerdotes Ragon & omnes qui ingrediuntur ibi.*

tacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur templum eius super lineam Dagon in Azoto usq; in hodiernū diem. Nunc

ergo simile quid videre licet in aliquibus religiosis, qui à Deo  
vilitati sunt in die ultionis Dñi. Sicut arca deiecit Reges à le-

eo suo, ita veniens ē cēlo Christus omnia mūdana abiecit, & calceauit horrea sua, decupit illas illicet.

calcauit, homineq; docuit illa nihili pēdere, en Dagon proie  
etū super limen. Quis ergo nūc limen non calcat, sed transfilit?

Certe, qui sic religionē ingreditur, ut animo non contemnatur omnia que inūdi sunt, sed transfiliat qui honorem dicit.

*Qui honorem, diuitias, ac dehtias non calcat, spernit, ac nihil ducit, hic limen transflit. Non tibi adest.*

*tati bī agendū est o religiose, ne tibi accidat, quod illico Sophonias subiungit. Et complewe domum Dñi Dei sui iniquitate.*

**Domū Dei nunc ingredieris, domū verò Dei decet sanctitudo, caue ne tu cā implas iniquitatem.**

**guilibus.**

# habitum induit religionis.

291

- A** milibus. Ne forte maledictio illa te comprehendat. In terra sa*n* Isa. 26.  
 torū iniquè gesit, non uidebit gloriam Dñi. An non terra san-  
 ctorū religio est: attende, quot protulerit sanctos, sicut enim  
 hanc dicas terrā vini, illam frumenti, illam olei: ita religionem  
 dicere poteris terrā sanctorum, qui ergo in ea iniquè agit, non  
 videbit gloriam Dñi. Sustinuerat Deus gentes in Babylone  
 habitates, cū idola colerent, sed cū translati essent in Samariā,  
 & ibi habitare cœpissent, nō timebat Dñm, & immisit in eos  
 Dñs leones, qui eos interficiebant, quoniā terram illam sin-  
 gulari ratione Deus sibi dicarat, & ideo non sustinuit in ea  
 idola colentes. Ita omnino sustinere Deus solet peccatores in  
 sæculo, diu expectare, nec statim ultiones adhibere. At verò  
**B** in religione sapissime non patitur, sed iram effundit, quia in  
 terra sanctorum iniquè agere magnum est piaculum. In ea  
 calcanda vniuersa idola sunt, & ea, quæ mundi, spernenda.
- Sed vt ea, quæ diximus, manifesta fiant, exponendū est in  
 institutū omnium religionum, & earū adiuentio unde pro-  
 cesserit. Pro cuius expositione notāda sunt verba Exodi. Cō  
 tēderat Pharao cū filiis Israēl, ne Deo sacrificia offerriēt. Sed  
 cum id perficere non posset, tandem dixit: i te, sacrificare Domi-  
 no Deo uestro in terra hac, ideo, in medio Aegypti. Respondit  
 Moyses: Non potest ita fieri, abominationes enim Aegyptiorum sa-  
 crificabimus Dño Deo nostro, quod si emactauerimus ea, quæ colunt  
 Aegypti coram eis lapidibus nos obruent. Colebant Aegyptij vt  
**C** deos tauros, arietes, capros, hæc verò Deo offerenda erant.  
 Rectè ergo Moyses ait, si coram Aegyptiis deos eorū immo-  
 lamus, lapidibus obruemur. ideo ab Aegypto recedendū no-  
 bis est itinere trium dierū, vt hæc liberè sacrificare possimus.  
 Ecce fundamentum, ac institutum omnī religionum, vellet  
 quidem dæmon à Dei sacrificio homines auocare, sed cū id  
 non valet, suadet, vt in sæculo maneant, & ibi Deo inferuiāt:  
 sed id planè difficile est, licet enim aliqua ratione Deo serui-  
 re facile sit, tamen perfectam sui abnegationē, & omnium re-  
 tum contemptū in sæculari vita admodum difficile est conse-  
 qui. Ad hoc enim offerēda Deo sunt ea, quæ mundus vt deos  
 colit. Relinquēdus enim est honor, diuitia, delitiae, potentia-  
 tus, en mundi deos, quos si mactare volueris in mundo, lapi-

4. Reg. 17

Exod. 3.

## Cum religiosus, aut monialis

dibus obrueris. Vis hoc tibi manifesta experientia ostendis? A  
Attende hominē, qui illatam sibi iniuriam vlcisci nō vult, sed  
inimico reconciliari, vt Deo obsequatur, videbis statim pro-  
pinquos, ac amicos ad cū accedere, & dicere, vbi honor tuus?  
nescis honorē maximī ducendum, quomodo illū maestabis?  
quid nam hoc? Certè Aegyptij sunt honorē vt Deum colen-  
tes, & idēo lapidibus obruere volunt eum, qui illū maestat. Id  
ipsum videre licet, si aliquis honores, potestates, & quæ alta  
sunt mudi, fugiat, statim enim mundani accedunt, vt deorum  
suorū interitum vitēt, & ea sacrificantē Deo impedian. Deii-

1. Reg. 15. Attende Dagon ab arca, sed sui eum erigunt, & in pristino loco  
Dani. 14. collocant. Et Daniel in lacū leonum mittitur, quia draconem  
interfecit. Nō securē draco in Babylone occiditur, nō securē B

Dagon in Philisthae proiicitur, nō securē in Aegypto Deo  
sacrificatur, nec securē in mundo perfectio acquiritur, quia

1. Iean. 5. totus mundus in maligno positus est. Quid ergo faciendum? Viā  
triū dierum ibimus in solitudinem. Solitudo religio est, vbi  
delitiae mudi non sunt, vbi horrida apparent omnia, cū para-  
disus Dei in ea sit, cum dulcissimū manna, in hanc verò solitu-  
dinem itinere triū dierum venitur, quia tribus votis emissis in  
religionē ingreditur homo. Nunc quidē hæc non voulisti, pro  
posuisti tamen in corde seruare obedientiam, castitatem, pau-  
pertatē, hic liberē poteris Deo sacrificare vniuersa, quæ vo-  
lueris nullo impediente, nec enim honor, diuitiae, aut delitiae,  
vt dij hic habentur, non hic Aegyptij tibi impedimento erūt. C

Felix planè desertum, in quo Deo sacrificare possumus, hoc  
desertū ponit Deus in delicias, cum in eo melliflui sancti sunt  
cæli.

Maximū profectō religioso collatū beneficium est, cum à  
mundo in religionē venit, & perpetua memoria hic dies reco-  
Exod. 13. lendum est. Olim dixit Moyses: Memento diei huius, in qua  
egressi es de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu for-  
ti eduxit nos Dñs. Nunc verò potiori iure dicemus ei, quem à  
seculi vanitate Deus educit ad religionis lumen. Memento  
diei huius, in quo egredieris ab Aegypti tenebris, à seruitute  
mundi dura, quoniam Dei manus fortis te eripuit de potesta-  
te tenebrarū, & transtulit in regnū filij dilectionis suarū. Nota  
ergo

**A** ergo hūc diē, & eum numera meliore lapillo, fœlix enim tibi est. Si enim fœlicem diem sibi eū homo dicit, in quo à rege vocatur, vt in domo eius ei ministret, an non fœlicissimus is erit, quoad Dei domū vocaris, vt ei ministres? Melior est dies *Psalmus 83.* una in atriis tuis super millia. Et Elegi abieclus esse in domo Dei *Psalmus 83.* mīci, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Ne ergo tu parū ducas, quod David tantifecit. Audi Moysēm Leuitis loquentem. Audite filij Leui. Num parum uobis est, quod separauerit nos Deus Israël ab omni populo, & iunxit sibi, ut seruaretis ei in cultu tabernaculi, & ministraretis ei? Ne ergo putas parum esse, quod te separauerit Deus ad obsequium suum, sed illud magni facito, & gratum te exhibere cura.

**B** Nec tamen ideo putas negotium iam perfectū. Nec enim diues est, qui inter diuites, & in terra vberi est, sed qui sibi diuitias acquisiuit. Cum religionem ingredieris in terram vberem, ac diuitem venisti, sed diues eris, cum perfectionem acquisieris tibi. Non quia inter bonos versaris, ideo bonus es tu. Audi dicentem. Duo erunt in lecto uno, & unus affamat, & unus relinquitur. Contingit enim nunc religiosis pluribus, qui in eadē domo, choroq; versantur, quod accidit lineis, quæ ex centro procedunt: in centro simul sunt omnes, cum inde procedere incipiunt, parum vna ab alia distat, sed cum parum processerint, magis distant, & si ad cælum usque illas protrahas in immensum distabunt. Ita nunc plures religiosi vna domo continentur tanquam centro, simul sunt, & simul contunduntur, sed vitam diuerso modo instituant: hic enim ad ea, quæ regula præcipit, promptè procedit, ille vero procedit, sed tardius, hic attentior orationi, ille minus attentus, ecce lineas procedentes, & parum quidem distincte videntur, quia eadem hic agit, quæ ille, sed post annorum curriculum hunc videbis perfectum virum euasisse, illum vero secus.

**C** Et cum in cælum ventum fuerit, distabunt in immensum. Ideò curandum tibi est, feruenter cuncta agere, operi intendere, saluti animæ tua serio, ac fortiter operam dare, &c.

*Num. 16.**Matthew. 24.**Simile.*

## C O N C I O.

In professione religiosi, vel cū sacrum  
velum suscipit monialis.

### T H E M A.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi  
eius, in atriis domus Domini.



O V V M In Dei Ecclesia non est, sed antiquissimum, quod aliqui à vulgo hominum recedant, & strictiorem vitæ rationem teneant. Etiam in lege scripta aliquæ virgines erant in templo, ut Deo liberius vacarent, quarum erat habitatio inter altare, & parietem tēpli. Ita tradit Gregorius Nissenus in homilia de humana Christi generatione. Et Origene tractatu 26 in Matthæum. De his virginibus dicitur in 2. Machabæorum. Virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ob tumultum exortū ad Oniam summum sacerdotem. De eisdem virginibus dicitur in Exodo. Fecit Moses labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Hæ enim saeculi vanitate relicta specula sua Deo tradebant, quas Domini exercitum appellari multi dicunt, cuius rei fidem facit Rabbinus Abenazara in commentariis in Exodi 38. cap. Et has mulieres violabant filij Heli sacerdos, & propterea à Deo in mortem traditi sunt, non enim sustinet Deus hominem, qui sponsam eius violat, & de hac re, antiqua, ac noua exempla sunt plurima. Inter has virgines fuit virgo Maria, cum præsentata fuit in templo, ibique castitatis votum emisit. Aderit ergo illa nobis de statu hoc dictoris, qui in lege gratia perfectus fuit, & votis consummatus.

Sicut in naturalibus bonitatis suæ thesauros in omnē creaturam Deus effudit, sed alias elegit, in quas singulari liberalitate

Nisse.

Origen.

2. Mach. 3

Exod. 38.

1. Reg. 2.

# In prof. relig. vel in velo monialis. 293

- A** ralitate vsus, maiora bona effudit: ita in gratuitis diuidens sanguinis prout vult, quosdam ex hominibus elegit, in quibus superabundaret gratia. Elegit olim Israël in peculum de cunctis populis. Sic ad eos ait. *Eritis mihi peculum de cunctis populis,* & *Exod. 19.* *uos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Licet enim inter gentes aliqui Deum agnoscerent, & in lege naturę fide, ac gratia suscepta salutem consequerentur. Sed *Iacob elegit sibi Dominus, & Israël in possessionem sibi.* Ita etiam in Ecclesia nunc sit, licet enim eam omnem Deus curet, & omnibus gratiam offerat suam, sed religiones singulari ratione peculium illius sunt, & sicut viri religiosi totos se Deo tradunt, ita Deus quasi se totum illis tradit: nec enim sustinere potest magnificientissimus Deus, quod quispiam in eum diues, ac liberalis sit, quin ipse in eum magnificus sit: videbitis nunc virum, aut foemina cum Deo ita liberalem, ut se & omnia sua ei tradat, voto paupertatis vniuersa tradit temporalia, voto castitatis corpus, & eius delicias, voto obedientiae anima, & corpus, id enim professio est traditio omnimoda sui ipsius, quo homo se totum tradit Deo, similis factus holocausto, in quo vniuersum animal Deo oblatum igne absumebat in Dei honorem, nulla relicta parte sacerdoti. Explicemus nunc ea, quae religiosus, vel monialis emissis votis facit, & inde colligemus, quae erunt diuina dona, quae Deus in eum effundet. Et primum quidem probationis, & nouiciatus tempus praecessit, in quo religioso datus Deus est gustandus, vel probandus, ut ita dicam. Sic de forti muliere dicitur: *Gustauit, & uidit, quoniam bona est negotiatio eius.* Sic etiam Psaltes nos hortatur, *Gustate, & uidete, quoniam suus est Dominus.* De quibusdam etiam Paulus ait. *Gustauerunt etiam donum cælestis.* Et Petrus. *Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus.* At non immensa Dei benignitas in nos hoc est, quod se nobis prebeat gustandum? Gustauit nunc monialis nostra Deum, & dulcis ei appetet: & ideo cum eo vitam vniuersam agere disponit, quia non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium conuietus illius, ut Sapiens ait. *Quemadmodum ergo antequam sponsalia siant rata, sponsus futurus sponsam videt, & vniuersa, quae ad illam pertinent, considerat, ut videat, an ei expediens*
- Prou. 31.*  
*Psal. 33.*  
*Hebr. 6.*  
*1. Pet. 2.*
- Sap. 8.*  
*Simile.*

Oo 5 sit

## In professione Religiosi

fit illam in sponsam assumere, & id ipsum sponsa de sponso  
nosce cupit, ac curat, cu verò vterq; de compare bona nouit,  
inuicē vtriusq; consensu, & gaudio sponsalia celebrantur. Ita  
tempore nouiciatus experimentis multis adhibitis sponsus spō  
sain probauit, & fidelem expertus est, & concupiscit rex deco  
rem illius, anima si nili ratione experta est Dei delicias, & ait.

**Psal. 72.** *Mibi adh erere Deo bonum est. Cum ergo vterq; contentus sit,*  
**Cant. 2.** *nunc nuptiae celebrandæ sunt, in quibus fit mutua traditio,*  
*anima enim totam se tradit Deo, & Deus animæ, vt dicat*  
*illa. Dilectus meus mibi, & ego illi. Dominum elegisti o ani  
ma hodie, vt sit tibi sponsus, ac Deus, ipse te elegit in sponsam,*  
*vt sit tibi o nnia. An non tante sponsæ congratulari possu  
mus, cum sponsus tantus sit? Si ille rex, illa regina est, sed re  
gnum sponsi non est de hoc mundo, ita nec sponsa regnum*  
*de hoc mundo est. Optima profecto elec<sup>tio</sup>, qua Deus eligi  
tur, quia beatus populus, cuius Dominus Deus eius.*

Sed iam mutuan traditionem, quæ in hac desponsatione  
fit, videamus. An i na se totam Deo tradit tribus votis emissis,  
paupertatis, castitatis, & obedientie.

De paupertate primū dicamus. Primum perfectionis līmē  
illud est, quod Petrus ait. *Ecce nos reliquimus omnis, & sequenti  
sumus te. Sed cur omnia relinquenda?* Respōdet D. Thomas,  
quasi in vno extremo Deus est, & in altero mundus, & om  
nia quæ in eo sunt, licet enim re h ec ita non sunt, tamen respe  
ctu anime ita se res habet, quo ergo magis homo à tempora  
libus recedit, eo magis ad Deum accedit, quo magis se tem  
poralibus vacuauerit, eo magis spiritualibus implebitur. Vn  
de Paulus ait. *Altissimæ paupertas eorum abundavit in diuitias*  
*simplicitatis eorum. Diuitias spirituales vocat simplicitatis di  
uitias, quia illis fit homo simplex, & rectus, vt Ioberat. Deo*

**2. Cor. 8.** *que magis in hærens unus fit spiritus. Quam vero necessaria  
si paupertas religiosis ostendit Augustinus serm. 40, ad fra  
tres in extremo tom. 10. dicens: O fratres attendite, quantū sit  
impedimentum, quām graue dispendium inferat sancte reli  
gioni superfluitas, & abundantia reruin, quo. Il longè magis le  
gitimus in libro nostræ conscientiæ, quām possumus explica  
re sermonibus. Comes enim diuitiarum superbia, & luxuria*  
*est.*

- A** est. Amemus ergo fratres summam Christi, & Apostolorum paupertatem, ne in nostra sancta religione mutetur color optimus, & dispergantur lapides sanctuarij nostri. Hanc verò viam paupertatis voluntariae hominibus ignotā docuit Christus verbo, & exemplo. Ante Christū via hæc nota non fuit, tractabat enim Deus iustos legis tanquam pueros, & sub legge erant, vt sub pædagogo tanquam pueri, & sic ad eos siebant promissiones terrenorum bonorum. *Si audieritis me, bona terra Isa. 1. comedetis*, ait Isai. Et cum benedicerentur filii dicebatur. *Det Genes. tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, uini, & olei.* Nihilominus vestigium Euangelicæ paupertatis fuit in Rechabitis, quibus Iodab præcepit domos non habere, sementem non serere, & vineas non plantare. At veniēs in mundum Christus, eō venit, vt bona cælestia ostenderet immensa, & temporalia nihil esse, & ideo ea ille reliquit, & pauperem vitam duxit. Vnde Paulus. *Sicut enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cū esset dives, ut illius inopia uos diuines essetis.* Verbo verò paupertatem docuit, cum ait. *Si sis perfectus esse, uade, uende omnia que habes, da pauperibus, & sequere me.* Præstiterunt id Apostoli dicentes. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et votum paupertatis emiserunt, vt ait diuus Thomas, quia in statu fuerunt pauperes. Et initio nascentis Ecclesiæ vniuersi fideles pauperes erant, vniuersa enim vendebant, & pretium affabant ad pedes Apostolorum, vt Lucas ait. Et hac ratio= *Acto. 4.* ne, ait Basilius morte panitos fuisse Ananiam, & Saphiram, quia votum emiserant paupertatis, contra quod peccauerunt, partem substantiæ retinentes. Postea verò numero fidelium crescente, non potuit paupertas in omnibus conseruari, & mansit in religiosis, qui de perfectionis culmine attingendo contendunt. Augustinus in epistola ad Paulinum refert, Cratem Thebanum Philosophum dicente, Neminem rectè philosophari posse, nisi pauper es. Multo minus viam perfectionis currere. *Omnis enim, qui in agone contendit, ab omniibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipient, nos autem incorruemus.* Nec verò huic paupertati obest, quod dominus, & communitas redditus annuos

## In professione religiosi,

annuos possideant, dum singuli religiosi nihil habeant. Ecce A ergo, quomodo cum Apostolis omnia relinquat, qui nunc vovet paupertatem. Sicut enim illi dixerunt. Ecc nos reliquimus omnia, ita id ipsum voto paupertatis dicitur. Caudendum vero ei est, qui professionem emittit, ne qui maxima relinquat, minima retineat, & qui diutias mundi contempsit, minimis rebus afficiatur, quibus à perfectione impeditiatur. Ad quosdā Paulus ait. Currebatis bene, quis uos impediuit? Currit quidem religiosus bene, cum mundum relinquat, cū ad perfectionem properat. Sed cum eō non peruenit, ab aliquo certe impeditur, quid nā ergo hoc est, quod te impedit? An non ve*re* recundum est, neniis detineri, qui maxima reliquit in seculo? Si viam mandatorum ingredientem Angelī contemplātur ē B cælo, & gaudent eo inspecto, qui viam mandatorum currere incipit, an non viam consiliorum ingredientem inspicient cū gaudio? Certè is dicere potest: Spectaculum facti sumus Angelis, et hominibus. Attende ergo quomodo curras, vniuersa enim curia cælestis te inspicit, & caue, ne oculus cælestiū despicendus appareas, dum vident, in nihilo te immorari, ac rebus vilissimis cui sum tuum impediri. Abiice ergo à te vniuersa, quibus affectus tuus inhæret, vt liberè ad Deum volet. Vt is pauper Christi esse? vis ei similis inueniri? quam ergo curam secularis ponit in eo, vt diues sit, ac appareat, vt omnia, quæ ad illum pertinent, pretiosa, & culta videantur, eam tu adhibe, vt pauper sis, & omnia tua paupertatem redoleant, vestitus sit pauperis, & vniuersa, quæ in cella tua sunt, & vsui tuo deseruiunt, vilia sunt, & nullius pretij. Ea ergo sola ex hoc mundo sume, quæ omnino necessaria sunt, reliqua contemne. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Et vt pauper omnino sis, cura, vt aliqua tibi de sint, sic enim pauper eris, qui enim paupertatem vovit, & nihil ei deesse patitur, irridet votum suum, & ditissimus ille pauper est.

Matth. 19. 11. Tim. 6. Luc. 18. Ut verò paupertati afficiaris, attendenda est diuina promissio. Centuplum accipiet. Addit verò alter Euangelista: Nunc in hoc tempore. Audis aliquando carnem sic suadentem, si hæc, & illa auferas, si omnia relinquas, miseram vitam duces,

**A**duces, quid enim extrema paupertate miserius? Tristis ergo, miser, ac ærumnosus eris. Audi ergo Christum diuīsum suadentem. Centuplum accipiet, nunc in præsentis seculo. Noli cogitare, amittere te ea, quæ Christicausa relinquis, non perdis, sed serinas, sicut ergo seminans perdere videtur frumentū, sed non ita est, immo multiplicat, ita cum Dei causa aliqua relinquis, non amittis, sed multiplicas, seminasti in terra optima, recipies centies tantum. Ne ergo timeas relinquere, non enim relinquis, sed seminas. Sed dicit milius quispiam, reliqui ego Dei causa mille aureos numos: ubi nunc sunt centum millia, quæ mihi promittuntur? Respondet Hierony- Hierony-  
**B**mus. Dantur tibi bona spiritualia, quæ centies tantum sunt, & millies tātum. Sed Augustinus aliter exponit, quia Mar- August.  
 cus expresse ait, centuplum hoc, non solum in spiritualibus dari, sed etiam in temporalibus. Et ideo ait centuplum dari, Mar. 10.  
 hoc quo nunc dicam modo. Reliquisti mille aureos numos, volo tibi dare centum mille. Sed prius à te quæro, ad quid vis tibi hos numos? Dices certè, quia eis habitis tranquillam vitam, dulcem, & voluptatis plenam ducam. Sed te vrgeo, si hanc pacem, dulcedinem, ac voluptatem, quam tibi daturi essent hi numi, ego tibi sine eis darem, an non centum mille aureos numos dedi? Dices, dedisti certè, quoniam ego numos nolebam, nisi hac de causa, ac fine, quem si assequutus fuero sine illis, illos me receperisse dicam. Hoc ergo pacto **C**centuplum à Christo datur in hoc tempore, quia centuplum pacis, gaudij, & delectationis tribuit his, qui eius causa aliquid reliquerunt, quām habituri essent. Hoc verò facili experientia tibi ostendam. Concupiscis rem aliquam mundi huius non necessariam, qua accepta delectareris, abnegas te ipsum, mortifica appetitum, & illam Dei causa relinquere, & delectationem, quam ex illa capere potueras. Sed statim consule cor tuum, ac videbis, multo amplius tibi datum à Deo giudium esse, quia gaudio pro eo carere voluisti, quām tibi dedisset res concupita, si ea fruereris, ecce cen-  
 tuplum.

Sed obiicit milius quispiam. Ego multa in seculo reliqui, nec ta- sum,  
 mē centuplū recepi in hoc gaudio, ac delectatione, quoniam tristis

## In professione Religiosi,

sum, & delectationis spiritus expers, vbi ergo centuplum est? A  
Illud vnum tibi respondere possum. Christus promisit centuplum, & cælum, & terra transibunt, verba vero eius non transibunt. Tu dicas, non video hoc centuplum, cui ergo credemus? Sed forsitan vtrunq; conciliare possumus. Christus enim promisit centuplum relinquētibus, vide ergo an tu dimiseris, vel potius commutaberis. Est enim omnino dimittere, & est commutare, quod aliqua ratione videtur esse dimittere, sed non est. Si quis in sæculo dimisit honores, voluptates, diuitias, & in religione quærerit primum locum, præcipuum munus, delectationes vanas, colloquia inutilia, & omnium rerum copiam: hic nō dimisit honores, voluptates, ac diuitias, sed commutauit, & ea ipsa in religione quærerit, quæ in sæculo quærebat, licet aliis in rebus quærat. Non ergo hic reliquit, sed commutauit, & ideo centuplum ei non datur. Datu mihi religiosum, qui verè pronunciare possit. Ecce nos reliquimus omnia. Qui omnino reliquit honores, delitias, ac diuitias, & quæ ab illo, an centuplum accepit gaudij, & omnino dicet, se accepisse. Certum enim est, consolatione diuina cum impleri, qui ab humanis cōsolationibus cor abstrahit. Et ideo relinquens dicendus non est reliquisse, sed in melius commutasse. Putant hi, qui mundi vanitatibus inferuiunt, optima quæq; sua esse, putant se flores colligere, & simila farinæ satiare, ac vino potari, cum tamen foeces solas habeant, & furfureum panem manducent. In captiuitatem Babyloniam transtulit Nabuzardan regis iussu omnes diuites plebis, pauperes vero reliquit in Hierusalem. Diuites ergo in Babylone, id est, cōfusione sunt, pauperes vero in Hierusalem, quod est, visio pacis. Delectari vult diues in creaturis, & paruam delectationem capere potest, delectatur pauper in Deo, & maximè delectatur. Nec mirum, cum causa delectationis adeò inæqualis sit. Rectè Psaltes ait. *Tibi derelictus est pauper.* Deo adhæret pauper, cuius refugium Deus factus est. Sicut dicere soles, feci, ut filius meus adhæret illi principi, ita qui omnia reliquit, quibus adhærere potuit, Deo adhæret. Mihil autem adhæret Deo bonum est. Et ideo. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Quid mirum paret Deus delitias in dulcedine ei, qui omnia

Psal. 10.

Psal. 72.

Psal. 67.

C

vel cū sacrū velum suscipit monia. 296

A omnia pro eo contempsit. Si enim nobilis homo videat aliquid, qui eius causa ab omnibus recessit, omnia reliquit, num quid non eum tuebitur, ac ei bona concedet? Quid ergo Deū facturum putas cum eo, qui omnia propter eum reliquit? Ne ergo timueris paupertatem vovere, Deus hæreditas, & substantia tua erit, Deo derelictus es, si pauper fueris.

Secundò loco de castitate nobis dicendum est, qua seruata tradit homo Deo corpus suum perfectè implens illud Pauli. Obsecro itaq; uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis cor pora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Licet verò omnis iustus id impleteat, dum opera pia corporis ministerio exerceat, & in eo plura patitur, sed præcipue castus, qui mortificat inumeros corporis appetitus, & motus. Nec solum à luxuria, & bruto appetitu arcendum corpus est ab eo, qui perfectionem assequi contendit, sed & illud implere curet, quod

Rom. 12.

præstítit regina Esther, quæ orans ad Dominum ait. Tu scis, quod nunquam lœtata sit ancilla tua, ex quo hoc translata sum usque ad præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. Castitas enim animæ religiosæ eo peruenire debet, vt in alio nō lœtetur, nisi in sposo suo. Multa profectò habuit regina Esther, in quibus lœtari potuit, à serua enim in reginam exaltata est, diadema regni positum est super caput eius, & multis delitiis potuit abundare, sed in nullo horum illa deletabatur, nisi in Deo. Id ipsum præstítisse videtur rex David, cum ait. Renuit Psal. 76.

C consolari anima mea, memor fui Dei, et delectatus sum, qui enim in creaturis consolari renuit, in Dei memoria delectatur. Et ideo de David Sapiens ait. Sicut adeps separatus à carne, sic David à filiis Israël. Quoniam sicut adeps separabatur ab hostia, vt Deo incenderetur, ita David totum se Deo dicauerat. Si ergo diuina consolatione frui vis, omnem abiice terrenam, quam saepè in oratione non percipimus, quia plures consolationes in creaturis quæsiuimus, quas qui Deo offert, cælestes percipit, efficiturq; cū eo, quod cum Abraham, qui Isaac sacrificare Deo voluit, qui interpretatur patris risus, vel gaudium, & eum putauit illum interimendū, benedictus à Deo est, ac multiplicatus in turbas populorū. Ita qui omnē terram consolationem repellit, videtur quidem gaudiū amittere, Isaac Gen. 22.

## In professione religiosi,

re, Isaac maſtare, sed non ita fit, multiplicatum enim à Deo A illud recipit.

Vltimum votum obedientiae est, quo se totum homo Deo tradit, intellectum, voluntatem, opera vniuersa, in seruum se tradit sempiternum Deo, nolens ab eius exire domo. Exire liber poterat, qui prius seruus erat certo tempore, à lege statuto, vnde eo adueniente in libertatem asserebatur. Si vero seruus Dominum diligebat, nec libertate ei concessa vt volebat, manebat seruus sempiternus, & in eius rei signum auricula subula perforabatur. Hoc ipsum nunc religiosis viris, & foxinis accidit. Nouitatus tēpore quasi serui in domo Dei sunt, nunc verò professionis tempore in libertatem vindicantur, vt si à Dei domo recedere velint, impune possint. Sed ait B seruus fidelis, qui Dei benignitatem expertus est. Melior est dies una in atriis tuis super millia, elegi abiectus esse in domo Dei. Maneat ergo ex nunc seruus sempiterius, & in eius rei signum voto obedientiae emissio, auricula eius perforatur, vt Dei, & prælati vocem audiat. Inuritur Domini signo in professione, vt ad Deum pertinere agnoscatur: & ideo monialis velum sacrum suscipiat, quod signum est æternæ seruitutis, quo etiam velatur, ac operitur tanquam optima imago, quam velamine operimus, ne ledatur. Pulcherrimam profecto imaginem pinxit in corde, quæ Christum depinxit, nihil hac imagine pulchrius, velum ergo ei apponatur, ne puluere, aut aëre laedi possit. Obedientiae ergo voto homo se Deo tradit, & merito, vt aliquo modo ei vicem rependat, Dederat Deus homini fructus arboris sui, cum opera ab eo producta ei donauerat, sed ea re contentus Deus nō fuit, & ideo ipsam arborem integrain homini dedit, cum se ipsum tradidit nobis. Ita ergo conueniens est, vt Deo homo det non aliquos fructus arboris tantum, sed arborem ipsam. Sæcularis quidē sibi retenta arbore, se, scilicet, & propria sua voluntate, opera aliqua Deo grata præstat, sui tamen iuris manere vult, vt sit sui Dominus. At vero religiosus, non contentus donasse fructus, arborem ipsam tradit, dum se omnino tradit. Hoc vero maximè Deo placet, cui nihil est gratius homine. Sed forsitan quis dicet: Durum appetit, quod se quis tradat in seruitutem, & suis

- A & suiamittat possessionem, vt Deo se det. Audi reī mirā, tunc plenē te possides, cum te Deo tradis possidendum, & quod Deo non tradis, non possides, sed ty ranni, & ini- mici tui possident. Audi Isaiam. Possederunt nos omni abs- *Isai. 26.*  
que te, tantum inuocetur nomen tuum super nos. Cum enim Deus nulla re indigēat nostra. Deus meus es tu, quoniam bonorū meo- *Psa. 15.*  
rum non egis, si quid ei tradis, tibi seruat, non sibi, si quid ei non tradis, alij Domini surripiunt, & perit tibi. Accepit Ioseph numos à fratribus pro frumento, sed numos cum *Genes. 42.*  
frumento in fassis eorum reponit, nec enim indigebat eo-  
rum pecunia, licet eis frumentum vendiderit. Ita vendere quidem Deus videtur dona sua, ac gloriam, cum à nobis  
preium exigit bonorum operum, sed opera illa tibi seruā-  
tur, non Deo, quid enim prodeit Deo, si iustus fueris, tibi *Iob. 22:*  
prodes, qui sapiunt, sibi commendant non Deo. Sicut ergo vniuersa bona opera, quæ Deo tradimus, nobis seruat, ita cum nos ipsos ei tradimus, nos, non sibi, sed nobis seruat.  
Hoc ergo religiosus agat, vt sicut lutum est in manu figuli,  
vt illud efformet, vt ei placuerit, ita religiosus in Lc 1, &  
prælati manibus se det efformandum: dicat que cum Pau- *Acto. 9.*  
lo: Domine, quid me uis facere.

Resignatio plena exigitur à religioso in prælati mani-  
bus, vt sic nihil sui seruet sibi, sed se totum Deo tradat. Si  
forsan aliqua in re resignatus, vt sic loquar, non es, ea in re  
te Deo non dedisti, & hoc est quod pefectionem impedit  
tuam, quia non te totum Deo tradis, nec audes, te in illum  
C proicere, sed aliquid tibi seruas, vt Ananias, & Saphira,  
illud quidem furatum à te crede, quod Deo non permile-  
ris. Restitue ergo, si quid de te furatus es. Vota tua Do-  
mino redde in conspectu omni populis eius, coram om-  
nibus confiterete Dei seruum, & eius sūcipe characterē,  
coram omni verò populo vota offerre debes, vt dicas cum  
Paulo: Non enim erubeo Euangeliū. Nam qui erubuerit me *Rom. 1.*  
coram hominibus, erubescam & ego eum coram patre meo,  
qui verò confessus fuerit me coram hominibus, confitebor  
& ego eum coram Patre meo.

Vidimus eximiam hominis liberalitatem in Deum, ex

pp qua

# Concio I. ad Religiosos

qua facile colliges, quanta Deus magnificentia vtatur in A  
eum, qui in Deum diues, ac liberalis est. Magnificauit Dñs sa  
*Psal. 103.* cere cum eis, magnificauit Dominus facere nobiscum, ait Psaltes:  
*Izai. 12.* & iterum. Cantate Domino, quoniam magnifice fecit. Qui enim  
calicem aquæ frigidæ æterna corona munerat, qua obse-  
cro remuneratione ingentia dona munerauit? Concedit  
ergo profidenti primum remissionem omnium peccato-  
rum sicut in baptismo, quia omnem peccatum delet pce B  
nam, dummodo in gratia Dei professio emittatur, vt Di-  
uus Thomas assertit. Deinde gratiæ dona concedit, ac ani-  
mam ornat ut sponsam miris donis, ac gratiis, sicut ornata  
est Esther in despositionis diem, hunc enim diem nunc  
actum vidimus, &c.



## C O N C I O .

Ad Religiosos, qua ostenditur, optimus religio-  
nis status, & quomodo propria regula seruanda cuique  
religioso est, ut perfectionem consequatur, & spi-  
ritu ferioris ei incumbendum.

Per nec essaria Concio ista est concionatori, cū ab eo exi-  
gitur Concio ad religiosas personas habenda.

## T H E M A .

Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia  
legum illius est, custoditio autem legum consumma-  
tio est incorruptionis, incorruptio autem facit,  
esse proximum Deo. Ecclesiastici. 6. c.

**T**RIA nobis tractanda sunt. Primum de Dei in nos col- C  
lata gratia, cum in religionem vocauit, ac duxit. Se-  
cundum,

## De optimo Religionis statū. 298

A cundum de diuersitate religionum, & quomodo propria regula cuique sit via ad perfectionem. Tertium de seruō, ac spiritu, quo in regulā obseruatione nobis insistendum est.

De primō. Certè non adeò timendum homini est, diuinis carere beneficiis, quā acceptis mālē vti, & ingratus inueniri. Eius enim, quod non acceptum, ratio à nobis noti exigitur. At vero cui multum datum est, multum etiam queretur ab eo. Iacob ait. Minor sum cunctis miserationibus tuis, quia licet homo vniuersa præstet, quā potest, respondere plenē non potest diuinis muneribus, & ideo se minorem fateri debet miserationibus Dei, sed aliud est, minorē esse, & aliud nullam inueniri. Hoc vero est, quod timere debeamus. Inter

B eos vero, qui maxima à Deo munera receperūt, cui dubiū, religiosum esse? Eum in domum suam Deus duxit, eum ē sacerdoti vanitate eripuit, cum in abscondito faciei sue abscondit à conturbatione hominum. Eum deniq; in paradiſo suo collocavit. Imaginem, ac exemplar misericordia in nos à Deo collata in Adamo videre licet. Accepit Deus de limo terræ, ex deteriori terra partem, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viuentem, & trāstulit illum in paradisum à se plantatā ut operaretur, & custodiret illum. An non ingens beneficiū, Adæ collatum fuit. Audi ergo id ipsum tibi concessum, ac multo sublimius. Quid obsecro fuiti, cum in sacerdote versareris, vanitati mundi deditus, an non terra, & vilis ad

C modum terra eras? Audi quid primo parenti, & in eo filii dicatur: Terra es, & in terram ibis. Sicut Adam terra erat, ita & tu, quia qualis terrenus, tales & terreni, ita fuisti superbus, avarus, terrena sapiens, & deniq; qua ī in sacerdote fueris, tu inello nosti, noli vero obliuisci, quid fueris, nde enim colliges Dei in te misericordias. Sed quænam illæ? Primum, inspirauit in faciem tuam spiraculum vitae. Dixit ad te: Terræ, terra audi uerbum Domini. Sed quæ nam inter 1st inter 1st vox, & inspiratio fuit? Certè cum in corde tuo possit desiderium uelioris vitæ, cum prioris errores ostendit, cum Dei gratia præueniens facilem tibi fecit virtutis viam,

Luc. 12.  
Genes. 32.

Genes. 2.

Genes. 3.

1st inter 1st

## Concio I. ad Religiosos

Ioan. 6.

& saeculi abrenuntiationem. Inspiratio illa omnipotentis A.  
erat, quæ dat intelligentiam: Caro, & sanguis non reuelauit ti-  
bi, sed Pater, quia nemo uenit ad me, ait Christus Dominus: ni-  
si Pater, qui misit me, traxerit illum. H.ec mutatio dexteræ excelsi  
fuit. Inspiratione illa in te operante, vitam correxisti, ecce  
factus fuisti in animam viuentem, sicut Adam. Opera vite  
cæpisti exercere, sacramenta frequentasti, orationem, ac  
pia opera coluisti. Quid amplius Deus tibi præstiterit, au-  
di. Sicut transluxit Adam in paradisum, quam ipse ab ini-  
tio plantauerat, ita te Deus in religionem transluxit, illa  
vero paradiſus Dei est. Basilius ait. Sicut duplex est infer-  
nus, alter sub terra, alter super terram, cor scilicet peccato-  
ris, ita duplex est paradiſus, alter in celo, alter in corde per-  
fecti. Religio vero ait, paradiſus Dei in terra est, vbi cor B  
perticitur. Sicut enim paradiſus est locus deliciarum, ita  
religio est locus voluptatis cælestis, ibi delitia Dei cum fi-  
liis hominum, in religione animæ sunt Dei sponsæ, cum  
quibus delectatur sponsus. Videbis terræ plagam mon-  
tuosam, petrosam, aridam, inuiam, videbis alteram irri-  
guam, quæ similiſ est paradiſo voluptatis, & huius discri-  
minis ratio influentia cælestis est, quæ optima, ac beneuo-  
la hanc partem respicit. hæc terræ plaga religio est, in quâ  
meliflui facti sunt cæli, quam Dominus semper inuisit, &  
oculi eius super illam aperti sunt, vt super promissam ter-  
ram. In hanc terram adductus à Deo es, parum ne tibi hoc  
videtur: Samuel arguens Dauidem ait. Et si hæc tibi parua C  
uidentur, adiiciam tibi maiora. Quæ nam erant parua, & quæ  
maiora? Parua erant, quod de postfoetantes accepérunt eum  
in ducem populi, quod è pastore regem fecerit. Maiora  
vero erant, spiritualia dona ei concessa, quod eum Prophe-  
tam fecisset, & similia. Audi similia tibi collata beneficia, è  
peccatore te iustum fecit, porcos pæcebas, & inde te edu-  
xit in regem, vt passionibus tuis imperes tāquam rex, ideo  
Stoici iustos reges dicebant. Quod si hæc parua tibi vidē-  
tur, adiiciam maiora gratiæ dona collata, cū in ampliorem  
gratiæ te vocauit, cum in religionem duxit. Noli ergo be-  
neſicio tanto ingratus esse, sed benedic Deum cū Paulo,  
qui

a. Reg. 12.

## De optimo Religionis statu. 299

A qui ait. Cum gaudio gratias agentes Deo, & patri, quidignos nos fecit in partem soris sanctorum, in lumine, qui eripuit nos de potestate membrarum, & transstulit in regnum filij dilectionis sue. Et iterum. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Sicut vero quædam terræ, ac opida singularibus gaudent priuilegiis, ut paradisus gaudebat, ita religionis immitates, ac priuilegia maxima sunt, ait Bernardus, quia in ea homo viuit purius, cedit rarius, surgit citius, procedit cautius, quiescit securius, visitatur a Deo frequentius, purgatur celerius, moritur confidentius, remuneratur abundantius.

Positi quidem sumus in paradyso religionis, sed ut quid? Certè de Adam dicitur: Posuit illum in paradyso, Genes. 2.

B ut operaretur, & custodiret illum. Quæ verba Augustinus August. 8. de Genesi ad literam, & Diuus Thomas dupliciter D. Tho. exponunt. Primò, ut Deus operaretur in homine, eumque custodiret, cuius operatio si ab homine cessat, continuo obtemperatur, ut aëris a sole relictus, ut ergo Deus hominem elaboraret, ac perficeret media obedientia, & virtutum exercitio, ideo eum in paradyso posuit. Iuxta hunc sensum, similiter in religione Deus hominem ponit, ut hominem perficiat. Sicut tu terram colis, ita Deus hominem. Ideo Paulus ait. Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis, sicut tu scindis terram ligone, & aratro, ita Deus hominem. Sicut tu putas arbore, & inutiles ramos præscindis, ut plurimum referat fructum, ita Deus eum, qui fructum fere vult, purgat, ut fructus plus afferat, tribulatione, consolatione, inspiratione elaborat te, quia pater meus agricola est, ideo superflua resecat, & divitias aliquando tollit, quia in malum tuum eas congregaueras. Est denique homo Dei tabula, in qua ipse imaginem delineauit suam, cum eum condidit, & nunc illam perficit adhucbitis coloribus, formatu in nobis nunc Christus, vt Paulus ait. Noli ergo Deo resistere, sed te elaborari permitte. Quod vero Deo resistas ex eo manu fellum est, quod pluribus annis parum profeceris, cum tanti artificis manus te elaboret. Secundus verborum illorum sensus est, posuit Deus hominem in paradyso, ut operaretur homo,

C Galat. 2. Ita Paulus ait. Noli ergo Deo resistere, sed te elaborari permitte. Quod vero Deo resistas ex eo manu fellum est, quod pluribus annis parum profeceris, cum tanti artificis manus te elaboret. Secundus verborum illorum sensus est, posuit Deus hominem in paradyso, ut operaretur homo,

## Concio I. ad Religiosos

& custodiret paradisum, & hic est legitimus sensus, ut ex A  
Hebreis constat, quibus loco illius (illum) est gen, quod est  
semineum, & sic ad paradisum, non ad hominem referen-  
dum est. Significat ergo, hominem constitutum esse in pa-  
radiso, ut illum custodiat, ac labore suo illum magis illu-  
stret, ac ampliorem reddat, ut parta custodiat, & noua ac-  
quirat. Opus Adae sine labore fuisset, at nostrum sine labo-  
re non est. Sed quiescat nox tua à plorata, & oculi tui à lachry-  
mis: quia est merces operi tuo, scito, quod labor tuus non erit  
inanis in Domino,

Sed nunc inquires, quomodo ego paradisum excolam,  
quomodo noua gratia incrementa acquiram, cum ad hoc  
in religione venerim? Hoc est secundum, quod initio tra-  
ctandum proposuimus. Pro cuius expositione notandum. B  
Miram Dei bonitatem, ac sapientiam ea in re splendere  
maxime, quod plures creaturas condiderit, in quarum va-  
rietate vniuersi pulchritudo consistit, & diuina sapientia  
magis illustratur, quæ diuersis viis se effudit. Et hoc est,  
quod ad literam significavit Psaltes, cum ait. Cælenarrant  
gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, dies  
diei crudat uerbum, &c. Quasi dicat, cæli sua pulchritudine  
cogunt intuentes Deum laudare, & dies ex die, vel dies  
post diem, quod est discere, dies diei succedens, & nox  
nocti, scilicet, varietas temporum, & eorum, quæ in eis  
gignuntur, elicit voces Deū laudantes: Non sunt loquela, ne-  
que sermones, quorum non audiantur uoces eorum, idest, licet va-  
riæ sint lingua gentium, & hi illos non intelligent loquen-  
tes, tamen hanc creaturarum loquelandam omnes intelligi-  
gunt. Ad hunc ergo modum, quem in natura seruauit, vo-  
lens gratia suæ diuitias ostendere, non uno modo eam  
communicare voluit, sed diuersis rationibus, ac viis. Ut  
sicut diuersæ sunt in cælo mansiones, ita diuersis viis  
ad illas perueniant homines, quibus pulcherrima reddi-  
tur Dei sponsa Ecclesia, circundata varietate. Qua ratio-  
ne Paulus Ecclesiam confert humano corpori, in quo  
plura, ac diuersa sunt membra, quorum quodlibet suam  
habet figuram, ac dispositionem ab alio diuersam, nec  
huic

A huic membro dispositio, ac figura alterius conuenit.

Nunc ergo cuiusque fidelis, sed præcipue religiosi desiderium erit, nosse qua via ego multam gratiam acquiram, quæ nam est figura, ac dispositio propria, miliique conueniens, qua Deo placeam, ut mihi sanctitate in donet. Job. 38. 32.  
**Hæc** est maxima illa scientia, de qua Dominus ad Iob ait. Per quam uiam spargitur lux, diuiditur æstus super terram. Non est adeò difficile nosse, per quam viam lux, ac æstus in terram veniat, aër enim media via est, per quem venit, at difficilè est, nosse, per quam viam diuina lux, & charitas in animam descendat, ac diuina sapientia in animam veniat. De qua re Baruch ait. Non est, qui scire possit Baruc. 3.

B uias eius, neque qui intelligat semitas eius, sed qui scit universa, nouit eam, hic aliuenit omnem uiam discipline, & tradidit illam Iacob puerum suo, & Israël dilectum suo. Si ergo nosse vis viam perfectionis tuæ, qua ad te descendet diuina sapientia, interroga tu Iacobum, qui cum Deo luctatus fuit, ut benedictionem assequeretur. Interroga religionis tuae fundatorem, ille tuus est Iacob, illi tradidit Deus viam discipline tuam, illum edocat ea, quæ ad te pertinent. Fundatores quidem religionum Dei reuelatione suscepserunt ea, quæ præcipua in religione, ac regula sunt, Deo magistro illa didicerunt.

Sit ergo conclusio, quam statim rationibus confirmabimus, licet aliis alij modi procedendi coueniant ad perfectionem consequendam, mihi tamen regula religionis meæ via certa. Sicut enim manus suam habet figuram, ac dispositionem, ut perfecta sit, & perfecta erit, licet in his ab aliis differat membris, sic dispositio mea, ut perfectus sim regula mea est, qua seruata perfectus ero, licet alter diuerso modo perficiatur. Hinc in Genesi dicitur: Benedixitque Genes. 49.  
**Iacob** si gaudi filii benedictionibus propriis. Hinc in Apocalypsi Apos. 14.  
**Ioannes** vidit numerum Cytharædorum cytharizantium in Cytharis suis, non in alienis. Hinc Habacuc ait. Super eu- Hab. 2.  
 stodium meum stabo, & sigam gradum super manitionem. Hinc Num. 36.  
 in lege præceptum fuit, ut queque tribus conseruaret hereditatem suam, ne ad aliam venturæ tribum, & ideo nubebant

## Concio I. ad Religiosos

homines sœminis propriæ tribus. Hinc Sapiens: *Confide in* A  
**Eccles.** 11. *Deo, et sta in loco tuo.* Et Paulus sæpè monet, ut inuocatione,  
**1. Cor.** 1. *qua quisque vocatus est, permaneat.* Et certè qui alterius *re*  
**C. 7.** *ligionis regulam sibi amplestādam putat, velte peregrina*  
*induitur, quod Deo ingratum est, vnde ille ait Propheta:*  
**Ephes.** 4. *Visitabo super eos, qui inuidi sunt ueste peregrina.* Quibus acci-  
**Sopho.** 1. *dit illud Amos: Sicut David putauerunt se habere usq[ue] cantici,*  
**Amos.** 6. *idest, putauerunt se Psaltes esse quemadmodum David,*  
*cum tamen eis Deus id non concederit. Si ergo vis perfe-*  
*ctus esse, regulam obserua, illa tibi norma perfectionis*  
*est, non alia.* Hanc verò assertam conclusionem manife-  
stis rationibus comprobemus. Quarum illa sit prior. Ego  
vocatus à Deo sum ad hanc religionem, hanc voui Deo,  
ergo optima mea dispositio erit, si perfectè obseruero, B  
qua huius religionis sunt. Antecedens huius argumenti  
longa probatione non eget. Cum enim videam hoc factum  
innumerum me vitasse peccata, & multa opera pia præsti-  
tisse, à quo, nisi à Deo, hoc proficiisci potuit. Non huc caro,  
dæmon, aut mundus metravit, quibus bellum indixi, cum  
religionem ingressus sum. Consequentia verò manifestior  
est, cum enim à Deo expectanda sit perfectio, & gratia ple-  
nitudo, mihi verò diligentia aliqua sit præstanta, qua alia  
obsecro conuenientior, quam ea præstare, ad qua Deus me  
vocauit, qua mihi iunxit. Sicut enim is, qui à rege in mi-  
nistrū suscepimus est, vt à rege beneficia obtineat, curat, non  
aliorum ministrorum munera gerere, sed sui muneris, ac of-  
ficij opera perfectè præstare, sic enim regi placebit, ac gra-  
tus erit, ita cù te Deus in suam vocauerit domū, & tibi tale  
iunxit opus, illud perfectè obserua, & gratus ei eris.  
Quando opera regulæ tuae aliam ex se non continerē, san-  
ctitatē, preter hāc, quod à Deo præcipiuntur tibi, fatis hoc  
**3. Reg.** 20. *effet, vt tibi sanctissima.* Sic enim. **3. Reg.** habetur. *Vir qui-*  
*dam de filiis Prophatarum dixit ad socrum suum in sermone Lompi-*  
*ni, percutie me. At ille noluit percutere, cui ait, quia nolisti audire*  
*voce Domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo, & ita faciū*  
*et, quia quando Deus præcipit ferire, vel occidere, illud*  
*sanc̄issimum est, non parcere, vt putauit Saul.* Cum ergo  
in his,

## De optimo Religionis statu. 301

A in his, quæ regula præcipit, sit Dei voluntas, & alia ex parte sanctitas tenta, quæ obsecro gratia dona non obtinebit, quicquid illa, ut pars est, præstiterit?

Quia in re illud nobis maximè aduentendum est, nō sanguinem nostram sanctitatem, ac perfectionem esse in rebus aliis ab his, quas præ manibus habemus. Putant aliqui sanctitatem suam præcipue in eo sitam esse, si martyria perferant, si antiquorum eremitarum vita rationem asperriam ducant, si in Indos ultimos eant. Nequaquam in his, solum, quæ nobis difficultia sunt, sanctitas nostra à Deo sita est, sed potius in his, quæ præ manibus habemus, quæ regula nostra sunt, quæ quotidie gerimus. Quia in re illud nunc diceretibi possum, quod olim Deus populo suo di-

B xit: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul possum, nec in celos sum, ut possis dicere, quis nos strum ualeat ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere complebamus? Neque trans mare possum, ut cauteris, & dicas, quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire, & facere, quod præceptum est, sed iuxta te est sermo ualde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Ita certè philosophandum est de his, quæ ad perfectionem pertinent, non enim posuit Deus perfectio nem nostram in Indis, non supra cælum, non longè, sed in his rebus est, quas gerimus, si ergo ea, quæ agis, spiritu agas, si consideratione, & Deo placendi desiderio, in his tuam inuenies sanctitatem: Huius vero rei argumentum est

C maiestatum, & ratio conuenientia. Quoniam Deus vult me sanctum esse, atq; perfectum. Hæc enim est uoluntas Dei sanctificatio nostra. Et ego ueni, ut uitam habeant, & ut abundantius habent, ait Christus Dominus. Ipse ergo qui à me exigit, ut Ioh. 10. perfectus sim, media mihi præstabit, ad id assequendum, alias enim inordinate præcipieret finem, cum media daret. Sed mihi alia media non tribuit, nisi ea opera, quæ præ manib' n' ihi sunt, nec enim martyria offert, nec in Indos mittit, ergo si rectè me geram in his, sanctus ero. Sed ait, parua sunt hæc opera, quomodo rem tantam, qualis est perfeccio, ac sanctitas attingere poterunt? Respondeo, parua

# Concio I. ad Religiosos

quidem si exterioribus oculis consideretur: at magna sunt, A  
& magnam virtutē continent, si recte inspiciatur. Sed unde  
de magnitudo? Certe, quia cū opera obediēt̄ sint, mihi à  
Deo ordinata, instrumenta sunt Dei ad perfectionē meā, &c  
agunt tanquā Dei instrumenta supra id, quod natura sua  
possent. An non cēlum generat viuētia, cum ipsum non vi  
uens sit, & ideo imperfectius, quia est instrumentum intel  
ligentia, à qua mouentur? An non calor, cum accidens, ge  
nerat carnem, quē est substantia, quia instrumentum est  
animē? Ita ergo minima opera, cū ea Deus accipit ut in  
strumenta sanctitatem operantur. Gregorius Nissenus in  
vita Basilius ait. Aquam, & parem Elia ministratum ab An  
gelo vim habuisse alendi ipsum per quadraginta dies, quia  
ab Angelo fuit ministratus, ita omnino opera obedientiae B  
vim habent alendi animam, ac eam perficiendi, licet mini  
ma sint, quia à Deo ministrata. Aliam etiam ratione dicā  
mus, ex qua colligitur magnitudo eorum, quae obedien  
tia præcipit, licet parva videatur. Et ea est, quod opus illud  
tunc maxime Deo placet, nihilq; tūc Deo gratia facere po  
test obediēs, quā id, quod obediētia præcipit. Ministrant  
duo regi, & alter minora præstūs obsequia multa beneficia  
recipit, quia gratus est regi, & grata eius opera sunt. Alter  
vero cēt plura, ac maiora præstet obsequia, regi non pla  
cket, & ideo ab eo recipit nihil. Sicut ergo obsequia pensan  
tur humana, nō ex magnitudine, sed ex gratitudine, ut ita  
dicā, ex hoc, ut grata sint principi, multo magis cum Deo  
idest, quod minima obsequia magna sunt, si ei placent, & C  
magna pro eis tribuit. Maxima nihil sunt, si ei non placet.  
Cum ergo sanctitas à Deo expectanda sit, cogita quomodo  
placeas Deo. Sic Pau. Virgo cogitat, que Dñi sunt, quā modō  
placeat Deo. Si nūc illi martyres pro Christo mortem oppre  
serent, & eo velles ire, ut martyris sis. Deus verò diceret, no  
lo, ut martyris, sed nunc comedere, & epulare, ubi tunc ob  
secro sanctitas tua esset? Certe in coniuio, non in martyrio,  
quia Dei voluntas in coniuio est. Cum ergo ea tempore, quo  
obediētia aliud præcipit, illud opus gratissimum Deo  
sit, nec aliud gratus sit, ibi perfectio, ac sanctitas tua  
est.

## De optimo Religionis statu. 302

A est , nec paruum censendum est , quo d' Deo placet.

Secunda ratio , qua idem probatur , est . Si diuina gratia , & habitus infusi homini darentur absolute , & sine dependen-  
tia à divino auxilio , & Dei manutenetia , optimè se homo  
haberet , in quibusq; virtutū actibus exerceret eos . At ve-  
rò nō sic res se habet , quia sicut puer cūscribere incipit , li-  
cet calamū manu teneat , indiget manutenetia magistri qui  
manu sua super manū pueri i nposita , eā ducit , ac regit , vt  
scr ibat , ita habitus nobis cōcessi v t recte operetur , indiget  
divino auxilio , ac manu teatentia . Et hac ratione gratia fa-  
ciam torum disti gūtur , ac diversificantur , cū eiusdē natu-  
r.e omnes sint , diciunt enim per bapt̄ini gratia regenera-  
ti homi . ē per gratiam confirmationis roborari in fide , per

B gratiā Eucharistiæ nutrirī , &c. non quia gratia diversè na-  
ture sit , sed quia Deus cōserens gratiā in hoc , vel illo sacra-  
mento , dat simul singulare auxiliū ad hęc , vel illa opera , &  
ideo gratia dicitur determinata ad illa . Ita nūc omnib⁹ reli-  
giosis gratiā Deus p̄ebet , sed cuiq; dat auxiliū ad munera  
regule luę obeunda , & ideo cū illis incūbit , mira operatur ,  
propter Dei singulare auxilium , in quo p̄cipue si cēdum  
est viro religioso , cum opera religionis luę exerceat , in qui-  
bus licet difficultia occurrant , timere non debet , quia in eis  
Deus ei adest . Si verò à muniberis regule suę recedat , &  
aliis incumbat , amittit Dei auxilium , & ideo gratię vires ,  
facileq; corrueat . Hinc accedit , vt Eremitę santissimi positi  
in ciuitate faciē prolaberentur , & alij religiosi , quibus ex

C instituto conuenit , cum proximis conuersari , in mediis oc-  
casionebus purissimi euadant , non quia hi sanctiores illis ,  
sed quia illi gratiam receperant eremiticam , & hi ciuicam ,  
& minor gratia stat , vbi maxima corrut propter Dei  
auxilium . Tunc ergo perfectionem assequetur religiosus ,  
cum opera regule suę prestat , quia ibi ei adest diuina  
gratia , ac auxilium . Beatus vero homo , cuius est auxilium Psa. 8 3.  
abste ascensiones in corde suo dispositus , & profectus . Diliga-  
mus ergo disciplinam , ac regulam nostram , sic enim eam . 01. M. I  
curabimus , & eadem dilectio faciet , vt custodianus il-  
lius leges , quarum obseruatione incorrupti , & integri  
inueniamus .

## Concio II. ad Religiosos

inueniemur, & Deo similis, hoc enim significant verba in A  
Themate proposita.

Restabat tertium discutendum de feroore religiosi, de  
quo sequenti Concione agendum nobis erit.



## C O N C I O . I I .

Ad Religiosos, de feroore, quo Dei ob-  
sequio intendere debent, & propriæ  
perfectioni incumbere.

B

### T H E M A .

Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino  
seruientes, spe gaudentes, in tribulacione patien-  
tes, orationi instantes. Rom. 12.



S T E N D I M V S superiore concione Re-  
gulam propriam cuique religioso seruandam,  
ut perfectionem assequatur, nec aliorum re-  
gulam usurpandam, quia sicut ad eandem vi-  
tam animalem conseruandam diuersa ali-  
menta Deus animalibus diuersis concessit, ita ut quod vni  
cibus est, alteri sit venenum, ita ad perfectionis vitâ diuer-  
sas instituit regulas religionum, & quod vni vita est, alte-  
ri est mores. Sicut ergo in Exodo precepit Deus thymia-  
ma sibi confici sic, & sic compositum, ac addidit. Non affe-  
retis sapere eo thymiana compositionis alterius. Ita in regula cuius-  
iusque religionis ostensum est eis, qui illâ profitentur, quale  
thymiana, & cuius cōpositionis Deo offerre debeant, ea  
enim vita cōposita ex operibus à regula præceptis, thymia-  
ma est Deo gratum. Dederat Deus ignem, quo ipsi sacri-  
cia offerrentur, & quo obsata ei placebant. Nadab vero, &  
Abinigie alieno voluerunt Deo sacrificare, & perierunt.

Exod. 30.

Levit. 10.

C

Ignis

## De Feruore ipsius Religiosi. 303

- A Ignis nobis de cælo missus, quo nostra Deo offerēda sunt, regula nostra est, opera ergo nostra Deo grata erunt, si hoc igne ei offerantur, non si alieno igne, aliena regula uti voluerimus. Id verò experientia semper ostendit, hi enim, qui regulæ suæ adhaeserunt, maximos in virtute progressus semper fecerunt, hi verò, qui ab ea recesserunt, secus. Perlegat ergo religiosus regulam suam attente, & quasi viderit, non obseruari à se, curet obseruare, & perfectus vir erit.
- B Sed quia satis non est, præcipue religioso, virtutis opera præstare, nisi ea spiritu feruens præstet, hoc nobis latius nunc explicationem est. Hanc sumam miseriam experimur post peccatum, ut cum homo rationalis nature sit, atque adeo virtus ei quasi naturalis esse deberet, quia virtus secundum rectam rationem est, nihilominus tamen motus noster in virtutem quasi violentus nobis est, & necesse est, nos abnegare, ut virtutem teneamus. Hinc verò procedit, quod sicut violentus motus incipere solet concite, ac feruenter propter impellentis impetum, ut cum lapis, vel sagitta sursum proicitur, paulatim tamen motus ille remittitur, ac deficit, ita in motu ad perfectionem nobis contingere solet. Initia præclara habemus, feruore, ac spiritu incipimus, sed lastamur facile, & deficimus in via, sicut etiam viatori accidere solet. Hinc prouenit, ut quasi senescamus in spiritu, ac deficiamus. Et ideo Psaltes orat, Ne prouicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, Psal. 70:11
- C Deus ne derelinquas me. Sicut enim ex corporalibus quædam veterascunt, ut corruptibilia, quædam secus, ut cæli. Ita in spiritualibus angelii non veterascunt in operibus suis, anima vero propter corporis molem impediri solet, quasi senectute, ex quo prouenire solet, ut aliquando à Deo derelinquatur, & pereat, & ideo Psaltes orat. Ne derelinquas me in tempore senectutis. Hinc rursum prouenit, ut cum proprium religiosi sit currere in via Dei, à cursu cesset. Ambulare in Dei sæcularium est, currere vero perfectorum, ac religiosorum. Sicut enim ambulans potest simul alia agere, & curare, currens vero soli cursui attendere potest, nec enim

## Concio II. ad Religiosos

enim confabulari potest, aut aliquid operis facere. Ita saecularibus conceditur tractare, quae mundi sunt, quae significat Paulus nomine tribulationis carnis, cum ait. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, illis tamen dicit se parcere, ego itaque vobis parco, si haec curetis, ita ibi expo-

1. Cor. 7. A  
D.Thom. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, illis tamen dicit se parcere, ego itaque vobis parco, si haec curetis, ita ibi exposuit Diuus Thom. Et de nuptiis ait, Cogitat, quae mundi sunt.

Psal. 148. Religioso vero non conceditur, haec attendere, qui oratione reliquit, ut Deo liberius vacet. Sic cœcurrit David ad lo-

1. Cor. 9. cum certaminis, & ipse ait. Viam mandatorum tuorum cœcurrit, cum dilatasti cor meum. Sic etiam currendum religioso est, & ab omnibus est illi abstinentum. Nam omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, non ergo ei datur, aliis attendere rebus, quae illi officidicu[m] esse possunt. Et ideo

Prou. 4. B  
in eis impletur illud Sapientis: Currens non habebis officidicu[m]. Sicut ergo laetitiae confici solet currens, & cum velocem cursum cœperit tenere, eum remittit, ita aliquando religiosus tandem, ac torpore grauatus non cœrit, sed lento procedit gradu, non feruet spiritu, sed tepet.

Qua in re nobis contingere solet, quod Synagoga, & ipsi Ecclesia accidit. Cum Synagoga vocata Deo fuit ex Aegypto, mirabilia plura vidit, in spiritu fero[re] Deo adhæsit magna ex parte. Id etiam fecerunt Israëlitæ, dum durauerunt senes, qui illa viderant mirabilia, ut dicitur Iosue ultimo capite. Quibus vita summis teput amor Synagogæ in Deum. De qua re querellas Deus proponit per Ieremiam, dicens: Recordatus sum tui, mi-

Ios. ult. serans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tue, quando sequuta es me in deserto? &c. Quid inuenierunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongaverunt a me, & ambulauerunt post vanitatem. Verba ista Dei sunt ad Synagogam, de qua conqueritur, quia cum in initio desponsationis tempore, eum prodidit ex Aegypto, eum dilexerit feruenter, postea in eius amore defecerit. Sicut conqueretur rex, qui in sponsam accepisset vilém mulierem, à qua nimis initio dilectus esset, postea verò tantib[us] beneficiis obliuisceretur. Id ipsum Ecclesiam Christianam accidit. Cum Christus ē calo, descendit, & eam in sponsam assumpsit,

Hierem. 2. C  
proponit per Ieremiam, dicens: Recordatus sum tui, mi-

A sumpsit, ac spiritum sanctum misit, videns se in regis sponsam assumptam, quæ serua erat, nimio feroce Christum dilexit, adeo ut ebria appareret præ amore, ac de illa diceretur, Musto bi pleni sunt. Et in ea impletur benedictio Iudee. Lauabit in uino scotam suam; Genes. 49.  
Cant. 8.

in sanguine uæ pallium suum. Et illud Sponsæ: Qis dette fratrem meum suggestum ubera matris mæ, ut inueniam te fræris, & deosculer te, & iam nemo me despiciat. Et quid tu ei reddes à sponsa? Dabo tibi poculum ex vino condito, charitate te prosequar feruida, omnia virtute or-

B nata. Et ideo ipsa geriatur, introdixit me rex in cellam Cant. 11. uniarum. Ex Christi praesentia tanta bona prouenerunt. Vnde Ioel ait. Ledit uobis dolorem iustitiae, & redundabunt torcularia uino & oleo. An non vinum redundabat, cum tantus martyrum sanguis fundebatur? cum deserta colebantur? cum aspergimam vitæ rationem homines sequebantur? Cum temporalia nihil putabantur, sed ad pedes Apostolorum proiecibantur? Sed iam Ecclesia possumus dicere, quod olim Isaías Synagogæ dicit: Isai. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Hoc ipsum, quod de Syna-

goga, & Ecclesia diximus, nobis accidere solet religionem ingredientibus. Cum primum à Deo quis ad religionem vocatur, nouam ei lucem infundit, qua videt Dei in se maximam misericordiam, feruet in amore Dei, aspera subtiliter, humilia de se sentit, obediens est per omnia. Sed dein

C de procedente tempore quasi aqua tepet, & in suam reuertitur naturam, orat sine affectu, actus suos examinat cursum, effundit se in exteriora, quæ r̄t consolationes inutiles, iugum graue putat regulæ obseruationem, quæ prius ei erat dulcis, otium quærit, laborem fugit. Et qui prius à gratia ducebatur, nunc à natura ducitur, & similis fit arcui, quem corda in aliam veritatem figuram, qua sublata, in suam reuertitur. En multis religiosorum statum. Sed ait.

Primū, quod non proficit in virtute, quod maximū est malum. Sicut enim in literis efformandis, ac in scribendo non proficit, qui diu scribit, sed qui accurate, & multa diligē-

Simile!  
tia ad

## Concio II. ad Religiosos

tia adhibita attendit, quo pacto indies melius literas effor- A  
met. Sic non temporis diurnitas hominem proficere fa-  
cit, sed cura perpetua proficiendi. Hinc sit, ut post multos  
annos, quibus homo oravit, ac obediuit, non procedit vir-  
obedientia, nec dono orationis ornatur. Nec mirum. Om-  
nia etenim negotia, ac artes cura indigent, ut perfectus in  
eis euadat, qui eis incumbit: quid mirum si artis artium, &  
negotium negotiorum, quod est perfectio anima, id re-  
quirit? Nec vero malum illud, quod diximus, paruum cen-  
fendum est. Qui enim non proficit, religiosus dicendus B  
est. Status enim religiosi obligat hominem, ut crebat in  
virtute, & ad perfectionem tendat, id enim est, religiosum  
esse, à quo cum cessat, à statu suo cessare dicitur. Sicut enim  
calefactio motus est in calorem perfectum, & cum incre-  
mentum caloris non acquiritur, calefactio cessat, ita religio  
est motus ad perfectionem: cum non proficit, à religio  
ne cessas. Schola perfectionis religio est, in qua fructus ma-  
net, qui ad perfectionem non tendit. Nec ex dilectionis intel-  
ligas, omnino religiosum non esse, qui non proficit, sed in-  
tellige, non illum præstare id, ad quod religione tenetur,  
quia sicut alii status habent suas functiones ex obligatio-  
ne subeundas, ita status religiosi obligat ad proficiendum.  
Sicut ergo dicas, eum non esse iudicem, qui iniuste iudicat,  
quia id non implet, ad quod tenetur, & illum dicas, regim  
non esse, qui non gubernat, ita dicere poteris religiosum  
non esse, qui non proficit.

Secundum malum est, quod non solum non proficit, sed C

deficit, non solum ad anteriora non se extendit, sed retro  
reuertitur, non solum non acquirit nouas diuitias, sed par-  
tas amittit. Et ideo Gregorius ait. In via Dei non progre-  
di, est regredi, sed ait, licet tepidus sim, nihilominus mul-

Grego.

Proue. 18. ta bona opera præsto. Audi Deum sic dicentem in Prouer-  
biis: Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera  
dissipantis. Sententia est Arist. 2. Ethic. c. . habitus virtutis

Arist. corrumpti peractus remissos eiusdem habitus. Eadem est  
sententia D. Thomæ. 1. 2. qua st. 52. ar. 3. Et experientia  
illud manifeste ostendit. Qui enī gnauiter, & illeuenē se

D. Thom. exer-

A exercet in pictura, musica, & similibus, proficit quotidie in his artibus, qui vero segniter, quotidie magis deficit, & deterior sat artifex. Sed id manifestius in virtutum exercitiis apparet, qui enim feroens est in Dei opere, proficit manifeste in virtutum habitibus, qui vero segnis est, opera sua dissipat, ac virtutes perdit, & quotidie se experitur imbecilliores, & difficultius bona operantem.

Et quod extreum malum est, eo deuenire solet, ut omnino gratiam, ac virtutes amittat, & impletur in eo illud Pauli.

*Quod antiquatur, & senebit, prope interitum est.* Et hinc procedunt miserabiles casus religiosorum, qui multis annis Deo seruerant, quia inueterati sunt. Audi ergo illud, quod Ange-

*Hebr. 8.*

B lo Ephesi dicitur in Apocalypsi. Enumeratis multis eius bonis, ac piis operibus, subiungit Christus. Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaq; unde excideris, & age paenitentiam, & prima opera fac, sin autem uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.

Verba illa, primam charitatem reliquisti Aretas in Apo-

*Aretas.*

calypsim refert ad largitionem eleemosynarum. Sed meius Ambrosius de tempore in bonis operibus intelligit. Me- mor ergo esto, quod excideris à feroore charitatis, & age pœnitentiam, sin autem venio tibi cito, praesenti tempore vtitur, ut celeritatem significet, quasi iam fiat. Minatur vero Christus, mouere candelabrum, quod Diuus Thomas, & Ru-

*Ambros.*

C pertus intelligunt de gubernatione Episcopali, quam Deus illi auferre minatur. Certè candelabrum dignitas Episcopalis est, in qua Episcopus ponitur tanquam lucerna, vel Episco-

*D.Tho.*

pus cum dignitate sua dicitur candelabrum lucens in Ecclesia. Mouere ergo candelabrum de loco suo est, Episcopo dignitate in auferre Episcopalem, & ea, per qua lucere solebat, ut

doctrina, exempla virtutum, dona, quibus à Deo illustrabatur. Id ipsum omni religioso tepido dicitur: Multa bona

opera præstas, sed primum feroarem reliquisti: ideo illum recuperare cura, ne te Deus amoueat de loco tuo, ne exuat

te habitu religionis, ne dona sua, & gratiam à te auferat.

Inter alia, quæ de Vchemot Dominus ad Iob ait, vnum est. *Iob. 40.*

*Ecclesiæ eius præcedit egestas, quasi dicas, si sit uis, quando pro-*

*Q. q. p. 10*

## Concio II. ad Religiosos.

- pe te sit, ut eū caueas, egestas est, quæ illū proximum ostēdit. A
- Prou. 3.  
Luc. 15.
- Sed quæ egestas? An non audisti Sapientem. Egestas in domo impij. An non audisti de prodigo, quod cœpit egere, & ideo ad porcos seruandos venit? Quādo ergo te videris absq; oratione, ac deuotione esse, & quod plurima relinquis pia opera, egestas in domo tua est, opera enim iusta thesaurus sunt desiderabilis, qui requiescit in tabernaculo iusti, cum hæc non sunt, egestas est in domo tua, propè ergo tunc Dæmon est, propè est, ut amoueat candelabrum tuum. Cae ergo tibi. Hinc Gregorius. 22. Moral. c. 2. Dum anima igne amoris excoquitur, semper in se seruat claritatē pulchritudinis quotidianæ innouatione seruoris, nescit enim mens per torporē venterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc B Psaltes qui ad culmen perfectionis peruenierat, quasi inchoas dicebat: *Dixi, nunc cœpi*, quia videlicet, si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est, ut inchoare vos quotidie credamus. Hinc est etiam, quod de magno Antonio Athanasius refert, quod rogatus à discipulis, ut eis monita salutis daret, hoc primum dixit. Hoc sit primum cunctis in communione mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere, quod cœperit. Et hora mortis imminentे hoc mandatum testamento reliquit, dicens. Ne tanti temporis laborem perdatis, hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & expte voluntatis fortitudine succrescat. In scala Iacob nullus stare visus est, C ait Bernar. sed ogenes, aut descendunt, aut ascēdunt. Multi qui dē in stadio currūt, at Paulus, sed unus accipit brauiū, qui, scilicet, celerius, & sine intermissione currit, donec brauiū accipiat. Dic ergo cum Job. *Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, et ad lumē eius ambulam in tenebris, sicut fui in diebus adolescentie meæ, quando secretō Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, quando lauabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi riuos olei. Quæ retro sunt, obliuisci debemus cum Paulo, & memores esse debemus vxoris Loth, ut Christus ait, quoniam ad anteriora extendere nos debemus, & semper in melius proficere. Tamen quæ*
- Athanas.
- Psal. 76.
- Bernard.  
1. Cor. 9.
- Job. 29.
- Philip. 3.  
Luc. 17.

- A quæ retrò fuerunt, aliquando inspicere nos oportet cum Job, ac memorari seruoris nostri pristini, quo in religionē ingressi fuimus, quid enim tunc minus præstitimus, quam Apostoli dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Certe ianua domus nostræ similis est ianua Apostolicæ, initia simili a fuere, recordemur ergo illius seruoris, & illum in nobis excitemus, & a Deo petamus, dicentes cum Job, *tribue mihi Domine, ut sim, sicut fui, cum lucerna tua splendebat super caput meum, sicut fui initio conuersionis, cum tu mecum eras, quando pinguedine, & adipe replebat anima mea, & pedes affectuum deuotione abluebam, quando petra Christus*
- B riuos olei, ac deuotionis in me effundebat. Et omnibus modis tibi curandum est, illum renouare seruorem, illum accendere rursus ignem in corde. Sicut enim panes propositionis in conspectu suo poni Deus voluit, qui semper calidi essent, & auferebantur ab eius conspectu frigidæ, ita cum religiosi facti sint, vt Domino adstent, calidi seruidie; esse debent.
- Sed forte ais, senui ego, tepui, & tædio affectus sum erga virtutem. Non adeo mirandum hoc est, quoniam in virtutis exercitio duplex est difficultas, prima, quæ oritur ex virtutis obiecto, quia virtus versatur circa difficile. Secunda difficultas est in perseverantia, natura enim lassamur, cum aliquod opus semper agimus, & tædio afficiuntur, quia homo nunquam in eodem statu permanet, & ideo omnia noua placet, ac vete ra displicent. Licit ergo primam difficultatem virtute superaueris, sed ad secundam vincendam opus est perseverantia, vt hanc obtineamus, & interiorum hominem renouemus implorandum nobis est diuinum auxilium, & internum animi propositum excitandum virili animo, ac proposito pugnandi usq; ad mortem. Sine hoc enim vivo, ac ardenti proposito remedia à superioribus adhibita nihil proficiunt. Sicut enim medicina extrinsecus adhibita proficit nihil, si corpus mortuus sit, & vt aliquid operetur, naturam intrinsecas viuentem requirunt, ita vniuersa prælatorum cura medicina est, quæ tis proficit, qui viuum propositum perfectionis habent, reliquiis vero nihil.

Vt verò renouetur iam te hoc firmum propositum,

dog Concio II. ad Religiosos.

ee, quo aquila, vt renouetur, de nobis enim Psaltes ait. A

Psal. 102. Renosabitur, ut aquile iuuentus tua. Si verò tanquam aquila renouandi sumus, sciendum prius est, quo pacto illa renouetur. Cum se senescentem videt, in altum volat super aëris mediæ regionem, vbi calore maximo concepto in mare se mergit, & veteres exuit plumas, ac vires, & nouas induit. Ita religiosus pia meditatione ascendere debet, vt ignem concipiat, quoniā

Psal. 38. vt Psaltes ait. In meditatione mea exardescet ignis. Sed quæ inquis, meditanda mihi sunt, vt igniar? Multa certè. Ex quibus illud sit primum, quod superius attigimus, & nunc latius explicari oportet. In magno discrimine te versari salutis eterne, dum tepidus es, & cum feruidum te esse suademos, non solū id dicimus, vt perfectus euadas, sed etiam, vt non cum hoc

a. Pet. 1. mūdo damneris. Hinc Petrus monet. Quapropter fratres magis satagit, ut per bona opera certam uestram uocationem faciatis, hec enim facientes, non peccabis aliquando. Sic enim abundantanter ministrabitur uobis introitus in aeternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi. Quibus verbis duplē fructum bonorum operum Petrus ostendit, abundantiorem gloriam, & certitudinem illius. Tepidus enim in maximo est pericolo peccandi grauiter, & aeternæ damnationis. Hinc Bernardus

Bernard. ait. Cum audieris grauem casum viri religiosi, noli putare, repentinum illum fuisse, quia nemo repente fit summus, sed illud primum accidit, quod Propheta ait. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, & ideo in tempore casus non inuenit C firmamentum. Hoc optima similitudine explicat Sapiens,

Osee. 7. cum ait. In pigris suis humiliabitur contignatio, & in uirmitate munuum stillabit domus, quasi dicat, aliquando domus decidit, non repente diruta, sed quia negligens, ac piger est Dominus eius, & distillantes in eam aquas non prohibet, & ideo paulisper diruitur. Ita anima religiosa decidere solet, quia piger homo est, & animam suam relinquit, nec curat, si eam stillent aquæ eam diruentes. Horrendum profecto, ac pertimescendum verbum religioso est. Causa piger, ac tepide, quoniam prope est aeternus interitus. Et qui ad tantum tonitraum non surgit, mortuus censendus est, non dormiens patandus.

Secundò,

# De feroore ipsius Religiosi.

307

**A** Secundo , attendenda est viro religioso vita breuitas , & magnū spatiū , quod illi restat percurrentū . Dixit Angelus Eliæ . surge , comedē , grandis tibi restat via , usq; ad montē Oreb , in quo Deus videndus est . Si viator videt parū lucis ipsi superesse , multam verò deesse viā , an non celeri gressu illā peragit ? Cogita ergo , quantū tibi perambulandū relictū vsq; ad perfetta abnegationem , vsq; ad contemplationem , & Dei amore perfectiōn . & cū videris , multum te ab his distare , qui multis diebus negligens fuisti in hac perambulanda via , quia plurimos annos in vacuū labi permitseris . Dic tibi , quod Petrus ait . Sufficit pr̄ eternū tempus ad voluntatem gentiū consummādā . 1. Pet. 4. Satis sit , multa amisisse tēpora , surgamus , quoniam magna nobis restat via , & parū temporis ad illā peragendam . Si enim bteuis haec vita transfigatur , epus operandi nō erit . Ideo monet Sapiens . Quodcunq; potest manus tua , instanter operare , quia nec opus , nec ratio , nec sciētia erunt apud inferos , quod tu properas . Tantò ergo magis currendum nobis est , quanto viderimus appropinquantem finem .

**B** Tertio attendenda diuina bonitas est , ac simili diuina beneficia immensa , & gloria æterna , ac summi , quibus omnibus debetur summus feroor , & maxima intensio . Quæ nam obsecra meretur diuina bonitas immensa ? An nō infinita , & infinito feroore , ac dilectione exhibita ? Hinc Psaltes . psallite Deo Psal. 46. nostro , psallite ; quoniam rex omnis terre Deus , psallite sapienter , quasi dicat , attēdite , cui psallatis , est enim rex universæ terræ : & ideo accurate , & sapienter psallendum vobis est . Est enim magna diuersitas inter ea , quæ regi , vel alteri de plebe pr̄paratur , siue munera , siue vestes , siue habitacula sint , cū enim regi hæc parātur , optima feliguntur . Cū ergo opera tua munera sint Deo offerenda , optime conuenit , & maxima charita te ornata . Hinc ille Nume . 18. c. ait . Omnia , que offeretis ex decimis , & in donaria Dñi se probabit , optima , & electa erunt cuncta , & nō peccabitis super hoc segregis uobis , & pinguis reseruantes . Et hoc est , quod in laudem Abel Paul. dicit : Fide Abel plurimam hostiam obtulit , quam Cain , plurimam , id est , optimam . Ideo per Malachijā Dñs ait . Si offeratis cæcum ad immolandū , nomine malū est ; & si offeratis claudū , & languidū , nonne malū est ? Offer-

Num. 18.

Heb. 11.

Mala. 1.

## Concio II. ad Religiosos.

illud duci tuo, si placuerit ei, aut si suscepit sociem tuam, quasi di-

eat, quod duci non placet, quomodo mihi placebit? quod ille

nō suscipit, quomodo ego suscipiam? quod illi nō offerres,

quomodo mihi offeres? vide ergo, qua cura minister ministret

regi, quā accuratè, ac cautè, & co modo, & potiori oportet

Deo obsequi. Quoniam rex omnis terræ Deus. Hinc David

mirantibus Israël divitias congregatas in opus domus Do-

I. Par. ult.

mini, ait. Grande opus est, sed non homini preparatur habitatio,

sed Deo. Attende ô homo, quā in amplam domum, ac perma-

gnificam extruere debeas in anima tua, um futura sit Dei ha-

bitaculum, quo auro fulgere debeat charitatis, quibus virtutū

gemmae ornari. Deinde si beneficia Dei attendas, ex illis col-

liges, quo spiritus seruore Deo seruendum sit. Inter illa verò B

redemptionis beneficium excellit maximè. Seminauerat multa

Deus, cum homini creaturas dedit: sed tandem misit gra-

tum illud frumenti, quod cadens in terram, ac mortuum ma-

ximum retulit fructum. Hoc suscepto beneficio redemptio-

nis, quā terra sterilis erit: etiam rupes, & inculta deserta fru-

ctum vberem productura, Prophetæ vaticinati sunt. Quibus

obsequiis compensabis ô homo Christi sanguinem pro te

effulsum. Certe ignis venit Christus mittere in terram, cha-

ritatem, scilicet, ardorem, & ut hic ignis accenderetur, baptis-

mo sanguinis proprij baptizatus ille est. Quid enim retrahes

Deo, qui vitam suam tibi dedit? Ingratis beneficio tanto

congruit illud. Ista. Propter iniquitatem auaritiae eius iratus C

sum, ac percussi cum, abscondit faciem meam, & indignatus sum, &

abili uagis in uiam cordis sui. An non maxima illius auaritia

est, qui se Deo non tradit totum, cum Deus ei se tradiderit?

Principiè vero religiosus de hac auaritia notabitur, qui

plura recepit, & semel se Deo tradidit, & po-

stea se furari vult, sibique

feruare.

CON-

OB-  
LIMINISCO. Solidi amictus, non impinguus, non

adulterius, honestus, iniquus, & ceteris. Conspicuus, neq;

uia, & pūlām, non, & elongat. Tertius habet, ut in Tertium, in

hanc. L p. 9



### C O N C I O III.

**A** Ad eosdem Religiosos, de Religione,  
& tribus eius votis seruandis.

#### T H E M A.

**B** *Si quid voulisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim  
et infidelis; & stulta promissio, sed quodcunq; vo-  
ueris redde. Multoq; melius est, non voulere, quam  
post votum promissa non reddere. Eccles. 5.*



**C** *I* Rectis oculis Religiosus, & eius vita consi-  
deretur, & id, quod Dei causa facit, ac patitur,  
grande mundi miraculum dicendus est, præ-  
tipue si humana infirmitas, ac imbecillitas at-  
tendatur. Hinc Psaltes. *Mirabilis Deus in san-* **Psal. 67.**

*ctis suis. Sed qua ratione miraculū dici debet? Vt illud intelli-  
gas, audi Moysēm dicentem: *V ad am, & videbo uisionem hanc* **Exod. 3.***

*magnam. Sed quæ nam visio magna? Planè rubus in deserto  
ardens, nec combustus. Quid verò religiosus est, nisi rubus  
iste? quod si id ostenderimus, visionem magnam, miraculum*

**C** *grande ostendemus. Primum religiosi miraculum est, quod  
in deserto sit, quod mundum reliquerit, & omnia, quæ in mun-  
do sunt, delicias, honores, cupiditates, & vniuersa impedimen-  
ta disruperit. Hoc mirum propter Ecclesiam Christus fecit,  
dicente Paulo. Propter hec relinquens hominem patrem, & matrem, &c.* **Ephes. 5.**

*Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo,  
& Ecclesia. Maximum profecto sacramentum fuit, quod*

*Christus exiret à patre, & veniret in mundum, qui desertum  
est, & omnibus bonis terræ se abdicaret propter Ecclesiam.  
Sed ecce homo pro mōdulo suo id ipsum pro Christo fa-  
cit. Reliquit patrem, matrem, & omnia deniq; vt Chri-  
sto, & religioni adhæreat. An non hoc sacramentum, & mi-  
raculum magnum erit? Præcipue si attēdas, quod ingreditur*

**Qq 4** homo

**S. 83** Concio III. ad Religiosos.

homo religionem, & nescit, quò vadat: ignorat terram, quam A

**Heb. 11.** ingreditur: vitæ rationem, quam inchoat. Hoc vero maximū duxit in Abramum Paul. cum ait. Fide qui vocatur Abram obediuit, in locū exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit

**Heb. 11.** nesciens, quò ieret. Simile etiā præstítit Moyses, & illud miratur, ac magnificat Paul. Fide Moyses grādis factus, nezauit, se esse

filiū filie Pharaonis: magis eligens affligi cū populo Dei, quam tē poralis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias estimans the sauro Ægyptiorum improperiū Christi. Reliquit Moyses honorem, thesauros, delicias. Id verò ipsum religiosus facit eligenſ afflictiones, relinqueſ delicias, eligens paupertatē, & abiectionē, relinqueſ diuitias, & honores. Secundum miraculum est, quò d rubus hic ardet, nec tamen consumitur, gran dis planè visio, & eius causa est, quò Deus in eo est. An non grande miraculū illud. In medio ignis non sunt estuatus. Et cum transferis per ignē, flammā non cōburet te. Et quò d in medio Babylonice fornacis pueri non comburantur? Hoc verò religiosus præstat, qui innumeris agitatus tentationibus, impugnatūq; diu, illæsam animā suam custodit à peccati labe. Finge nunc arcē, aut castellum esse paruum cuiusdā nobilis virti, ad

B

**Eccl. 5. 1.** simile. **Eccl. 5. 1.** cuius expugnationē vniuersi reges terre conueniunt, & innuera

**Isa. 43.** mera temēta, & arma bellica proferunt, vt illud expugnent, & cū per triginta cō: in uos annos impugnetur, nō expugnatur. An non admittandā dices nobilis illius fortitudinē? Cur

**Psal. 128.** ergo mirabile non erit, quod Psaltes ait. S. ep̄ expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nūc Isrāel, s. ep̄ expugnauerūt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. An non maximum est,

C

quò d homuncio præstat? Impugnat eū caro multis tentationibus, accedit libi: inis ignes, nec tamen consumitur homo. Impugnat eū mundus: & vniuersus inferni furor in eū armatur, nec tam ē cedit homo, cū adeo infirmum castellū eius sit,

**2. Cor. 4.** vt dicat Paulus: H. ibemus thesaurum in iustis fidilibus. An non maxima fortitudo ista? Merito Paulus ait. Fortes facti sunt in

bello. Fortis quidē carnis lucta, sed aduersus illā armatur ieui niis, verberatione, custodia sensus. Fortis mūdi pugna, qui honores nobis proponit vanos, sed cōtra eos improperiū Christi sumit, fortissimū de monum bellū. Non est nobis collectatio-

aduers-

**Ephes. 6.**

## De Religione & tribus votis. 309

A aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, tenebrarum harum, qui infatigabiles milites sunt, & infatigabiliter aduersus nos pugnant, vt sola importunitate nos vincere possent. Ciniphum plaga grauis. Exod. 8.

fuit Aegyptiis, licet enim parui essent, sed importuni erant, sed dæmones fortes, & importunisunt. Maximū profectō est aduersus hec omnia stare hominem. Sed & aliud addē miraculum, quod miratur ipse Christus. His omnibus hostibus vallatus homo, ad Deū accedit, ianuas illius pulsat,

& clausas inuenit, stat, & nō respicit Deus, clamat, & non exauditur, vt Iob ait.

Et tunc dæmon ait, quod vxor Tobie. 1ob. 30.

Maneſte uana facta est spes tua, quid speras? Multi dicunt anime Tob. 2.

B meae, non est salus ipsi in Deo eius. Persequimini, comprehendite Psal. 3. eū, quia non est, qui eripiat. Nihilominus homo ad Dei ianuas Psal. 70. perseveruerat pulsans, & ait. Etiam si occiderit, sperabo in eum, hic 1ob. 13. stabo, & si viuum, & incolumen me non receperis, mortuum recipies. An non hoc mirabile? Adeò certè mirandum est, vt ipse Christus miretur, ac dicat Chananeæ. O mulier magna est Matth. 15. fides tua, fiat tibi sicut uis. Aliud adiice mirandum, quod d'ambulat per fidem, & non per speciem, Deum non videt, nescit, an salutē sit consequaturus, nescit, an odio, vel amore dignus sit, via in agit tenebrosam, ac asperam, simul & longam.

Hæc vauersa si cum Dei bonitate conferantur, nihil sunt, nihil homo agit, dicat: serui inutiles sumus, nihil operor. Sic Luc. 17.

C enī & ipsi Seraphini, vt est apud Isaiam. Et expendit Chri Isa. 6. sostomus, faciem velant, & pedes: faciem, quia incomprehensibilis Deus est: pedes vero, quia affectus significant, quoniam licet ardeant Dei amore, nihil tamen se agere, nihil amare cognoscunt, si cum diuina bonitate eorum amor cōferatur, minus diligunt, quam diligendus sit Deus, ideo quasi Deū erubescunt, non quod erubeant, non quod non præstent vniuersum, quod possunt, sed quia illud omne, quod possunt, ac prestant, nihil est, si diuinæ excellentiæ conferatur. At verò si hominis infirmitas attendatur, magnum quid est, quod pro eo religiosus prestat, & tanquam maximum illud ipse ducit, ac præmio afficit. Noli despiciere orationem tuā, ait Bernardus, Bernard. quia Deus non eam despicit. Non ergo despicienda vita reli-

### Concio III. ad Religiosos.

giosa est, quam Deus magnam ducit. Et ut hoc nobis signifi- A  
**Matth. 19.** caret, cum Petrus dixit: Ecce nos reliquias omittit, et sequenti sumus te, quibus verbis, vitam religiosam expressit, non eum te= meritatis arguit, ut alibi fecit, immo præmium poscenti maius promittit, quā ille ex cogitare posset, promittens centuplū, & iudicariam potestatem, ac vitam æternam. Si ergo ea, quæ te= neris præstare in religione præstas, magnum miraculum fa= cies, & præcipuo loco te à Deo habendum crede.

Sed ut vitæ religiosæ miracula melius expendamus, tria illius vota consideremus, & quomodo illa implere debeat rel= giosus videamus. & quantū cuiq; miraculum sit adiunctum.

Et primum de obedientia dicamus, qua mirabiles parit victo= Prou. 21. rias religiosus, quoniam ut Sapiēs ait, Testis mendax peribit, qui B obediēs loquetur victorias. Sed quæ nā ista oppositio est. Vene= rabilis Bed., ut mēbrorum oppositionē indicet, sic exponit hæc verba. Qui se Deo seruire testatur, nec factis dicta exe= quitur, peribit: qui autē fideliter, ut promittit, nullis subditur diuinis, huius loqua ad victoriā perueniet, quia dū per obe= dientiā suam vincere satagit, per iustitiā iudicis postmodum victoriæ palmam percipit. Hac ille. Ex quibus colligitur, his verbis sapiētis describi religionē, inobedientem, & obe= dientem. Inobedientē appellat testis mendacē, quia ueste, ac pro= fessione testatur se Deo deditū, cum tamen opere id non im= pleat. Aliud ergo exterius, aliud interius gerit, & ideo mēdax C est. Obediēs verò dicitur victoriā loqui (quam in obediēs lo= qui nō potest, immo tanquā testis mendax confundetur, depre= hēsus in mendacio,) quia obedientia præstata vniuersos supe= rat inimicos. Etenim opera obedientiæ eō tendunt, ut dāmo, mundus, & caro superentur, & ideo obediens illis superatis victoriā à se reportatam loquetur, ac narrabit.

Ecclesi. 4. Primū ergo, quod in Dei domū venientibus proponitur, obe= diētia est. Hinc Sapiens, Custodi pedē tuū ingrediens domū Dei, & appropinqua, ut audias. Multo enim melior est obedientia, quā stultorū uictime, qui nesciunt, quid faciant mali. Recte nos sapiēs monet: ingredieris in Dei domū, custodi pedē. Hispanē dicitur (Mira con q̄ pie entras, o mira como as̄t̄as el pie.) Nec enīa temere ingrediendū est in Dei domū. Ideo intrepide acce= dēs

## De Religione & tribus votis. 310

- A dens ad rubū Moyses audit. Tolle calcamentū de pedibus tuis, Exo. 3.  
terra enim, in qua stas, sancta est. Ad spinas vocatus, pedibus nu-  
dis venire præcipitur, ut caute incedat. Cū religionē ingredie-  
ris, in terrā sanctam venis, in Dei domū, custodi ergo pedem.  
Sed aīs, quomodo mihi ingrediendū est? Addit sapies. Apprō Genf. 24.  
pinqua, ut audias, idest, ut obediās, inclina aurē tuam. Primum,  
quod Eliazer Rebeccæ tribuit, fuerūt in aures, & armillæ, or-  
namenta aurīū, & manūū, idest, obedientia voluntatis, & ope-  
ris. Primo ergo, appropinqua, ut audias. Audi Dei vocē. Ut  
mundū derelinques, & in religionē venires, Dei vocē audi-  
stī. Impletumq; in te est illud Psal. Vox Dñi præparantis cer-  
uos, & reuelauit cōdensa. Quid enim ceruos ad cursum prepa-  
rauit, nisi Dei vox? Vel Dei vox præparare dicitur ceruos,  
quia tonitruo facto ceruas difficillimas in partu parere facit,  
& fœtū edere, difficile tib fuit, mundū deferere, sed Dei voce  
hūc edidisti partū in lucē. Ille vox sua reuelauit cōdensa, vi-  
dili enim te in cōdensis montis cōclusum, ut currere nō vale-  
res, sed nec incedere, at Dei vox viā tibi aperuit, ac fecit, ut vni-  
uersa impedientia tollerentur. Tecum enim id fecit, quod cū  
Loth factum legimus, quem vigeabant Angeli, vt à Sodomis Gen. 19.  
exiret; sed dissimulante eo, apprehēderunt manū eius, & edu-  
xerunt eū. Vocavit te Deus s. epius, vt à mūdo exires, tu dissi-  
mulabas, donec te Deus apprehēdit, nō violenter, efficaciter  
tamē, & è mundo eduxit, eo quod nolet, te perire. Emitte ma-  
num tuam de alto, erip̄ me, & libera me de aquis multis, orabat Psal. 143.  
Psaltes. Et sponsa ait. Misit manum suam per foramen, & uenter Cant. 5.  
meus coareuit ad contactum eius, & surrexi, & aperiū dilecto  
meo. O nnis boni nostri initium fuit, hanc audire vocem, haec  
vox Domini in virtute cedros confregit, hac nos in Dei do-  
mū traxit. Quid ergo nunc faciendū ei est, qui Dei domū in-  
gressus est? Appropinqua, ut eandē vocē audias. Hoc maxi-  
mū religionis prīilegium est, quod in illa est nobis Dei vox  
perpetua, quā audiamus. Cū Paulus ostendisset diuersita- Rom. 3.  
tem Iudeorum, & Gentium, interrogat. Quid amplius Iudeo,  
quam Greco, & que uilitas circuncisionis! Et respondet. Mul-  
tum per om̄em modum. Primum, quia credita sunt illis eloquia  
Dei. Quod Dei vocem in aliquibus audierint, dicit Paulus:  
Malius

### Concio III. ad Religiosos.

**Bart. 4.** multum per omnem modum. Et Baruc similiter ait. *Beati sumus A*

*Israël, quia que Deo placent, manifesta sunt nobis. Quid obsecro erit, in omnibus etiam minutissimis Dei vocem habere, docē tem nos, quid illi maximè placeat. Id namq; quod obedientia imperat, tunc summè Deo graū est. Est superior oraculū, in quo diuina accipimus responsa, quod Moy si tabernaculū erat, hoc nobis superior est, ibi os Dñi interrogabat, ne deci-*

**Matth. 10.** peretur, hic nos Deum audimus loquenter. *Quia qui uos au-*

*dit, me audit. Summum fuit Israëlis priuilegium illud, quod*

**Num. 10.** Nume. 10. dicitur, quod quando proficiscendum erat eleua-

*batur nubes de tabernaculo fœderis, cū ergo illa eleuabatur,*

*ac præcedebat, ambulabat Israël, cū n̄ quiescebat, quiescebat*

*etiam populus. Hoc nobis obedientia præstat in cæli via. Cō*

*sidera nunc hominem viam agētem, cuius maximi interest,*

*viam rectam tenere, & cum plures offendat vias, anxius est,*

*quam tenere debeat, & si illam tenuit, quā n̄ est anxius, cum*

*nesciat, an rectam tenuerit. Si vero aliis eam viam agat, & si*

*delissimum habeat ductorem, magno perfunditur gaudio,*

*quia mouit rectam se incedere viam. Est in nobis conscientia*

*aliquando delectans, aliquando torquens nos. Conscientia*

*enim est applicatio scientiæ, & ideo quēmād modum artifex,*

*qui in intellectu habet scientiā, postquā aliquod opus perfe-*

*cit, applicat illi scientiā, quod si videat secundū illam factum*

*fuisse opus, latatur, si secus tristatur. Si dubitat, anxius est, ita*

*in nobis est lumen naturale, & fidei, cūq; operamur applicam⁹*

*lumen operi, & si secundū lumen rectam rationē, ac fidem factum*

*esse cōspicimus, gaudemus. Et ideo Paul. ait. *Hec est gloria no-**

*stra testimonii conscientiae nostraæ. Si vero cōtra rationē factum*

*agnoscimus, tristamur, & hic dicitur conscientiae vermis, &*

*morsus. Si dubitamus, anxiamur. Licet ergo in multis doceat*

*nos lumen naturale, ac fides in multis vero nescimus, quæ sit*

*volūtas Dei, quia incertæ prouidētiæ nostræ, & ideo anxi su-*

*mus, an Deo placeamus. Ut ergo paccatissima simus consciē-*

*tia, obedientia nobis præstat, ut in minimis diuina nobis volū-*

*tas nota sit, quādo surgendū, quando cubandū, quādo come-*

*dendum quando laborandū, quando otinandum. Possimus*

*merito superiores vocare Angelos illos, de quibus Psaltes ait,*

*merito*

## De Religione & tribus votis. 311

- A** Angelis suis manu lauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in **Psal. 90.** manibus portabut te, ne forte offendas ad lapide pedem tuum. In omnibus enim viis nostris ab Angelis ducimur, ne declinemus a via recta, in manibus nos portant, ne offendamus. Nec verò miretis, si superiorem Angelum dixi, sic enim eum cōpellat Dominus, qui de Iosue loquens ait, Ecce ego mittam Angelum **Exod. 23.** meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in locum, quem preparavi, obserua eum, et audi vocem eius, nec contemnendum putas, qui a non dimittet, cum peccaueris, et est nomen meum in illo, quod si audieris vocem eius, inimicus ero inimicu tuis, etc. Duxem populi Angelum dicit, ut sciamus, plusquam hominem superiorem esse, nec inspiciendum a nobis tanquam hominem, sed tanquam vices Dei gerentem. Dicit etiam Angelum, quia sicut Angelus recipit a Deo, quae nobis communicaat, ita superior a Deo recipere debet, quae inferioribus distribuat: & demum dicitur Angelus, quod est nomen officij, quia missus est a Deo, ad annuntiandum nobis voluntatem ipsius. Summum profecto religioso concessum priuilegium. Dic obsecro, quanti duceres, si in aurora cuiuscunq; diei intraret in cellam tuam Angelus, & in papyro scriptum tibi daret, quid illa die agendum tibi esset, ac diceret, hoc, & hoc Deus a te vult: quo ferore illa exequereris? Sed aliud longè maius priuilegium tibi concessum est, quoniam huic particulari reuelationi tu e posset subesse falsum, at vniuersali reuelationi religionis subesse nequit, quoniam Christus dixit: **Qui vos audit, me audit.** Est ergo superior Angelus fidelis Dei annuntiatis voluntatem, hic praeedit te in vii, & introducet in celum, fidelis est ductor, cui securè te committere potes: obserua ergo eum, reuerentiam exhibe, nec putas contemnendum, quia est nomen meum in illo est Christus Domini, Dei virtutem habet, pro rex Dei est.
- B** **Matth. 10.**
- C**

Vnum restat de obedientia dicendum, & illud est, ut in omnibus obediamus, in minimis, & in difficultibus: in his namq; ab obedientia solemus discedere, in minimis quidem, quia minima apparent, in difficultibus vero, quia ardua sunt, nosque ad ea abnegari oportet. His vero, qui in minimis non obediunt, dicimus, manu hæc putas,

cūm

### Concio III. ad Religiosos

cum magna sint. Nihil minimum est, si Dei voluntas illud velit à te. In virtute non proficis, perfectionē non assequeris, docta cœlestia non participas, quia hæc minima non curas, quanto ergo minima dices, quæ tantorum bonorum impedimentum sunt maximum. Non ergo minima censenda sunt, à quibus maxima bona nostra pendent. Nunquid minimum ducit regis minister, regi displicere in aliquibus, si videat, ob eam causam beneficia maxima ei non præstari? His verò qui in difficultibus non obediunt, dicimus, eos obedientes nequam dicendos, licet in aliis obediant. Quia virtus, secundum Aristotelem, versatur circa difficile, ad ea, quæ facili, ac levia sunt, non erat opus virtute. Cum ab obedientia tibi iniungitur, quod facile est, quod voluntatius consonat, quid mirū, si obediias? etiam si obedientia nulla esset illa præstares. Quādo aliquid occurrit arduum, ibi virtus obedientiæ cernitur, ibi in Deum fidelitas appareat, sicut fortium Dauid, cū irruere oportuit in medios hostes, & aquam de cisterna Bethleem. Petit Saul à Dauide centum præputia Philistinorum, & ille attulit ei ducenta. Si ergo aliquid arduū, ac difficile tibi occurrat, in quo obediendum sit, memor esto verborum illorum Daudis ad Achis, que perpetua memoria tibi sunt conservada. Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus. Dixit hæc Dauid, cum prælium incedunt in erat. Bellum quidem tibi imminet, & difficilis pugna, cum obedientia aliquid arduum iniungit, cum honos, ac voluntas propria abneganda, cum iudicium mortificandum. Dic ergo tunc Deo tuo. Nunc videbis, quæ facturus est seruus tuus. Nunc fidelitatem in te meam ostendam. Nunc obedientiam, & virilem animū declarabo. Nunc ostendam me obedientem usque ad mortem, si oportuerit. Difficilis res propria obedientiæ materia est, in qua se totum Deo tradit homo, totum se tibi Deus tribuit, totum te illitribue, nihil tui excipiens, nihil subtrahens. Totum ergo te in Dei manibus pone, & dic ei, totus sum tuus, fac de me, quod libuerit, quasi de re omnino tua. Sed forsitan dices: Multa amittam, si hoc egero. Nescis Deitui ingenium, parua si tollit, multa concedit, viuum lignum abstulit Adæ, sed ait. Ex omni ligno paradiſi comedere, quod mire expendit Greg. 35. Moral.

*Genes. 2. Gregor.*

qui

## De Religione & tribus votis. 312

- A** qui parua aufert, & magna concedit. Diximus mirabile, quod religiosus prestat obediens, cum se totum Deo tradit. Dicamus secundum mirabile, quod efficit, dum virginitatem, vel castitatem seruat, & qua ratione illam seruare debeat, & quo modo. Ratio quidem maxima illa est, quod gratissima Deo virginitas est, sicut luxuria ingratissima, propter quam maxima supplicia à Deo inflicta in scriptura diuina tradūtur, de quibus vide in hoc tomo in materia de tribus inimicis, hominis, cū de carne agitur ultima cōcione illius tractatus. Quā verò sit Deo grata virginitas, ex illo colligi potest, quod Ioānes vidit, cum ait. Et uidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, Apoc. 1.4. & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nōmē eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui uocem de cælo, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocem tonitri magni, & uocem, quam audiui, sicut cythara eorum cytharizantium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum antefedē, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. His sunt, qui cum malieribus non sunt coquiniati, virgines enim sunt. His sequuntur agnum, quocunq; erit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Hæc verba dicuntur ad consolationem piorum, ut nonuerint præmiū virginum. Agnus Christus est, qui licet occisus sit, stat, quia resurrexit, super montem Sion, id est, in cælo, vt in Psalmo: Videlicit Deus deorum in Sion. Numerus verò ille virginum secundum Hieronymum libro 1. aduersus Iouianum, ex Iudeis in fine mundi conuertendis colligetur. Secundum Aretam virgines illi ex gentibus, & Iudeis colligentur, & licet plures sint, ponitur numerus finitus pro infinito, vel fortè ille numerus virginum erit tempore Antechristi. Habent in frontibus Dei nomen, quia non illud erubuerunt, sed palam confessi sunt. Vox verò horum virginum describitur fuisse tanquam vox aquarum multarum, id est, malorum populorum. Sed statim duo aduersa dici videntur, quia ait, tanquam vocē tonitri magni, & sicut cythara eorum cytharizantium. Quomodo enim terribilis, & dulcis erit? Certe tonitri vox est, quia

### Concio III.ad Religiosos.

quia magna est, & cælestis, profecta ex altitudine cælestis vi. A  
tæ, quam virgines ducunt, quæ etiam tanquam tonitrum  
terret hominis, qui quasi miraculum obstupecunt virgines.  
Sua vis vero concentus est omnibus sanctis. Cantabant vero  
quasi canticum nouum, quale, scilicet, Ioannes non audierat,  
licet cælestes voces prius audierit. Canticum hoc erat gratia-  
rum actio plena exultationis, quam Deo reddebant pro tan-  
to dono virginitatis eis concessio, præsertim in mundo adeo  
infesto. Gregorius ait. Singulariter quippe canticum agno  
cantare, est cum eo in perpetuum pre cunctis fidelibus etiam  
de incorruptione carnis gaudere. Sed quid est, quod nemo  
poterat dicere, aut discere, ut est in Graeco exemplari, canticū  
illud, nisi virgines. Certe, quia gaudium illud, ac exultatio per  
petua de virginitatis dono aliis non contingit. Cum ait, non  
poterant discere, aut dicere, significari videtur, illos dare ope-  
ram, ut discant, sed non posse esse qui quod conantur. Nec ve-  
ro intelligendus est conitus aliquis, quo frustetur. Sed quod  
videntes adeo Deo charam virginitatem gauifuros fuisse, si  
sibi quoq; virginitas contigisset, sed nec dolent, quod eam non  
habent, nec habentibus intident. Addit vero Ioannes, hos  
emptos de terra, licet enim omnes electi Christi sanguine emi-  
pti sint in peculiū Dei, sed peculiari ratione virgines, ut Deū  
in corpore, & anima haberent, & tanquam primi fructus, qui  
gratiore esse solent, Deo offerentur. Et hoc est quod infestus  
dicit. Hi empti sunt ex hominibus primitæ Deo, & agno, C.  
Id est, hos tanquam gratissimos fructus sibi Christus dari vo-  
luit, ut eum puritate corporis, & animæ imitarentur. Primi-  
tæ enim sunt de primis ac præstantioribus fructibus, & ideo  
gratiore sunt. Sed quid est, quod addit. Hi sequuntur agnū,  
quocunq; ierit? Num Christus discurrit per cælum? Augusti-  
nus libro de sancta virginitate, c. 27, 28, & 29. ait. Quo pu-  
tamus eam ire, in quos saltus, & prata, quo ne mo eum sequi,  
vel audeat, vel valeat, nisi virgines? Prata hæc gaudia sunt bea-  
torum, virgines vero sequuntur agnum in gaudia à ceterorū  
omnium gaudiorum sorte distincta propria virginum Chri-  
sti. Nam sunt (inquit) aliis alia, sed nullis talia. Quid est eum  
sequi, nisi imitari? Huc in eo quisq; sequitur, in quo imitatur.

Caterij

Greg. 3. p.  
posto. atque  
m. 29.

c. 27.

August.

- A** Ceteri igitur beati sequuntur agnum, sed non quocunque ierit, quia in gaudia virginitatis non sequuntur. Virgines autem in omnibus eum imitantur, & ideo quocunque ierit, sequuntur. Hieronymus in libro, qui inscribitur Hieronymus, virginitatis laus, ait. De his beatus Ioannes loquitur, quod sequuntur agnum, quocunque ierit. Quod ita intelligendum putò, nullum eis locum in cælesti aula claudendū, & cuncta eis diuinarum mansionum habitacula reservanda. Exemplo res fiet manifestior. Est hic homo vxorem habens, sorores, ac propinquas, omnes huic homini adhaerent, sed diuersimode, etenim vxor plusquam reliquæ, & illa sequitur virum, quocunque ierit, non reliquæ. Nunc ergo sciendum est, his in rebus beatos potiori gloria, ac gaudio fruituros in cælo, quibus propter Deum caruerunt in terra. Quia ergo virgo voluit in terra carere consorte, in cælo hac in re alios superabit, ut Christo fruatur, eius societate delectetur, ei adhaerat tanquam sponso, plus quam reliqui, qui viris adhaerent, vel uxoribus, & ideo tanquam sponsæ sequuntur eum quocunque ierit, id est, nunquam à latere eius discedunt, ei adhaerent singulare gaudio, quia propter eum alteri adhaerere noluerunt. Tanto in pretio Deus virgines habet, ut infidelium virgines honorari voluerit, & virgines reseruari ab internecione præceperit in lege, dicens, virgines tantum reseruate, grande enim misericordia virginitas est. Sed quia de obedientia, castitate, ac paupertate pauca diximus Concio-
- B**
- ne sequenti aliqua addicemus.

Rr

CON-



A

## CONCIO. IIII.

De statu Regionis, & de tribus illius  
votis seruandis.

THEMA.

*Si quid voulisti Deo, ne moreris reddere, &c Eccle. 5.*

**R**ELIGIOSVS, & regula à religando dicta sunt, quia hominem ligant. Sed cum homo iugatur? Certè homo per peccatum stultus ac furoiosus redditus est, & ideo eum ligari oportuit, cum prius solutus esset, ne nunc omnia perdat, ac valet. Vis furiosum ligatum à Deo videre? Attende maximum illum Nabuchodonosorem superbia elatum, qui ait: Videbam, & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens celum. &c. Ecce uigil & sanctus de celo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcindite ramos eius, & excutite folia eius & dispergit fructus eius, fugiant bestie, que subter eam sunt, & uolucres de ramis eius, ueruntamen germen radicum eius in terra finite, & alligetur uinculo ferreo, & erco in herbis, que fortis sunt, & rore celi tingatur. En in figura expressum, quod religioso accidit. Quid enim aliud homo in mundo est, quā arbor: in uersa quidē. Sed video, ait cæcus, homines ambulantes sicut arbores. Magna arbor ista erat, & celū cōtingebat, licet enim aliquando humili sit homo, & quali filius terra, tamē cogitatione sua, ac spe magnū se esse credebat. Cumq; ambulet in magnis, & mirabilib⁹ superficie, venit uigil sanctus de celo clamans fortiter, & ait, succidite arborem. Clamauit vocē grādi Deus, & cū vox Dñi sit in virtute, vox Dñi confringētis cedros, cōfregit hanc cedrū magnam, & voce sua ostēdit ei nihil omnia esse, & quemadmodū olim fecit au-

Danie. 4.

Mar. 8.

Psal. 28.

4. Reg. 7.

res. Mirabiliter! humilis sit homo, & quali filius terra, tamē cogitatione sua, ac spe magnū se esse credebat. Cumq; ambulet in magnis, & mirabilib⁹ superficie, venit uigil sanctus de celo clamans fortiter, & ait, succidite arborem. Clamauit vocē grādi Deus, & cū vox Dñi sit in virtute, vox Dñi confringētis cedros, cōfregit hanc cedrū magnam, & voce sua ostēdit ei nihil omnia esse, & quemadmodū olim fecit au-

ita

**A** it a fecit tecum, terruit enim te mortis, iudicij, aut gehennæ metu, effecitq; vt omnia relinqueres, & anima solius salutem curares. En arborem præcissam, en ramos dissipatos. Quid amplius huic arbori agendum restat? Dicitur in religionem homo, nō superbus, sed humilis, nō magnus, sed parvus, & ideo germen radicum meritò appellari potest. Alligatur verò vinculo ferreo, & æreo, cū tribus abstringitur votis, ac regulæ obseruatione, en ligatum hominē. Sed rore cali intingatur, & gratia cælesti perfundatur, qua vincula illa facile iustineat, carcer quidem religio est, & simul paradisus: paradisus, quia ros cæli illuc de cedit, sicut manna in desertum, & sic ponit Deus desertū in delicias. Carter vero, quia ligatur homo, paradisus, quia Deus in carcere hunc descendit, vt cū homine sit, sicut de Ioseph Sap̄ies ait. Descenditq; cum illo in foveā, & in vinculis nō dereliquit cum. Sicut enim ex inferno paradisum fecit Christus, cū ad illū descendit, ita ex carcere paradisum facit. Est carcer, in quo somnia exponuntur à Ioseph, quia in religione appetet veritas somniorū mundi, in ea enim cernitur vanitas eorum, que in mūdo sunt. In ea dicitur illud Psal. velut somniū sur-

Sap. 10.

gētū Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihil rediges. Si omnia mundana vana non putas, nescis cū Ioseph somnia interpretari in carcere. Ligaris quidē in religione, quasi in carcere, sed audi quibus vinculis. Audi fili ( ait Sap̄ies ) accipe consiliū intellectus, iniuste pedē tuū in cōpedes illi⁹, & in torques illi⁹ collū tuū, subiice humerū tuū, & porta illā, & ne accederis vinculis eius, in nouissimis enim inuenies requiē in ea, & cōuerterebis tibi in oblectationē, & erunt tibi cōpedes illius in protectionē fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolā glorie. Decor enim uitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutis. Carcer sapientiae religio est, vincula in ea sunt, sed alligatur homo in salutē aternā, & torques illius aureus est. Alligatur homo, vt Deo adhæreat, vt vanitati mudi non seruat, vt vas sit in honorē, non in contumeliā. Cum religiosis id

Eccl. 6.

Deus facit, quod Salomō cū filii Israël, de quo 3. Reg. dicitur: Horū filios ( scilicet Hethorū n. & Amorrah oram ) Ecce Solomon tributarios. De filiis autem Israël non constituit Psal. 72.

## Concio IIII. ad Religiosos

Salomon se faire quelquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius  
et principes, et duces, et praefecti currum, & equorum. Ita om  
nino Deus in domo sua disposuit, sicut enim in magna do  
mo sunt vasa aurea, & argentea, sunt etiam vasa fictilia, ac  
vilia, & in domo regis sunt principes viri, ac illustres, &  
**A.**  
4. Reg. 25 sunt alij ministri inferioris ordinis. Et sicut Rex Babylo  
nis de pauperibus terrae reliquit vinitores, & agricultores, no  
biles vero, ac principes viros secum duxit, ita Deus homi  
nes viles in seculo relinquunt, ut temporalia curent, ut gene  
rationi vacent. Religiosos vero noluit his occupari, sed ipsi  
vacare, & ideo a populis sustentari, dicente Psalmus: La  
bores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & le  
gem eius requirant. Id ipsum Sapiens ait. Homini bono dedit  
Deus sapientiam, & scientiam, & letitiam. Peccatori autem dedit  
afflictionem, & curam superfluam, ut addat, & congreget, & tra  
dat ei, qui placuit Deo. Et hac ratione sustinere Deus peccato  
res solet, ut religiosos iuuent in temporalibus.  
**B.**

Sed iam vincula religiosi attendamus, & vota explica  
mus, quibus ligatur, videamusque quo pacto ea seruare de  
beat, ne incurrat in crimen, quod sapiens vitandum mo  
net, & meritò ait enim. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere.  
Optimum certè votum est, & ideò Deo gratum, & mere  
tur homo, cum illud emittit, & quando postea exequitur,  
& opus ex voto factum maioris est meriti, ut probat Di  
**C.**  
D.Thos. 2.2. quæsl. 8.8. artic: 6. quia præter laudem  
virtutis, cuius opus exercetur, accedit decor religionis, que  
opus illud in Dei cultum ordinat. Et sic intelligi potest il  
lud Psalmi, quod plumbæ argenteæ deaurantur in colum  
ba, quando virtutum opera splendorem accipiunt ex rela  
tione in Deum. In cuius signum in Levitico dicitur: Sacri  
ficiuin, quod thus habet coniunctum, offerri in suauissimū  
odorem Domino, per thus vero mentis in Deum relatio  
significatur. Vouisti o homo, rectè fecisti. Sed caue, ne de  
illis sis, de quibus sapiens ait. Ventus, & nubes, & pluviae non

**Proue. 25.** sequentes, uir glorioius, & promissa non complens. Qui enim pro  
**Prover. 12.** missa retractat, odibilis Deo est. De quo Sapiens ait. Est  
qui promittit, & quasi gladio compungitur conscientie. In quem  
locum

**A** Beda ait. Quidam promittunt, at ubi tentatio terrens, siue *Beda.*  
 blandiens impedimentum preſtiterit, deserunt quidē cæpta, sed tamen conscientia promissi, quaſi gladio punguntur. Qui enim votū non implet, gladio transuerberatū cor gerit. Recte ergo monet Sapiēs. Vouisti Deo, ne moreris redere, quibus verbis non ſolum fidelitas commendatur, ſed & promptitudo, ac celeritas, quia bis dat, qui cito dat, & habarem datorem diligit Deus, ut Paulus ait. Ideo Dominus per Michæam ait. Præco quas ficus defiderauit anima mea, id est, primas ficus, quaſe vulgo dicuntur (*Brenas*) prompto enim, ac celeri animo vota reddenda ſunt. Displacet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio. Infidelis enim eſt, qui promiſſis non ſtat. Primum promittimus obedientiā. Cuius

**B** exēplar singulare Christus fuit. De quo Paul. ait. Et quidē *Heb. 5.*  
 cum eſſet filius Dei, didicit ex his, quaſe paſſus eſt, obedientiam. Ex perietia obedientiā didicit, & ei magiſtri fuerunt flagella, clavi, crux. Venisti ad ſcholam obedientiæ, cum religionē intraſti, ait Basil. Vis noſſe, quomodo illam diſces? Scito *Basil.* conciones eſſe lectiones emortuas, vis lectionem viuam, qua diſcas obedientiæ bona. Didicit ex his, quaſe paſſus eſt, opere obedientiam imple, à mandatis tuis intellexi. ait *Pſal. 118.* Aliquo ergo die, vel aliquib⁹ cura perfecte obedire, & tan- ta bona obedientiæ experieris, vt plura ſic diſcas de obe- dientiæ bono, quaṁ ſi multas de hac re cōciones audieris. Sic Christus didicit: *Qui factus eſt obediens usq; ad mortem, id Philip. 2.* eſt, continuo obediuit, non vno vel duobus annis, ſed om-

**C** ni vitæ tempore, vſq; ad mortem, vniuersa vita obediuit, qua clauilit obedientia, dum inclinato capite emiſit ſpiritum. *Matth. 27.* Vel aliter, vſque ad mortem, id eſt, non in rebus facilibus ſolūm obediuit, ſed in diſciliſimis, vt mors crucis fuit. Ber *Bernard.* nardus aliter explicat illud, didicit ex his, quaſe paſſus eſt, obe- dientia, id eſt, didicit in corpore, ex his que paſſus eſt in ca- pite, quaſi dicat: Maxima ſua obedientia edocuit corpus ſuum myſticum, quomodo oporteat obedire. Primus ho- mo inobediens fuit, & ſua inobedientia nos expulit à pa- radiſo, & exēplo ſuo homines inobedientes fecit, & mun- dum impleuit inobedientia. Secundus vero Adā ſua obe- dientia

## Concio IIII. ad Religiosos

dientia nos introducit in paradisum, & exemplo suo nos A docet, obedientes esse, & quasi compellit in paradisum, & & obedientiam intrare.

Sed quid est obedientia? Certè vita obedientis, & obedientia est veluti continuū sacramentum sanctificans iugiter religiosum. Sicut enim sacramenta sanctificant nos, & sub visibili signo est diuina vis sanctificans animam. Ad eum modum obedientia perficit nos suo modo. Et quemamodum exteriora sacramentorum in minima sunt, ut aqua, species panis, & vini, verba, oleum. Nectamen ex his exterioribus pensanda est eorum vis, quæ mira interius latet, ita si opera exteriora attendas, quæ obedientia iniungit, aliquando minima videbuntur, sicut & illa mandata, de quibus cælestis magister ait. *Qui soluerit unum de mandatis istis minimis. Sed* B *in his minimis latet diuina vis, animam perficiens.* Sicut enim ingressus officinā eximij pictoris, & pulcher imas imagines depictas admiratus, interrogas, quibus instrumentis hæc facta sunt? Audis vero minimis, ac vilibus penicillis formatas fuisse, quia illis ut instrumentis vis fuit docta artificis manus. Sic imaginem suan. Deus in nobis perficit minimis obedientiae operibus. Noli ergo despicere minimos penicillos, quia instrumenta sunt diuinæ manus nos perficiētis. Si vero quæras, unde tanta vis, ac celitudo operum obedientiæ sit, dica nō tibi, quia diuina voluntas illis adest, nec minimum putandum est, quod Deus præcipit. Sicut enim adamas, vel margaritum positum in annulo, siue auro, siue argenteo, siue plumbico, illum reddit maxi C mi pretio, ita diuina voluntas, cuiuscunq; rei ad sit, illam in pretiosam reddit. Hinc Christus ait, Non reliquit me solum, quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Hinc etiā dixit Raphael Tobiae, Nolite timere. Etenim cur essem vobis cum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate illi. Quasi dicat, nolite mirari, quod cū ego unus sum ex septem spiritibus, qui in conspectu Dei sunt, in terram descendederim, & officium ministri, ac pedissequi gesserim, quoniā id faciebam Dei voluntate, atq; præcepto, & quidquid Deus præcipi, licet insimilū videatur, magnū est, nec indecens supremo seraphino.

Memo-

Matth. 5.  
Simile.

Ioan. 3.

Tob. 3. 2.

A Memoria profectò mandanda sunt verba Raphaelis, ut nihil nobis indecens, aut minimum putemus, si obedientia iniunctum fuerit, quoniam per voluntatem Dei illud præstas, facere verò, quod placitum Deo est, maximum omnino est. Obediamus ergo, ut votum impleamus obedientiæ. Cauenda verò inobedientia est, quā nullus sustine re valet, nec terra ipsa. Vnde Dñs in Leuitico ait. Custodite le Leuit. 20. ges meas, et iudiciam mea, et facite ea, ne uos euom at terra, quā intraturi estis. Leo deuorat inobedientem Prophetam. Mare 3. Reg. 13.

Ionam inobedientem non patitur. Paradisus non sustinuit inobedientes. A regno expellitur Vasthi, quia inobediens, Esther. 1. euomit deniq; terra inobedientes, quomodo ergo eos religio sustinebit? Secundum votum est paupertatis, quo omnia terrena relinquuntur. Sed ut quid ea relinquenda sunt?

Certè ut Christum citius, ac liberius sequi possis, eumque crucifixum imitari. Augustinus ad Probā ait. Diuitiæ ma Aug. tres sunt deliciarum, cōtra paupertas mater est crucis, multa habet pauper, quę patiatur, sicut multa habet diues, in quibus delectetur. Sicut Rebecca in Camelō sedens vidit Genes. 24.

deambulantem Isaac, & descendit de Camelō, ita vidētes animæ Christum sponsum pauperē, ut eum imitentur, omnia relinquunt. Sicut vestibus regis mundatus est Dauid, ut arcā duceret in regiam, ita ut nos Christus duceret in 2. Reg. 6. cælum, pauper factus est, quem ut imitentur sancti, nudant se, ac bonis expoliant. Difficilè enim Christum diues sequitur. Quarit Bernardus, cur Deus Petrum super Bernar.

C aquas fecerit ambulare, cum Israëlem super aquas maris non duxit. Et respondet. Nimio pondere grauabantur Israélites onerati diuitiis Ægypti. Sed Petrus, qui prius dixit: Ecce nos reliquimus omnia, aptus erat, ut super aquas ambularet. Sed quod impedimentum diuitiæ præstant, ne Christum liberè sequamur? Res fert Arist. Plin. & hi, qui Arist. de rerum naturis scripsere, Pisces esse mira virtutis, qui Plin. Græcis dicitur Echeneis, Latinis Remora, & cū parvus sit quātitate, si adhucreat nauigio, illud detinet, licet vi vētorū, Simile. ac remorū duceretur. Quo docemur, aliquid posse esse impedimentū ei, qui viam agit in cælum, ductus illo spiritu, Rr 4 de

## Concio IIII. ad Religiosos

**Psal. 143.** de quo Psaltes ait. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram regnum. Sed quod illud?* Certe cupiditas diuitiarum, parua res haec cupiditas est, quia parua sunt ea, quae concupiscit, sed non parum detinet viam agentes in celum, licet sint de his, qui ut nubes volant. Sicut ergo Pharao desiderantes Israëlitas Deo sacrificare detinet, dicens, opprimamus eos operibus duris lutis, & lateris. Ita demon quos videt desiderantes sequi Christum, cupiditate tenet.

**Exod. 5.** *Maximam difficultatem Christus posuit in diuitiis salutis, adeo ut dixerit, difficultius esse, diuitem intrare in regnum celorum, quam camelum per foramen acus.*

**Matth. 19.** *Ex quibus verbis quidam collegerunt, impossibile esse diuitem saluari.*

**Concil.** *Sed id haeresis est, ut patet in Concilio Gangreni, & referatur distinctio. 30. cap. haec autem. Qui dixerit diuitem in iustitia, & bonis operibus non saluandum, anathema sit.*

*Licet vero saluari possit, difficile tamen, quia diuitem spina sunt verbum Dei suffocantes, licet enim cum verbum Dei audierit, proponat bona agere, tamē tot curis grauatur, & humanis respectibus, ut nihil opere pæstet. Et in di-*

*utiis radicem habet omnia peccatorum. Ideo Paulus.*

*Radix omnium malorum cupiditas, quia sicut arbor à radice virtutem fructus producendi recipit, ita à diuitiis fomentum recipiunt vniuersa peccata. Hinc fit, ut diues multum timere debeat, salutem amittere sempiternam, & ideo à Deo maximè deberet perpetuò pendere. Id vero silentio non*

*est prætereundum, quod camelu simile dicat Christus diuitem, sicut enim camelus absq; debita proportione est,*

*ita & diues absque proportione esse solet in multis, in suis estimatione, in aliorū despectu, in vestibus, in domo, in cōiuīsi, innumerā enim in eis superflua videbis, & absq; debito ordine, ac proportione. Deinde genuflectit camelus,*

*ut oneretur, ita diues, cum multa quaerat, ac ambiat, sapientia genuflectit his, qui ea præstare possunt, & ut amplius oneretur, genuflectit. Cum ergo ad diuitem difficile sit, diuitem saluari, qui intensè salutem cōsequi optat, omnia dimittit, sic enim*

*liberius Christum sequi, & facilius salutem cōsequi poterit.*

*Secundo in paupertatis voto ostendit homo se virū optimū,*

- A timum, & ad perfectionem tendentem. Aiebat Socrates. *Socrates.*  
 Quid est in causa, quod cum in theatro conuenit vniuersus populus, si dicatis, qui vniuersis praest, surgant scholastici, soli illi surgunt, si dicat, surgant mercatores, soli illi surgunt. Si vero dicat surgant viri boni, & optimi ciues, nullus non surgit. Certe, ait Socrates, omnes credunt se viros bonos, amore sui cœci, vel videri volunt viri boni, licet non sint. Sed quæ in re agnoscentur viri boni? Certe ille vir bonus est, & segregatus à peccatoribus, qui viam tenet contemptus omnium, quæ in mundo sunt. Duæ sunt viæ, quæ probos ac improbos separant, quæ significantur in diuisione Abrahæ, & Loth, cum enim ab iuicē discessuri essent. *Genes. 13.*
- B eleuatis oculis vidit Loth omnem circa regionem Iordanis, que vniuersa irrigabatur sicut paradisus Dñi. Elegitq; sibi Loth regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Abraham vero habitauit in terra Chanaan. Ita ergo duplex est in mundo via, altera, quæ dicit in Sodomam, diuitiae, scilicet, ac delitiae, & hæc via peccatores tenent, quitemporalia magnificiūt, ac sedentur. Boni vero ea paruipendunt, ac via reputant, impletentes illud. *Si separaueris pretio Hiero. 15.* sum a uili, quasi os meū eris. Et hæc est scientia sanctorū, quæ à Domino traditam Moysi Sapiens ait, ut negaret se filiuū *Sap. 104.* filiæ Pharaonis. Magis eligens filii cū populo Dei, quæ temporali peccati habere iucunditatem, cui simile estimabo generatio. *Heb. 11.* nū istam ait Christus de peccatoribus loquens. Similis est pueris sedentibus in foro. Pluris estimat puer pomū, quæ regnū, *Matth. 11.* si peccator temporalia eternis præfert. Nolite pueri effici seafibus. Deinde puer currit, ac discurrat, vt capiat atomos, vel quid inane, quæ si non capit, in vanū cœcurrit, si cepit, quid obsecro habet? Ita peccator maxima solitudine currit, ut temporalia assequatur, si illa nō obtinet, irrisum putat, si obtinet, quid obsecro habet? Num satiabitur? *Satibor.*, cum apparuerit gloria tua, dicit rex, qui omnibus terrænis abundabat. De omnibus temporalibus illud pronuntiari poterit. Non implebit manum suam, qui metit, et sinum suum, qui manipulos colligit. Nec mirum, cum proportio nō sit inter animam spiritualem, & ista corporalia. Si alius tibi dicitur, *Psal. 128.*

Rr 5 ceret,

## Concio IIII.ad Religiosos.

ceret, volo implere intellectum tuum pecunia, voluntatem A  
tritico, thecas scientia, ac fide, horrea charitate, ac virtuti-  
bus, irrisorem eum dices, non enim hæc proportiozem  
habent inter se, & ideo dicendum potius est, intellectum im-  
pleri fide, & scientia, voluntatem virtutibus, thecas numis,  
horrea tritico, hæc enim sibi conueniunt, & vnum altero  
impletur. Nihil ergo temporale spiritum satiabit, quia  
proportio nulla est, & extrinsecus in corpore manent, nec  
interiora penetrant. Hac ratione sitim sedare nequeunt.

Simile,

Sicut enim sitiens non satiatur, si aquæ calicem effundat ex-  
trinsecus, nec aquam bibat, quia eo aqua non peruenit, ubi  
sitis est, ita temporalia in corpore manent, anima vero est,  
quæ sitit, quæ est veluti terra sine aqua. Quid hinc iusti B  
colligunt? Quidam quidem similes sunt apibus, quæ per  
flores discurrunt, & ex eis minimum quid colligunt, quod  
difficile videri potest, & eo collecto recedunt, ut inella con-  
ficiant. Ita iusti ex temporalibus ea solum decerpunt, quæ

i. Tim. 6. ipsis necessaria sunt, dicuntq; cum Paulo. Habentes alimen-  
ta, & quibus tegamur, his contenti sumus, & cum hæc decer-  
perint, ad spiritualia inella conficienda redeunt, imitantes

Gen. 8. columbam, quæ ad arcum reuersa est, nec vt coruus man-  
fit in cœdaueribus. Et hoc ipsum humanum cor in sua figu-  
ra ostendit, cuius pars extrema punctum est, suprema ve-  
rò dilatata, quia temporalia in puncto tangere debet, ad

Iud. 7. cœlestia vero dilatari. Reprobantur à Deo, qui se in ter-  
ram proiecerunt, vt aquam biberent, necesse enim illis fuit

ad id arma de manib; deponere, eliguntur vero, qui  
altera manu arma tenent, altera vero aquam bibunt. Sed

quoniam difficile est, diuitiis abundare, nec eis obrui, qui  
ad perfectionem anhelant, non solum temporalia despici-  
unt, sed opere relinquunt, quo se viros probos, ac opti-

mos ostendunt, dum non solum temporalia vilia ducunt,  
sed etiam nihil ea reputant, & ideo relinquunt. Quo fa-

August. eto charitas perficitur. Vnde Augustinus libro 83 qua-  
stio. 36.tomo 4. interrogans, qua re charitas crescat, ait.

Charitatis venenum est spes adipiscendorum, aut retinen-  
dorum temporalium, nutrientium eius est impunito cu-

pitatis,

- A** cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. Quisquis igitur eam nutritre vult, instet in minuendis cupiditatibus. Cum ergo in corde est amor Dei, & amor aliquis terrenorum, imperfectus erit Dei amor, cum vero nullus terrenorum amor fuerit, perfecta erit charitas. Cum ergo ex corde dixeris: Ecce Hier. 4. nos reliquimus omnia, cum omnia arbitraris detimenta, & ut stercore, ut Christum luciferas. Cum dicis cum Prophetā. Aspexi terram, & ecce uacua erat, & nihil, cum solus Deus manet in corde tuo, quia reliqua omnia ab eo deturbasti, tunc perfectus in charitate eris. Hoc vero efficitur paupertatis voto, quo recte praestito vniuersa terrena abiiciuntur.
- B** Verè temporalia omnia curanda non sunt, sed æterna. Cum Christus Dominus per templum transiret, nec curaret amplitudinem ædificij, dicunt ei discipuli. Magister aspice, Marc. 13. quales lapides, & quales structurae. Et Christus ea non curanda dicit, quia cito: Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Non attendit Christus superba ædificia, ac structuras, quia alia negotia gerebat maioris momenti, quibus vehementer intendebat. Sicut qui in curiam venit, ut negotium agat maximum, ut vitam scilicet, & substantiam seruet, ita illi negotio intendit, ut non curet videre superbas magnatum domos, ac hortos amicos nos. Occupauerat Christi animum negotium salutis hominum, ei intendebat totis nervis, & ideo parentes relinquebat, dicens: In his, quæ patris Ioh. 4. me i sunt, oportet me esse. Eadem de causa cibum non sumebat aliquando, sed dicentibus manduca, aiebat: Cibus meus est, ut sis Ioh. 17. etiam voluntatem eius, qui misit me. Et donec dixit: Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam, non quieuit. Ita ergo & nos deberemus operi salutis nostræ sic intendere, ut omnia tempora lia negligemus ac relinqueremus. Deinde non attendebat Christus Dominus fabricam templi, quia aliud in celo videbat per amplius, cui templum Salomonis collatum tuguriolū erat. Duc nunc regem in paruum oppidum, & die, ut aspiciat dominum pauperis agricolæ, & illius ornamenta. Certè si consideratione ascendes ad cœlestem Hierusalem, & illius diuinitas contemplareris, vilescerent tibi continuo cuncta temporalia

## Concio IIII. ad Religiosos

Psal. 834

poralia. Hierusalem ascendat super cor vestrum, & dicetis: **A** Melior est dies una in atrio tuis super millia. Non ergo mirum, quod religiosus cuncta deserat terrena, qui corde vidit cælestia. Sed tertiam rationem Christus adiicit, cur tēpli struēturam nō consideraret, quam etiam rudes percipiunt. Et ea est, quod cito non manebit lapis super lapideam, qui nō destruatur. Hinc Bernard. in declamatione super Ecce nos reliquimus omnia ait. Mūdus transit, & cōcupiscentia eius, relinquere hæc magis expedit, quam relinquere. Spiritualis homo hac ratione non indiget, sic enim ei vilescent terra-  
na, vt quanuis æterna essent, ea nō curaret, sed rudit, & car-  
nalis homo audiat, cras hæc omnia necessariò relinquenda. Si nobilis vir viam ageret, & in tugurium deueniret mi-  
serum, ac male compactum, vbi à temporis iniuriis secu-  
rus non esset, properaret inde exire, vt in aulam veniret  
suam. Sed miser homo, cui tugurium illud placet, illud re-  
linqueret, cum videret minari ruinā, vel igni ardere. Si ea,  
quæ mundi sunt, non relinquis, quia vilia, quia meliora in  
patria habes, saltem relinquere, quia ruinā minantur, & quo

**Num. 16.** tidie decidunt. Quando terra absorbuit Datan, & Abiron,  
omnis Israël, qui stabat per girum fugit à clamore pereun-  
tium, dicens: Ne forte & nos terra deglutiatur. O homo, non vi-  
des terram apertam, quot deuorat? Non attendis gemitus  
pereuntium, yulatus, damnatorum, quomodo ergo nō fu-  
gis? quomodo stas securus? Hieremias prædicens vastitatē

**Hiere. 48.** Moab, eius exemplo reliquos sic monet. Vox clamoris de-  
Hormain, uastitas, contritio magna, contrita est Moab, annuntiate  
clamorē parvulis eius, fugite, saluate animas uestras, & eritis quasi  
myrtice in deserto. Saluabuntur, qui fugerint ex eis. Solus fu-  
giens saluatur, qui omnia relinquit, saltem affe-  
ctu, sed melius est effectu relinquere, vt  
facit youens paupertatem, &c.

**CON-**



## C O N C I O . V.

Adeosdem Religiosos, de Dei, & proximi  
dilectione, quæ singulariter ab  
eis exhibenda est.

### T H E M A.

B Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est  
vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cor-  
dibus vestris, in quem vocati estis in uno corpore,  
& gratia estote. Colos. 3.

**C** V M ex Persidis captiuitate reuersi essent si-  
lij Israël, id primum curauerunt, priusquam  
domos extruerent, aut quid aliud facerent, vt 2. Mach. 3.  
ignem inuenirent, quam Deus de cælo mise-  
rat, ad offerenda sacrificia, & sacerdotes, qui  
in captiuitatē ducti fuerant, absconderant. Ex quo factum  
est, vt à Deo, & à rege Persarum multa dona acciperint.  
Ignis quidem nobis datus est, quo vniuersa sacrificia Deo  
offeramus, quo si fuerint oblata, grata erunt, si minus in-  
grata, & hic charitas est. Sicut antiquū ignem Deus Moy-  
si dedit, ita & hunc ipsem venit accendere in terram.  
Vnde ait. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ac- Luc. 12.  
cendatur? Ad id ipsum etiam Spiritum sanctum misit, qui  
ignis est, vt hunc in nobis accenderet ignem, quia vt Pau- Roma. 15.  
lus ait. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū san-  
ctum, qui datus est nobis. Et sic impletum est illud Psalmi: Ig- Psal. 17.  
nis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Si hic ignis  
non adsit, quicquid Deo obtuleris, nihil obtulisti, quia ni-  
hil tibi prodest, vt Paulus ait, licet maxima offeras. Cum 1. Cor. 13:  
ergo

## Concio V. ad Religiosos

ergò Religiosas innumera debeat Deo offerre dona, ne A  
vniuersa vana sint, & ingrata, hunc ignē charitatis abscon-  
ditum quætere debet primū. Non solum enim charitas  
præstat inter reliquas virtutes, vt aurum inter metalla, sed  
est veluti metallum, à quo ponderet valor reliquorum me-  
tallorum, cuius contactū reliqua metalla valorem accipe-  
rent. Est enim charitas omnium virtutum forma, sine qua  
omnes virtutes sunt quasi materia informis, qua est pro-  
pè nihil. Et hac ratione charitas à nobis primum quæren-  
Apoc. 3.  
Beda.  
Ephesi. 5.  
Prov. 23.  
C  
da est, qui ex Babylonica captiuitate rediuiimus, sicut illi  
ignem primū quæsierunt. Vnde monet Ioannes: Suadeo  
tibi emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias. Dixit  
verba ista Episcopo Laodiceæ, qui putabat se diuite, quia  
multa habebat bona opera, cum tamen pauper esset, quia  
hac charitate carebat. Ait ergò, dicam tibi, quomodo di-  
ues fias. Emē à me aurum ignitum, probatum, id est, charitatem  
qua omnibus præstat, tāquam aurum, & qua diuites red-  
dit homines, vt aurum. Dicit verò ignitum, probatum, id est,  
sit charitas pura, & nihil habeat admixtum terrena cupiditatis, igne enim aurum purum redditur. Beda intelligit,  
charitatem pressurarum, & afflictionum igne probatam,  
& examinatam, aut talem, qua nullo igne afflictionis con-  
sumatur. In Græco habetur, suadeo tibi, emere à me aurū  
ignitum ex igne, id est, igne probatum, & ex igne nunc ex-  
tractum, quia tunc purissimum est aurum, vel ignitum, &  
iterum ignitum, id est, valde purum: Verbum illud emere  
à me, aptè positum est, ac si diceret. Etiam cum voluptu-  
tum dispendio habere cura hanc charitatem, etiam si do-  
res perferendi sint. Quod enim emititur, non gratis posside-  
tur, sed pretio dato. Sic etiam Paulus ait. Redimenes tempus  
quoniam dies mali sunt, id est, tempus, etiam unum rerum ter-  
poralium iactura habere quærentes ad beneficium. Sic  
etiam Sapiens ait. Veritatem eme, & noli uendere sapientium,  
id est, retine veritatem, etiam si oportuerit multa perdere  
eius causa, & nolivitatem dimittere, etiam si plura tibi la-  
cra occurrant.

Licet vero ab vniuersis fidelibus hic amor iure exige-

## De die & proximi dilectione. 320

- A tur, præcipue tamen ab anima religiosa, quæ Dei sponsa singulari ratione est. Vniuersos fideles Paulus vocat do- Ephes. 2.  
mesticos Dei, & tanquam domestici, & ministri eius debent eum diligere. Anima vero religiosa sponsa est quadam peculiari ratione, & ideo plus Deum diligere debet, quam re liqui. De qua proinde illud intelligitur, quod sponsus ait. Sexaginta sunt regine, & octoginta concubine, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris sue, electa genitricis sue. Haec vna religiosa anima est, quam Deus singulari dilectione prosequutus est, quæ columba similis est, quæ perfecta est, quia in schola perfectionis electa est de mundo, ego elegi uos de mundo. Haec vniuersa reliquit, ut Deo ardentius adhaereat. Ad hanc Psalm. 44.  
B Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quia concipiuit rex decorum tuum. Et anima, cum religionem intravit, id praestit, reliquit domum patris, & patriam, ut sponsa adhaereat, oportet ergo ipsam in hoc amore crescere, ac gradus huius dilectionis nosse, scalam nouerit, per quam in Deum condescendere debeat, qui in fine scala est, ut apprehendatur.

Bernardus, & Thomas in opusculo de amore Dei gra- Bernar.  
dus huius scalt numerant. Primus gradus est, in quo chari D. Tho-  
mas facit languore utiliter. Attende sponsam hoc amore lan-  
guentem. Nuntiate dilecto meo, quia amore langueo. Sed infir- Psal. 67.  
mitas hac non est ad mortem, sed ad mortem mortis. Est enim languor à peccato, qui auferat animæ gressum ad illi-

- C cita, & iacere facit præ humilitate eā, quæ prius stabat ero.  
Eta Mutat gustum, ut non ei dulce sapiant vanitas mun-  
di. Mutatio hec est dextera excelsi, eius, scilicet. Qui pluviā Cent. 50.  
voluntariam segregat hereditatis sue, infirmata est, tu uero perse-  
cisti eam, quoniam virtus in infirmitate hac perficitur:  
Recte ait. infirmata est. Sicut enim infirmus ambulare non potest, sed nec stare, gustum amittit, & debilis est,  
qui prius fortis erat robore. Ita homo Deum diligens,  
non solum infirmus peccato est, sed & mortuus. Vnde  
de Paulus: Existimat uos mortuos esse peccato, uiuentes au- Rom. 6.  
tens Deo in Christo Iesu. Sed quoniam aliquæ reliquiae  
peccati

## Concio V. ad Religiosos

peccati alii huc manent in homicide initio dilectionis, ideo A non omnino mortuum peccato dicimus, sed infirmū, quia iam ad vanas vires non habet, non ei dulce sapiunt, ut prius, sed ea aversatur, iacet in sui cognitione, marcidus est. Et haec omnia dilectio facit Dei.

Gregor.  
Cant. 5.

Secundus amoris gradus est, cum facit Deum querere incessanter. Hinc Gregorius. Vis amoris intentionē multiplicat inquisitionis. Prius, sicut sponsa, cum infirma esset, quae fuit Deum in lecto, sed iam convalescens per universa discurrat, eum inquirens. Et quae infirma dixit: in lectulo meo per noctes quæsumi, quem diligit anima mea. Surgens ait. Surgam, & circumbo ciuitatem, quæram, quem diligit anima mea. Sic

Psal. 104. monet Psaltes: Quærit faciem eius semper. Qui sic quærit, omnes interrogat, sicut sponsa. Num quem diligit anima mea B uidistis? Nec in aliqua re fistit, donec inueniat dilectum, sicut Magdalena, quæ videt in sepulchro Angelos, cum Iesum quæret, nec eos alloquitur, nec moratur, sed breuitate eis respondens, ab eis se auertit, & conuersa retrorsum vidit Iesum stantem. Sic sponsa ait. Paululum cum pertransisem eos, inueni, quem diligi anima mea. Hic gradus à primo

Ortum habet. Cum enim anima ea, quæ mundi sunt, reliquit, cum illa ea non gustat, alia quærit, in quibus delectatur. Et sicut recidens à termino à quo, quærit terminum ad quem, & recedens longius ab Hispania versus Indos, illuc properat, ita anima Deum incessanter quætit, cum vana reliquit, siccille agebat, qui ait. Renuit consolari anima Psa. 118. mea, in creatura scilicet, memor sui Dei, & delectatus sum. Et iterum. In toto corde meo exquisuisse, ne repellas me à misericordia tuis. C

Philip. 4. In Deo delectationem quærit iam iustus, sicut Paulus monet. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Et Psaltes: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordistui. Sed Bernardus sermoni quinto, in capite ieiunij ait. Quomodo ait o Paule gaudete, delectare, ac si id in mea esset potestate, sæpè gaudere in Domino vellem, nec tamen possum. Respondet: Affactus quidem appetitus non semper in nostra est potestate, est tamen affectus voluntatis, & ipse appetitus affectus etiam excitari à nobis potest. Sic etiā

Psal. 36. Bernard.

Gregor.

## De Dei & proximi dilectione. 321

A Gregorius expendit illud Psalmi: Laboravi in gemitu meo, la Grego.  
uabo per singulas noctes lectum meum. Quid est laboravi in ge- Psal. 6.  
mitu meo: laboravi, vt generem, & continuò tata ad fuit la-  
chrymarum copia, vt lauarem lectum meum. Vis o homo  
de peccato dolere: labora paululum, carnem macera, con-  
sidera mala peccati, & facile dolorem inuenies. Eodē mo-  
do de gaudio philosophādum est, vis gaudere: cura, vt gau-  
deas, considera bona Dei tui, considera gloriam tibi para-  
tam, & spe, ac charitate lātaberis. Est enim fructus charita-  
tis gaudium.

Tertius amoris gradus est, quo amor facit sustinere infa-  
tigabiliter, & fortiter in omnibus agere. August. Omnia Aug.

B grauiā, & immania prope nulla facit amor, etiā ipsam mor-  
tem. Huc putabat se ascendisse, qui aiebat Paratus sum tecū Luc. 22.  
& in carcерem, & in mortem ire. Sed statim patuit, nō ad eum  
gradum peruenisse. De his, qui ad hunc gradum peruenie-  
runt, meminit Dñs Hieron. 2. cum ait, Recordatus sum tui,  
misericors adolescentiam tuam, & charitatē despōsationis tue, quā-  
do sequuta es me in deserto. Quasi dicat, cum dilexisti me tan-  
quam sponsa sponsum, & vitam defera mei causa ingressa  
es. Qui ad hūc gradū ascendit, implet, quod Arist. ait. Diffi- Aristo.  
cile facili magis eligendū. Qui enim Deū ardenter amat,  
quō difficiliora se offerūt sustinēda, eō magis legitatur. Et hic  
implet illud. Diliges Dominū Deum tuū ex tota fortitudine tua. Marc. 12.  
Aristo, ait. Nullus magis sustinet terribilia quā fortis. Au Aristo.  
gust. Fortitudo est amor facilē tolerans omnia propter id, Augst.

C quod amatur. Quinq; verō terribilia dicit Aristot. inopia,  
malā opinionem, egritudinē, inimicitiam, mortē. Diligere  
ergo Deū ex tota fortitudine est sustinere pro eo in opia, Cant. 8.  
si oportet. Hinc est illud. Si dederit homo omnē substantiā do-  
minus ſuę prodilectione, quaſi nihil despiciet eā. Sic amans, & for-  
tis Paulus omnia arbitratur vt ſtercora, vt Christū lucifa-  
ciat. Ille, qui in Deū peccat, vt ſubstantiā nō amittat, debi-  
lis, & nō fortis amator dicēdus est: Qui vero vniuersa relin-  
quit Dei cauſa, etiā cū nō tenetur, vt religiosus, ex tota for-  
titudine Deū diligit. Secundo ad eūdem fortitudinē perti-  
nent, in famiā pro Christo sustinere. Sic faciebat, qui ait. Per  
familiā

## Concio V. ad Religiosos

- s. Cor. 4.** infamiam, & bonā famam. Et iterū. Mibi autem pro minimo est, A ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Quid ad te o homo, quod illa tibi dicat, rectam te viam nō tenere, si tu nosti, quod recta incedas via? Tertio, ad eandem fortitudinem pertinet, sustinere Dei causa inimicitia, nullius amici causa in Deum peccandū est. Ne sis similis Adæ, qui ne Euam cōtristaret, in Deum peccauit. Augustinus. Amicabili quadam benevolentia, plerumq; sit, vt offendatur Deus, ne offendatur **Matth. 16.** amicus. Sed qui amat patrem, aut matrem plus quam me, nō est me dignus. Quarto, fortis amans sustinet & gritudinem, & omnem corporis malum, ne Deum offendat, fortis virus sic mel appetit, vt nec verberibus, nec spinis, nec apūm aculeis arceri ab eo possit. Sic Christum diligebat, quia it. **Rom. 8.** separabit, a charitate Christi tribulatio an angustias. Quinto for **B.** titer amans mortem sustinet pro Christi amore, si oportet: **Cant. 8.** Quia fortis est ut mors dilectio. Et maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et certus sum, quod neque mors, neque uita poterunt nos separare à charitate Dei. **Bernard.** Bernardus. Disce Christiane à Christo, quomodo diligas Christum. Disce amare prudenter, dulciter, & fortiter. Dulciter, ne illectus, Prudenter, ne deceptus, Fortiter, ne oppressus ab amore Christi auertaris.
- Quartus dilectionis gradus est, quo facit appetere impatiens. Sicut enim stomachus exinanitus appetit cibum, quē si videre, aut adorari contingat, irritatur appetitus, & impatiens exoptat, sic anima exinanita ab omni bono creato, prægustans aliquomodo Deum ipsum impatiēter appetit. Unde ait. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiēt, & præ concupiscētia desicere solet. Sic Psal. Cōcupisit, & deficit anima nostra in atria Dñi. Impatiens profecto fuit Rachelis desideriū dicentis. Da mihi liberos, alioquin moriar. Cōfundere o anima tanto desiderio illius, quā sic optat id quo ei dato, debet mori. Mortua enim Rachel est, cū pareret Bē-iamin. Quāto ergo desiderio desiderare deberes Deum tuum, quo tibi dato, viues in aeternū. Dic ergo Deo tuo. Summū bonū melius es tu mihi, quam decē filij, da ergo te mihi, alioquin moriar. Videt forsitan homo im- mensum

## De Dei & proximi dilectione. 322

A mensum pondus argenti, & auri, quod classis ex Indi veniens defert, & gliscit animus eius, ac ait intra se, quis tantum possi lerei thesaurū. An non anima desideret Dēū thesaurū infinitū? Audi desiderantē. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiruū meo in præcordiis meis de mane uigilabo ad te. Multa Dei desideria in Augustino videre licet in soliloquii, in quibus ad Dēū suspirat, sicut sponsa, quæ optimo despōlata spōlo, & ab eo absens est, eius cōspectum desiderat. At tene ergo anima cui despōnsata sis. Respondi nos nisi uiro, uirgine costam exhibere Christo. ait Paulus. Sponsus Christus est, sponsa anima tua est. Amor sponsi infinitus est amor sponsæ super omnia est. Despōsatio arctissima, ac verissima est, ita ut despōnsatio exterior figura illius sit. Cur ergo sponsum absentem non queras? Cur eum impatienter non appetas. Cur non dices cum Psal. Fuerunt mihi lachryme mæne panes die, ac nocte, dan dicitur mihi quotidie ubi est Deus iudee?

Quintus amoris gradus est, quo facit, currere velociter. Bernard. Qui amat ardentiū, currit velocius, & apprehendit citius, qui famem patiuntur ut canes, restat, ut circummeant ciuitatem, querant, & currant. Hoc præstabat, qui dicebat: Quæ admodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Cervus enim currit ad fontem cum sagitta vulneratur, ita ergo anima vulnerata charitate currat ad Deum. Ideo etiam ait. Cucurri in siti. Et sine iniuritate cucurri, & direxi. Riuuli sunt vniuersæ creature, in

C quibus philosophi biberunt, & nūc, licet aliter peccatores poterit. Sed Deus fons est vita, ad quæ properare debemus.

Sextus gradus est, quo facit stringere indissolubiliter. Ea, quæ hucusque diximus, non requirunt coniunctionem, & præsentiam dilecti, immo absenti potius conueniunt. At vero, cum stringitur dilectus, præsens est. Tunc enim cum sponsa ait. Inueni, quem diligit anima Canticum 3, mea, tenui eum, nec dimittam. Mirabilis enim modo anima, quæ superiores gradus conscedit inuenit Deum, tenet eum, & ab eo tenetur, rapit, & rapitur: Animaque intime coniungitur Deo, ut uetus spiritus sit cum eo.

## Concio V. ad Religiosos

Fœlix anima Deum iam tenens. Fœlicior, si nec dimit-  
tat. Sed forte nosse cupis, quæ nam sit hæc Dei præsen-  
tia, certè omni animæ iustæ Deus adest, cum ipse dicat: Ad  
*Ioan. 14.* eum ueniemus, & mansio[n]e apud eū fraiemus. Licet enim nō vi-  
deatur clare, tamē multos eius affectus experitur. Qui ta-  
men perfectus in charitate est, licet Deū manifestè non vi-  
deat, id enim solis beatis cōceditur, tamē ea signa Dei præ-  
sentis experitur, vt maximis cōiecturis eū sibi adeste sen-  
tias, & tunc eū constringit indissolubiliter. Sed non ita in-  
dissolubili vinculo tenetur, vt dimitti nequeat. Dimittitur  
enim nolens aliquādo à volēte, cum brachia, que strinxerat  
charitas, dissoluit carnalitas. Et tūc animæ accidit illud  
Psalmi. Et dimisi eos secundū desideria cordis eorū. Secundo di-  
mittitur volens à nolēte, cum brachia, quæ strinxerat cha-  
ritas, soluit infirmitas corporis, vel necessitas. Sic ille ait ad

*Genes. 3:2.* Iacob. Dimitte me, quia iam ascēdit aurora. Et Iacob ad eū. Nō  
dimittā te, nisi prius benedixeris mihi. Hoc dimittere est, contē-  
plationē ex carnis necessitate interrumpere. Sed sicut non  
recessit à Iacob, nisi prius illū benedicaret, ita hominē non  
dimittit à contēplatione, nisi magnis muneribus auctum.  
Tertio verò dimittitur volens à volēte, cū præuissa aliqua  
vtilitate, vel obedientia, dimittitur contēplatio, quod non  
*Tob. 10.* est sine maximo fructu. Sic dimissus Tobias fuit, de quo ma-  
ter ait. Heu me fili mi, ut quid te misimus peregrinari, baculūse-  
necturis nostræ, lumen oculorum nostrorū solatiū uitæ nostræ, spē  
posterioritatis nostræ, in te uno omnia habentes, te non debuimus dimit-  
tere. Sed sic rationabiliter dinissus rediit cum antidoto ca-  
cidatis, vt vere sit lumen oculorum, & remedium pauper-  
tatis, hæc enim Tobias patribus detulit.

Septimus gradus, quo facit ardere suauiter. Sicut calor  
est prima, & nobilissima qualitatū primarū, sic amor. Sicut  
calor sursum fert, sic amor. Sicut calor cōgregat homoge-  
nea, & ethereogenea disagregat, sic charitas separat anima  
spiritualem à corporalib[us], & Deo, qui est purus spiritus, cō-  
iugit. Sed diuersimodè participatur hic calor. Est enim ca-  
lere, quod est incipientiū, qui dicunt cū Psal. *Congaluit cor*  
*meum intra me.* Est feruere, quod est proficiētiū, de quibus  
Paul.

*Psal. 38.*

de Dei & proximi dilectione. 323

- A** Paul. Spiritu seruētes, Dūo seruētes. Est ardere, quod est per feōtorū. De quo Psal. In meditatione mea ex irdescet ignis. Sed hic ardor suavis est in perfectis, absq; vlla poena, imo summa cū suauitate. Magna profecto visio, ardore rubū, nec cōburi, quia suauiter ardet pfectus, nō pœnaliter vt pœnitēs:  
 Octauus gradus est, quo facit assimilari totaliter. Est que  
 dam similitudo inter duas qualitates, vt inter duo alba. Est  
 maior similitudo, quando ex uno recipitur in alio, vt inter  
 sigillū, & cerā sigillatā, sic ergō fit diuina similitudo in ho-  
 mine. Quando gloriā Dñi speculantes in eandē imagine transfor-  
 mamur. Hæc plena similitudo in homine fit in patria. Cū si-  
 miles ei erimus, quia nidebimus cū sicuti est, vt Ioan. ait. Nūc ve-  
 rò per charitatē aliquomodo fit, sed diuersimodè, & hic,  
**B** in patria pro charitatē diuersitate. Cuius rei optimū exē-  
 plum apparet in speculo, nā distātia rei, speciē proiiciētis,  
 & speculi recipientis causat diuersitatē similitudinē, nam  
 quo minor distātia, eo maior similitudo. V era enim, & to-  
 ta facies resultat in speculo distātē, sed in minus distātē ple-  
 nius secundū quātitatē, & ideo similius. Si ergo plura spe-  
 cula obiiciantur alicui rei in diuersa distantia, in omnibus  
 tota facies rei illius splēdet. Sed inē qualiter pro distātē di-  
 versitate. Sic ergō Deus in cordibus ipsum diligentē im-  
 primit speciē, & similitudinē suā, & vniuersi beati recipiunt  
 in seip̄lis, vt in speculo totā Dei faciē, quia nō habet partē,  
 & partē, sed nō recipit ullus eī totaliter secundum suā, infi-  
 finita quantitatē virtutis. In solo Dei filio respłēdet patris  
**C** imago omnino totaliter, & infinitē, in omni vero creatura  
 quæ finita est, atq; adeo elogata à Deo, recipitur quidē di-  
 uina facies, & tota facies, & imago eius cōpletata, sed nō reci-  
 pitur totaliter, secundū plenā eius magnitudinē propter  
 distantia, non quidē loci, sed diuersitatis. Quæ vero crea-  
 tura magis appropinquat creatori, eo efficitur speculū cōiun-  
 ctus, vt pleniū repräsentet, & recipiat diuinā imaginem.  
 Sic Angeli superiores plenius quā inferiores. Proficiēs ex-  
 go in charitate homo, magis, ac magis ad Deum accedit, &  
 ideo magis, ac magis in se auget, & recipit diuinā simili-  
 tudinē. Ex quibus illud colligendū nobis est, eam, qui perle-

Rom. 12  
Psal. 38.  
Exod. 3.

2. Cor. 3.  
1. Ioan. 3.

Simile.

## Concio V. ad Religiosos

fecte Deū diligere vult, colligere debere omnem affectū A  
ac amorem ad Deū, ita ut interrogata anima, quid velit, re-  
spōdeat solū Deū, & in nihil aliud tēdat nisi nota à Dō.  
Sicut enim nihil est per se bonum nisi Deus, & omnia alia  
propter Dēcum bona sunt, ita nihil meretur amorem pro-  
pter se, nisi Deus. Reliqua alia Dō volente, & ea, qua ipse  
vult, mensura. Sicut vniuersa, quæ in tabernaculo erāt, vel  
aurum, vel auro cooperata, ita omne, quod anima diligit sit  
Deus, vel propter Deū. Ut dicat homo cū Paulo: Vnu ego,  
iam non ego, mult uero in me Christus. Refert Palladius, inter-  
rogatum sanctissimum patrem ab illo, qua in resciri pos-  
set, aliquem in charitate proficere, respōdisse, si voluntas in  
diuersa, & inutilia non feratur, quæ cor in mille partes di-  
secare solent. Mira hæc profecto in beatis Dei dilectio est, B

& adeò longè a proprio lucro, ac adeò pura charitas, quod  
si nunc eis Deus diceret. Non præcipio, sed cōsulō, nō mā-  
do, sed mihi magis placaret quod nūc faciem meā non vi-  
deatis, sed in eternos ignes descedatis, liberū tamē vobis re-  
linquo, ut faciatis, quod volueritis, mihi tamen gratias face-  
retis, si ignes eligeritis, & cælos dimitteretis, eligerent pro-  
culdubio gloria carere, & ignibus cruciari, adeò pura in eis  
est claritas. Ex quo nobis colligendū est, nihil difficultē no-  
bis futurum, si in eo Deo placeamus. Sic enim Deus amo-  
re hominū omnia difficultia præstítit, ne eam nos pretendē-  
remus excusationē, quod Deus facilia pro homine presta-  
bat, nos verò difficultia. Difficilis certè erat circuncisio Si-  
chem, sed amor eam facilem reddidit, nec diffundit adoles-  
cens, quin statim, quod petebatur, expleret, amabat enim

puellam valde. Hoc Christus pro nobis præstítit, nosque  
deuinxit, ut pro eo præstaremus. Illud demum de charita-  
te dicamus, quod cū una sit virtus, omnis virtus est, & om-  
nia bona præstat. Vis illud manifestē videre: illa docet om-  
nia, quæ agenda sunt, quoniā uicē docet uos de omnibus, vis

viam breuē, ut diuina scias? Ama: dilectio Dei plura docet  
hominē, quam plures anni, quibus studiis vacauit, & plus  
nouit Dei amator, quæ agenda sunt, quā is, qui magna est  
doctrina imbutus. Si enim Deus magnus uoluerit. Spiritu intel-

ligē-

## De Dei & proximi dilectione. 324.

- A ligenti & replebit illū: Amor enim efficit, vt fidēs sit viua, prudētia maxima, discretio, atq; prudētia, vt difficilia valeat discernere, scientia ad inferiora intelligenda, sapientia ad cognoscenda superiora. Hac enim vniuersa dona charitas secum defert. Hinc Sapiens ait. Anima uir iusti etenim ut aliquid uera, plusquam septem speculatores speculantur in excelso. Hinc Psaltes: Super senes inellexi, quia mandata tua exquisiui. Approximat namq; diligens ad fontem scientiæ Deū, & inde scientiam haurit. Ideo Psaltes ait. Dominus illuminatio mea, & salus mea. Et Christus Dominus: Quid diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quis, obsecro, nouit, quæ in Dei pectora sunt, nisi spiritus eius? hunc verò Deus tribuit diligenti se, & ideo plura eū docet, quia non dicit eum seruum, sed amicum, & sic secreta ei aperit. Qui diligit Deum, mundum cor habet, & ideo diuina lux illud illustrat, nec enim est nubes claritatem impediens. Hinc Sapiens: Scientia sanctorum prudētia, quia sciunt, & sciunt, vt operentur, & hic & nunc sciunt, quid agendum sit, quod ad prudentiam spectat. Duplex enī scientia est, speculativa, & practica, hanc diligens Deum præcipuām habet. Proponamus hic viros duos, quorum alter plures libros legit, quibus ars militatis docetur, alter vero per annos operam dedit rei militari, & strenue in bellis versatus est, quis horum plus nouit? Certè is, qui experientia rem nouit, plus sciet, quo loco castra ponenda sint, quomodo milites in prælium ordinandi. C Legit alter libros plures, qui docent, quomodo se in curia gerere debeat nobilis vir, alter vero in curia per annos versatus est, & id experientia didicit, plus hic nouit, quam ille. Ita profecto, qui Deum diligit, expertus est militiæ artem, & in ea diu versatus est, cum dæmone conflixit, eum superauit, in curia cælesti conuersatus est, factus ciues sanctorum, & Dei domesticus, & ideo restans nouit, quæ agenda sunt, quam peccator, quis sola speculativa scientia plura didicit, & prudentia id prestante, hic & nunc eligit, quæ eligenda sunt, sapiens vero peccator prauo affectu id efficiente, hic, & nunc quod
- Eccles. 37. Psal. 118. Psal. 30. Ioan. 14.
- Prou. 9.

## Concio VI. ad Religiosos

deterius est, eligit. De magno illo Annibale memorię pro A  
ditum est, eum, cum Athenas venisset, ad scholas, ac gym-  
nasia ductum, & cum in gymnasium intraret, in quo Phi-  
losophus docebat, ille ut coram strenuissimo duce de re-  
bus militaribus longum sermonē fecit. Interrogatus An-  
nibal, quid sibi de illo Philosopho visum fuisset, respondit,  
senes se insensatos vidisse, sed nullum illi similem, qui de re  
militari ageret, cum illam expertus nunquam fuisse, expe-  
rientia enim magistros facit.



## C O N C I O . V I .

Ad eosdem Religiosos de singulari cha-  
ritate ac dilectione proximi.

### T H E M A .

De charitate autem fraternitatis non habemus neces-  
se vobis scribere, ipsi enim vos a Deo didicistis, vt  
diligatis inuicem, etenim illud facitis in omnes fra-  
tres, rogamus autem vos fratres, vt abundetis ma-  
gis. 1. Thes. 4.

Dionys.



ÆP E à Diuo Bartholomæo usurpatam sen-  
tentiam author est diuinus Dionysius, Theo C  
logia nostra, & parua est, & maxima, qua in  
re vt in aliis authori Christo persimilis est,  
qui maximus, & infinitus altera ex natura  
est, paruu, & minimus ex alia. Quam maxima sit Christi  
doctrina, quis dicet? quāta de iustitia, & sanctitate scripta  
sint à sanctis? quot regulē? quod documēta? eorū numerus  
nō est. Sed audi quā parua alia ex parte sit, cū in summam  
Roma. 13. colligitur vnico verbo, qui enim diligit proximū, legem imple-  
uit, ait Pau. Plenitudo ergo legis est dilectio, & hoc est illud ver-  
Rom. 9. bum abbreuiatū, quod fecit Dñs super terrā, de quo Ro. 9.

## De charitate ac dilectione proximi. 325

**A** ex Isa. 10. Verbū enim consummās, & abbreviās in equitate, quia Isa. 10.  
verbū abbreviātū faciet Dñs super terrā, vbi D. Tho. ait, dici D. Tho.  
tur lex Christi verbū consummans, id est perficiēs, quia nī  
hil ad perfectū adduxit lex, at Euangelium ad perfectum  
adducit seruantē, dicitur vero abbreviās, quia quo res per-  
fectior est, eo simplicior, & brevior, Christus ergo in ter-  
ra consistens verbum fecit abbreviātū, quia vniuersam le-  
gem vniuersa sacrificia, & cæmonias, quæ prop̄ infinita  
erant, ad vnum reduxit sacrificium, & septē Ecclesiæ fa-  
cramenta, & vniuersa moralia, & iudiciale mandata ad  
vnum dilectionis præceptum redegit, quod si impleatur,  
sufficit, dicitur vero abbreviāns in æquitate, quia omnia man Psal. 118.  
data tua æquitas, vt Psaltes ait.

**B** Hanc verò comendans charitatē, vitam cælestē in Eccle-  
sia sua instituit, ac planè dulcissimā, ideo per Spiritū san-  
ctum eā infudit in cordibus credentium, cū multitudinis cre Act. 4.  
dentiū erat cor unum, & anima una, vt Lucas testatur. Cōsidera  
dulcedinem legis huius, & vt aliquomodo ea intelligere  
possis, finge ciuitatem in qua lex charitatis perfectē obser-  
uetur, vbi filii obedientes per omnia parētibus, patres filio-  
rum valde solliciti, in qua nullas proximū odio prosequen-  
tur, sed omnes diligenter proximos sicut se ipsos, & cum  
vnum infirmatur, omnes ei accurrerent, cum quis pauper-  
tate premeretur, omnes ei subuenirent, cū quis tristaretur,  
omnes eū consolarentur, in qua nullū verbum iræ, vel ri-  
xæ audiretur, nullus esset fur, nullus maledicus, nullus de-  
**C** tractor, an non dices ciuitatem hanc felicissimā, & è cæ-  
lo descēsse vitam q; dulcissimā in ea peragi? sine dubio  
præoptarent omnes huius ciuitatis ciues adscribi, & quæ-  
libet alia ciuitas desereretur, vt in hac tam felici habitaret  
omnes. Vide dulcedinem charitatis, & quam vere pronun-  
tiavit Psa. Pax multa diligentibus legem tuā, & nos est illis can Psal. 118.  
dalum. Propter hanc charitatis legem dicitur sponso me-  
ritō. Mel, & lac sub lingua tua. Hac enim lege constituta, ac  
seruata, respublica illa, quam fingebamus in mundo con-  
stituitur, quid concursus populorum in Ecclesiam indu-  
xit nisi vita dulcisima, quam in media charitate in ea vide-  
Cant. 4.

## Concio IIII.ad Religiosos.

runt; est enim charitatis fructus pax & gaudium in Spiritu sancto, quid enim dulcior, quam inter amicissimos vi-tam degere? hæc eadem monasteria repleteuit monachis, & propter hanc vita amara poenitentiae dulcissima facta est, impletumque illud Isai. Computrescat iugum à facie olei, dulcissimum enim iugum religionis oleo charitatis levissimum factum est. Hoc etiam Societatem Iesu mirum in modum auxit, si enim eos, qui eam ingressi sunt, interroges, quo su-ne attracti sint, dicent charitate, quia perspeximus inter se vinctos, qui de Societate erant.

De hac ergo Paul ait ad Thesalo. De charitate autem fra-  
ternitatis non habemus uobis necesse scribere. Vbi Chrysostomo.  
air, ostendit Paul, maximam esse charitatem, quæ doctrina  
non egeat, quæ eam maxima sunt, omnibus patent, & dū  
dicit, nolle eos exhortari, exhortatur magis. *Ipsi à te dedi*  
*cisti,* Deus enim tanta de hac charitate dixit, & tantis ver-  
bis amplificauit, ut necesse non sit hominem in ea re loqui,  
in qua Deus tot verba posuit: addit, & illud facitis, hoc ego

Prou. 15. modo possum dicere: sed rogamus, ut abundetis magis, hoc ho-  
die mihi faciendū, vos rogare, ut magis abundetis, quia ut  
dicitur Prou. 15. In abundantia iustitia uirtus maxima est, & hoc  
exigit religiosi status, ut in omni iustitia abundet, in omni  
virtute crescat, præcipue tamen in hac charitate, sicut enim  
sextarum antiquarum sectatores in dogmatibus propriis,  
sectæ illius, quam sequebantur, maxime excellere cu-  
rabant, & illa præcipue illustrare conabantur, quæ sectæ  
propriissima erant. Sic religionis Christianæ propriū dog-  
ma charitas est, in quo agnoscendus, & dignoscendus Chri-

stianus est. In hoc cognoscet nos meos esse discipulos, si dilectio  
nem ad inuincem habueritis, hoc est preceptum meum, ait fidei au-  
thor nostræ, recte ait meū, ut propriū hoc Christi dogma  
notetur, ut in hoc te debere excellere agnoscas, hoc enixē  
orat Patrem Christus Loan. 15. Et hoc oratio pater, ut sint unū,  
sicut ego & tu unum sumus, et credat mundus, quia tu me misisti.  
Hoc opus ostendit propria Christi esse, quo in mundo  
agnoscendum erat, in eum Deum venisse.

Sed restat nobis videndū in quo consistat hæc charitas,

qua

**A** quæ sunt eius opera, quibus intendere debeamus, certe diligere proximum sicut te ipsum, opima profectio Dei regula, ut maximè commendet charitatem, sicut te ipsum, maxima profectio vis, p̄ prius est amoris, vide quo modo te, & omnia tua cures, sic quæ fratris tui sunt curare debes, cum artifici opus aliquid maximè vis contendere, ut optime prestat, ei dicas, hoc mihi opus fac, quasi tibi ipsi faceres, sic quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis.

Sed quia locutio singularis maximè docet, & mouet, duo tibi peragenda sunt, primū caue maxime ab omni nocumèto fratri, secundū omne quod ei potes prestatre bonū, praestata, & hoc maxima cū dulcedine. De primo vide ne malū

**B** fratri feceris, q̄a charitas, ait Pau. malū nō operatur, sed est malū in cogitatione, in verbo, in opere, ab hominib⁹ his tibi cauēdū est, & primo à malo, quod cogitatione fit, cū facile, leuiterq; fratre iudicas, venenū est charitatis facile iudicare, & loqui de fratre: Charitas nō cogitat malum, ait Paul. Difficile enim de eo, quæ diligimus malū credimus. Quis est tu, qui iudicas seruū alienū? quis tibi hoc iudicium commisit? quis te constituit iudicē? si bene noſſes quis es tu, videres, ab omnibus te iudicandū, & sub omniū pedibus esse debere. Optime cælestis magister: Nolite iudicare, & non iudicabimini, noli

Matth. 7.

te condēnare, & non condēnabimini, qua enī mensura mēsi faeriis remetietur nobis. Quæ verba exponens Chrysost. ho. 3. ad

Chrysost..

populū Antioch. ait, cura tua, aliena quid curas? aliena curatē nō vacat propria curare. Ne hoc hic solū est mali, qđ

**C** illud peccatum committim⁹ iudicātes fratrem, sed quod amplius est, omnia nostra peccata grauiora facimus, eo iudicio omni nos excusatione priuātes, acerbe enim aliena exquirēs, ex suis excessib⁹ venia nō obtinebit, vt enim nos Deus iudicet, nō solū attēdit peccatorū nostrorū naturā, sed etiam quomodo nos in iudicādis fratrib⁹ nos habuim⁹, si misericorditer aut immaniter, ppter qđ dicit: Nolite iudicare, & nō iudicabimini, nō enim solū quale fuit peccatum, in futuro apparabit, sed magnū & ineuitabile additionē à iudicio in eō seruū factō accipiet, ideo subiungit, qua mēsura mēsi fueritis remetietur vobis: vnde sicut initis maior peccatorū grauitate succidit,

## Concio VI. ad Religiosos

- Jacob. 2.* succedit, sic acerbus, & crudelis iudicator magnum pôdus A  
proptius peccatis apponit. *Iudicium sine misericordia ei, qui nō*  
*fecit misericordiam,* &c hoc est, quod Ioannes Phariseis dixit:  
*Genimina uiperarū quis demonstrauit uobis fugere à ventura ira?*  
quasi dicat, estis vos viperæ, serpentesq; venenosí, qui viso  
alieno defectu, continuò eum iudicatis vidētes discipulos
- Matth. 15.* non lauare manus, continuò dicitis: *Quare discipuli tuī trā-*  
*greduntur traditiones seniorum?* videntes spicas in sabbatho  
colligi, continuò dicitis sabbathum violari, videntes dis-  
cipulos Christi non iejunare, continuò dicitis: *quare discipuli*  
*tuī nō iejunāt?* Cū ergo seuerissimi sitis iudices in alienis, quo  
modo effugietis à ventura ira, & iudicio? in nostra ergo est  
potestate vel seuerum, vel misericordem iudicem nostrū  
facere, si seueris sumus, vel mites in fratribus iudicandis. B
- Matth. 9.*
- In qua etiam re infictia, & superbia iudicātis fratres at-  
tendenda est, quoniam penè omnia, quæ de fratribus iudi-  
camus ea ratione esse mala credimus, quia nostro ingenio,  
naturęq; non cōueniunt, melacholicus sanguineū iudicat,  
& è contrā, iracundus phlegmaticum, deniq; iudicās dicit  
intra se, ego sic non facerē, vel loquerer, malū ergo est. Te  
ergo regulam facis recti, illudq; rectum iudicas, quod tecū  
conuenit, quod secus prauū, quanta verò hæc superbia sit,  
dici non potest, regula enim recti Deus solus est, ille solus  
dicere potest. hoc rectum vel prauum est, qu' a mea ratio-  
ni, vel cōuenit, vel aduersatur. Qui ergo vel minima humi-  
litate præditus esset, le agnoscens prauum obliquumq;, ex  
eo alium rectum iudicaret, quod secum non conueniat. C
- Ecclesiastes 19.* Secundo cauendū maxime à detractione, vidisti fratri  
defectū vel forte audisti, audi tu consiliū Spiritus sancti Ec-  
cles. 19. *Audisti uerbum aduersus proximum tuum?* commoriatur  
in te fidens quoniam non te disruptet à facie uerbi, parturit fatuus  
tanquam gemitus partus infantis, sagitta uifixa fœmori canis, sic uer-  
bum in corde stulti. Stultus ille est, qui continere non potest  
malum, quod audivit, sed illud parturit, & quasi sagittam  
infixam à se tollit. Audi nobilitatem Christianam summā,  
qua nam Dei est maxima nobilitas: illa profecto quā lo-  
quitur Aug. dicens, Deo auctore nemo fit dexter, sumus  
profec-
- Argust.*

- A** profecto Dei honos, cum dicere potest, per me creatura, nec minimum vñquam perdidit, sed omnis illa per me est, omnne quod est, quod ergo esse potest summa Christiani nobilitas? illa profecto cum dicere potest, me authore nusquam frater meus vel minimum detrimentum passus est, sed in omnibus per me, & à me est honori habitus. Sicut etiam Deus ait. *Per Osea, 13. dñs tuus Israël, tantummodo in mē auxilium tuum.* Contra vero ignobilis, & stultus est, qui contra agit, de quo Proverb. 14. *Prōn. 14.* stultus illudet peccati, & inter iustos morabitur gratia, id est stultus peccatum fratris irridebit, loquetur, & interpretabitur de listum, sic enim Hebræa habent, sed inter iustos erit gratia, &
- B** benevolentia, quia excusabunt ac inuicem defectus, mirum profecto est cum charitas non viget, quomodo alterius defetur amplificamus, interpretamur, & loquimur, hoc planè stultorum est. Quem vero tanta nō mouet nobilitas, vel saltem terreat comminatio terribilis. Sed quæ ista in die utiq; iudicij dicetur tibi à Christo Dōmino, hæc, & hæc de me mala dixisti, si verò interrogaueris quando ego de te Domine loquutus sum? Respondedit: Quid uni ex his minimis fecisti, mihi fecisti. Omnia enim sive bona, sive mala, quæ cū fratribus agimus, Christus secum facta reputat. An nō Saulo loquitur: *Quid me persequeris?* Loquitur caput pro membris, sicut cum alterius pedem calcas, caput loquitur, me conculcas. Cū ergo de fratre male loqueris, attende, quod cum Deo contendas, de eo male loqueris: mirum profecto, cum hæc ita se habeant, quām facile de fratre loquimur Psal. *Totā die in iustitiam cogitauit lingua tua, dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.* In iustitiam dicitur lingua cogitare, quia malum, quod cogitasti continuo lingua effudisti, diligenter verba præcipitationis, quia procul dubio quasi nos præcipitamus, summaq; levitate irruimus in aliorum defectus, loquimur te merè Hispane (*despeñadamente*) Hæc inter iudicia dicta q; bonorum & malorum Angelorum differentiam D. Tho. statuit 1.p. Quod boni Angeli, licet videant causas naturales in aliquem effectum ordinatas, non absolutè dicunt futurum, quia cum nouerint omnia subesse diuinæ prouidentiæ, quæ multis effectus causarum naturalium mutat, moderatè loquantur,

## Concio VI.

quātūr, ac modestē dicētes hoc erit, nisi Deus aliter dispo A  
suerit, at dæmones temere präcipitanter dicunt hoc fatu  
rum est, quasi à Deo n̄ il penderet, quibus perfimiles sunt,  
qui präcipitatione iudicant & loquuntur. Sed aīs, zelo

moueor, vt in omnib⁹ disciplina seruetur, serra apud Egyp  
Hieroglyfi. ptios hieroglyficū erat maledici, & obmurmoranantis,  
Placia.

refert Pluciades, propter multos dentes, quibus diuiditur  
in partes, quod aliter diuidinō posset equaliter, & secundū  
regulam rectam, hoc est enim maximum murmurationis  
vitii, quādo illud ad rectitudinis regulā traherevis, est tibi

Chrysost. zelus Dei, amor fratris: audi Chry so. ho. 3. ad popul. ora

Deum, lachrymas pro illo funde, admone illum, consi iū  
2. Cor. 12 ei prabe, sic ille faciebat, qui ait 2. Corint. 12. Ne uerum cū  
ucero, humiliet me Deus apū uos, & lugeam multos, qui ante pec  
cauerunt, & non egerunt pénitentiam. Si zelo moueris in fratrū  
defectus vt corrigas, quomodo in tuos non moueris.

Chrysost. Sed aīs ego nō detraho fratri, sed detrahētē audio. Chry  
Psal. 100. so. aures obtrue, Psal. Detrahētē secreto proximo suo, hunc per  
sequebar, dic fratri, habes aliquid boni, quod de fratre loqua  
ris, aures aperio, vnguentū suscipio. Si malū vis dicere, non  
audio, sterlus & cañū nō suscipio, quod mihi lucrū si didi  
cerō, quod ille improbus est, curemus nostra, mittamus  
aliena, quā ex-usationem habebimus in die iudicij, nostra  
negligeentes aliena curātes ¶ Tertiō, nobis cauendū maxi  
me est à verbo contumelioso, vel quolibet alio, quod aua

Eccles. 28. rū reddere possit fratre Eccl. 2. Flagelli plagatiuorē facit, pla  
ga autē linguae cōminuet ossa. Qua in re locū habet illud Chri C

Math. 18. sti: V. e homini illi, per quē scandalū uenit, melius erat ei, si supēda  
tur molla asinaria in collo eius, & demergatur in profundū in aris,  
quod präcipue dicitur de graui dato scādalo, & offensione

Proz. 12. & suo modo de leui scādalo. Vnde sapiēs est qui promittit, &  
quasi gladio pungitur cōscientię. Lingua autē sapientiū sanit  
tas est. Quo loco lanse. ait, Hebreā sic habēt, est qui effutit  
quasi confessiones gladij, sed lingua sapientiū salubris est,  
quia ibi est verbū uitæ, quod significat promittiare incōsi  
deratē, sensus ergo est, est qui verba profert quasi cōfessio  
nes gladij, quia verbis suis alios transfodiunt, iuxta illud

Psa.

- A** Psal. 56. Lingua corū gladius acutus. At vero sapientis lingua Psal. 56.  
salubris. Inter grauiissima Israēlis crimina illud enumerat  
Psa. 105. Et uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerūt Psal. 105.  
spiritum eius, & distinxit in labiis suis, peccauit quidem Moy-  
ses, sed exacerbatus ab Israële, quod ei maximo vitio da-  
tur. De peccato Moysi loquitur Deus Deut. 32. Ascēde in Deut. 32.  
montem Nebo, & uide terrā Chanaan, & morere, sicut mortuus est  
frater tuus Aaron in mōte Hor, praeuaricati enim estis cōtra me in  
medio filiorum Israël ad aquas contradictionis in Cades, et non san-  
ctificasti me inter filios israel, è cōtra uide bī terram, & non ingre-  
dieris in ea. Sic vero res se habuit ut dicitur Num. 20. Mur Nume; 20.  
murauit populus propter aquā defēctū venerūt ad taber-  
naculum Moyses & Aaron, quibus Deus dixit. Loquimini  
**B** ad petram coram eis, & illa dabit aquas, & ait Moyses. Audite  
rebelles, & increduli, Num de petra hac uobis aquā poterimus  
eiicere. Et percusit bis silicē, & egressæ sunt aquæ, dixitque  
Dūs ad Moysen, & Aaron: quia nō credidistis mihi, ut sancti-  
ficaretis me corā filiis israel, non introducetis hos populos in ter-  
ram, quā ego dabo eis. Sed quod fuit peccatum Moysi Aug. August.  
16. contra Faustū ait, arguitur Moyses voce diuina, quod  
eius fides ad aquā de petra eliciēdam titubauerit, quod &c  
cum peccato Petri potest esse cōmune, qui in mediis flueſti  
bus simili fidei defectum titubauit, & explanans locum il-  
lum Psa. Et distinxit in labiis suis, quid est, inquit, distinxit?  
quasi illud non posset Deus facere, qui tāta iam fecerat, ut  
aqua de petra proflueret, dubitanter enim petrā percusit,  
**C** ideo hoc miraculum distinxit à cæteris, in quibus non du-  
bitauerat. Alij credunt non dubitasse de Dei potētia Moy-  
sen, sed nō credidit, tan rebellī populo aquas Deū daturū,  
cum tamē incredulitas eorū fidē Dei non esset euacuata-  
ra, huius sententia est Lyran. super Num. 20. Alij dicunt Lyran:  
Moy sen peccasse quia petrā percussit, nō vero ad eam lo-  
quutus est, vt Dūs imperauit, & sic verbū illud Dūi: Non  
credidisti mihi, intelligendum est, idest, non obedisti mihi,  
vnde licet verbū illud. Num poterimus, &c. posset intelligi,  
quasi per hoc miraculi magnitudinē declarare vellet, sed  
quia a deo carpitur, ostenditur suisse disidentiæ verbum,

## Concio VI.

Ferus.  
Iansen.

Pagninus.

Titelma.  
Genebrard.

H. br. 12.

D.Tho.  
Psal. 36.

in omni præcedenti miraculo nihil dixerat dubitanter, hic **A** verò titubauit, ideo bis percusit petram, nec primo istu aqua profluxit, ideo Psal. ait. *Distinxit in labiis suis*, id est ait, Ferus, hic aliter loquutus est, quā ante loquebatur, vel vt Iansenius ait, in cap. 12. prouerbiorū versu 19. ponitur ibi in Hebræo verbum vitæ, quod vt ait Pagninus significat inconsiderate pronuntiare, & sic cum ait, *distinxit*; idem est, ac si diceret, inconsideratè loquutus est. Sed hoc fecit, quia exacerbaverunt spiritum eius tam acri instantia, & murmuratione, vnde dubitauit, an tā rebelli populo Deus esset affuturus. Alij dicūt, fuisse peccatum vanitatis, quo spectari ipse voluit, non Dei gloriam quærens, sed peccatum, ait Ferus. num. 20. non fuit ad mortem, sed lapsus humanus, sed quia principes populi erant, maximè puniti sunt. Iansenius alter. *Distinxit in labiis suis*, id est Deus aliter loquutus est cum Moysè, ac solebat, si- cut enim homo maximè exacerbatus est amico dure loqui- tur, sic exacerbaverunt Israélitæ Dei spiritum, adeò vt dile- cto Moysi durè loqueretur, promittens, nō intraturum eum in terrā promissam pro leni eius peccato. Alij, ait Titelma- nes, & Genebrardus transferunt. *Distinxit in labiis suis*, incon- sideratè loquutus est Moyses, quia verbis dubiis loquutus est, ad dubitationem magis, quam ad fidem populum impel- lentibus. Ex quibus duo colliguntur. primum quam terribilis Deus super omnes, qui in circuitu eius sunt, qui veniale Moy si peccatum morte mulctauit. Secundum quantum sit malum **C** iusti spiritum exacerbare, vt peccatum veniale incurrat, & verbum inconsideratum dicat, cum contra Israëlem id facien tem, tam acriter Psalm. loquatur. Summè ergo tibi cauendū verbo tuo fratrem lēdere, quo cum exacerbas, vt male loqua tur, vel interius turbetur. Sed quanta mala in offensi animo operetur verbum stultum audi Paul. Hebr. 12. *Pacem sequi- mini cum omnibus*, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum, contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, ne quā radix amaritudinis sursum germinans impedit, & per eam inquietur multi. In que verba D. Tho. ait, pacem non solum habete, sed sequimini, Psalm. *Inquire pacem*, & *persequere eam*, addit sanctimoniam, quæ à charitate pendet, & hoc cōsiderans, ne forte tu occasio fueris

## De charitate proximi.

329

A fueris alteri, ut desit gratia Dei, propter amaritudinem, qua cum affecisti, & impediatur a bono opere, & incremento spirituali, amarum est, quod non potest gustari sine offensa, talis ille, cuius verba, aut facta dura sunt. Sed quid mali feci aīs verbo aspero? Turbasti fratris pacem, impedimento fuisti Dei gratiae in eo operanti, abstulisti ab eo fructus virtutum, & dicas, quid feci? Parum est, inquis, quod ille amarus sit: in spacie tu, cum amarus es, qualis sis, qualis pax tua, qualis oratio, quale examen, quales virtutum fructus profers, vere rādix amaritudinis impedit omnem fructum virtutis, hoc est, quod sapiens dixit, offa comminuere virtutum scilicet.

B Quartō caudum ab omni malo opere in fratrem. Lyra, Lyrā, col. 1  
in illud Gen. 37. Accusauit Ioseph fratres apud patrem de cri- Gen. 37.  
mine pessimo, dicit, crimen hoc fuisse, quod filii Liae filios reli-  
quos, quos ex ancillis Iacob generat, male tractabant: dici-  
tur vero crimen pessimum, quia contra charitatem, sicut enim  
pessima plaga cordis, quia illud initium est vita animalis, ita  
pessimum peccatum est, quod contra charitatem, quae est vir-  
tutum cor, vita, ac forma.

C Secundum vero, quod aīto diximus ad charitatem per-  
tinere, est, quod benigna sit, & omnia, quae facere potest bona,  
facit, exhibetque fratribus, & hoc summa cum suavitate.  
Audi Paul. Rom. 15. E cibemus autem nos firmiores imbecillitas. Roma. 15.

C proximo suo placeat in bonū ad edificationem, etenim Christus non  
sibi placuit. Proponit Christi exemplum, qui sibi omniū pec-  
catorum peccnam surpedit, nobis gratia dona dedit: sibi amarum,  
nobis dulce, & facile reliquit. Quando ille fatigatus ita  
nere erat, nō sedebat, sed quādo discipuli fatigati: quādo ille  
esuriebat, nō mā ducabat, sed quādo illi esuriebat, in nullo sibi  
placuit, sed alio. Hinc didicit Paul. 1. Cor. 10. Sicut ego per  
omnia omnibus placeo, non querens, quod mihi utile est, & hæc vera  
nobilitas est, & oppositum ignobilitas: nobilitas enim est  
alterius bonum, & utile intueri. Ignobilitas proprio duci lux-  
cro, & commodo, & hoc est illud. Auserem a nobis cor lapi- Ezech. 36.  
deum, & dabo uobi's cor carneum, id est dulce, charitateque plenū.  
Nec mireris tale cor à te exigi in fratrem, cum & Paul. illud Rom. 12.

533

Tt

exigat

## Concio VI. ad Religiosos

Chrysos.

exigat in inimicum crudelissimum, si esurierit inimicus tuus, cibam illum, si sitierit, potum da illi, ubi notat Chrys. verbū Græcum significare, non cibare solum, sed ea dulcedine cibare qua mater cibat filium vnicē dilectum, lecto decumbentē à morbo. Quid ergo facturus es cū fratre, qui talia præstare iuberis inimico? Interrogo ego te, ad quid ingressus es religionem? vtique vt toti mundo proficuus sis, vt omnibus beneficias, vt vitam profundas pro proximis, vt ad Indos properes: Iaponios, & Sinas ad Deum ducas. Omne autē agens prius agit in propinquum, quam in remotum, qui ergo pro infideli vitā paratus es profundere, qualē te debes propinquissimo fratri exhibere: prius pro hoc sanguis fundendus, prius huic viscera danda. Audi Ioann. In hoc cognovimus charitatē Dei, quoniam ille animā suā pro nobis posuit, B  
¶ nos debemus pro fratribus animas ponere. Audi Apostoli-

2. Thes. 2. tam dilectionē tibi exēplar propositam, Facti sumus paruuli in medio uestrū, tanquā si nutrix foreat filios suos, ita desiderantes uos cupide, solebamus tradere non solū Euangeliū Dei, sed etiā ani-

Rom. 9. mas nostras, quoniā charifissimi nobis facti estis. Audi eundē Ro. 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis,

D. Tho. anathema, ait D. Tho. nomen est Græcum compositū ab ab ana, quod est sursum, & thesis positio, quasi sursum positiū, quia quando aliqd in bello capiebatur quod invsum nō erat hominū, suspendebatur in tēplo, & dicebatur anathema, quia erat ab vsu hominū separatū. Optabat ergo Paul. separari à Christi fruitione ad tēpus, pro proximi maiori gloria, & conuersione fratrū. Vnde Chrys. in lib. decom

C punctuatione cordis ait, ita totā eius mentem deuicit amor, vt etiam id quod præ cæteris omnibus amabilius erat, esse cū Christo, rursus id ipsum, quia ita placeret Christo, cōtemneret, & cedebat cælorum regno, quod remuneratio laborum erat. O pelagus amoris in exhaustum! à Christo separati cupis o paule, quem tantopere amasti, vt ab eo nulla creatura te separet? ecce quē nullus separare potest à Christo separat modo fratrū amor. Similis huic videtur amor Exod. 32. ille Moysi. Aut dimitte noxā populo huic, aut dele me de libro, in quo scripsisti. Hunc amorē imitari debemus. Mira de chari-

tate

# De charitate proximi:

330

**A**tate P. Ignatij dicta sunt, deq; patris Francisci Xauier, sed omnes ab eo didicerunt, de quo scriptum est: Apparuit be= Titu. 3.  
nignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, apparuit ita dul-  
cis, & amore plenus, vt de eo scriptū, potius quā de Iob sit:  
Si non dixerunt uiri tabernaculi mei, quis det de carnis eius uisa Titu. 3.1.  
turem, id est, quis hunc dulcissimum hominem edere posset. Job. 3.1.  
Ideo discipulis rigidis dixit: Nescitis cuius spiritus es tu, &c. Luc. 9.

Ex quibus tandem sequitur quo loco à nobis habenda est charitas. 1. Petr. 4. commendata oratione, & prudentia ait. Ante omnia autem mutuam in uobis meti p̄s charitatem ha- 1. Pet. 4.  
bentes, notandum est verbū illud ante omnia, si in aliquo pas-  
surus es detrimentum, super omnia charitatem serua, vt ser  
pens caput. Sic aliis virtutibus commendatis concludit

**B**Pau. Super omnia autē hec charitatem habete, quod est uincentū per Colof. 3.  
fectionis, Ponderat Ambros. lib. 3. offi. c. 1. illorū religio- Ambros.  
nē, de quibus. 2. Machab. 1. Nam cum in Persidem ducerentur 2. Mach. 1.  
patres nostri sacerdotes qui tunc Dei cultores erant, acceptū ignem  
de altari absconderunt in ualle, ubi erat puteus, &c in extremo pe-  
riculo inter cædes & captiuitates non sunt obliti ignis cæ-  
lestis, quem dedit Dominus Moysi, nec primo absconde-  
runt argentum, aut aurum, sed ignem. Hic ignis est Spiritus Rom. 5.  
sancti. Per quem charitas diffusa est in cordibus nostris. De quo Leuit. 6.  
igne dicitur: Ignis in altari meo semper ardebit, cum ergo in extremitate fueris periculis, omnia licet perdas, hunc serua  
ignem, super omnia seruanda charitas, quæ præstat omnibus, & si in aliquo passurus es detrimentum, in alio patere.

**C**non in charitate, sicut enim omne vulnus malū est, sed cor-  
dis pessimum, quia initium est vita. Sic omnis defectus vi-  
tandus, sed maxime charitatis, quia principium est spiri-  
tualis vita. Curandum nil nobis de esse, sed si alia desint,  
non desit charitas, qua sola diuities erimus. Est enim illa Apoc. 3.  
aurum illud ignitum, de quo scriptum est: suade tibi enere  
à me aurum ignitum, ut locuples fias, quod si hæc deficiat,  
pauper es, quicquid habeas diuitiarum, de hac  
Paul. Adhac excellentiorem uiam nobis demonstro. 1. Cor. 1.2.

Tt. 2

CON-

## CONCIO VII.

Ad eosdem Religiosos. De oratione, meditatione, consideratione, ac contemplatione, & horum necessitate.

THEMA.

Oportet semper orare, & nunquam deficere. Luc. 18.

**D**E Orationis necessitate innumera in diuina scriptura, & sanctis dicta reperies. Exempla etiam innumera sanctorum sunt, sed precipuum est Christi exemplum, qui in oratione pernoctabat, & nunquam solus erat, quin oraret. Ex quo oratio necessitas appareat. Ratio vero prima huius necessitas ex D. Thoma est, quia dispositus Deus, orationem medium esse, ac canalem, ut misericordia Dei ad nos descendat, & quod ille ab aeterno sola bonitate, ac misericordia hominibus concedere voluit, decrevit media oratione conferre. Sicut ergo medium statuit, quo frumentum multiplicaret, seminatione scilicet, ita orationem medium fecit, quo omne bonum metas.

**August,** Quare apparent diuina in nos dulcedo, ac suavitatis, cum medium dederit adeo facile, ac gloriosum homini. Augustinus. Grande miraculum, quod homo terra, & cenis in altissima sua oratione cum Deo loquatur. De diis gentium sapientes Babylonis dicunt apud Danielem. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. At de Deo, vero nouimus, quod in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, & nunc cum vili homine negotia tractat, querit, respondet, & longam conuersationem, ac colloquium miscet, & quoties homo vult, Deum alloqui potest. Non est in mundo rex, qui ministro suo, etiam dilecto, simile quid concedat. Cumque maximum beneficium nobili viro concedere rex vult, clauem ei deaurataam

**A**ratam concedit, qua ad regem intrare possit, & eum cubiculum dicit, quia ad regem aliquando intrare potest sine intermisiis. Quid ergo erit, quod homini Deus concedat colloquium suum iugiter, & cum eo tota die versari velite. Hinc facile colliges, cur dæmon plura obiiciat impedimenta, ne oremus, nouit enim, sic toli mediū misericordiae diuinæ ad nos proueniens, & ideo, quemadmodum is, qui aquam prohibere vult, ne in ciuitatem decurrat, canales aufert, quibus illa decurrat, ita si oratione abstulit à te dæmon, misericordias abstulit diuinæ, quæ media oratione ad te veniebant. Hinc Psaltes gratias agit, dicens: *Benedic dominus, quoniam non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.* Si ablata esset oratio, & misericordia auferretur,

*Psal. 65.*

**B**nunc vero si oratio adest, misericordia non deficiet. Memoræ prodidit Palladius, sanctissimum Patrem dixisse, vniuersas dæmonis tentationes quibus religiosos infestat, eò tendere, vt orationem auferat, & ideo illum in vana distractabit, eumque turbat, vt cum ad orationem accesserit, c'ausam inueniat ianuam. Nimirum ergo oratio dæmoni displicet, cum tot in illam tela dirigat. Sed, si s. pimus, hinc nobis colligendum est, quantum nostri intersit, orationi incumbere, & nunquam prætermittere tempus illi destinatum. Nisi enim magnum nobis bonum oratio ferret, dæmon eam non tolleret, tot adinventionibus ahibitis, ne oremus, & cum oramus, tot distractionibus. Tempus ergo orationi statutum ei tribue. *Quia in re exemplo* *Genes. 32.*

**C**nobis est Iacob, qui in ultimo, ac tutiori loco Rachel, & filium eius posuit, ne detrimentum paterentur ab Etau. Licet ergo tempus aliis rebus desit, orationi deesse non debet. Quod si obedientia, aut necessitate coactus, oratione in praetermittere cogaris, alio tempore illud restaura, vt dies non prætereat, quin orationi tempus tribuas. Nam si eam curam corpori impendis, vt eum dormire, aut comedere non potes suo tempore, aliud quæris, quo corpori tribuas necessaria, multo magis cum anima id facere debes. Est vero cibis, & quies eius oratio.

*Secunda ratio, quæ orandi necessitatem ostendit, est;*  
*deum*

T t 3 quod

## Concio VII. ad Religiosos.

Arist. quod sine consolatione, ac gaudio homo viuere diu non potest, ut Aristoteles ait. Et adeo cupidi delectationis sumus, ut natura delectationes adhibuerit operibus necessariis, ne negligerentur. Hac vero consolatio vel a caelo, vel a terra nobis prouenire debet. Si a celo habenda est, media oratione eam nos habere oportet. Hinc Isaías: *Ducam eos in montem sanctum meum, & letificabo eos in domo orationis meae.*

Isa. 56. Quod enim in oratione caelestis percipiatur dulcedo, nulli dubium est. Vita etiam Christiana, praecipue vero religiosa vita matrimonij est, qua cum Deo anima nupsit. Sicut vero status matrimonij sua habet onera, & sua etiam gaudia, & onera tollerantur propter gaudia, quod si gaudia tolleres, & onera solum relinqueres, intolerandus es. Ita etiam vita religiosa, & Christiana onus, & dulcedinem habet, onus huius matrimonij est impletio praceptorum, consiliorum, abnegatio sui, tolerantia passionum, sed gaudium illius est dulce cum Deo sponso colloquium, amplexus, oscula castissima, quibus in oratione diuina dulcedo gustatur. Si haec gaudia cum oneribus misceas, portare onus poteris, quia computrescet iugum a facie olei, & leue siet, si vero uniuersam abstuleris consolationem, & onera reliqueris, tardiosa, ac onerosa vita erit. Et hinc fit, ut virtutis via difficillima, ac tristis aliquibus appareat, quia illius crucem considerant, non consolationem, qui

Psal. 118. verò hanc expertus est, dicit cum Psalte: *In uic mandato-* C

Sapient. 8. rum tuorum delectatus sum sicut in omnibus dinitiis, quia ut Sapiens ait. Non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium conuictus illius: Ibi enim anima quietescit in Deo suo innixa super dilectum suum, ibi tribulationem suam ante eum pronuntiat, ibi effundit sicut aquam cor suum, & quasi intimo amico secreta cordis aperit, ibi impletur il-

Malch. 1. 1. lud. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quando vero caelestis consolatio non adest, terrena queritur, & vt haec despiciatur, caelestis querenda est. Simile quid haec in re nobis accidit, ac Assuero, qui inobedientem Vashti repudianit, & domo expulit, sed postquam regis Assueri indignatio deferuerat recorda-

Esther. 1. v. 2. tus est

A **tus est** Vasthi, quæ fecisset, vel quæ passa esset, dixerunt. quæ pueri regis, ac ministri eius, quærantur regi puellæ virgines, ac speciosæ. Adductaque est Esther, quæ ita regi placuit, vt Vasthi memoriam deleuerit. Ita profectò nobis accidit. Repudiatur ab homine caro inobediens, quam ideo spiritus a se separat odio sancto, & delectationes illius abiicit. Sed si ei non adhuc spiritualis cōsolatio, in memoriam veniunt carnis delectationes & iterum eam ducre Spiritus vult, nisi ei detur Esther, id est, diaina consolatio, qua gustata despici omnis caro, & in obliuionem datur vniuersa illius delectatio. Et quemadmodum ut puer relinquit noxiæ cibum, qui ei dulcè sapit, aliū tribuis dulciorem, ac salubrem, quo gustato, facile noxiūm proicit.

B **qua** dulciorem experitur, ita ut terrena consolatio abiicitur, cælestis efficit.

Tertia ratio, quæ orationis, ac meditationis necessitatē ostendit est, quoniam illa media cælestes, ac diuinos thesauros conspicimus, vt in hac vita videre fas est, & sic in defensio laboramus, vt eos nobis acquiramus. Dicit tibi forsitan illusor homo, veni mecum, ostendam tibi thesaurum in agro absconditum, fide n' ei non adhibes, eius dicta non curas. Si verè homo magna authoritatis id dicat, credis ei, & a diligendum thesaurum accedis, sed aliqua tepiditate, ac dubitatione, cogitans, ne forte ille deceptus sit. Sed cum ipse propriis oculis thesaurum inspexisti, summa cura, ac alacritate properas, vt illum tibi ac-

Simile.

C **quiras.** Omnibus quidem prædicatum est, esse thesaurum absconditum in agro, nobis paratum, regnum scilicet Matt. 13. cælorum. Sed aliqui non magis mouentur ad illud acquirendum, quam si somnium illud sussiset, vel ab illusore audiissent: Nihil enim operantur, vt illud affequantur. Audierunt certè à Sapiente: Si quiesceris sapientiam, qua Pro. 2. si pecuniam, & quasi thesauros effoderis eam, tunc inuenies timorem Domini, & scientiam Dei reperies. Credunt certè mercedem æternam laborantibus in vinea parataam, sed laborare nolant. Misera planè hominum conditio, & incredibilis stultitia. Stultum omnino dices

## Concio VII.ad Religiosos.

eurum , qui nouit thesaurum abscondi um in agro , & cum A paruo labore eum acquirere posset , non curat , & non eum dices stultissimum , qui paruo labore thesaurum cælestem sibi acquirere potest , nec acquirit ? Alij verò sunt , non ita negligentes , ac stupidi , credentes enim hunc eis paratum thesaurum , querunt illum quasi pecuniam , & effodiunt , vt inueniant , sed tepidè rem agunt , quia thesaurus non viderunt . At verò is , qui consideratione , ac contemplatione thesaurum vedit , vt nunc videri potest , impensè , & totis neruis operi intendit , vt par est . Maxima quidem , ac potentissima Christianæ eligionis mysteria sunt , vt hominem igniant . Dicebat infidelis quidam fidei homini , si hæc credis , quomodo non disrumperis , & amore Dei tui ardes , ac deficis ? & iure quidem id aiebat , B simile .

Psal. 38. tanta enim sunt , quæ in religione Christiana nobis proponuntur , vt sint sagittæ potentiæ acutæ , cum carbonibus de solatoriis . Qua ergo ratione non ignitum ? Certè adeò celeriter poteris manum per ignis flammarum traducere , vt nihil percipiat caloris , sed si in flamma detineretur , igne absumeretur . Ignis ardens est Dei infinita bonitas , immensa in nos beneficia , Christus pro nobis cruci affixus , sed si in horum consideratione non sis , sed cursim , ac raptim illa conspicis , non ignieris . Siste paululum , & vim ignis experieris , meditare ista longa consideratione , & dices : in meditatione mea exardecet ignis . Tanta celeritate ob oculos tuos transire res aliqua poterit , vt illam non attendas . Attende ergo & considera diuina mysteria , & dices , consideravi opera tua , & expau . C

simile . Vides aliquando hominem spiritu feruentem , Domino seruientem , operibus bonis instantem , & miraris quod tanto labore non fatigatur , quod currat , nec deficiat , laboret , nec lassetur , & semper in melius proficiat . Sed facile admirationem deponeres , si interiorum considerationem illius videres . Miraris enim cum horologij manum se mouentem vides , sed si interiorum horologij ac harmoniam videres , nihil mirareris . Ita mirabilis vita iusti est exterius , sed mirabilior interiorus , ubi omnis glo-

- A ria filiae regis, quam qui videt, exteriora non miratur.  
Quarta ratio, qua necessariam dicimus orationem, ac considerationem cælestium est, non solum ut perfectio-  
nem consequatur, sed ut certam nostram electionem, ac  
salutem reddamus, certa vero redditur, eo, quo potest,  
modo, si cælestia contemplentur. Quando enim dicere  
poterit homo cum sponsa. Tenui eum, nec dimittam? Quan-  
dò à Deo euelli non poterit? Certè cum Deum constrin-  
ixerit, cum altas in eum radices iecerit, cum inuenierit pu-  
teum, qui dicitur latitudo, tantas redundas aquas, t ob-  
strui nō posset, sicut Isaïc inuenisse perhibetur. Sed quan-  
do haec copia aquæ inuenitur? Certè cum alta considera-  
tione homo effodit, tunc Deum voluntas complectitur,  
B ne illum dimittat, tunc propter eminem Dei scien-  
tiā omnia arbitratur ut stercore, ut Christum lucrifi-  
cat, tunc animus radicatur in Deo, ut securus in tem-  
pestate sit, & in turbine, ut possit quidem tentatio folia  
aliqua tollere, non tamen eum eradicare. Quis hanc fir-  
mitatem, ac stabilitatem in homine ponit? certè diuinorum  
consideratio profunda. Et ratio huic rei adstipulatur,  
consideratione enim animus inflamatur, ut diligas magis  
Deū, & sic in charitate fundatur, ac radicatur magis, cōside-  
ratione etiā timor Dei excitatur, quo homo recedit à ma-  
lo. Hæc vero, & alia consideratio præstat, non in diuinis se-  
lum, verum & in humanis.
- C Quinta ratio eiusdē necessitatis est, ut sit vobis sal, quo  
condiamus plura insulsa, ac insipida, & quo spiritu preste-  
mus religionis opera. Insulsus quidem labor est, mortifica-  
tio, pœnitentiæ labor, obseruatio religiosa disciplina, quid  
igitur faciendū? Planè habete in uobis sal, ait cælestis magi-  
ster, ne dicamus cum Iob: Nūquid potest comedî insulsum, quod Iob. 6.  
non est sale conditū? Quomodo ergo ista sale cōdientur? Con-  
sideratione certè. An non id Paulus manifestis verbis di-  
cit, cum ait. Deponetis omne pondus, & circumstans nos peccatiū,  
curramus ad propositum nobiscertamen, aspicientes in authorem  
fidei, ex conuincatorem Iesum, &c. Quid est, aspicientes nisi  
considerantes? consideratio ergo sapida illa reddit. Non i-

## Concio VII. ad Religiosos

ego religiosum, cui nimium aspera vita religiosa apparebat, angelaturque, quod eam sustinere deberet in longum tempus, quadam vero die in oratione considerauit, ac dixit, ego peccavi in Deum optimum, ergo mihi est, si poenitentia egero. Et hac cogitatione sic armatus est, ut latut postea obiret grauia quaeque, & omne onus leue ei appareat. Sicut ergo currus oleo inungi solet, ut suauiter ducatur, ita consideratione animus hominis vngitur, ut omne onus facile portet. Simul etiam consideratio sal est condiens universalis religiosi opera, ut in spiritu fiant, & desiderio placendi Deo. Hollia, quae olim pro sacerdote offerebatur, tota incendebatur, nihil eius cuiquam relinquebatur, sed Deo universalis offerebatur, & igne absolvebatur. Ut inde sacerdos, & nunc religiosus intelligat, universalis illius opera singulari quadam ratione Deo deberi, & cum omnibus dicuntur:

1. Cor. 10: Sicut manducatis, sicut bibitis, aut quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite, religioso potissimum id conuenit. Si opera maxima sine spiritu fiant, sine feroore charitatis, gloriam Dei quareatis, parua sunt coram Deo, & parum eis praestit proficit homo. Si vero minima opera fiant spiritu, ac feroore, maxima sunt, & maximè eis proficit homo. Hinc Christi opera summi erant pretij, licet minima essent, non solùm ratione suppositi, sed quis in omnibus patris quaerebat gloriam. Et Maria opera parva maioris meriti erant, quam maxima sanctorum martyria, propter summam charitatem, qua illa prestabat. Quis ergo spiritum, vitam, ac feroorem operibus nostris tribuet, ut Deo sint gratissima? Planè consideratio, est enim illa, non sibi solita, sed & omnibus aliis, est sal in omni sacrificio apponendam. Sicut enim in humano corpore quædam sunt membra, quae non sibi ipsis duntaxat, sed omnibus reliquis prorsunt, quibus proinde sapienti numero utendum nobis est, cuius modi sunt oculi, manus, pedes, ita oratio instrumentum generale virtutum omnium est, omnes iuuat, ac perficit, omnibus tribuit splendorem, similiisque lucis solis est, qua universalis illustrat, ac splendida reddit, sine qua omnia in tenebris iacent, ita enim consideratio opera bona

Leuit. 2: Sicut enim in humano corpore quædam sunt membra, quae non sibi ipsis duntaxat, sed omnibus reliquis prorsunt, quibus proinde sapienti numero utendum nobis est, cuius modi sunt oculi, manus, pedes, ita oratio instrumentum generale virtutum omnium est, omnes iuuat, ac perficit, omnibus tribuit splendorem, similiisque lucis solis est, qua universalis illustrat, ac splendida reddit, sine qua omnia in tenebris iacent, ita enim consideratio opera bona

**A** bona lucida reddit, spiritu replet, dicente Paulo: Nos autem regula facie gloria Domini speculantes, in eadem imaginem transformamur a claritate in claritatem. Cum ergo gloriam Domini specularis, ac consideras, in Dei imaginem transformatum, & claritatem, ac abundantiorum recipis claritatem, id enim significat, cum ait, a claritate in claritatem. Hinc etiam Psaltes: Accedite ad Deum, & illuminamini. Orationis ascensus mentis in Deum est, si ergo illuminatur homo, & illuminatur eius opera vniuersa, ne tenebrae sint super faciem abyssi.

Vidimus orationis, & considerationis necessitatē. Nam vero quomodo orādū nobis sit, videamus. Orant Christum discipuli: Domine doce nos orare. Magister enim orationis Deus est. Est enim oratio ab artificio humano perfecta solummodo, & hæc minima est, est vero alia, quam Deus docet, & infundit, & hæc maxima est. Non enim quid oremus, sicut oportet, quæcumque, sed ipsi spiritus postulat pro nobis genitibus in narrabiliis, id est, postulare facit. Magnū Dei donum oratio est, & ut in maximum illud Deus promittit per Zachariam: Effundam super dominum David, & super habitantes ierusalem spiritum gratiae, & precum, id est, orationis. Nihilominus tamen dispositio nostra exigitur, non ut in illa fidamus, sed ut id nos præsternus, quod possimus. De hac nostra præparatione loquitur Sapiens, cum ait:

**C** Ante orationem præpara animam tuam, & non esse quasi homo, qui tentat Deum, quasi dicat, cogita prius, cum quolibet loquendum, cum ad orationem accedis, & quæ tibi pesta sunt, ne cum accedas, ut Deum placare studeas, illum magis ad iram prouoces. Simile est, quod monet Sapientis: Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit uelox ad profanandum sermonem coram Deo. Deus enim est in celo, & tu super terram. Deum ergo tentat, qui sine præparatione orat. Et ideo Sapiens ait: Custodi pedem tuum, ingrediens domum Dei. Num scandalum aliquod est in Dei domo, ut pedem custodire sit opus? Certè necesse est pedem custodiri, quia præparatio, ac reverentia orant in necessaria est. Ideo Moysi præcipitur, ut calceamenta deponat, cum ad Deum accedit,

2. Cor. 3.

Psal. 35.

Luc. 11.

Rom. 8.

Zacha. 12.

Zacha. 3.

7. Q. 12. D.

Eccl. 18.

Eccl. 5.

Eccl. 4.

Exod. 32.

## Concio VII. ad Religiosos

accedit, non quod calceos detestetur, cum ingrediens in san A  
cta sanctorum sacerdos eos non deponat, sed quoniam Moy=

sés Deo appropinquabat sine timore, ac reverentia, ut con=

sideratē incederet, calceos deponere iubetur, cum ad spinas

vocatur. Ut nouerit is, qui ac orādum accedit, nō temerē,

sed reverenter ad Deum accedendū. Temere accedebant

Lem. 10. filii Aaron, ut Deo sacrificarent, & interfici sunt limitem

vero ultionem, licet in se ipso ritu Deus adhibere solet his, qui

temerē ad orationem accedunt, ideo monet ipse, sancti fi-

camenti, cum ad me acceditis. Sancti pectorum enim in his, qui ap-

propinquant mihi, id est, ostendam me sanctum, & puritatis

zelatorem, puniens eos, qui a me irreuerenter accedunt.

Hoc verò est Deū adorare adoratione latrīa, quod. Græ-

cis est tremor. Et hoc etiā significabat cum dixit de agno Pa-

schali, comedetis eum festināter, loco verbis festināter. He-

Exod. 13. bræis verbum est significans ecclasiū, & pauporē, acceden-

Leuit. 16. dum ergo ad Deum est, sed reverēter, actiūdē. Ideo etiā

sacerdos oblatus thymiamā laniandus erat priūs, vnguen-

dus & sacrīs indutus vestibus, & laniam auream in fro-

te deferens, in qua Deī nomen inscriptum erat, ingre- ieba

tur. Thymiamā vero suauissimi odoris orationem signifi-

cat, quam qui ablatus est, lauri debet à cordibus pecca-

torum, ne dicat cum Psalte: iniquitatem si appexi in corde meo

non exaudiet Dominus. Vnctus Deī gratia virtutibus orna-

Psal. 65. Apocal. 8. tus, & gloriam Deī praferre debet. Ideo in Apocalypsi

dicitur: stetit Angelus ante altare, habens thuribulum aurum,

& data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sancto-

rum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Iei, &

ascendit fumus incenſorum de orationibus sanctorum de manu

Angeli coram Deo, & accepit Angelus thuribulum aurum, &

implevit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt to-

nitra, & uoces, & figura, & terremotus magnus. Angelus hic

de quo Ioānes meninuit, Mich. creditur futurus, cui vni-

uersæ Ecclesiæ cura demandata est. Altare vero, iuxta

quod stat, statim dicitur aaron, & ideo alludit ad alta-

re, quod erat ante Sancta sanctorum, quod erat altare thy-

miamatis, seu incensi, quod erat aureum, dicit ergo in altare

Exod. 30. illo.

- A illo offerebatur thymiana in odorem suauissimum Domino, ita orationes sanctorum offert Michael Deo in odo suanitatis. Incensa multa, quæ ei dantur, sunt aromata multa, quæ statim explicat, esse orationes sanctorum, quas Angelus offerret in altari thymianatis. Sensus ergo est, data sunt Angelo incensa multa de orationibus sanctorum, ut Deo offerret. Cum ergo homo orationem fundit similem thymianati suauissimo, Angelus eius eā suscepit, ac Deo offert, orans & ipse pro homine Deum, ut petita cōcedat. Tob. 12. Sic etiam Rafael Tobiæ dixit: Cum orabis cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam. Et Iob. Si fuerit Angelus pro eo loquens, unus de millibus, ut annuntiet hominis equitatem, misericordia eius. Adiuuantur enim orationes nostræ à sanctorum Angelo.
- B rum orationibus. Vnde statim orationis effectum Ioannes ostendit, quia accepit Angelus thuribulum aureum, & implouit illud de igne altaris, & misit in terram, quia gratiam, charitatem, ac dona à Deo obtinet Angelus. Vel igne etiam supplicia significantur, quæ in persecutores sanctorum effundet Deus. Cura ergo mundari, ut thymiana offeras Deo. Quo verò pacto id cum sacerdote, ut cōuenienter oraret, factum sit, ostendit Zacharias: Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et Iesus erat induitus uestibus folidis, & stabat ante faciem Angeli. Et ait Angelus: Auferte uestimenta folidia ab eo. Et dixit ad eum, Ecce absolu li à te iniquitatem tuam, & indu te mutatoriis. Et dixit, ponite cy darim mundam super caput eius, & induerunt eum uestibus. Peccauerat eo tempore populus, & ipse sacerdos Iesus expers peccati non fuit, quia populum non correxerat. Et deinde fratres, & filii eius vxores alienigenas duxerant, ut dicitur in Esdra, quod sine eo permitte fieri non potuit. Et Hebraei tradunt, ipsum alienigenam duxisse, & Hieronym. lib. Hieronym. 2. contra Iouinianum id innuit. Stabat ergo Iesus coram Angelo, ut oraret, ei aderat Angelus oranti, cum enim orationem ingrederis, statim cultos Angelus te comitatur. Stabat vero Satan à dextris eius, ut ei aduersaretur, & eum accusaret. Tibi ergo oranti veniat hoc in mente, Angelum tibi

## Concio VII. ad Religiosos

tibi adesse, vt te iuuet orātem, & Deo orationem tuam cū A  
sua offerat. Satan etiam iuxta te est, vt te accuset & coram  
Deo, & orantē impedit. Quod verò ait stare Satan à dex-  
tris, Hieronymus ex Hebræorum sententia causam esse di-  
cit, quòd vera eius esset accusatio. Ideò in Psalmo dicitur:  
*Et diabolus stet à dextris eius.* Vbi Augustinus ait. Stet autem  
à dextris eius, dictū est, quia opera diaboli præposuit ope-  
ribus Dei. Hoc enim cuiq; non immerito dextrum dici-  
tur, quod præposuit, sicut sinistræ dextera præponitur.  
Ideo de eis qui temporalia Deo præponunt, & beatum di-  
Psa. 143: cunt eum, cui hæc sunt, dictum est in Psalmo; *Dextera eorū,* B  
Gregor. *dextera iniquitatis.* Et Gregorius. 20. Moral. cap. 20. ait. Ip-  
Psa. 15. so enim loquutionis vsu pro dextero habere dicimur, quod  
pro magno pensamus, pro sinistro verò id, quod despici-  
mus. Ad dexteram etiam esse dicitur, qui protegit, ac de-  
Psal. 108. fendit, & ideo Psaltes ait. *Prouidebam Dominum in conspectu  
meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Et iterū:  
*Qui asstit à dextris pauperis.* Cū ergo Satan esset à dextris  
Iesu, vera erat illius accusatio, nec legitima vlla defensio,  
cum protegens, ac defendens à dextris non esset Deus, sic  
Psal. 108. ergo rectè intelligitur illud Psalmi: *Constitute super eum pecca-  
torem, id est, sit eo superior diabolus, qui stet à dextris eius,* C  
& ideo cum iudicatur, & exeat condemnatus, vestes lordinę Ie-  
su peccata illius significant, stabat verò ante faciem Ange-  
li, eum, scilicet, respiciens, vt ab eo iuuaretur. Qui misertus  
Iesu, curauit sordidas vestes ab eo tolli per pœnitentiam,  
& indui nouis, atque pretiosis, quæ virtutes significant, vt  
Cyril. ait Cyrilus. Ideò Chaldaeus ait. Induite iustitiis. Mutato-  
rię vestes in scriptura significant vestes pretiosas, vt patet  
4. Reg. 5. 4: Reg. 5. & Isai. 3. vt sic oraret ornatus. Cum ergo ad ora-  
15. 3. tionem accedis, respice Angelum tuum, & cura vt exuas  
veterem vestem, & induas nouam, vt in digna veste  
Deo appareas, & oratio tua accepta sit  
Deo, dignaq; eius conspe-  
ctu, &c. T C O N-  
idz

A



## C O N C I O . V I I I .

### Demodo orandi, ac meditandi ad Religiosos.

T H E M A .

*Oportet semper orare, & nunquam deficere. Luc. 18.*

B **I**X I M V S orationis, & meditationis necessitatem, quā ex aliis multis colligere possumus. Est enim illa Dei schola, in qua ille animam docet. De qua per Prophetam ait. *Ducam eam in so* *lute* *o* *se. 2.* *loquar ei ad cor, id est, veritates, quae cordia* *adhæ* *reant, aliis enim studiis edocemur de veritatibus specula* *tius, in oratione vero cor edocetur.* Est enim oratio aqua irrigans animam, qua homo fit tanquam lignum, quod plan- *Psa. 18* *tatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tem-* *pore suo.* Fit anima orans hortus irriguus, cuius non deficiunt aquæ, similis odoriferæ herbæ, quæ vulgo dicitur: *(Albahaca)* quæ sapè rigatur, ibi enim pluvia illa suscipitur, de qua *Psalmes* ait. *Pluuiam uoluntariam segregabis Deus Psal. 67.* *hereditati tue, infirmata est, tu uero perfecisti eam.* Sine oratione vero, ac meditatione est anima religiosa, quasi hortus, & albahaca absque aqua. Oportet ergo semper orare, & nunquam deficere. Deinde necessaria oratio est, propter innumera nobis imminentia pericula, à quibus ut libemur, necessarium est diuinum auxilium, quod oratione implorandum est. Ut hoc nos Christus doceret, imminentem passione orat, in qua oratione sic confortatus est, ut qui cæperat pauere, intrepidus hostes quæreret, & exciperet. Sic etiam Moysè orante vincitur Amalech, Susanna eripitur, tres pueri ventum roris

## Concio VIII. ad Religiosos

oris flantem suscepereunt in medio ignis. Ionas à ventre A ceti liberatur, Iosaphat circundatus ab innumeris hosti- bus liberatur, & Daniel orans in medio leonum securus est. Cum ergo nos in multis sumus periculis, necessarium nobis est, nuntium orationis ad Deum mittere, ut nobis re me hanc obtineat. Dicit enim tibi Deus illud Psalmi:

*Psal. 11.* Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam: dicit Dominus: Nec verò ita te possunt constringere, ac cir- cundare hostes tui vndeque, vt non possis hunc nuntium

*Genes. 28.* ad Deum mittere, nec vacuus redibit. Ideo enim Angeli ascendunt, & descendunt per scalam Iacob. Ascendunt quidem, dum orationes nostras ad Deū deferunt, descen- dunt verò, remedium nobis reportantes. Demum, cum totius Christianæ vita finis sit. Deo vñiri, hoc in oratio- ne, ac contemplatione efficitur, reliquæ enim virtutes eò tendunt, vt nos à creaturis separant, & circa creaturas exer- ceantur. Vnde eis querimus Deum cum sponsa per vicos, & plateas. Oratio verò ac contemplatio Deum inuenit, complectitur, ac in dominum introducit, & dicit: Tenui eum, nec dimittam, h[ab]et quemadmodum is, qui vñam argenti, aut auri querit, fodere incipit, & initio terram efficit, postea aliquid metalli inuenit, & tandem vñam auri, & tunc cum gudio laborat. Ita vita Christiani, eò tendit ut Deū inueniat. Primum verò, cum orate incipit terram eruit, quia à vita actiua ei incipiendum est, & mortificandi sunt affectus praui, abigenda cogitationes inutiles, quæ oran- ti occurunt, sed tandem in oratione perseverans Deum inuenit, quo simplici intuitu fruitur, pace, ac silentio co- gitationum. C

Vt verò Deum inueniamus, querendus nobis est pia meditatione alicuius mysterij, aut divini beneficij, vt si- mus similes negotiatori querenti bonas margaritas, vt vñam inueniat, Deum, scilicet. Qui ergo meditatur similis est cani venatorio, qui discurrere incipit, vt feram inueniat, & cum eius odoreni perceperit, ardentiùs hue, illucq; dis- currat, cum eam inuenit, quiescat, eamque contemplatur, & venatori ostendit. Ita discursu Deum querimus, & cum illius

*Simile.*

# De modo orandi ac meditandi. 337

- A illius odorem perceperimus, ardenter currimus cum sponsa dicente: *In odorem unguentorum tuorum curremus.* In nulla vero re nobis quiescendum est, donec Deum inueniamus. Sicut Magdalena licet Angelos inueniat, non quiescit, donec Iesum inueniat. Inuento vero Deo sicut homo, cum intuetur contemplatione quieta, & coram eo latatur. Hæc est contemplatio, quæ ideo dicitur sepulchrum animæ. Sicut enim corpus huic saeculo mortuum in sepulchro quiescit, nec villam habet vitalem operationem. Ita anima, cum ad contemplationem peruenit, Deum inuenit, & vniuersa alia reliquit, & ideo saeculo huic defuncta est, dicitq;. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* Cant. 1.  
B quasi dicat, ego illi soli sum, nullus aliis me usurpare præsumat. De his vero, qui hoc contemplationis sepulchrum inuenierunt explicat Gregorius illud Iob: *Qui expectant mortem, & non uenit, quasi offidentes thesaurum, gaudent ucheinenter, cum inuenient sepulchrum.* Quæ verba enarrans Gregor. 5. Moral. C. 3. aut. Quia perfectè mori mundo non possumus, nisi intramentis nostris inuisibilia à visibilibus abscondamur, recte hi, qui mortificationem appetunt, thesaurum effodientibus comparantur, mundo enim per inuisibilem sapientiam morimur, de qua Proverb. 2. dicitur: *Si quæsieris illam, quasi pecunias, & quasi thesaurum effoderis eam.* Sapientia quippe in rerū superficie non iacet, quia in inuisibilibus latet. Et subdit. Qui autem quæstam mortem inuenit, gaudent ucheinenter, cum inuenient sepulchrum, siue enim sepulchrum locus est, in quo absconditur corpus, siue diuina contemplatio locus est, quo absconditur anima, quasi enim adhuc huic mundo uiuimus, cum mente in eo foris vagamur, sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exterius in secreto internæ contemplationis celamur. De quibus Psaltes ait. *Absconde eos in ab condito facti tue à conturbatione hominum.* Ad hos ait Paul. Colos. 3. Mortui enim estis, & uitæ uestra absconduta est cum Christo in Deo. Hi vero in hac vita beati dici possunt, quia perfecta affectu mortificatione peruererunt ad cordis munditiam, & beati mū Matth. 5. ad cordem, quoniam ipsi Deum uidēbunt, non solum in alia vita facie ad faciem, sed & in hac altissima contemplatione. Hoc ipsam, quo a diximus de meditatione, & contemplatione, alia V. similitu-

## VIII. Concio ad Religiosos.

similitudine fiet manifestū. Ut nubet nobilis foemina alicui A  
vito, multa de eo interrogat, ac inquirit nobilitatē, ingenium,  
mores, diuitias; sed oī omnia sibi conuenire videt, ei despon-  
satur, eiq[ue] nimia non afficitur, & postea ut eum diligit, non dis-  
currat, nec amplius interroget, sed eo viso diligit, delectatur q[ui]. Ita ut anima Deum daret ipsam, prius meditatione, ac lō-  
ga cogitatione bona Dei sui considerat, cū verò omnibus co-  
sideratis Deum in vitum eligit, eum iam amat, ac complecti-  
tur sine discursu, & in eius presentia delectatur. Eò vero deue-  
nire anima solet, vt contemplatio, q[ui]cunque alius post longam me-  
ditationem conceditur, qui Deum simplici intuitu, & sine  
discursu vident, ipsi concedatur sine discursu, vel paruo adhi-  
bito discursu, sed cum in orationem venit, cito in Dei sui B

præsentia latetur, diligit q[ui], sicut de uxore diximus, quæ vi-  
tū iam dilexit, nec indiget denuo bona eius considerare, quæ  
semel nouit, & ideo cui suis discursus conceditur, à discursu  
cessare debet, vt quid enim via ei quaerenda, qui in termino  
est? Cum meditatur, ac discurrit homo, ipse loquitur, potius  
quam audit. Cum vero ad contemplationem peruenit, ta-  
cer, & Deus loquitur. Tunc factum est silentium in cælo quasi  
dimidia hora. Bernardus. Dalcis hora, sed breuis mora.  
Cant. 2. Silente ergo anima, Deus loquitur ei. Sonet vox tu in auribus  
meis, vox enim tua dulcis. Taceant cantores vniuersi, taceant &  
1. Reg. 2. Angeli. Loquere tu Domine, quoniam audii seruum tuus. Dicebat  
Exod. 2. Istaël: Loquere tu nobis o Moses, non loquatur nobis Dominus, C  
ne forte mortiamur. Sed nunc Domine taceat Moses, & lo-  
quere tu, vt viuamus. Audiuimus hanc vocem, de qua  
ille ait. Et sui in spiritu in die Dominicæ, ex audiuimus post me uocem  
magnam, quasi tubæ. Cum ait in spiritu, significat in montis ex-  
cessu: vox vero magna dicitur, quia vox Domini in virtute. Simi-  
lis vero erat vox tubæ, quia sicut tuba indicat bellum, ita Dei  
vox prælium in vita. Vox vero post tergum facta dicitur,  
quia Prophetis non a facie, sed a tergo Deus ostenditur, vt

Richard. Moysi Exod. 33, & Ezechiel dicunt: Audiuimus post me uocem  
Ansel. cōmotionis magna. Richard. vero c. 4. in Apocalyp. Ansbert.  
Ansbert. Ansel. & Rupert. aiunt. Tergum accipi metaphorice pro obli-  
tione rerum temporalium, etiam gubernationis Ecclesiarum,

quia

## De modo orandi, ac meditandi. 338

A quia Ioānes ita erat Deo intentus, & omniū aliorū oblitus, vt omnia relinquēs soli Deo vacaret, & sic vox eum auocans ad Ecclesię curā à tergo sonat, quia omnia post tergū reliquerat.

Sed quoniā nemo repente fit summus, vt in hūc gradū orationis quis ascendat, qui est contēplationis, alias gradus duos prius percurrere debet, quos vt explicemus. Prandū est, tripliē esse orationis fructū. Primus est perfecta sui victoria, & abnegatio, ac abdicatio ab his, quā mundi sunt. Secundus est imitatio vitæ Christi, & virtutū illius. Tertius est vniō cum Deo per amorē perfectum. Hi omnes effectus ab omni orante curādi sunt, & vniuersa hac orationē ordinare, sed incipiēs magis attēdere debet ad primū, proficiens ad secundū, perfectus ad tertīū. Hęc tria docuerūt nos tres viri insignes in orando, de quibus meminit scriptura. Primus fuit Iacob, qui luctus est cū Angelo, & inualuit ad eū, & adeò fuit fortis, vt tota noēte luctā sustinuerit, & licet claudis remāserit, benedictio. . Gen. 32.

Gen. 35. .  
nē est cosequutus, & nomē fortis: ideo enim Isrāel dicitur est, quia si contra Deū fortis fuisti, quanto magis cōtra homines prae- ualebis. Cumq; vicinorū iram timeret, ascēdit in Bethel, edificauit altare, & terror Dei inuasit omnes per circuitū ciuitates, & i.ō sunt ausi persequi recedētes. Qua ratione postea dixit:

Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Quo loco Gen. 48. Chaldaica, more suo difficultū enodatrix locorū legit, quātu- li de manu Amorrhæi oratione mea, & deprecatione mea.

C Nec enim legitur aliquando bellasse Iacob, sed arma eius for- Propterea  
tia orationes, & deprecationes extiterunt, quibus hostes per- terruit. Secundus fuit Moyses, qui egressus de Agypto, & sus- Exod. 34. flocatis in mari Agyptiis, ascēdit in monte, & fuit intra nebu- lā quadraginta diebus, & descendit splēdida facie, similis Deo, & in manibus legem Dei portabat, quam ei Deus dedit. Ter- tius fuit Elias, qui trucidatis sacerdotibus Baal, fugiens Iezabelem, dormiens sub iuniperō, excitatur ab Angelo, qui ei pa- 3. Reg. 19. cē subciuericium ministravit, & in monte Oreb Deum vi- det in sibilo auræ tenuis, & demum igne currū est exalta- 4. Reg. 2. tus in cālum, & ipsum pallium reliquit, quo miracula pa- tratabat, quia de terra erat. Quasi in imagine delineauimus omnes orationis modos, ac fractus. Primus est victoria sui, & omnium

## Concio VIII.ad Religiosos.

& omnia in affectionum mortificatio, nisi enim carnem à te **A** eieceris, sp̄i itus Dei in te non habitabit. Sicut enim si in cera figura aliqua expressa est, impossibile erit, aliam in ea figurā efformari, nisi prior deleatur, ita nisi imaginem prioris Adā, quam portasti, deleueris, Christi imaginem portare non poteris. Portasti in imagine in terrenū, nunc portare vis imaginem cælestis, dele ergo illam, vthane suscipias. In cælo quidem simili consonant anima, & corpus, utrumq; gaudet, ac latetur. In inferno utrūq; dolet, ac tristatur. At in terra non ita, sed cum anima in gaudent, corpus contristandum est, ac mortificandum, quod si corpus gaudeat, & latetur, anima tristabitur, & dolebit, quia sibi in uicem aduersatur. Cui ergo placendum est?

Rom. 8.

**B** Audi Paulum. Fratres debitores sumus nō carnū, ut secundum carnem uiuamus. Recte Paulus ait, quid debes carni? num nō illa iniunctio? num non ad portas inferi te duxit, nisi inde Dei misericordia te liberasset? An non Dalida est, quae prodiciones machinatur, vt te diabolis tradat? Quid ergo ei debes, nisi omnia in asperitatem? Nec ideo credas, malum te carni inferre, non enim malum, sed bonum precessas. Sicut contra peccator, cum putat se carni indulgere, eam perdit. Audi iustorum, & iniustorum corpora post resurrectionem, cum veritas reūnium apparebit. Innumerā profecto gratias corpus beatitudinem ager, quod illud mortificauerit, ac afflixerit, sic enim ad æternam gloriam perduxit. Contra vero innumera maledicta corpus damnati in animam congeret, quia ei indulxit, **C** sic enim ad æternā supplicia illud induxit, quia vt Sapiens ait, si precesses anima et tu e concupiscentia eius, faciat te in gaudium iniurias tuis. Sicut ergo Abraham ascendens in montem portabat igrem, & gladium, ita orans Dei charitatem, ac mortificationem nō deferre debet, similisq; antiquo sacerdoti esse debet, qui gladium sanguine madidum animalium deferebat. Hinc Isaías. Quem dñebit Dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, anulos ab umeribus. Pax perfecta maxima in nobis esse debet, vt Deus in nobis inhabitet, quia factus est in p̄co loco eius, hec vero non est sine hostium victoria parta. Ideo in Hispania pax multa, quia vici,

Eccel. 18.

Gen. 27.

Isa. 28.

Psal. 75.

Psal. 118.

& profligati sunt vniuersi mauri. Ideo Psaltes ait. Pax multa diligenti-

## De modo orandi, ac meditandi. 339

**A** diligentibus legem tua m. Sed qua Dei lex est: Plane lex abne Psal. 118, gationis, & mortificationis, hanc legem se uantibus pax con- ceditur. Proiecit semel Abraham Agar, & filium eius, & pax domui eius redditus est, alias enim sa pius experiretur dissidia inter Isaac & Ismael, Saram, & Agar. Cura ergo perfectam Genes. 21, tui ase qui mortificationem, & plena pace finieris. Ideo mo- net Deus Israelem. Quando transferius iordanem, intrantes ter- ram Chanaan, disperdite cunctos habitatores terræ illius, si autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remaserint, erunt uobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in laterib⁹, & aduersabitur in terra habitationis uestra. Hoc ipsum dicitur ei, qui religionē ingredi tur, vt cū afflītibus suis faciat, alias namque illæ te perdent.

**B** Eo ergo dirigī debet oratio incipiētis, vt se abneget, vt mor- tificet membra sua, quæ sunt super terram, obtinetur vero hoc Oſce. 12, lueta, oratione, ac lachrymis, vt Iacob obtinuit. Sic enim Oſe. ait. In fortitudine ſua directus est cum Angelo, & inualuit ad An- gelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum. Cum ait, directus est cū Angelo, significat, prosperos successus habuit in lueta cū Angelo. Id enim dirigi significat in scriptura pluribus lo- cis. Sed quomodo inualuit ad Angelum? præcipue Dei per- ſonam agentem? Certè significat, Deum ab hominibus vin- cendum amore, poenitentia, lachrymis. Confortatus vero di- citur Angeli benedictione, ne timeret fratrem, quem metue- bat. Fleuit, & rogauit eum, en lachrymas, & orationem, qui- bus obtinuit benedictionem, & carnis victoriam, percussus enim in femore ab Angelo est, quo carnis mortificatio signifi- catur perfecta. Nec enim satis est semel, & bis, ac tertio car- nem superasse, ſistendum non est, donec eam videas claudi- care, donec illam videas honorem, ac delicias non curare, sed respuere, & nihil mundi vehementer appetere, tunc enim claudicat. Nec etiam satis putare debes, quod in oratione multa bona proponas tibi facienda, quod ibi honorem, ac de- litias aspernas, nec enim quia bene proposuisti, dum orares, victoria in acquisisti, sed inspiciendum tibi est, post orationē, quomodo in hīte habeas. Sic enim post luētam Iacob clau- dicat, ut licet videaris tibi vīctor, carnemque superatam, non ideo ſeculū tibi credas, ſed caue tibi, & memor esto eius quod

Prou. 16. C. 28.  
ibni Vv 3 Prophe.

## Concio VIII.ad Religiosos.

3. Reg. 20. Propheta dixit Achab postquam superavit Benadab. *Vade, A  
et confortare, & scito, & uide, quid facias, sequenti enim anno rex  
Syria ascendet contra te.* Nunquam ergo carni fidendum est,  
quæ enim nunc debilis, & deuicta appetet, cras in te insur-  
get recuperatis viribus. Et licet in oratione Deo dicas, cū Psal-  
te, non muetor in eternum. Non id usque adeò certum est. Nō  
dum vidisti inordinatum affectum tuum suffocatum in ma-  
ri, vt iam cantes, & obliuiscaris, inimicos te habere, nondum  
suffocatus Pharao est, & Aegyptij, semper time, & carne bel-  
lum indicito. Nec solum curandum tibi est, carnem superare,  
sed & mundum, & vniuersa, quæ illius sunt obliuisci. Sic enim
- Genes. 35. Iacob ascensurus Bethel ad orandum, prius idola abstulit, ac  
sepeliuit. Vniuersa, quæ mundi sunt, sepelire debes, vt hene-  
ores. Si enim id non feceris. Veniet post te mundus insequēs B
- Genes. 31. te, & dicet tibi, quod Labā ad Iacob, *cur furatus es Deos meos.*  
Si discedere à me disponebas, cur Deos meos tecū tollebas?  
Si honorem, si vanitatem, si curiosa vis, Dij mei hæc sunt, si  
hæc tecum defers, me quoq; tecum portabis. Nec verò disce-  
det à te, donec vniuersa tua euoluat, vt videat, an aliquid ad  
eum pertinens tecū detuleris, vt Laban fecit. Non ergo te cre-  
das, à mundo liberum, si aliquid illius tecum habeas. Fratres  
nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Sed sicut idola  
sepeliuit Iacob, ita religiosus vniuersa mundana abiiciat, con-  
culcit, & sub terra ponat. Qui hæc præstiterit cum Iacob, re-  
cte orabit, & dicetur Israel, idest, fortis, vt explicat Hierony-  
mus in traditionibus Hebracis, non enim Israel significat, vi C  
dens Deum, vt aliqui dicunt, sed fortis, vt scriptura manifestè  
dicit, cum illud nomen Iacobo impositū sit, quia contra Deū  
fortis fuit. Sic ergo ille fortis erit, qui dominatus fuerit passio-  
nibus suis. Quia vt Sapiens ait. *Melior est patiens uiro forti,* &  
qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Hoc verò oratio-  
nis genus difficile est, valde enim difficile est, abnegare, quod  
est, est enim molestum bellum, est lucta, sed utilis, quia sic ob-  
tinetur benedictio, & finem accipit nox laboris, & illucescat  
tandem mane consolationis. Ut vero fructus iste à nobis col-  
ligatur, ea præcipue in oratione considerare debemus, quæ  
ad hunc finē aptiora sunt, cuiusmodi sunt, peccati mala, mors  
iudi-
1. Ioan. 1.
- Hie. 20.
- Genes. 32.
- Proph. 16.

## De modo orandi ac meditandi. 340

A iudicium, infernus, & similia. His enim efficitur illud Psal.  
mi Confuge timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Sic  
enim timore Domini recedit omnis à malo, quod ad incipiē  
tem pertinet.

Psal. 118.

Secundus orationis fructus, qui ad proficientes pertinet,  
est, affectus hominis excitare in Christum Dominū, & illius  
virtutes imitandas. Hæc est oratio Moyſi, qui iam ab Agypto  
recessit, & in mari reliquit Agyptios submersos, & ma-  
re pœnitentia transiit, & montem ascendit, & cum Deo per  
quadraginta dies conuersatus est. Sic ergo longa consideratio  
ne vita, & passio Christi nobis considerandæ sunt, ut illius  
virtutes imitemur. Ex qua cōsideratione similes Christo pro  
cedere debemus, sicut Moyſes similis Deo. Nec verò satis ti-

B bi esse putes, si in oratione virtutes Christi aspicias, tibi q; pla-  
ceant, eas desideres, nisi etiam opere imiteris. Quidam enim  
similes se præstant his, qui depictas imagines pulchras, ac or-  
natas vident, ac laudant, illi tamen non se ornant ad earum si  
milititudinem. Hos etiam Chrysostomus dicit similes his, qui  
in theatro vident pugiles certantes, laudant q; strenue segerē-  
tes, sed illi nihil præstant, soloque conspectu delètantur. Sic  
ergo inspicere debemus Christi virtutes, ut illos imitemur. Ba-  
silicus ait, sicut is, qui depictæ imaginis similitudinem in alia  
tabula exprimere vult, primum videt depictam imaginē, &  
vniuersa, quæ in illa sunt, metitur q; magnitudinem, ac distan-  
tias, deinde verò in tabula sua depingit, quod in alia vidit, ita

Chrys.

Basil.

C omnia, quæ in Christo vides, in tabula animæ tuæ depinge-  
re debes. Aliqui etiam sunt, qui considerat̄ Christi virtutes,  
& laudantes, proponunt illas imitari, sed cito obliuiscuntur  
propositi, ac promissi. Ex pietoribus quidam sunt, qui imagi-  
nes pingunt faciles, vulgo dicuntur (pintar al temple.) quidam:  
verò oleo vtuntur, vt pingant, dicuntur vulgo (pintar al olio.)  
Priores quidem colores miscent aquæ, vel qui particlariori, Simile.  
quæ, al bugo dicitur, eorum tamen pictura minus durat, ac co-  
sistit, facileque aqua perit. Postiores verò miscent colores  
oleo, quod cum maximè penetret omnia, colores illi admixt  
i etiam penetrant tabulam, & ideo in longius tempus durāt.  
Ita omnino plures sunt, qui virtutis quidem opera præstant,

etiam

V u 4

fed

## Concio VIII. ad Religiosos.

sed nulla cœlesti consideratione admixta, obediunt, opera humiliata exercent, sed frigide, non quia obedientiae, vel humilitati affecti sunt, sed quoniam Religiosi sunt, & vident eadem præstari à sociis. Horum virtus facile tollitur, quia cū ab hominibus non videtur, eas facilè relinquit, quia ei affectus nō erat. Alij verò non ita se gerūt, sed virtutibus affecti sunt, easque miscent consideratione, ac affectione animi, & cum consideratio, & amor intra animam sint, virtutes, quæ illis misentur, animum penetrant, & ideo ex corde obediunt, quia obedientiam diligunt, & sic reliqua. Hinc prouenit, ut in exercitio virtutis perseverent, & ventus, ac aqua occasiōnū has virtutes non tollunt, quia radicatae in anima erant. Qui ergo proficere in virtute vult, exeat ex Ægypto cum Moysē, mare penetret pœnitentiæ, interimat capita draconum in aquis, mortificans inordinatos affectus. Ascendat cū Moysē in montem, considerans Christi opera, & passiones, curet similitus Christo esse in claritate luminis ipsius, & denique legis tabulas manu deferat, id est, opere compleat Dei mandata, & tunc recte eum orasse dicemus. Ex oratione enim id nobis præcipue colligendum est, ut Dei mandata impleamus, & Christum interius, ac exterius imitemur. Qui verò haec præstiterit, optimè postea orabit, ex virtutum enim collectione in animo facta oratio in cœlum ascendit, quasi odor procedens ex collectione plurium aromatum. Hinc illud Cantico rum. *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula sumi ex aromatibus myrræ, & thuris, & universi pulueris pignætarij?* Oratio enim ac meditatio similis esse debet horto concluso, in quo innimeri, ac optimi flores, ac fructus, ita in oratione vniuersarum virtutum opera exercenda, nunc fidei, nunc spei, nunc charitatis, nunc humilitatis. In hoc horto quietescit sponsus, ad quem eum inuitat spōsa, cū ait: *Veniat dilectus meus in hortum suū, ut comedat fructus pomorum suorum.* In oratione ergo actus exercendi virtutum sunt, ac proponendum, postea illos exequi opere, & sic oratio cœla omnis virtutis est. Sed rursum opera virtutis exercita causa optimæ orationis sunt, quia cū quis bona operatus est multa profert orationem Deo gratā, quæ est ut virgula sumi ex aromatibus myrræ, & thuris, & vniuersi

Cant. 3.

Cant. 4.

C

b3  
+ 11 V

## De modo orandi, ac meditandi. 341

A uersi pulueris pigmentarij. Si ergo recte orare vis, vitam virtutis habe, ex qua optima procedit oratio.

Tertius orationis fructus est vno animi cum Deo. Qui hucusque peruenit, multam viam percurrit, ingressus est cubiculum secretum sponsi, & cellam illam, ad quam se introductam gloriatur sponsa: *Introduxit me rex in cellam uineriam* Cant. 2. & ordinavit in me charitatem. Alij vertunt, insigniuit me charitate, quasi dicat, dedit mihi vestem amoris, characterem amoris inibi impressit. Cui hoc concessum est, concessa est bene dictio illa Ben. iamini. *Ben. iamini amantis simus Domini habita bit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur*, & inter humeros illius requiescet. Deliciae illae sunt, quae gustari possunt, exponi vero nequaquam. Quando anima eo seruet amore, ut pre dilecti absens desiderio deficiat, ac dicat. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.* Quando in brachiis sponsi requiescit, & dicit. *Læua etiis sub capite meo, & dextera illius amplectabitur me.* Fœlix profecto anima, quae eò peruenit. Peruenit ad hoc Elias, sed prius iugulauit Propheta Baal, fugit Iezabelem, peruenit in montem Oreb, transiit Jordaniem, reliquit pallium, sic igneo curru in cœlum raptur. Qui ergo id assequi cupit, affectus prauos iugulet, carnis delectationes, quae persecutiones potius Iezabelis sunt, fugiat, in montem perfectionis concendat, etiam pallium relinquat, quia à multis abstinere debet etiam licitis, ut à mundo elongatus rapi possit igneo curru charitatis, &c.

C Sed quoniam res ista longiorem desiderat sermonem, de ea sequenti Concione agemus.

Vu f Con-



## CONCIO IX.

Ad eosdem Religiosos de altissima contemplatione Dei.

THEMA.

*Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiae innovate vobis nouale: tempus autem requirendi B  
Dum, cu[m] venerit, qui decebit vos iustitia. Ose. 10.*



IC V T Ridendū, ac simul miserandū esset, senem in schola videre cum pueris prima elementa addiscentem. Ita miserum est, religiosum post annos multos in religione peritos incipientē esse. Diuus Bonaventura ait. Misericordia est, cuiuslibet artis, ac studij disciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem eius nō peruenire. Ad hos verò meritō dici potest illud Christi, tanto tempore uobis sum, & non cognouisti me. Et illud Pauli. Scenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut uos doceamini, quae sint elemēta exordij sermonum Dei, & facti estis, quibus lacle opus sit, non solidō cibo. Si in Dei domo per multos fuisti annos, nec tamen maxima dona recepisti, proculdubio tu ipse in causa es, & culpa non vacas, nec seminasti ut pat erat, centuplum enim congregasses. Aliquando in regis domo ministrat nobilis vi per plures annos, & nihil recipit, licet plura obsequia præstet, quia rex ea non videt, vel non potest dignā tribuere mercede aut non vult, itaq; non ministri, sed regis est culpa. At verò, cum in Dei domo id accidit, non Deus, sed minister in culpa est. Deus enim magnificus est retributor, qui enim magnifice tissimus fuit nobis ante omne meritum, immo cum multis de meritis, quomodo post multa merita non erit magnificus?

Quis

Bona.

Ioan. 14.

Hebr. 5.

## De altissima contemplatione Dei. 342

- A *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei. Qui fideliter Deo mini-* Rom. 11.  
*strauit, dicet cū Psal. Venite, & narrabo omnes, qui timetis Deū,* Psal. 65.  
*quanta fecit animæ meæ. Quoniam bonus est Dominus speratibus* Thre. 3.  
*in eum, animæ querenti illum. Et ideo Oseas ait, seminate uobis*  
*in iustitia, idest, ita arate, & seminate, vt multa iustitia, & san-*  
*ctitas in vestris cordibus oriatur. Addit. Et metite in ore miseri*  
*cordie, idest, si ita seminaueritis, amplissimos, ac uberrimos*  
*fructus colligetis. Solet scriptura in promissionibus uti impe-*  
*ratiuo pro futuro, vt significet, si id fiat, quod dicit, promissio-*  
*nem esse certissimam, quasi nihil supersit, nisi manum mitte-*  
re ad promissionē, & fructum capiendū, ideo Oseas ait. Me- Esai. 55:  
B *tite in ore misericordiae. Sic etiam Esaias ait. Audite audite me,*  
*& comedite bonum. Id est si me audieritis, ita certum est, bonū*  
*vobis affuturum, vt dicam, comedite bonum. Sic etiam Psal-* Psal. 33:  
*tes ait. Accedite ad Deum, & illuminamini. Sed quid est, quod*  
*Propheta ait, in ore misericordiae? Os pro voluntate in scriptu-*  
*ra accipi solet, quia ore voluntatem exprimimus. Sic dicimus,*  
*faciam, quod dixeris, id est, quod volueris. In ore ergo miseri-*  
*cordiae est, ad os misericordiae, id est, ad voluntatem misericor-*  
*die, quantum misericordia voluerit, id est, largissime. Solet*  
*enim scriptura voluntatem, & sensum rebus inanimatis tri-*  
*buere per prosopopeiam. Sic etiam Genesis 47. dicitur. Genes. 47.*  
*Alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singu-*  
*lis. In Hebræo est. Præbens cibaria ad os familiæ, id est,*  
C *quantum quisque de familia volebat. Sic etiam cum in scri-* Exod. 17.  
*ptura dicitur, percuti aliquos in ore gladij, significat, om-* Num. 21.  
*nies occidi, percutere quantum gladius percutere velit, ita*  
*in ore misericordiae metere, est, plurima colligere. Ad-*  
*dit verò Oseas. Innouate uobis nouale, id est, eradicare spi-*  
*nas peccatorum, & renouate vos per penitentiam. Noua-*  
*le enim est ager nunc primum proscissus. Demum ait.*  
*Tempus autem requirendi Dominum, cum uenerit, qui docebit*  
*uos iustitiam. Hoc loco tempus significat oportunitatem*  
*temporis, qua elapsa, difficile res fiet, oportunum ergo*  
*tempus metendi copiose, ac abundanter dicit esse tempus*  
*Messiæ, quitanquam doctor in mundum venit. De quo*  
*Ioel ait: Cum dederit uobis doctorem iustitiae. Hoc enim Ioel. 1.*  
Sed etiam gratia

## Concio IX. ad Religiosos

gratiæ tempus annus est benignitatis, quo abundantiori con- A  
cessa gratia, yberiores fructus colliguntur. Hoc est opportunitus  
tempus, tempus acceptabile, dies salutis. Qui ergo nunc non  
percipit yberrimos gratiæ fructus, sibi imputet Christus enim  
venit, ut natam homines habeant, et ut abundantius habeant. Qui  
ergo in lege gratiæ, & in religione perfectionis schola perfe-  
ctus non euadit, cum in ea pluribus fuerit annis, sed prima  
semper rudimenta deuorat, iners est, & accuratè salutem suā  
non peragit. Deus enim dona nunc maxima donat, postquam  
humanitati nupsit. Sicut Assuerus dona largitus est iuxta  
*Hest. 2.* magnificientiam principalem, cum nupsit Hester.

Nunc ergo de his magnis fiscis Dei donis dicamus, quæ si-  
delibus ministris Deus tribuit. Dupliciter quidem ad perse- B  
ctam contemplationem, ac diuinum amorem venire quis po-  
test. Primo maxima Dei gratia, quæ in momēto hominem  
eleuat in superiora, & tunc initia conuersiois altissima sunt,  
inde enim homo incipit, vnde aliis desinit. Ita cum Mag-  
dalena, Apostolis in die Pentecostes, Paulo, ac aliis factum  
est. Hi à Deo manu ducuntur, ac gubernantur, qui eis fit  
magister spiritualis, & contemplanda proponit. Ita cum  
*Sap. 7.* Ignatio fundatore societatis Iesu factum legimus. Hi dicere  
possunt illud Sapientis. *Et letatus sum in omnibus, quoniam  
antececedebat me ita Sapientia.* Optimum viæ suæ rectorem  
hi habent, duci se à Deo permittant. Solum memores esse  
debent obedientiæ, humilitatis, ac prudentiæ. Quia ve- C  
rò hi rari suat, de alijs dicamus, qui via ordinaria à Deo du-  
cuntur.

Multis ergo alia est via ad perfectam contemplationem.  
*Bernard.* Eius vero initium timor est, vt Bernardus ait, in quo vt in ba-  
si optime fundatur amor. Ponit ergo primum Deus in ani-  
ma vehementer timorem mortis, iudicij, ac similiū, quo timo-  
re colligit se homo, & purgat peccata, hoc vehementer timore  
vita omnino mutatur in melius, etiā cum multorum admiratio-  
ne, quia quod interius latet, non videt. Ista vero purgatione  
*Psal. 7.* cessaria est, vt mūdo corde Deus videri poscit. Hinc Psal. on-  
sumetur nequitia peccatorum, et diriges iustum. Prius consumē-  
da est peccati nequitia, quā iustus dirigatur, id est, prosperos  
habeat

## De altissima contemplatione Dei. 343

- A** habeat successus. Desiderat quidem anima D i vniuersitate  
m e , videt vero peccata impedimento esse , i. eo ut ea  
abluat,vim maximam lachrymarum fundit , & satiatur anima  
lachrymis quibus peccata suffocantur. Hanc lachrymarum  
abundantiam petebat Augustinus in soliloquii à Deo sibi  
concedit. *Hoc viae huius initium difficile est, quia per deser-  
tum, sed nihilominus aquam vitae Deus cito tribuit, & manna  
du'cissimum, etiam in initio deserti, quia summa benignitate  
Deus prodigum suscepit, & ipse ait. Eum, qui uenit ad me, non  
eiciam foras.* Et Psaltes ait. Adhuc est anima mea post te, me suscep-  
pit dextera tua. Licet ergo in hoc ingressu videoas arctari pe-  
des tuos, noli via n incœptam relinquere, videbitur quidem Ioan. 6.  
Psal. 6.2.
- B** tibi, nouam te regionem ingredi, sicut Ignatio accidisse dicitur,  
sed terram viuentium ingredieris, noli pauere. Sæculum  
reliquisti, aliud ergo tibi quærendum est, nec mireris, quod  
nouum appareat, innumera enim bona in illo reperies. Mul-  
ti (ait Bernardus) mundum reliquerunt, sed pauci in religione  
proficiunt, qui a multis sunt vocati, pauci uero electi, qui ad perfe-  
ctionem anhelent. Quod profecto deploradum est. Si enim  
is, qui ab Hispania in Indos proficitur, cum Hispaniam re-  
liquit, in Indos penetrare contendit, cur o religiose, qui mun-  
dum reliquisti, in perfectionis fastigium non tendis? cur totos  
neruos hac in re non pones? Cur vitam non fundes, si opus  
fuerit? An non miserum fuit Israël, quod cum tot ex Ægy-  
Bernard.  
Matth. 2.0.
- C** pto prodierint, ad eos pauci in terram promissam venerint?  
Miserandum vero potius quod tot in religionem vocati eu-  
sint, pauci perfectionem assequantur. Licet ergo difficultis ap-  
pareat via, sustine paulisper, nulla enim ars est, quæ initio dif-  
ficilis non sit, quod si primam illa in difficultatem non vincat  
homo, miser majet, & æternos us, ita tu, si hanc difficultatem  
non superueris, in agestate, ac miseria semper eris, nec vtens  
his, quæ in mundo sunt, nec vero caelestius. Omibus illud  
Psalmi dicitur: Ab ore est haec mea, dñe in tecum infans uarii Dei.  
Sed qui Deum asse qui vult, paratus esse dehet, mortem, si  
opus sit, oppetere, vt Deum consequi possit. Nunc tempus est  
partus, postea non me habebitis procul, propter gaudiu[m],  
cu[m] a prole in diuinam suscepis.
- Psal. 7.2.
- I

## Concio VIII. ad Religiosos.

Lipo.

Hoc tempore multum refert, in cella propria cōsistere plurimū, nec ab ea discedere, nisi necessitas aliud postulet, maximum enim in illa bonū est. Refert Lipo manus in vita Arsenij. Senē iam decrepitū fuisse in deserto, qui propter etatē va-  
care nimium non poterat orationi, & corporis afflictionibus,  
placuit verò ei illa cōmutare in opera pietatis, & ideo statuit  
visitare monachos infirmos, & eos, qui tētationibus vrgebā-  
tur. Cōsoluit vero de hacre Arseniū. Qui ei respōdit. Opera  
quidē afflictionis relinque: tantūmodo ne in animū inducas,  
vt à cella recedas. Deinde sensu custodia, ac mortificatio val-  
de necessaria est, qui enim id non prēstat dulces Dei cibos nō  
experietur, ne diē letum videbit in iubilo spirituali. Experiē-  
tia manifesta cōspicitur, eos, qui in virtutibus proficiunt, colli-  
gere sese, & parū loqui. Imaginatio etiā, ac memoria frānāda  
est. Ideo Magnus Antonius dicebat super omnia interiorem  
cellā obseruantam, quia imaginatio, ac memoria cohinda  
est, que similis est onagro, & facile inutilia cogitat, ac vana.  
Ex quo vana desideria procedunt, & ex his vanę cogitationes,  
quia causę sunt sibi inuicē causae. Curāda ergo tibi est vniuer-  
salis mortificatio interior, & exterior, & ab omni re creata dis-  
cedere, quod si nō prēstiteris, contēplationis dulcedinem nō  
gustabis. Illud vero prēstabat Psal. Renuit cōsolari anima mea,  
memor fui Dei, & delectatus sum. Que verba expēdenda sunt,  
quia emphasis habent. Licet vero ista naturae difficilia sint,  
sed gratiae facilitia, nam quis per ant in Dño mutabunt fortitudinem,

Psal. 76.

memor fui Dei, & delectatus sum. Que verba expēdenda sunt,  
quia emphasis habent. Licet vero ista naturae difficilia sint,  
sed gratiae facilitia, nam quis per ant in Dño mutabunt fortitudinem,

Isa. 40.

assument penitus, ut aquile, uolabunt, & non deficiant, current, &  
non laborabunt.

Deinde curare debes, iugē, ac perpetuam Dei memoriam  
habere, eum q̄; præsentem intueri. Implebis tūc illud. Opor-  
tu, semper orare, & nunquam deficere. Et illud. Sine intermissione  
orare. Et nostra cōuersatio in calice est. Licet enim exteriora præ-  
stes opera, sed spiritus Deum cogitare potest. Dic tibi sapè,  
quid cogitas? Sutsum corda, attēde quod à Deo videaris. Sic

Luc. 18.

Psal. 15. Psal. agebat, qui ait. Prouidebam Dūm in conspectu meo semper.

Philip. 3.

Heb. 11. De qua re Paulus Moysēm laudat, cū ait. Inuisibile enim quasi

Tob. 4.

Tobias uidens justinuit. Et hoc monebat Tobias filiuū suū dicens:

Psal. 24.

Omnibus diebus uitæ tue in mente habeto Deum. Et Psaltes. Cœuli

nisi

# De altissima contemplatione Dei. 344

- A mei semper ad Dūm. Et Elias. Viuit Dominus in cuius conspectu  
sto. Et de Enoc dicitur: Ambulauit cum Deo. Et David. Medi-  
tatio cordis mei in conspectu tuo semper. De qua re eum laudat Gen. 5.  
Salomon dicens: Tu fecisti cum seruo tuo David patre meo mis-  
ericordiam magnam sicut ambulauit in conspectu tuo in ueritate. psal. 18.  
iustitia, & recto corde tecum. Et Ezechias ait. Obsecro Domine, 3. Reg. 8.  
memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & cor  
de perfecto. Hæc verò Dei præsentia in anima innumera bo-  
na gignit, sicut solis præsentia innumera bona gignit in ter-  
ra, fructus enim producere, & metallæ facit, ita Dei memoria  
illuminat animam, lœtitiat, & bonis operibus abundare fa-  
cit. Sicut enim Deus ait. Ego sum qui sum, quo abyssum ef- Exod. 3.  
B sendi declarauit omni perfectione ornatum, ita ipse cum ani-  
mæ adeat per continuam memoriam, est illi omne. Deus  
enim tibi est omnia, quæ volueris. Rex non est tibi om-  
nia, sed nec pater, nec amicus, aut quævis creatura. Deus  
verò sicut in se est omnia, ita tibi erit omnia, cum illum  
præsentem habueris. Erit enim Deus omnia in omnibus.  
Vis patrem? erit tibi pater. Vis regem, iudicem, pasto-  
rem, medicum, sponsum? omnia haec, & alia innumera ti-  
bi erit.  
C Sed hæc Dei præsentia à diuersis diuersimodè usurpari so-  
let. Augustinus Deum sibi præsentem quotidie gerebat, sed August.  
diuersa consideratione. Hoc enim die eum ut sponsum intue-  
batur, & cum eo dulciter agebat. Cras eum iudicem videbat,  
se vero tanquam reuin, & veniam ab eo petebat. Altera die  
Deū sibi medicū aspiciebat, petebatq; ab eo salutē. Alia die  
tanquam regem, & dona postulabat. Alij vero aliter Deū præ-  
sentē habent. Conspiciunt enim vniuersas creaturas tanquam  
Dei tabulas, in quibus ille se depinxit, & sic in omni creatura  
cōsiderant aliquā Dei perfectionē. Sieut ergo spōsa in effigie  
spōsi sponsum cōsiderat, illius recordatur, illamq; diligit. Ita  
anima Dei spōsa in omni creatura Dei imaginē, aut vestigiū  
videt, & eius memoratur. A magnitudine enim speciei creature Sap. 13.  
poterit cognoscibiliter creator horū uideri. Et hisce oculis omnis  
creatura cōspici debet. Alij vero hæc Dei præsentiam aliter ha-  
ben. Considerant enim Deum præsentem omni creatura  
& in

## Concio IX.ad Religiosos.

& in ea latenter, quam verbo virtatis sua portat, adiuuitq; A  
vt mihi obsequatur, ac bona praestet. In sole enim Deus est,  
vt me illuminet: in cibo, vt me reficiat: in domo, vt me prote-  
gat: in diuiniis, vt mihi prouideat. Hinc Christus dixit: Pater  
**Ioan. 5.** meus usq; modo operarur, & ego operor, quasi dicat, non solum  
Deus initio mundi operatus est, cum creature condidit, sed  
semper eis id est, vt illas in operibus iuuet, quod si ille opera-  
tionem suam tolleret, Sol non illuminaret, nec ignis caleface-  
ret, nec vlla creatura quipiam operis agebet. Sicut ergo cum  
rem aliquam inanimatam moueri vides agnoscis, intra eam  
aliquid esse viuum, quod illam mouet, ita in omni creatura  
Deus est, vt illa operari possit. Cum ergo bonum quodcumq;  
a creatura suscepferis, intuere Deum interius latenter, qui ti-  
bi bonum illud praestat. Alij vero Deum sibi presentem ha-  
bent, curantes in omni opere intentionem in Deum dirige-  
re, vt ei placeant, & eius gloriam querant, iuxta Pauli consi-  
lium. *Sicut manducatis, siue bibitis, omnia in gloriam Dei facite.*  
Dicuntq; Deo suo, hoc facio, quia tibi placet, ac gratum est.  
Alij vero verba aliqua ex scriptura, vel ex oratione collecta  
in memoria iugiter retinent, in quibus delectantur, & quasi in  
reliquia diem festum Domino agut. Sic quidam aiebat Deus  
meus, & omnia. Alius Diliga te Domine fortitudo mea. Alius.  
*Quid mihi est in caelos, & a te quid uolu super terram?* Deus cordis  
mei, et pars mea Deus in eternum. Alius. *Quemadmodum deside-*  
*rat cervus ad fontes aquarum,* ita desiderat anima mea ad te Deus.  
Nec enim omnibus una aperitur ianua, aut via, sed huic una, C  
illi altera. Quisq; eam teneat, qua ei proficia fuerit, & per  
quam ei Deus aperuerit ianuam, intret, veniat mihi bonum,  
siue hac, siue illa via.  
Postquam ergo homo vniuersa, quae diximus compleuit.  
Accessit iam ad perfectionem, & ingredi ei licet in contempla-  
tionem, & diuinis repletur donis, & unus si spiritus cu Deo.  
**3. Reg. 8.** Sicut enim cum perfectum fuit templum Salomonis, & uni-  
uersa parata, gloria Domini impleuit illud. Sic in animam pa-  
ratam, ac ornatam omni virtute Deus ingreditur, & implet  
diuino splendore, ac illustratione. Impleturoq; in ea illud Isa-  
**Isa. 58.** *impletbit splendoribus animam tuam.* Tunc orei perfecte, tunc  
anima

## De altissima contēplatione Dei. 345

A anima Deo vnitur ineffabili quodam modo. Tunc intro-  
ducitur anima incellam vinariam, quia sublati impedī-  
mentis largissimē se Deus in illam effundit, sicut sublati  
nubibus sol splendet, ac reuerberat in lucido speculo. Hic  
datur osculum oris, vt Bernardus ait, postquam præcessit  
osculū pedum, ac manuum, osculatur enim cum Magda-  
lena pedes, qui pœnitet, & incipit, osculatur manus, qui in  
via Dei proficit, & Christi virtutes imitatur. Sed osculatur  
os sponsi amore ac dulcedine sponsæ, sed hoc illi soli con-  
ceditur, qui peruenit ad annos nubiles, vt Bernard. ait. Bernar.

Certè bona eius, qui adhunc gradū peruenit, enumera-  
re, aut comprehendere hominis cogitatio non potest. Hic  
certè verum illud est. Nemo scit, nisi qui accipit. Audia-

B mus, quæ de hac re Christus Dominus dicat: *V incenti dabo* Apoc. 2.  
*manna absconditum, & dabo ei calculum cädidum, & in calculo no*  
*men nouum scriptum, quod nemoscit, nisi qui accipit.* Hæc, quæ  
nunc dicemus, non datur, nisi vincenti. Is verò est, qui vni-  
uersa, quæ superius diximus, superauit, qui se in vniuersa  
dedit discrimina, vt Deū consequeretur, qui passiones edo-  
muit, qui omnes sensus mortificauit, hic vincens meritò di-  
citur. Primum ergò ei datur manna. Manna cibus fuit Is-  
raëli datus, omnium ciborum sapores continens, quod gu-  
stantes dixerūt. Manhus idest, quid est hoc? significat ve- Exod. 16.  
rò internam dulcedinē, qua mirabiliter Deus electos pas-  
cit, vt ipsi mirentur, & dicant, quid est hoc? Dicitur verò  
hoc Manna absconditum, quia nō omnibus datur, sed per

C effectis seruatum est. Sicut Psaltes ait. *Quam magna multitudo* Psal. 30.  
*dulcedini tuae Domine, quam abscondisti timentibus te.* Si enim  
absconditum non esset hoc Manna, si omnes scirent deli-  
tias perfectorum, summa auiditate omnes curarent, vt  
illud raperent, nunc verò quia absconditum est, multi il-  
lud non curant. Addit vero Christus Dominus. *Dabo ei*  
*calculum candidum, idest, vitam fœlicem, & omni volu-*  
*ptate plenam, antiqui enim fœlices dies albis lapillis nu-*  
*merabant, nomen vero nouum, est nomen filij Dei, quod*  
*suis Deus tribuit, quod licet omni iusto tribuat, sed sin-*  
*gulari ratione perfectis tribuitur, qui iā se Deo proximos*

## Concio IX. ad Religiosos

Ioan. I.

cernunt. Vnde Ioannes ait. Dedit eis potestatem filios Dei fieri A  
ri, his, qui credūt in nomine eius, &c. Sed quomodo ait, dedit  
eis potestatem filios Dei fieri, cū iam ex Deo nati sunt,  
qui enim ex Deo natus est, filius Dei est, quomodo ergo  
accipit potestatē, vt filius Dei sit? Certè, quia dedit eis po-  
testatē, vt perfectē filij Dei sint: i[n] perfecti filii erant, sed  
potestatē acceperūt, vt filii perfecti essent, vt bona Dei im-  
mensa participant, vt iam à terra incipiāt cælestibus  
bonis frui. Hoc verò tantum est bonum, vt nemo sciat, nisi  
is, qui accipit, quanta enim in hoc bona lateant, nouit, qui  
recipit. Aperte namque Deus his secreta sua, & plures vi-  
tae venas eis ostendit. Aliquando enim circa Trinitatis my-  
sterium altissimum lucem tribuit, qua[rum] tanta est, vt licet si-  
dem non excludat, & aliquam obscuritatem, tamen quasi B  
illud mysterium homo videt, & altissimam de eo cognitio-  
nem suscipit, vt Ignatio accidit. Aliquando verò id acci-  
dit in mysterio Eucharistiae diuinissimo, & sic in reliquis.  
Aliquando ea vi amoris homo rapitur, vt quasi extra se-  
fiat, & in vniuersis creaturis Deum contemplans, innume-  
ros amoris actus elicit. Nullus ei labor difficilis appetet.  
Et videt in se talia, vt dicat Manhu, quid est hoc? Non indi-  
git præparatione, vt oret, cum enim ad orationem acce-  
dit, anima in Deum fertur, eumq[ue] complectitur. Cum dor-  
mit Deum in somnis habet, quia cum solum interdiu cogi-  
tavit, cum euigilat, cor ardere sentit Dei desiderio. Et à C  
Deo in oratione suscipitur in brachiis, qui fit ei nutritius,  
& dulcissima mater. Impleturque illud. Etego quasi nutritius  
Ephraim portabam eos in brachis meis. Sed quas delicias  
ille præbebit, qui ipse deliciæ est?

Qst. III.

Qui eiusmodi est, ad contemplationem peruenit. In  
qua operatur aliquando solus intellectus, aliquando sola  
voluntas, aliquando verò utraque potentia, vt aliqui do-  
ctores tradunt, quid verò nos sentiamus, inferius sequenti  
Concionē trademus. Accedens homo ad contemplatio-  
nē, aliquid meditandum sibi proponit, circa quod intelle-  
ctus discurrit, operante simul imaginatione. Exspectat verò  
homo id, quod à Deo ei datur, dono etenim sapientiae, in-  
tellectus

## De altissima contemplatione Dei. 346

- A intellectus ad superiora eleuatus sistit in contemplatione summae veritatis simplici intelligentia, tunc voluntas Deo vnitur, & perficitur contemplatio, quae est unio animæ cu Deo cum abstractione ab omni re creata, ideo pertinere diximus ad sapientiam, quae est sapida scientia, quia in ea & intellectus, & voluntas operantur. Intellectus simplici intuitu, ac intelligentia Deum agnoscit. Voluntas ab omni re creata abstracta vehementer amore in Deum tendit, ac ei mirabiliter vnitur. Hoc vero dupliciter contingere potest, aut secundum communem viam, aut modo supernaturali per illapsum. Primum sic accidere solet. Incipit homo cogitare, ac discurrere circa diuina, & a sensibilibus ascendens peruenit in Deum, & sine discursu eū apprehendit simplici intuitu, & iam eius bonitatem, iam sapientiam, & potentiam considerat. Et inde voluntas excitatatur ad amorem, & gaudium, & sic Deo vnitur. Hanc diximus communem viam, non ut gratiam excludamus, sed quia naturale est, ut nihil sit volitum, quin præcognitum, nec satis est, quod prius res sit cognita, nisi cognoscatur, cum diligatur. Secundo vero supernaturaliter accidere potest, soletque Deus ad contemplationem eleuare intellectum sine vilo discursu, & sine cooperatione potentiarum sensituarum. Similiter potest Deus immediatè sibi vniire voluntatem sine actuali cognitione intellectus, satis enim est, quod præcesserit (licet naturaliter, ut diximus, semper requiratur cogitatio præsens) & hic dicitur illapsus, & diuina impressio. In qua potius se homo habet passiuè, quam actiuè. Non quod non agat, dum recipit, quia impossibile est, intellectum recipere cognitionem, quin agat intelligendo, similiter voluntas, sed dicitur potius passio, quam actio, quia anima non illud alsequitur via communis, illud inquirens, sed illud gratis a Deo recipit. Et hoc est altissima contemplatio. Et hoc est, quo I Dionysius de Dionys. magi tro suo Hierosho ait, quod erat patēs diuina. Et de Ignatio memoriae proditum est, in spiritualibus magis se habuisse passiuè, quam actiuè. Quia vero transcantus hoc saepius datur, quam permaneater, inde intelligi melius poterit.

## Concio X. ad Religiosos

poterit. Aliquando enim subito illustratur à Deo intelle- A  
ctus, ut simplici intelligentia agnoscat veritatem, quasi per annum illam discursu acquisisset, cum tamen discursus nul-  
lus præcesserit. Aliquando etiam amor, & iubilus in vo-  
luntate esse solet, quibus Deo vnitur subito, cum aliud co-  
gitaret. Id ergò quod transeunter aliquando datur, & fre-  
quentius, id permanenter in altissima contemplatione  
Deus concedit. Sed quia hoc ampliori explicatione eget,  
in sequenti concione, de eo agendum est fusius, &c.



## C O N C I O . X.

Ad eosdem Religiosos de altissima con-  
templatione Dei.

### T H E M A.

*Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in mon-  
tem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadragin-  
ta noctibus. Exod. 24.*



I C V T Ex regiis ministris, quidam ei as-  
sistunt, & in illius domo commorantur, alij  
verò munera, ac officia obeunt extrì domum  
regiam, tum in reipublicæ administratione,  
tum etiam in bellis gerendis. Ita inter Ange-  
licos spiritus quidam Deo assistunt, quidam corporalia gu-  
bernant, & homines custodiunt. Vtrique verò Dei mini-  
stris sunt.

Ad eundem modum inter homines, qui Deo inferuiunt,  
quidam ei assistunt, in domo illius versantur, & hoc mu-  
nus eorum est, qui contemplationi dediti sunt, quidam  
verò

Simile.

# De altissima contemplatione Dei. 347

- A verò exteriora curant, quod ad vitam actiuam pertinet. Quemadmodum verò i, qui regi adstant, aliquando à rege mittuntur, ad aliqua munera obeunda extra illius donū. Et hi, qui extra domum regi ministant, aliquando ad regē veniunt, ut ei rationē reddant, & ordinem gerendo iū suscipiant, ita contēplatiua vita: sectator aliquando cōfitionē intendit, & qui actioni inseruit, aliquando contēplationi vacat, nec enim benē agere posset, nisi in oratione vites ac ciperet: distinguuntur ergo hi status, propter prēcipua, quibus intēdunt, contēplatiua enim vita contēplationi n̄ agis attendit, actiuā vero actioni. Contēplatiua verò vita p̄stat actiuē. Ideo Christus ait. Optima p̄tē elegit sibi Maria. August. Non tu mala sed illa in meliore. Et inter regios mini stros illi p̄cipiū habentur, qui regi maximē adharent. Mibi adhērere Deo bonū est, id est, optimum. Nec mirum, cū in contēplatione opera maximi marū virtutum exerceantur, fidei spei, ac præcipue charitatis, de quo superiori cōcione sermonem capimus, & num nobis prosequendū est. Dicebamus namq; rapiā Deo voluntatē, ac intellectū transtēter si pius, sed permanēter rarius, ut Deū sine discursu cognoscat, & Deū ineffabili quodā modo diligat, sine intellectu duce. Hoc vero paucis cōceditur, mundis, scilicet cor de. De quibus Psa. ait. Quis ascendet in metem Dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manib; & mūdo corde. Et iterū. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiesceri in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, et operatur iustitia. Que verba mire expendit Richard. in Bējamin minor, qui est Richard.
- B primus tractatus illi⁹ de contēplatione. Merito diuina contēplatio mons dicitur, & nō in vertice montiū, quia altissimū est orū, quō homo peruenire potest in hac vita. Tabernaculum etiā Dei dicitur, quia ibi protectus homo est, ibi Deū videt, eiq; assilit. Sed id nō cōceditur, nisi ingrediēti sine macula, & mūdo corde. Donū hoc excellēs est, & ideo nisi probatis amicis nō datur, lōge ab hoc dono est, qui visitā ducit vulgarē, ac omnibus cōmunem. Qui omnino nū. do nō moritur, in hoc sepulchrū nō ingredietur. Et sic possunt accipi verba illa Dei ad Moysem. Non alieba me homo Roma. 14.

## Concio X.ad Religiosos

**C**uius est. Est enim hoc regnum illud Dei, quod non est bona, & A  
potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Nec vero  
ista incredibilia esse debent, cum Dei bonitas infinita sit,  
& in suos immensa dulcedo. Et ex quo ille homo fieri, &

**Anton.** crucem pati dignatus est, nihil incredibile apparere debet.  
De hac oratione verum habet, quod Anton. aiebat, tunc esse

**Dionys.** orationem perfectam, cum oratio nescit quid orat. Quoniam adeo mirabilis haec uinio cum Deo est, ut nesciat ipse, qui vni-

tur, ea explicate, nec intelligat, quid illud sit, licet illud ga-

stet. Et hoc est illud Dionys. de mystica Theologia. Tu Ti-

mothee charissime per intentissimam ad contuenda mystica

specacula exercitationem relinque sensus, & intellectuales

operationes, & sensibilia, & intelligibila omnia, intendeq;

te ipsum pro viribus per quandam ignorantiam, ut illi sūgaris

qui super omnem substantiam, scientiamq; est. Sane ubi libe-

re, absolute, & pure a te ipso, atq; omnib; excesseris, tunc su-

blatis omnibus ipse expeditus ab omnibus euolabis ad su-

per substancialē diuine caliginis radiū. Et paulo inferius. Cō

templator visibilia, & intellectuala de terrena ingreditur

mysticā ignorantiam caliginē, in qua omnia scientia, & co-

gnitionis præsidia terminas, totus fit in eo, qui tactū peni-

tus, vsumq; refugit, ac trascendit omnia. Quia vero id natu-

raliter non accidit, solū exhortatur, ut ad ilud percipiendum

se disponat. Et sic paulo inferius ait. Athano perlucidā, li-

quidifimāq; caliginē admitti, & per visus, scientiaq; pri-

uationē videre, ac scire eū, qui aspectum omnē, scientiamq;

transcendent, oramus. D. Bonaventura enarrans haec Dio-

nysij verba ait. Hanc elevationē, quę fit per ignorantiam, es-

se motionē animi per amorem, sine intellectus opere. De

qua re Hugo de S. Victore lib. de arra animae. Et haec ora-

tio dicitur silentij, & caliginis, in qua vnitur anima ignoto

Deo. Quia foris manete intellectu, affectus solus mouetur,

& Deū diligit immensa dilectione, & eo anima eleuatur, ut

prius Deū diligit, quam intelligat. Licet statim etiā, ut Dio-

nysij ait, sequatur intelligētia Dei maxima lumine sapientię.

Hinc intelligitur illud Bernardi serm. 2. in Cantica du-

plex, ait, modus est moriendi mūdo in contemplatione. Prior

commu-

## De altissima contemplatione Dei. 348

- A communis, cum oblitus intellectus omnium rerum in sola Dei intelligentia sit, & hanc appellat iustorum mortem. Alter vero supernaturalis, quā dicit mortem Angelorum, unde orat. Moriatur anima mea nō solū morte iustorum, sed etiam si fieri potest morte Angelorum, ut prætergredi vniuersa visibilia, non solum affectum erga illa exuat, sed illatum imagines omnino relinquat, & sic cum Angelis conueretur, quibus puritate similis est. Hic enim excessus est, qui vel solus contemplatio dicitur, vel maior contemplatio. Rerum enim terrenarum cupiditatibus non teneri, humanum est, corporum autem imaginibus speculando non obvolui, angelicæ puritatis est, li. et enim utrumque à gratia procedat, sed hoc ultimum majoris est gratiae. Tunc ergo Ait Dionysius. 7. capite de diuinis nominibus, cognoicitur, ac sentitur Deus, cum Deus animam eleuat sine opere imaginationis, & similitudine aliqua corporea, & tunc inexplicabiliter agnoscitur, quia prius diligitur, quam agnoscatur. Duplex ergo est altissima Dei contemplatio. Prior in intellectu, cum illa à Deo eleuatur, ut sine imaginationis operatione, & sine sensibili specie Deū agnoscat, & tunc maximè Deus agnoscitur. Altera in voluntate, quādo illa immediate Deo vnitur, sine villa presenti intellectus cognitione, quia tota anima totis virib⁹ dilectioni intēdit, ita ut intellectus nihil operetar. Et tunc præcipuo modo Deus diligitur. Communis vero sententia, ac probabilitor est. Nunquā Deū diligi sine presenti cognitione intellect⁹, sed quia hæc tūc parua est, cum se totā effundit anima per amorem, ideo nulla appetet, cum tamē aliqua sit. Sed utro fiat modo p. rū refert disputare. Hoc vero certum est, hūc esse contemplationis aspicem, quo anima in altū à Deo eleuatur. De qua Deus ait. *Sustollam te super altitudines montium* *Iſai 58.* *Et cibabote hereditate patris tui Iacob.* V erē altitudo montium hæc contemplatio ei⁹, quam quia sequitur, cibata ha re *Genes. 32,* ditate Iacob, qui ait. *Vidi Dominum faciem ad faciem, et salutem faciem anima mea.* Hac enim contemplatione videtur Deus eo modo, quo in hac vita videri potest. Hec est sapientia illa, quæ valgo hominū manifestata non est, ut Dionysius

## Concio X. ad Religiosos.

1. Cor. 2. ait Imo & Paulus: Sapientiam legimus inter perfectos. Ex A  
D. Tho. quibus erbis colligit Diuus Thomas. Profunda sapien-  
tiae non sunt nisi perfectis exponeenda.

Matt. 13. Hec vero, quae diximus ex exemplo Christi Domini sicut mani  
festa. Nouit pauper in hoc agro thesaurum esse. Vendit uinen-  
ta, quae habet, & emit agrum illud, postea fodere incipit labore,  
ac ludore, & aliquando partem thesauri inuenit, quo certior  
reditur de thesauro inueniendo, & sic ardentiū laborat,  
quo propinquiore est thesauro. Demum consummato labore  
thesaurum reperit, & tunc omnis labor in eo inueniendo pos-  
tus minimus apparet. Statim domum ornat, & pretiosas ve-  
stes induit, & in alios diaetas effundit, qui ei adhaeret. Hoc  
ipsum accidit fideliter laborati in Dei obsequio. Deus est B  
infinitus thesaurus hominibus paratus, ager, in quo inueni-  
ri oportet, diuina legis impletio est, & precipue religio, in  
qua non solù diuina precepta impletur, sed & consilia. Ut  
huc thesaurum religiosus sibi acquirat, omnia reuinquit cum  
religionē ingressus est, statim laboribus incubit, obedien-  
tiā implet, corpus macerat. In opere ipsius modicū laborabis,  
& cito edes de generationibus illius, quia aliquid diuini thesau-  
ri inuenit, dum diuina dona percipiunt, & Deo frui incipit. Eo  
vero plus accenditur ad labore, & Deus pro sua misericor-  
dia refectionē ei tribuit, dicitq;: Misereor super turbam, quia  
Eccli. 6. ecce iam iriduo sustinet me. Tandem cum ad culmen perfectio-  
nis, & contumelionis venit, Deum inuenit, quo inuento omni  
nis præteritus labor minimus ducitur, dues homo fit tan-  
to thesauro inuento, & magnus apud Deum, & homines ha-  
betur, ornatur enim virtute. Omnesq; ad illum accedunt, ut  
monita salutis accipiant, & simbriā eius apprehendant, ut  
osculētur, & ab eo iuētur, quia videt Deum cum eo esse.

Marc. 8. Impleturq; illud Prophetē: In diebus illis apprehēdet deē ho-  
mines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent simbriā uiri tu-  
dai, dicentes. Ibimus nobiscū, audiimus enim, quoniam Deus nobiscū  
est. His vero, qui in hoc statu sunt, aliqua aduertēda occur-  
rūt. Primum, ut status sui functionibus nō desint, & id omne  
suspectū habeat, quod ei impedimento fuerit, ne praetet ea  
ad quę tenetur. Primum enim locū tenere semper debet di-  
Zachar. 8. C  
uina

# De altissima contemplatione Dei.

349

A uina volūtas, & nihil non pretermittendū ut Deo obediatur. Quod adeo verū est, vt Dei visionē relinqueret beati, si id Deus præciperebat, aut etiā cōsuleret, & sibi gratū diceret. Secundū, humilitatē præcipue eis necessariā, qua magna dona conseruātur, & sine qua qui virtutes congregat, puluerē in vētū portat, quo lumen oculū priuetur. Nec optāda ei hęc dona magna propter se, sed in Dei gloriam, vt eū plus glorificet, & vt Christi redēptio copiosa apparet. Nec verò gratias gratis datas optet, vt prophetiā, reuelationes, miracula. Imo vere humilius à Deo petit, ne in eā via cū inducat, & pluris ducit humilitatē, & charitatē, quā miracula. Tertiū deniq; sciendū eis est, licet iā prop̄ celū sint, & de eis dicatur: *Beatus populus, qui fecit iubilationē, quæ* Psal. 88.

B est inenarrabile gaudiū, quia sicut hi, qui proximi alicui ter rae sunt, in qua aliqua influētia dominatur, aliqd illius partcipat propter loci vicinitatē ita hi, cum proximi sint celo, iam cælia sic gustant, vt Bernard. dix erit, aliquando Deus meus gaudio tāto reples cornicē, vt si illud duraret, nihil mihi appetendū videretur restare. Nihil omnis tamen aliquid tēpestas oritur, & dies clarus in caliginē vertitar, & abscondit Deus lucē in manib; suis, vt nouerint sui inuenire lucem in tenebris iuxta illud Pauli. Deus, qui dixit de te nebris unē spēdere, ipse illuxit in cordibus nostris. Inueniūt quæ se quasi solos, & à Deo elogatos. De qua remulta inuenies in tractatu nostro de septē verbis Christi in Cruce, super verbū illud. *Eus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.*

C Tū vero præcipua fide op̄ est, & in Deo sperare, etiā si hominē derelinquit, & occidat. dic accedit sanctissimo Job, Iob. 1. 3. qui ait. *Etiā si occiderit me, sperato in eū.* Credat verò tūc homo, Dei digitū illic esse, qui mirabilia in anima operatur, nec enim vult Deus adhærere nos dono eius, sed ipsi Deo, & eius volūtati. In donis enim etiā spiritualibus verū habet illud Psal. *Divitiae si affluāt, nolite cor apponere.* Vult etiā Psal. 6. 1. vt discamus, in eo sperare, etiā sine pignore, & sperent in te, Psal. 9. qui nouerūt nomē tuū, vt Psal. ait. *Sciamus etiā Dei stylū, ac ordinē, qui ait. Modicū, & iā nō videbitis me, & iterū modicū,* Ioan. 16. & videbitis me. Nec nouum id nobis appareat, vt discipulis

missio

## Concio X. ad Religiosos

Iesu. Simul etiā humiliemur, cū maxima recipim⁹ dona, vidētes A  
aliena illa esse. Tot deniq; bona ex hac tēpestate, & Dei absentia

Cat. 1. dixerat: Osculetur me osculo oris sui, dicit postea: Fuge dicere mihi, ait st

Cat. 3. milite capre. Recte ait, assimilare capre, quia sicut caprea, cū tu  
git oculos retrorsum sēpē concit, ita illi breuiati nō fuit sēcū dies il  
li, desiceret infirmā caro, licet ergo fugiat, sed nos respicit oculis  
misericordie. Sic Anto. dixit, quē in manib⁹ dēmoniū detelique  
rat, & cū ei Anton. diceret, vbi eras Dñe Iesu, cū à dēmonib⁹ ve  
xarer, respōdit, ibi aderā Antoni, sed te respiciebā virilicer pugnā  
tē. Vtile ergo est, aliquando à Deo relinquī. Hinc Pater Amor  
orare solitus erat, satis est Dñe, noli tantā mihitribuere cōsolatio  
nē. Deniq; in hāc iusti derelictione tot sunt bona, vt dixerit Ian  
etus quidā, si agnoscerētur illa, plures essent latrones, q̄ illa deprē

dari curarēt, quā diuitias sēculi. Nec enim Dē⁹ hominē, maxime  
filiū, aſſigit, q̄a delectetur in afflictionibus nostris, nō enim id cō  
uenit illi⁹ bonitati, sed id eō mortificat, vt vivifiet, & tollit, vt dai  
plū reddit, sicut cū lob sc̄it, & vult fūc̄ sp̄ē humilitatē, ac patiē  
tiā p̄festi exerceret, vt illā mūneret. Sic te abſcondit à Maria tūne il

Luc. 2. Ius culpa, q̄a xp̄dīt uobis, ut ego uada. Ideo spera in eī, quā fidelis  
10. 16 est, & nō pati tur te tēteri supra id, quod possis, sed faciet cū ēta

tionē p̄uentū, vt possis suffinere, idēc si clamas, nec exauditis, si  
stas, nec respiceris, si mutatus videtur Deus in crudelē, si nō reip̄ō  
det tibi yerbū, si dicit te canē, vt Chiananēā, cōsulto hęc Dē⁹ face  
re crede in bonū tuū, & ideo ex omnib⁹ cōsolationē eruere cura.

Pſ. 2. Virga tua, et baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Sed merito  
inquiri potest, cū Ch̄s datus sit in magistrū, ac preceptorē mun  
di, cur de hac suprema cōtēplatione nihil, aut parū dixerit, cū de  
mortificatione, ac virtutū exercitio, & ipsius imitatione plurimā  
dixerit. Notandum est, vt hic questioni fiat satis, in virtutē operib⁹  
gratia Dei, & hominis arbitriū operari, Dē⁹, & hominem vt vñā  
causa nō cōcurrere. Ideo Pau. ait. Nō ego autē, sed gratia Dei in cū, sed

10. quēdā sunt, in quibus hominis opus multū cōcurrerit, ac agit, alia  
verb⁹, in quibus licet agat, sed magis patitur, quā agat: de his ergo  
multa Ch̄s Iesu Dās q̄iseruit, in quibus nō sūltā operā ponunt,  
in quibus agendū nobis est, in hāc enim ipse venit, vt nos doce  
ret operari, vt mūdaret sibi populu acceptabile ſeclatorē honorū  
operum

# De altissima contemplatione Dei. 350

**A** operū, & ideo hęc loquutus est pr. recipue. Dę quidū etiā Apōstolus discip. alii ad monet, vt crebrius ad fidèles loquatur cū ait. Hęc loquere, & exhortare in Christo Iesu Dño nōstrō. Sed quę sunt A&T, hęc: Ceterę, ut sobrie & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. De his ve. tū. 2; rō, que ad supremam contemplationē pertinēt, pauca dixit, quoniam in his, vt diximus, potius patitur honio, quā agat. & ideo ad Deum illa potius pertinēt, qui ea tribuit seruis fidelibꝫ, qui in sui abnegatione, & virtutū exercitio strenue laborauerunt. Eia ergo nos inspiciamus, que ad nos pertinēt, in his laboremus, in infimo sedēamus loco. Vnde uero est assumptionis Istrā, & sancti Israēl regis nostri. Cū labori, ac mortificationi intēdimus, nos Deo damus. Cū in cōtemp̄atione sup̄emam habuimus, accipimus potius quādemus. Primum ergo nobis descendū est, secundū Deus peraget. Sicut ergo eximius pictor illae docet rudē discipulū, que vuln̄ ipsum operari in imagine, quod vero ipse met propria manu in imagine facturus est, nō curat discipulū edocere, ipse enim probe nouit. Ita in hac imagine Christi, quā in animis nostris depingi oportet, quādā ad nos pertinet, licet enim grati Dei semper pr̄cipue operetur, sed in aliquibꝫ multis à nobis labor ponēdus est, & hęc edoceri mos oportet. Quia vero Deus agere debet, in quibus licet aliquid opere mur, sed illud minimū est, nos edoceri oportet. Et ideo de his pauca tradita sunt à Christo Dño. Sed quoniam de his, qui in sup̄emā arce contēplationis sunt plura diximus. Aliquid dicendū est viris perfectis, qui contēplationi student, non quidē adeò sublimi. Contēplatio ergo est altissima Deicognitio, ac secreta, quā ipse met Deus animę traslit, se illi manifestas, licet

**C**ō no faciali visione, tamen altissima cognitione, ac viua, ex qua amors resultat immēsus. Ideo dicitur mystica theologia, id est, Dei notitia secreta, & in intima, quā ipse met docet. Summa sc̄ientiarū summo doctori Deo relinqēda fuit. De qua re sic sponsa ait. Appre  
hendā te, & duca in domū matris meā, & in cubiculū genitricis meā, ibi me docebis, & dabo tibi porulū maximo condito. Cū enim anima spōsum ducit in secretū cordis cubiculū, ibi eā docet Deus, & plura nouit ex his, que ei expeditūt, quā multis annis Theologiae operā dedisſet. In scholis ad disscitūr theologia differēs, ac disputās, at in contēplatione cognitio affectua, ac ardens, illa discursu, & argumētis edocētur, hęc animi affectibꝫ illa iustorū, & iniquorū est,

## Concio X. ad Religiosos

est, hec verò scientia sanctorū. Ac demū adeo mystica, & secreta A  
scientia hæc est, vt plenē tradi à nullo possit, nisi à Deo, qui eā do-  
cet experientia, verbis enim aut nonquā, aut vix explicabas, quid  
sit motus anagogicus, quo pax sine discursu aſſilat quis diui-  
næ præſentie, experientia vero ita manifeste id docet, vt proba-  
ti sit clarius meridianā luce. Sed triplex est huiusmodi contempla-  
tionis, tio ſecundū Dionysii circularis, recta, & obliqua, metaphora sum-  
pta a motu, qui triplex est, circularis, vt cæloſu, rectus, vt elemen-  
torū tendentiū in terra loca, obliquus, qui quasi mixtus est, & eſt  
animaliū. Sicut ergo cæli mouentur circulariter motu uniformi,  
ſimplici, ac cōt nuo, ita beati intuentur diuinæ virtutes simplici  
intuitu uniformi, ac perpetuo. Ad quorū ſimilitudinē aliqui iſſi  
eo viſq; eleuantur, vt diuinæ perfectiones contēplentur uniformiter, mira delectatione, ac continuatione. Quib⁹ id accidit, quod B  
accidere ſoleat his, qui viā agūt in remotissimā regionē, in qua in-  
fluentiae ſunt diuerſe admodū ab his, que in propria terra erant.  
Cū enim iā proprie regionē illā remotā ſunt, influentias illius ex-  
periri incipiūt, & aeris mutationē ſentīt. Ita cū hi perfecti viri  
proprie cælu iam ſint altissima cōtemplatione, proximi iā beatæ illi  
patræ duleedinē mirabile, & Dei cognitionē aſsequuntur, ſimile

Ps. 88 valde ei, quia beati plemus fruūtūr. De quibus proinde Psalt. ait.

Ps. 143 Beatus populus, qui fecit iubilationem, & beatus populus, cuius Dns Deus

Ps. 144 eius. Et memoria abundantiae ſuavitatis tua eructabunt, & in iuſtitia tua

exultabūt. Secundū contemplationis genus ſimile eſt motui recto

elementorū, quo in ſuū locū unū quodq; mouetur. Sicut enim ele-

mentū cū extra ſuū locū eſt, inde te expedire curat, & ab aliis ſe

ſeparat, vt liberū ab omnibus in ſuū locū redat, quo demū perue-

nit motu recto, & quiescit in ſuo centro. Ita omnia iuſtus ab omni-

bus ſe abſtrinet, & ab omnī creature diſcedit, vt ad Dmū aſcedat,

quo cū peruenit quiescit Deſu contemplans. Huc dicimus moueri

motu recto, quia non ſtat in a tiffima contemplatione fruitur, ſed

motu quodq; ad illā deuenit. Quid enim in priori cōtemplationis

genere versantur, ſine vlo motu, aut diſcurſu corā Deo poſiti eo

fruuntur. Qui vero in hoc ſecondo aliquo utuntur diſcurſu, vt eō

perueniat. Tertiū deniq; contemplationis genus eſt ſimile motui

obliquo animaliū cui mixtus eſt motui. Ita uſtis aliquib⁹ cōce-

ditur contemplatio nix a ex his diuibus quas diximus, de utrique

enim

## De altissima contemplatione Dei. 351

A enim participant. Inter haec verò hic est ordo, ut primum à secundo cōtemplationis genere initium sumamus. Dein de ad tertium venimus, & tandem ad primum perfectissimum. Ex quo tandem ad supremum omnium deuenimus, in quo patitur homo potius quam agat.

Quid verò contemplandū sit ex dictis iam patet. Deus enim, & illius altissimæ perfectiones materia contemplationis sunt, quam materiam contemplans ex omni re crea ta sibi usurpat, in omnibus enim Deum agnoscit. Hoc ye-  
rò dupli via agere potest, vel via affirmationis, vel nega-  
tionis. Affirmationis quidem, cum vniuersa bona, quæ in  
creaturis videt Deo tribuit, qui fons perennis est totius bo-  
ni, agnoscens p[er]fectionem illam, quæ in creatura est limi-  
tata, in Deo esse infinitam.

B Negationis verò, cum negat  
Deo, quicquid in creaturis videt, & quicquid agnoscere  
ipse potest, Deus enim non est cælum, aut terra, non ho-  
mo, non Angelus, non est magnus quantitate, nec bonus  
qualitate, nec quis sit, plenè agnosci potest, sed maior est  
omni cognitione nostra, vnde est ineffabilis, inexcogitabi-  
lis. His nominibus Deus exprimi videtur, sed non expri-  
mitur, ipsa enim nomina affirmant exprimi nequaquam  
posse. Hic rapitur anima in admirationem tanti Dei, cu-  
ius tanta est celitudo, ut exprimi nullo modo possit. Hinc  
etia affectu gaudet homo, quod Deus in se tantus sit, quod  
immensa bona habeat, quo affectu: quasi damus Deo illa-  
bona. Sicut enim, qui à Deo vellet auferre bona, quæ pos-  
sideret, blasphemus esset, quia mutare voluit gloriam Dei,

C ita qui affectu gaudet de Dei bonis, ea quasi tribuit Deo,  
quia affectu tribuit, licet non effectu gaudet ergo, quoniā  
Deus bona illa habet, & ait. Tibi ô Domine darem ego  
vniuersa bona ista, si non haberes, & potius de tuis bonis,  
quam de meis gaudeo. Ad hanc etiam contemplationem  
pertinet tanquam materia processio diuinarum persona-  
rum: mirabilis profecto cognitio patris, & eius dicere,  
quo verbum generat sibi æquale. Mirabilis amor Patris,  
& Filij, a quo procedit infinitus Spiritus sanctus. Sicut ve-  
rò regina Austri visa domo Salomonis non habebat ultra

spiritu

## Concio IX. ad Religiosos

spiritum. Ita anima Deum contemplans rapitur in admirationem tanti Dei, & demum in amore ardētissimum, quo illi adhæret. A

Dionys.

Et cum ad hunc gradum anima peruenit, orat in silentio. De qua re Dionys. de mystica Theologia ait, esse hanc supremam Dei cōtemplationem, qua admittitur homo in nebulā, & caliginem, quia silit tunc in ea cognitione cōfusa, quod Deus incōprehensibilis est, & inintelligibilis. Tūc enim anima relata cōsideratione diuinarum perfectionū, attendens diuinās perfectiones in inmeāsum excedere id quod nos cognoscimus, silit in hac confusa Dei cognitione, qua eū inintelligibilem agnoscit. Et hāc dicit Dionys. nebulam, & caliginem, in quam ille ingreditur, qui nō scrutatur diuinās perfectiones, ut prius per viam affirmationis fecerat, sed agnoscens, Deum tantum esse, ut omnē superet cogitatum, in hac confusa cognitione stat. Et hēc est altissima Dei cognitione. Vnde Dionys. epist. prima, ad Calum. Si quis videns Deū, intelligit, quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum, quē sunt circa ipsum, id est, aliquē esse. Etū ipsius. In hac vero caligine volūtas Deum cōpletitur summo amore. Sicut complecti se solēt duo amici in tenebris, cum se mutuo agnoscunt, licet non se mutuo videant.

Exod. 19. Exod. 19 & 24. vt notat Dionys. 1. de mystica Theologia. Primum enim praecepit Deus sanctificari populum, & sacrificia offerri. Secundum ut reliquo populo cum senioribus ascendat Moses in montem. Demum ingressus est C Moses in nebulam, in qua Deus habitabat. Sic ut ad orationis apicem veniamus, primū relinquēda peccata sunt, & mortificādē passiones. Deinde opera virtutis exercenda, quibus in montem concendimus. Et inde meditatione Deum videre à longè. Tunc impletur illud Psalmi. Et in legē eius meditabitur die, ac nocte. Quo loco vox Hebræa, quæ ponitur loco illi<sup>9</sup>, meditabitur, est, Hagah. significat verò multicare, aut mussare, quod est, cuī ex gutture quis sonū edit inarticulata, aut non satis distincta voce, significat ergo iugem mentis cogitationē, quæ ad oris murinur eram̄ pit,

Psal. 1.

**A**pit. Sic orantem Annam proponunt sacræ literæ. Porro lo- 1. Reg. 1  
quebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & uox pe-  
nitus non audiebatur. Meditatio enim diuinorum in aliquam  
vocem erumpere solet, cum est feruens. Ex hac diuinorum  
meditatione ascendit anima ad contemplationem diuinorum  
perfectionum. Et tandem contemplatur Deum super  
omnem cognitionem esse, & in hac cognitione nebulam  
ingreditur, in qua Deum summo amore complectitur, ibi-  
que cum Deo suo versatur, tanquam amicus cum ami-  
co, &c.



B

## C O N C I O.

In collocatione, vel ostensione reli-  
quiarum.

T H E M A.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, ni-  
mis confortatus est principatus eorum. Psal. 138.

**C**ALVTIS Nostræ inimicus, vt nos à re-  
gno excludere conatur, sic omnia media,  
quibus ad id pertingimus, è medio tollere  
curat. Et ideo sicut sacramenta per hæreti-  
cos euertere conatus est, ita & sanctorum,  
& reliquiarum venerationem, ac inuocationem auferre  
conatus est. Vnde hæc negauit primum olim Eustachius,  
dānatus de hac re in Concil. Gangreni. Et Hieronymus Concil.  
ait, fuisse hæresim dicta Cainam, & quod Eunomyus Gang.  
hæreticus eā docuit. Et deinde Vigilatius hæreticus, qui po Hierony-  
tius Dormitantius dici, ac compellari posset. Deinde vero  
Wycleph, & Lutherus quasi ex orco sepultā diu hæresim  
extra=

## In collatione vel

extraxerunt. Sed contra hæc humani generis mōstra stat A  
Catholica sententia, & Ecclesiæ à primæuo seruata consue-  
tudo, quæ sanctos, & eorum reliquias maximo honori ha-  
buit. Et quod amplius est. Christus ait, à Patre cælesti iu-  
*Ioan. 1. 2.* stos horandos. Qui mihi ministraverit, honorificabit eum pater  
meus, qui in cœlis est. Quid, obsecro, mirum, si Psaltes dicat:  
Mibi autem nimis honorati sunt amici tui Deus? Si enim rex ho-  
nore præcipuo aliquem honoret, quid mirum si eius mini-  
stri id ipsum faciat? Quis enim non honorabit, quem Deus  
honorat? Hinc Dominus ad Samuëlem: *Quicunque hono-*  
*1. Reg. 2.* *rificauerit me, glorificabo cum, qui autem contemnunt me, erunt igno-*  
*nabiles.*

Plures quidem Philosophi non consequuti sunt diuinā B  
prudentiam circa omnia humana, inter quos vñus fuit  
Aristoteles, sed & hi, qui eam agnouerunt, nullo modo at-  
tingerunt, quod vellet Deus homines honorare. Excedit planè humanum captum, quòd Deus infinitæ maiestatis  
honoret vile figuratum. Si enim indecens videretur re-  
giæ maiestati, vt incedens per viam publicam regio ve-  
ctus curru vilem, ac pauperem puerum, quem in via effen-  
deret, in currum eueheret, secumque sedere faceret, ac illū  
præcipuo honore quasi filium dignaretur, quo pacto ratio  
humana consequi posset, quòd Deus infinitæ maiestatis  
misericordia hominem gloria, & honore dignum ducat? nec  
*Iob. 7.* solùm aliis honorabilem faciat, sed & sibi ipsi? Vnde Iob C  
*Psal. 8.* diuino illustratus lumine de hac re miratur, cum dicit:  
*Quid est homo, quòd magnificas eum, aut quid apponis erga eum*  
*cortuum?* Et Psaltes: *Quid est homo, quod memores eius, aut fi-*  
*lius hominis, quoniam uisitas cum gloria et honore coronasti*  
*eum.* Nisi ergo fides nos doceret, homines à Deo honorari,  
credi nequaquam posset. Diuina verò scriptura id atte-  
stante cognouimus. De qua re immensas Deo gratias re-  
ferre debemus, quod tanti nos duxerit, quod magnos nos  
coram eo esse voluerit.

Ex dictis planè sequitur, Dei amicos nimis esse honora-  
tos, ac honorandos à nobis nimis. Multi quidem fuerunt,  
& nunc sunt, qui in mundo honorantur, quibus honorem  
tribuit

- A**tribuit mundus, sed nullus nimis honoratur nisi Dei amicus,  
reliqui parum honorantur, iustus autem nimis. Sicut de Deo  
Psaltes ait. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, ita de iusto di-* Psal. 47.  
*citur, nimis honorificatus, nimis laudabilis, nimis confortatus*  
*principatus eius. Et huius rei multiplex est ratio, sed omnes*  
*ab illa procedunt, quam diximus, quia Deus honorat iustos,*  
*non reliquos, ideo reliquorum honor parvus est, iustorum*  
*vero nimius. Phasis scripturæ est, ut rem aliquam magnam*  
*dicat, vocare eam Dei, ut cedros Dei, idest cedros magnas, so-*  
*num Dei, idest magnum sonum, honor ergo Dei nimius, ac*  
*magnus erit, contra mundi honor parvus. Ideo Paulus ait.* 1. Cor. 4.
- B**Mibi pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die, qui au-  
tem iudicat me, Dominus est. Merito minimum dicit mundi iu-  
dicium, ac honorem, cum minimus sit, multū vero Dei, quia  
ille magnus est. Honori habitu in mundo sunt Alexander, Iu-  
lius, Pompeius, ac similares, sed non sunt a Deo honorati, ideo  
parvus eorum honos, quibus dicere possimus similem sen-  
tentiam illi, quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, Matth. 16.  
animus et verò sue detrimentum patiatur. Sic, quid prodest a mun-  
do honorari, si a Deo non honoretur quis? Impletum in illis  
iam est illud, gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et illud, Ose. 4.  
qui me contemnunt, erunt ignobiles. Et illud, 1. Reg. 2.  
cidentes sine honore, quia vana eorum gloria præteriit, & con- Sap. 4.  
fusio, ac humiliatio æterna eos tenet. Vnde et ipsi ait. Quid Sap. 5.
- C**profuit nobis superbias diuina runt iactancia quid contulit nobis  
transferunt omnia illa velut umbra. Humanū nunc aliquid pa-  
timur, & errore iudicio ducimur, dum viros iniustos mag-  
nos in mundo honore aliquo dignos ducimus, cum omnico  
temptu digni sint. Vnde Abdias ad Regem ait. Ecce parvulus Abdiae. 1.  
dedi te in gentibus, & temptabilis tuis uult. In iudicio vero om-  
nis peccator licet rex, vel imperator sit tractabitur tanquam  
stercus terræ, tuncque saliet iustus, & calcabit in pios omnes. Mal. 4.  
vt Malachias ait. Ideo Psaltes ait. Vidi impium eleuatum, & exaltatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæstui, &  
non est inuentus locus eius.
- Deinde in suis honoratur iustus quia non solum ipse, ve-  
rum omnia, quæ illius sunt, & ad eum quoquo modo per ti-  
mentum, Y

## In collocatione vel

nent, honori habitentur. Non sic accedit in regibus, & principiis A  
bus, qui honorantur, dum viuant, sed nec eorum reliquiae,  
nec alia illius honore digna censentur. Sancti vero corpus,  
os, vestis, calceus, & qua ligatus est, præcipuo honore ce-  
lebratur, adeo ut Petri catenis festus dies agatur ab Eccle-  
sia, & infamia carcerum vincula illustrissima, ac diuina  
redduntur, quia sanctum attigerunt. Quo patet, quod ni-  
mis honoretur is, cuius tantus est honos, ut redundet in ea  
omnia, quæ ad eum pertinent. Reliquiarum veneratio  
fuit in Ecclesiæ vslu ab initio eius. De quo Augustinus 22.  
de ciuitate Dei cap. 8. Vbi ostendit honorem in Aphrica  
exhibitum reliquiis prothomartyris Stephani, & earum mi-  
racula. Dicitque, reliquias esse monumenta, & quasi pig-  
nora quædam nobis à sanctis relicta. Quidammodum so- B

August.

Chrysost.

Simile.

Iohannes 10.

Hierony.

let amicus in amoris signum amico aliiquid donare, quod al-  
ter magno in pretio habet. Et Chrysostomus in libro de  
Babyla martyre plura de eius reliquiis dicit, & quo pacto  
Apollinis os obstruxerit. Et in Homilia. 5. ad populum  
Antiochenum ait, vellem nunc Romæ versari, ut catenas  
viderem Petri & Pauli, quas timent dæmones, & Ange-  
li venerantur. Et in Homilia de septem Machabæis ait. Cæ-  
lo ipso ornati terra lœtatur sanctorum reliquiis illustrata.  
Timent vero dæmones has reliquias ad eum modum, quo  
latrones ingressi castra ut furentur, cum imperatoris arma  
offendunt, timent, nec audent ea attingere, aut furari pa-  
uentes imperatoris potentiam. Ita dæmones, qui latrones  
sunt (de quibus Christus, *fur non uenit, nisi ut mactet, et per-*  
*dat*) cum vident sanctorum corpora, in quibus pugnauit  
non Angelus, aut Archangelus, sed Deus ipse, pauet,  
nec audet contingere. Quod vero Christus pugnauerit  
in sanctorum corporibus, ostendit Paulus dicens. An  
experimentum queritis præliantis in me Christi? Hæc Chry- C  
sostomus.

De eadem re præclare Hieronymus tomo. 2. in duabus  
epistolis ad Riparium praesbyterum contra Vigilantium. Vbi  
cum latè loquatus fasset aduersus Hereticum negantem  
venerationem sanctorum, ac reliquiarum, excessus sui in low-  
quendo

**A** quando causam ostendens ait, sacrilegiū tantū patiēter audire nō possum, nō est pro Deo crudelitas sed pietas. Vnde & in legē dicitur, si frater tuus, & vxor, quæ est in sinu tuo, depravare te voluerit, sit manus tua super eos, & effundens sanguinem eoram, & auferes malū de medio Israēl. Addit etiam ad uersus hanc hēresim scripsisse Tertianum volumē insigne, quod scorpīcum vocat. Addit præterea. Qui negat honorem martyrum reliquias, est, quasi dicat, nō ferenda martyria. Nā qui asserit, reliquias martyrum ca'candas esse, prohibet, sanguinem fundi, qui nullo honore dignus est. Cōtra hunc etiā errorem scriptis Bernard. sermo. 60. super Cantica, Beda in

**B** Homilia de Chananea, Damascenus libr. 4. ca. 16. Augusti. tractatu. 74. in Ioannem, Cyrillus libr. 6. contra Julianum, Cyprianus ad Cornelium epistola. 1. Dionysius ca. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Et Concilium Gangrense c. 20. suorum decretorum.

Bernard.  
Beda.  
August.  
Cyril.  
Cypria.  
Dionys.

Exod. 13:

Psal. 33:

Matth. 10.  
Eccl. 4. 6.

Sed & hæc reliquiarum veneratio antiquior multò est in Dei Ecclesia, nā in Exo. dicitur. Armati aſcenderunt filii Israēl de terra Aegypti, tulit quoq; Moyses ossa Ioseph secū. Quasi dicat scriptura, filii Israēl arma sibi succinxere in pugnam egressi ex Aegypto. Moyses autē aliud armorū genus lumpsit, ossa, scilicet, Ioseph sancti, reliquiasq; eius. Tāto in pretio Deus habet sanctorum reliquias, vt dicat Psal. custodit Dominus omnia ossa eorū, unum ex his non cōteretur. Id est, nō perdetur. Nec vero capillus, quia vt Christus ait, capilli capitū uestri numerati sunt omnes, & capillus de capite uestro nō peribit. Et ideo Sapiēs de iustorum ossibus ait. Sit memoria eorum in benedictione, & ossa eorum pullulene de loco suo, & nomen eorum permaneat in eternum. Sed quid est ossa pullulare? planè digna esse ossa sanctorum, ac eorum sepulchra, vt nunquam pereant, sed perpetuo maneant in hominum veneratione ac memoria, vt perpetuo visitentur, vt miracula ibi fiant, & multa bona à Deo ibi obtineantur, sic enim ossa suo modo pullulant in beneficiis, & effectis eorum. Pullulauit planè sepulchrū Elisei, & ipsius ossa, cum eorum contactu suscitatus est irortuus. Pullulant nunc sanctorum ossa, cum eorum interuentu, ac contactu fiunt curationes morborum.

Y y 2

Cum

# In collocatione vel

Cum implete illud Ecclesiæ, ad sacrum cuius tumulum fre- A  
quenter membra languentum modo sanitati, quolibet morbo suerint  
grauata restituuntur. Cum etiam nunc in animo multa benefi-  
cia suscipimus propter sanctorū reliquias, quas conseruamus,  
ac veneremus. Pullulabunt etiam ossa sanctorum, cum resur-  
gent in resurrectione iustorum.

Deus ergo, cum sit gloria, & honoris Dominus, potest,  
cui voluerit, concedere honorem, voluit vero sanctis, ac eorum  
reliquiis concedi, & ideo eis debetur, nec nimius honor iudi-  
candus est, quia sic honorabitur, quem Deus voluerit hono-  
rare, sicut olim Assuerus dixit. Si ergo maximus honor exhi-  
bendus ei erat, quem honorare voluerit Assuerus, an non exi-  
mius e tribuatur, quem honorare voluerit Deus? Mirabilem B

Ester. 6.

2. Thes. c. 2

Psal. 132.

Zach. 8.

Epiph.

se exhibere voluit Deus in sanctis suis, & in eorum exaltatio-  
ne, ac gloria. Vnde Paulus, cū uenerit glorificari in sanctis suis,  
& admirabilis in his, qui crediderunt. Mirabilis Deus fit in san-  
ctis, cum animas eorum glorificat, & deinde cum corpora sus-  
citat configurata corpori claritatis suæ, ea ornans magna glo-  
ria. Mirabilis etiam fit, cum etiam in hoc mundo corpora san-  
ctorum miraculis illustrat, & in veneratione haberit facit. Nec  
id sine manifesta causa fit, quia licet gloria ac honor pra ci-  
pue debeatur animæ, à qua opera virtutis processerunt, ta-  
mē etiam corpori debetur ut instrumento virtutis, quod ani-  
mæ administriculò fit. Et deinde, sicut copiosa illa vi. Etio Aa-  
ronis, quæ facta est in capite, descendit usque ad oram vesti- C  
menti eius, vt Psaltes ait, ita copiosa merces sancto um, & co-  
rum superabundans gloria, quæ in anima præcipue est, des-  
cendit in corpus, in vestes, & in oram usque vestimenti. Ut  
apprehendant deceim viri ex omnibus gentibus simbriam vi-  
ri Iudaic, dicentes, ibimus vobiscum, vt Propheta ait. Multis  
quidem modis apprehendi potest simbria sancti, de quibus  
multa diximus in secundo tomio nostraru[m] Concionum, in  
Dominicā X XIII. post Pentecosten. Sed inter eos hic unus  
est, quod infima pars vestis sancti in pretio habetur, seruatur,  
adoraturque tanquam reliquia, & per illam Deus beneficia  
confert fidelibus. Quod non tantum nunc facit sed & olim  
fecit. Ut enim Epiphanius author est in libro de vita & mori-  
te Pro.

**A** te Prophetarum, propter ossa Hieremias cessare fecit Deus cocodrillos Egypti. Innumeræ sane bona sunt, quæ fideli- bus proueniunt propter reliquias sanctorum. Et ideo Concilium Nicenum reliquias dicit fontes salutis, nec solum salutis corporum, verum & animæ, propter illas etenim Deus plures sanctas inspiratiothes immittit, quibus nos ad bona prose quenda excitat, & sic ex eis promanat aqua viua saliens in vi tani æternam. *Vnde Damasc. lib. 4. fidei orthodoxæ c. 14.*

Concl. Nicen.

1. 2

Damasc.

aut fontes nobis salutares dominator Christus reliquit sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes, vnguentum suavitatis emanantes. Sicut ex rupe, & firmo saxo aqua in ere mo profluit volente Deo, & ex maxilla asini Sampsoni esu rienti, promptuarium namq; Dei, & habitacula facta sunt. *Hæc Damascenus.* Quibus verbis ostendit, ex reliquiis, quasi ex fontibus plura à nobis bona colligi etiam spiritualia.

Nec vero duntaxat bona à reliquiis percipimus, sed & inuru- rius nobis sunt, quo protegamus à malis. Primus quidem hominum murus Christus, & illius plagæ sunt. *De quo Esa. tur* *Ezai. 26.* *ris fortitudinis nostræ Sion, salvator posset in ea murus, & ante murale.* Sicut enim murus protegit ciuitatem ab hostium te- lis, ita Christus nos protegit ab ira patris, & nisi ille aduoca- tus noster esset, iam periremus, misericordia ergo ipsius de- puteimus, quod consumpti non sumus. Post Christum au- tem murus hominum sunt sanctorum reliquie, & ipsorum intercessio. Ita docet Conciliū Gangrense, Lateranense, &

Nicenum. Nos quidem peccatis nostris iram Dei prouocamus, & ostia dæmonibus aperimus, vt nos expugnent, sed sancti tanquam murus se opponunt, ac dæmones fugant. *Vnde Chrysostomus libr. de vita Babylæ ait.* Tanta est sancto- rum potestas, vt dæmones nec vestes eorum ferre possint, & vita sanctorum loculos reformident, fortitudinem, & flagella sancti cineris non ferentes. Ossa sanctorum tanquam tuires muniunt Ecclesiani. Mira profecto sancti virtus his Chrysost. verbis declaratur, qua appareat Deus mirabilis in sanctis suis. Fugit quidem dæmon a viro sancto, dicente Iacobo, resisti e Iacob. 4. diabolo, & fugiet à nobis, si fugit, timeret, ac pauet. Mirum profecto, vt is, qui factus est, ut nullum timeret, vt dicit Dominus ad

Chrysost.

## In collocatione.

Iob, timeat homuncione. Sed illud omnino mirabilius, quod A  
Chrysostomus ait, quod non tantum hominem, verum illius  
vestes, sindonem, feretrum, puluerem que timeat, ac horreat,  
eisque visis fugiat, quasi à tormentis bellicis eum expugnan  
tibus. Innumera bona recipimus, & mala vitamus, tum cor-  
poris, tum animæ propter sanctorum reliquias nobiscum cō  
morantes. Vnde Basilius Homi. 20. ait. Cuncti martyres de  
uotissimè colendi sunt, præcipue quorum reliquias posside-  
mus, nobiscum morantur, nos viuentes custodiunt, de corpore  
recedentes recipiunt, cū his nobis familiaritas est. Sicut enim  
hominibus, ac ciuitatibus deputat Deus custodes Angelos,  
qui protegunt eos, qui eius custodiæ traduntur, & ideo muri

Psal. 33. eorū rectè dicipossunt. De quibus proinde Psal. ait. Immittet B

Angelus Dñi in circuitu timentem eam, & eripiunt eos. Ita sanctos  
deputat Deus ciuitatibus, qui sint earū patroni, ac custodes, si  
militer personis. Et in signū, quod sanctus hic custos est ciui-  
tatis, reliquias eius Deus mittit in eam ciuitatem, quasi pignora  
amoris singularis, ac præcipue custodiæ. Ideo Basilius ait, no-  
biscum morantur, nos viuentes custodiunt, & ideo rectè dici pos-  
sunt sancti, ac eorū reliquiæ murus ciuitatis. De quo Esaï. Mu-  
ri tui corā oculis meis semper.

Et ideo quemadmodū muro stā  
te, ciuitas non diruitur, eorū dissipato hostes illā vastant. Ita

dum iusti ac sanctorū reliquiæ in ciuitate sunt, secura à vastita-

te est. Ideo iustus Loth à Sodo mis educitur, vt igne ab summa

Geac. 19. tur, & Apostoli, ac discipuli à Hierusalē exeunt, vt desoletur. C

Thren. 2. Et ideo Hieremias ait. Cogitauit Dominus dissipare murum fi-  
lie Sion. Quo peracto Sion euersa est. Hoc rectè intellige-  
bant ciues Antiochizæ, qui muros fictiles non curabant, quia

plura sanctorum corpora in ciuitate erant, quibus eam secu-  
ram nouerant. Cumque Leo Imperator vellet ab ea ciuitate

tollere corpus sancti Simeonis Stilitæ, ei responderunt, il-  
lud perinde esse, ac si ciuitatem demoliretur, quia corpus

illius sancti murus erat ciuitatis, atque adeo ea de causa mu-  
ris eam non cingebant. Optimo profecto muro cincta est

ciuitas nostra, quæ tot reliquiis sanctorum ornatur. Con-  
ferri cum hoc muro non possunt muri Ecbatanis, & ciuita-

terram terræ promissæ, quæ videbantur ad cælum usque mu-

rate.

**A**ratæ. Hic murus nos protegit à peste, morbis, fiscitate, disfidiis, & aliis malis, & denique à multis malis coporis, ac animæ, & illis accepta ferre debemus bona cuncta, ac pro illis gratias agere. Sed vt hæc plenius consequamur, sancti à nobis inuocandi sunt. De qua re plura à nobis dicta sunt tomo. 3. nostrarum Concionum in octaua omnium Sanctorum. Et in eodem tomo Concione prima in festo omnium Sanctorum plura diximus de honore à nobis exhibendo Sanctis, quæ ad hanc Concionem accommodata valde sunt.

Demum verò in hac Reliquiarum collocatione, ac earum ostensione nobis facta illud à nobis considerandum est, proponi nobis exemplar ob oculos, quod imitemur, vt rectam viam in cælum teneamus. Christus quidem primum hominum exemplar est, dicente Apostolo. *Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius.* Sed quoniam humana fragilitas excusationes querit, ne spiritui seruat, dicitque, *Christum Dominum Deum esse, & quid est homo, ut possit sequi Regem factorem suum?* Ideo alia exemplaria nobis proposuit, quibus omnis excusatio tolleretur, & ad hoc sancti nobis obiciuntur. Audi cor. 1. Cor. 11. rum unum dicentem, *imitatores mei estote sicut & ego Christi.* Et de Tobia scriptum est. *Hanc autem tentationem ideo permisit Deus eueniire illi, ut posteris daretur exemplum patientie, sicut & sancti tob.* Sicut ergo sanctorum festa exhortationes nostræ sunt, ita & reliquiae. Vnde Concilium Tridentinum Sessione 25. ait. Sanctorum reliquiae tanquam salutaria exempla fidelium oculis obiiciantur, vt ad eorum imitationem vitam, moreisque suos componant, quia viua fuerunt membra Christi, & templum Spiritus sancti. Quid aliud capita sanctorum vobis loquuntur, nisi attendite nos, quæ plena sanctis cogitationibus fuimus, vanasque procul reiecerimus. Attendite oculos nostros plenos lachrymis, in cælum suspicentes, vana omnino non attendentes, sed dicentes, *auerte oculos meos, ne uideant uanitatem.* Attendite manus recta operantes, misericordiae opera exercentes, pedes velocias in bonum, & corpus denique spiritui subditum, vestes humiles, ac modestas, vt vos similia præstetis. Ideo ergo reliquiae nobis pro-

ponuntur. *Conc. Triā.*

## In collocatione vel

Simile.

ponuntur, vt desideria noua virtutis in nobis oriāntur, vt flos A  
omnium virtutū in nobis appareat. Similia profecto sancto-  
rum ossa sunt radicibus herbarum, ac arborum quas si in hye-  
me attendas, indecoras videbis, & nulla ornata pulchritudi-  
ne, sed Vere pullulant radices illæ, & pratum amēnum, ac ar-  
bores pulcherrimas reddunt exortis floribus, ac fructibus.

Eccle. 46.

Ita quidem accidere sanctorum ossibus Sapiens dicere vide-  
tur loco superius citato, dum ait. *Quorum non est corruptus cor,*  
*nec auersi sunt à Domino, ut sit memoria illorum in benedictione,*  
*& ossa illorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permaneat in*  
*eternum permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria.*  
Diximus superius, quo pacto pullularent sanctorum ossa in  
operibus miris. Nunc attende, quo pacto etiam pullulent, dū B  
ad eorum filios promanat gloria sanctorum per incitationē  
virtutum. Sicut ergo radicis virtus exterius promanat ad su-  
perficiem terræ, eam implens floribus, ita virtus horū ossium  
pullulat, ac ostenditur in virtutibus imitantium eorum pul-  
cherrima facinora, & sic eorum gloria promanat ad filios  
eorum.

Sanctorum reliquiae hic sunt, quos nisi separauit a Charita-  
tate Christi tribulatio, angustia, nec persequutio, pullulant in  
te, & infirmiter statue in corde tuo iniquitatem odisse, ac abo-  
minari, nec eam vlo modo admittere. Reliquiae hic sunt mar-  
tyrum, qui innumerā pro Christo tormenta sustinuerunt, ac  
cedamur ergo ad aliquid perferendum laboris. Ossa hic sunt C  
virginum purissimarum, pullulent in nobis desideria casti-  
tatis. Reliquiae hic sunt confessorum, ac eremitarum, qui as-  
perrimam duxere vitę rationem, pullulēt in nobis desideria  
pœnitentia, ac vita arctioris, vt delicias fugiamus. Demum  
reliquiae hic sunt Religiosorum, qui normam regulæ tenen-  
tes ad apicem perfectionis deuenerunt, accendantur Religio-  
si, vt Religiosam vitam ducant. Reliquiae hic sacerdotum, vir-  
ginum collectarum, & matrimonio coniunctorum, militum,

Genes. 50.  
Exod. 13.

iudicū, qui in officio perstiterūt, vt omnes exempla habeant,  
que imitari possint. Sic hoc fecerimus impleuimus illud Ioseph,  
asportate ossa mea vobiscum, quod & Moyses fe-  
cit, simulque tulit ossa duodecim filiorum Iacob, vt colligit

Abulensis

- A. Abulensis ex c. 7. Actor. vbi Stephanus ait, & translati sunt *Abul.*  
in Sichen. Sed quid nam haec ossa significant? Hierony. in c. *Acto. 7.*  
§ 3. Etiae ait. ossa virtutes significare. Quia sicut in homine  
est caro & os, & patrarente carne os permanet diu, ita in san-  
ctis fuit aliquid infirmum, quod per carnem significatur, &  
illud cito pertransit, sicut vero virtus, quae tanquam os durat *psal.*  
in eternum. Quia ut *psal.* ait. *Custodit Dominus omnia ossa eorum,* *unum ex eis non conteretur.* Et de hoc ossa dicitur, *os non com-*  
*minuetis ex eo.* Et ideo ut in plurimis reliquias sanctorum ossa  
sunt. Sicut ergo Moyses tulit ossa Ioseph secum, ita nos tolla-  
mus in hanc viam ossa sanctorum, virtutes, scilicet, eorum, non  
eorum carnem, sed ossa, non infirmum, si quid in eis fuit, sed  
forte, atque praelarum. Quidam enim deferre carnem solent  
non ossa, qui, scilicet, in sanctis attendunt, quod infirmum fuit,  
non quod forte. In David attendunt adulterium, ac homici-  
dium, in Magdalena licentiam morum, in Matthaeo lucri cu-  
piditatem, in latrone dilationem conuersationis usq[ue] ad mortem,  
ut hinc consolentur in peccatis suis, & segnes efficiantur. Hi  
nimis carnem portant, non os. Quo contra Paulus mo-  
net, *non seques efficiamini, sed imitatores eorum, qui fide, & patien-*  
*tia promissiones habent.* ereditauerunt. Attende ergo in David lachry-  
mas, ac labores penitentiae, & si sequutus es errantem, seque-  
re penitentem. Attende in Magdalena lachrymas, morum  
mutationem, & sic eorum ossa portabis tecum, & sic ossa eo-  
rum pullulabunt, & ut promisit Dominus per Esaiam, ossa *Ezai 58.*
- B. Cuestra germinabunt, dum sanctorum virtutes in nobis operantur bona.

Si ergo eorum exempla sequimur, sine dubio eos habebimus patronos, similis enim similem diligit. Sed si dissimiles simus moribus, eos habebimus accusatores, ac iudices. Et im-  
plebitur illud, ideo ipsi iudices ueni erunt. Nulla nos excusatio *Luc. 11.*  
proteget, si enim dixeris, infirmus eram, carne circumdatu[m] fra-  
gili, vincere vitia non potui, audies a sanctis, & nos infirmi su-  
perauimus demonem, mundum, ac carnem, negligenter tua  
factum est, si idem non fecisti. Ex hac ergo ciuitate plura san-  
ctorum corpora resurgent, & damnabunt iniquos. Illinc sur-  
get impius clericus, & inde iuxta illum prius, ac sanctus, qui eum

78 In publicatione

daminabit. Hinc surget iniquus iudex, adiudicatus, vxoratus, **A** illinc p̄i eos condemnantes. Et ex eodem lecto domo, ac mo la vnuſ assumetur, & alter relinetur, qui vero relictus fuerit, damnabitur ab assumpto. Pauebitque iniquus dicens, cū illo fui vno in munere, vna in domo, vno in cubiculo, & ecce ille computatus est inter filios Dei, ego vero in æternum damnatus, &c.



C O N C I O.

In publicatione Bullæ, aut Iubilæi. **B**

T H E M A.

Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tue, ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unus quisque rediet ad familiam pristinā, quia iubileus est. Leuit. 25.

**V**OL VIT Deus in veteri illo populo annum esse iubilā i quinquagesimo quoque anno, in quo serui libertate donabantur, & possessiones vendite ad dominos reuertebantur, & cū per possessiones familiae distinguerentur, tūc ad familiam suam quisque redire dicebatur. Hic annus sanctificatus Deo erat, quia Domino separatus tanquam Sabbathum, & annus remissionis dicebatur, ac indulgentiæ. In eoque tubæ personabant, à quo nōm iubilē ductum est, vt omnibus esset notus annus sanctificatus, & annus benignitatis. Dicitur enim iubileus à Iobel, quod tubam significat. Nunc proponitur nobis dies remissionis, & iubilæi, in quo remissio peccatorum fit, & cuique conceditur, ad propriam redire possessionem, quia ad gratiam recuperandam aditus patet. In hca

A hanc die tuba prædicationis resonare debet, quæ sanctum hunc denunciet diem, ut id sine fructu non fiat, opus est gratia, &c.

Mirandum tremendumq; olim fuit aquarum diluuium in vltionem peccatorum destinatū, in quo chatare cæli apotæ sunt, & rupti sunt fontes Abyssi magnæ. Sed mirabilius aliud diluuium misericordiæ diuinæ in terra fuit, cum hominibus datus est baptismus, in quo vniuersa peccata delentur, & eorum poenæ. Sic vocat Hierony. in epistola ad Occitanum baptismum diluuium, in quo fontes Abyssi misericordiæ Dei rumpuntur, & inundans aqua procedit in peccato- rum ablutionem, dum omnis culpa, & poena deletur. Sed ec-

Gene. 6.

Hiero.

B ce nunc diluuium simile nobis adest in iubile, aut bullæ, ad est mare magnum indulgentiarum, aperiuntur fontes Abyssi magnæ thesaurorum, scilicet Ecclesiæ, satisfactionis ac meriti Christi, in quo vt in baptismo omnino peccata deleantur. Concessa quidem poenitentia est post baptismum, quæ est ve- l secundus baptismus. Vnde August. libr. 3. de baptis- te ait, poenitentia est iterabilis baptismus. Baptismus certè non iteratur, quia est spiritualis hominis generatio, sicut autem se- mel generatur homo in vitam naturalem, ita semel generatur in spiritualem. At verò poenitentia quæ ad modum medicinae se habent, iteratur, & qui sape infirmatur, opus est, vt sa- pius ad medicinam recurrit. Sed diuersa multum est medi- cina poenitentiae à baptisme, quoniam baptismus omnino

August.

C delet peccata nulla relicta culpa aut poena. Vnde Cypria- nus ait in sermone de ablutione pedum. Baptismus delet ori- ginalē, & actualē plagam, vt post se vestigia nulla relin- quat, nulla manet cicatrix poenæ, similis est aquæ Iordanis, quæ lepram sustulit, nulla relicta macula vel signo lepræ. Po- enitentia verò ita culpam delet, vt cicatrix poenæ relinquatur saepe, & satisfactio iniungitur à confessario, quæ signum ac- nota est peccati præteriti, & ideo laboriosus baptismus à pa- tribus dictus est, vt ait Concilium Tridentinum.

Cypria.

Vt autem hic poenitentia labor minor sit, voluit Deus, conce- di nobis aliquando poenitentiā, qua vniuersa peccata delean- tur etiam quoad poenam, vt in baptisme, à qua procedat homo.

828

## In publicatione I

homo sine vlla peccati macula aut signo, id verò sit, cum iubi  
laus iungitur poenitentię, cū indulgentia plenisima concedi  
tur, tunc enim procedit ab ea homo tanquā à fonte baptismi  
tis liber ab omni peccato, vt nihil sit, quod eum tenere possit,  
quin in calum euoleat, si hinc migraret. Ad hoc verò consti-  
tuit Deus infinitū in Ecclesia thesaurum, qui conflatur ex san-  
ctorum satisfactionibus superabundantibus, & ex Christi in-  
finitis meritis, ac satisfactione, & huius tanti thesauri claves  
Petro, & eius vicariis commisit, qui aperire possunt clave  
sua, & fid. libus indulgentias cōcedere, quibus à peccatorum  
poenitentiis liberi reddātur. Cuius rei figura extat Rut. 3. & Deu-

Rut. 3. Deut. 25. teronomij 25. Quibus locis dicitur. Si vir defunctus sine libe-  
ris sit, frater eius, aut propinquior uxorem eius ducat, & filios gene-  
ret fratri defuncto, qui illius nomen accipient, non uero eius, qui eos  
genuerit, & uniuersa bona defuncti simul capiat, quibus filios suscep-  
tis alere possit, quaeq; inter eos diuidet. Hinc saepe fit, vt in scri-  
ptura saepe filius quis dicatur, non eius à quo genitus est, sed  
fratris eius, qui sine liberis decessit. Christus sanè Ecclesiæ  
sponsus fuit, nam qui habet sponsam, sponsus est, vt Ioannes ait.  
Decessit vero sine liberis, quia paucis fidelibus conuersis ad  
se vitam finiuit. Apostoli vero, & eorum successores fratres  
ipsius erant, ad quos proinde pertinebat, semen fratri susci-  
tare. Vnde cum regenerationis tempus aduenisset, ad eos  
nuntium mittit dicens. Vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo  
ad patrem meum, & patrem uestrum. Quid putas, voluisse sig-  
nificare, cum diceret eos fratres? Certè hoc nomine eos ad-  
monet officiū sui, quasi dicat, dic eis, vt meminerint, quod  
fratres mei sunt, quod munus fratrum expleant, ego enim  
sine liberis decedo, ad eos verò pertinet, vt mihi suscitant  
semen, vt sponsi Ecclesiæ sint, & generationem timentium  
Deum, sobolem iustam producant, quæ nomen suscipiat  
meum, & vae eis, si non euangelizauerint, discalciabuntur  
enim, & expuetur in eorum faciem, quia semen fratri non  
suscitant. Vis videre optimum fratrem? Audi dicentem, in  
Christo Iesu per Euangēlū ego uos genui. Ideft, genui ego vos,  
non mihi, sed Christo. Vnde Christiani non Paulini, aut Pe-  
trini dicti sunt, sed Christiani, quia licet eos genuerit Petrus,

Ioan. 1. Ioan. 20. 1. Cor. 4.

aut

**A** aut Paulus, sed non sibi, sed Christo. Vnde carpit Paulus eos qui dicebat. Ego sum Paulus, ego vero Apollo, namquid Paulus pro nobis crucifixus es etenunq[ue] id in nomine Pauli baptizati estis? Non ergo ab Apostolo's nomen matuāt fideles, sed à Christo, quia ipsi geniti sunt. Oportuit vero, ut bona Christi bis fratribus concederentur, quibus ipsi alere filios possent, & quæ illis tanquam filiis Christi distribuerent. Et ideo Apostolis, ac eorum successoribus, præcipue vero Christi vicario Christi thesauras concessus est, quem in filios Christi diuidere potest indulgentiis concessis. Hoc autem pertinet, ac necessarium est ad clauis in potestatem, quæ in Ecclesia est, ut docet Concilium Lateranense aduersus hæreticos negantes potestatem conceendi indulgentias. Et ratio manifesta est, quoniam clavis est potestas auferendi impedimentum ingressus in cælum, duplex autem homini impenitentum est, culpa, & poena, & ideo ut perfecta sit clavis, potestatem habere debet remittendi culpam, & poenam temporalem, quia donec remittatur, nulli patet in cælum accessus. Qui ergo negat Ecclesiæ potestate in remittendi poenam, imperfectam dicit Petri clavæ, & imperfectum eius artificem Christum Iesum, quod blasphemum est. Cum ergo perfecta sit clavis, concedere potest plenariam indulgentiam, & omnem tollere poenam. Hoc vero maximum Ecclesiæ concessum beneficium fuit, ac suauissimum, id enim est indulgentia. Et in hoc disert indulgentia à pœnitentia, licet enim in pœnitentiæ sacramento miseri-

1. Cor. 1.

**B** cors iudicium exerceatur tamen iudicium est, in quo iustitia exercetur, est enim ibi iudex, reus, accusator, discussio causæ, confessio rei, satisfactio que. Sed cum indulgentia cōceditur, iudicium nō exercetur, sed misericordia benigna exhibetur, qua liberahter remittitur debitum, ac illius donatio fit. Et hæc diuersitatem Paulus ostendit, qui pœnitentiam iudicium dicit, indulgentiam vero donationem appellat. Et ideo ad Co. rinthios ait. Si nos metipos iudicaremus, non utique iudicaremur. Præmiserat, probet autem se ipsum homo. Quibus verbis pœnitentiam ante Eucharistiam præmittendam, cum peccatum fuerit, ostendit, Nam autem iudicium appellat. Cum vero de indulgentiis meminit, donationem dicit, vnde ait. Cui aliiquid

1. Cor. 11.

dona, i.e.,

2. Cor. 2.

# In publicatione

Theophi.  
Theodor.  
Eucumen.

D.Tho.  
Alexand.  
Bonauen.

Hiere 18.

donasti, et ego, nam et ego quod donavi in persona Christi propter nos. Loquitur ibi Paulus de peccatore, qui publicum incestū ad miserat, quem excomunicauerat, & illa pœnituerat, & cum iniunctam pœnitentiam agere ca pisset, Paulus ei concedit in Christi nomine indulgentiam, donans ei reliquam pœnam. Ita explicant scholastici doctores h.ec Pauli verba, ex quibus tanquam fundamento colligunt potestatem concedendi indulgentias. Et patres antiqui eodemmodo illa verba accipiunt, vt Theophilactus, Theodore. & Eucumenius. A tempore ergo Apostolorum indulgentiae in Ecclesia cedebantur.

Sed licet hoc verum sit, aliquibus videtur, nimias nunc indulgentias concedi, olim enim magnum videbatur, si pauci dies concederentur indulgentiæ, nunc vero passim iubilei, & indulgentiæ plenariae conceduntur. Huius tamen rei causa, ac ratio est, nec enim sine illa id fieret, quā reddunt Thomas, Alexander, & Bonaventura in 4. distin. 20. Initio Ecclesiæ pauca in fidelibus peccata erant. Adeoq; horrebāt fideles peccatum, vt quasi monstruum aspicerent peccatorem. Horribile profecto peccatum est. Si horrendum est, incidere in manus Dei, an nō horrendū, quod homo inimicus sit Dei, quod eum conculceret, & iterum crucifigat? Vnde Hieremias. *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?* Hinc initio Ecclesiæ factum est, vt grauissima iniungeretur pœnitentia peccatoribus, septem enim anni pœnitentiæ pro uno mortali peccato imponebantur. De quibus multa videre poteris in Decreto, distin. 33. q. 2. Et in constitutionibus Apostolicis. Hinc siebat, vt peccata rara essent, & pœnitentia pro illis grauissima, atq; adeo non erat opus multis indulgentis. Nunc vero aliter se res habet, peccata enim facile perpetrantur, nec horrorem ingenerant, quia multa sunt. Sicut non horret Magnus da mones, & eorum consortium, quia se pius eos videt. Et hinc fit, vt culpa facilis res appareat, nec multa fiat eius causa pœnitentia, sed leui suscepta pœna, satis se fecisse homo putet. Et ideo vel incuria sacerdotum, vel propter minorem pœnitentis dispositionem, leuissimæ pœnitentiæ iniungantur. Cum ergo plura sint peccata, & minus eis satisfiat pœnitentia

A tiæ laboribus, plures oportuit esse indulgentias, quæ beneficiæ sunt infirmorum. In primitua Ecclesia cum pauci essent infirma valetudine, minus oportuit esse de indulgentia.

Quando populus diuitijs abundat, opus non est aperiri *Simile.*  
eraij publicum, quando frumentum est plurimū, necessariū non est, vt ex cōmuni horreo ac publico frumenta extrahan-  
tur, cum verò necessitas, aut fames populum vexat, tūc opor-  
tet ad communia ac publica illa beneficia recurrere. Ita cum  
in Ecclesia primitua redundaret fidelium satisfactio, necesse  
non fuit, ex Ecclesiæ thesauris tantas indulgentias totque  
concedi, nunc autem, cum in maximam deuenerimus miseri-  
riam, ac paupertatem, opus est, Ecclesiæ thesauros effundi,

B vt peccatorum immensa debita persoluantur, quæ soluta om-  
nino non sunt lachrymis, ac castigatione corporis. Si enim  
expectaretur homo, vt sua satisfactio sola debita euacua-  
ret, quando obsecro ille persolueret, qui innumera peccata  
commisit? Si enim Ecclesiæ iudicio condigna poenitentia  
vnius mortalis peccati erat septenium, quando is soluere pos-  
set, qui mille peccata admisit? Ethinc intelliges, cur millia an-  
norum indulgentia concedantur, sensus enim illius indul-  
gentiæ est, quod conceditur tibi indulgentia peccatorū, quæ  
si condigna poenitentia essent persolueda, mille & mille mil-  
libus annis poenitendum ubi esset. Cum enim septennum  
poenitentia vnius peccati sit, qui milli peccata commisit, sep-  
tem millibus annis poenitere deberet.

C Ex his, quæ dicta sunt, duo facile colliguntur, primum,  
quanta sit peccati malitia, quod tanta dignum est poena, etiā  
post infinitam Christi satisfactionē, quæ vt nobis applicetur,  
postulat tantam satisfactionem. Secundum, quanta sit in nos  
diuina misericordia, cum adeo facile tantam remittat poenā.  
*Christus dilexit Ecclesiā, et tradidit semetipsum pro ea, mundans Eph. 5:1*  
eam lauacro aquæ in uerbo uite, ut exhiberet sibi gloriosam Eccle-  
siā, non habentē maculam, aut rugā, aut aliquid eiusmodi. Lauacrum  
hoc baptismus est, sed quia hic iterari non potest, vt iterum,  
ac iterum mūdetur ab inquinamētis prouicit poenitentiæ sa-  
cramentū. Sed quia illud sepe relinquit maculā, aut rugā poe-  
na, prouidit tertium lauacrum, indulgentiam plenissimam, qua-  
conse-

## In Publicatione.

consequuta anima relinquitur sine macula aut ruga , quia sc̄ū A  
ēfōntē baptis̄ni processit . Atque adeo iubileum cicerē pos-  
sumus tertium baptis̄num . Nec verò mirandum , si indulgen-  
tiam plenariam dicamus baptis̄num , quoniam sancti baptis-  
num dicunt indulgentiam plenariam . Ita vocat Hierony-  
mus ep̄stola 8.3. & Augustinus lib. 1. contra ep̄stolas Pe-  
lagianorum . Et in libro . 1. contra Julianum refert , ac laudat  
dictum Reticij Ep̄scopi Augustinianensis , qui dixit , con-  
stat baptis̄num esse principalem in Ecclesia indulgentiam .  
Sicut ergo baptis̄mus dicitur indulgentia plenissima , quia in  
eo omnis culpa , & p̄̄na deletur , ita iubileum dicere possu-  
mus baptis̄num , cum in eo simile quid fiat .

Hacten tria baptis̄nata in figura expressa fuerunt in lege ve-

teri . In qua tria fuisse lauacra constat , ac tria aquæ receptacula .

Primum extra templum , quod erat probatica illa piscina ,

de qua Ioannes mininit . Et Ambrosius , & Theophylactus

vim accepisse ad sanāda corpora , quia in ea sacrificiādē carnes

lauabātur , & quia figura erat baptis̄ni , in quo animæ ablu-  
tur .

Baptis̄mus ergo piscina est , in qua omnis sanatur infirmi-  
tas , quia aqua illa iuncta est sanguine Christi agni . Hacten au-

tem iuxta , sed extra templum merito est , quia baptismo vtū

tur , qui extra Ecclesiam sunt , iuxta verò est , quia in ianua , ac

ingressu est . Secundum templi lauacrum fuit mare æneum ,

quod intra templum erat , eratque vas quoddam maximum ,

quod capiebat duo millia bathos , vt dicitur 3. Reg. 7. De C

quo Iosephus libro . 8. Antiquitatum c. 2. ait , fecit etiam vas

æneum fusile semiorbis specie , quod propter capacitatēm ap-

pellatum est mare , nam congregations aquarum magnas

vocare solent Hebraei maria ex Genesi . 1. Stabat vero hoc

mare super duodecim boues . Et factum est mare hoc ex ære ,

quod rex David sustulit ex ciuitatibus Syrorum , & aliarum

gentium , vt dicitur in 2. Reg. Ex ciuitatibus enim expugna-

ti plurimum æris accepit David , tum ex idolis , & aliis tem-

plorū vasīs , tum aliunde . Testatur verò Iosephus libro . 7.

Antiquitatum ca . 6. hoc æris genus , ex quo mare illud factū

est , auro pretiosius habitum esse . Hoc certè mare , quod intra

templum est , p̄̄nitentiam significat , in qua innumera pecca-

ta lauan

Hiero.  
August.

Ioan. 5.  
Ambr.  
Theoph.

3. Reg. 7.  
Iosephus.

2. Reg. 8.  
Iosephus.

**A**ta lauantur. Eius verò materia ex idolis, ex gentium vasis est, quia peccata confessa illius sunt materia, itaq; ipsummet peccatum, quod tibi idolum fuit, in confessione manifestatum, materia est sacramenti. Ex ære mare istud est, æs enim clarum sonum reddit, & poenitentia non solum in corde latere debet, sed per gemitus, confessionē, & corporis macerationem foras erūpere debet, & suo sono prodere, dū omnia peccata sacerdoti prodit homo. Fusile est, quia vasa fusilia prius liquefiunt, & in vas fusa eius formam capiunt. Ita cor durum Dei amore, & peccatorum dolore liquefieri debet, atq; ita paratum statim diuinæ nature per gratiā particeps, & consors sit, quæ tanta erit, quanta fuerit cordis compunctio. Rotundum erat, vt omnes vndiq; ad

**B** illud accederent, quia nullus est hominū, cui in hac vita re medium poenitentiae paratum non sit. Resticula tringita cubitorum cingebat illud per circuitum, quia frustra abluitur homo poenitentia, nisi gratiam, quam in sacramento accepit, studio honorum operum, quasi quodam sunc restringat, nec defluat. Per resticulam enim, vt Beda ait li. de Templo. c. 19. disciplina præceptorum cælestium, qua à nostris voluptatibus religamur, potest apte signari. De hac re multa alia videre poteris in Patre Ribera, qui accusatissime hæc disseruit, sicut & alia omnia, in libro secundo de Templo, cap. 17.

Tertium templi lauacrum erat, de quo dicitur in Exod. 38.

Fecitq; labrum æcum cum uasi sua de speculis mulierum, que excubabat in ostio tabernaculi. In hoc demum abluebatur sacerdo-

**C** tes à minoribus maculis. Glossa interlinealis ait, per mulieres illas significari animas sanctas, specula vero earum Dominus oblatæ significant earum superabundatèm satisfactionem, ex qua thesaurus Ecclesiæ conficitur, quo abluuntur fideles à maculis penitentia concessis indulgentiis.

Ex quibus multorum hominum dñatur peruersitas, qui bus tantis laboribus parauit Deus lauaca ista, ipsi vero in curia sua eis non vtuntur. De quibus Dñs per Ezechielem ait. Multo labore sudatum est, & non exiuit de anima rubi Ezech. 24 go eius, neq; per ignem immunditia tua execrabilis, quia

## In publicatione

mundare te volui, & non es mūdata à sordibus tuis. Recte A  
ait, multo labore sudatum est, quoniam vt ista facilia laua-  
cra nobis conficerentur, innumeros dolores Christus pas-  
sus est, & in Ecclesiæ thesaurum conficiendum non solum  
Christus laborauit, sed & vniuersi martyres, confessores,  
virgines, conflatus est enim ex superabundanti eorum sa-  
tisfactione, quæ multis vigiliis, ieiunis, castigationibus, ac  
doloribus concocta fuit. Quis ergo alienis laboribus vti nō  
vult? quis alienis pecuniis soluere debita sua recusat? Vidi-  
sti hominem debitum oneratum, ad quem diues accedat, ac  
dicat, veni in domum meam, & ex thesauris meis accipe,  
vnde soluas quidquid debes. Nunquid recusabit hoc vit  
pauper? num hanc largitatem non suscipiet? Audi o homo B  
quid tibi nunc dicatur, debitor es, soluere teneris, & soluen-  
do non es, accipe ex sanctorum satisfactionibus vnde sol-  
uas, tu ieiunare tenebaris, te verberare, & similia præstare,  
nec præstas: ecce sancti id fecere abundantius quam indi-  
guerint, tu suscipe eorum reliquias, eorum ieiunia, vigilias,  
atq; dolores. Num id recusabis, vt parum laboris tibi in-  
iuncti non præstes? num debitum oneratus eris, ne in domū  
diuitis venias, vt pecunias eius sudore partas tibi accipias? Sed quis labor tibi iniungitur, vt tantum bonū consequar-  
is? Audi, quām sit minimus, vt duos argenteos des, vt tot  
bona consequaris, nunquid id magnum tibi videtur? Vt lu-  
do exponas, an non in dies plures argenteos perdis? Cur C  
in salute in animæ tuae minimum non præstabis? Audi in  
Iubil: ei consequitionem quām parūm exigatur, vt confi-  
tearis, vt orationem fundas, vt eleemosynas paruas præ-  
stes. Confer hæc cum peccatis tuis, cum pœnis à te com-  
meritis, & quasi arena maris illa grauiora apparebunt.  
Quis vñquam homo debens deceim millia talenta, si ab eo  
vnum exigatur, ac alia remittantur, non illud liberti ani-  
mo præstet? Debes o homo Deo tuo innumera debita, in-  
umeros pœnitentiae annos, & minimum quid nunc à te  
exigitur, vt omnia dimittantur, & illud non rediles?

Hoc omnibus sit compertum, ad Dei iustiam infinitā  
per inere, vt nullum peccatum sit impunitum. Si in hac vita  
punies,

- A** punieris peccata tua, in alia non punieris, si te nunc iudicas, postea non iudicaberis, quia ut ait Nahum. Non cosurget duplex tribulatio. Si ergo poenitentia te ipsum iudicaveris, in inferno non punieris. Deinde si relietam à poenitentia poenam hic exolueris, in purgatorio non persolues. Quanta verò sit diueritas, inter afflictiones huius vitæ & purgatorij diximus in tertio tomo nostrarum Cōcionum, in Commemoratione fidelium defunctorum. Sed nunc aliad maius adiicimus, quia licet solutio huius vitæ facilis, ac exigua sit, si cum solutione purgatorij conferatur, sed solutio quæ per indulgentiam sit multo est minor, ac facilior, quia cum mille deberes, vnum à te exigitur. Si ergo etiam mille nunc tibi soluendū esset, quanto magis vnum? Qui ergo hanc negligit solutionem omnino, stultus est. Magni facere ergo oportet Bullas, Iubilæos, Indulgentias, quia eis concensis, meliflui cæli redduntur, & thesauri Christi aperiuntur, vt diuites simus. ¶ Infinitis reddituendis mundis sat est in Christi passione, sanctorum etiam passiones excessere peccata eorum, vnde Iob ait. Vt in am appendenterentur Iob. 3. peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, instaterræ, quasi arena maris hec grauior appareret. Quod verò sancti voluerint illa nobis applicari patet ex illo Pauli. Nūc enim Colos. 2. gaudeo in passionibus meis pro uobis, & adimpleo ea, quæ de sunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quod verò dispensatio huius thesauri in Ecclesia sit, ostendit Paulus, dicens: Sic uos existimet homo, ut ministros Christi, 1. Cor. 4. & dispensatores mysteriorum Dei. Et iterum Dispensatio mihi credita est. Hac ergo utamur dispensatione, hac gratia, ac 1. Cor. 10. misericordia, vt à peccato omnino liberi, eius maculam, ac rugam, vulnus, & cicatricem, signum que exuamus, &c.



## C O N C I O.

Cum aliquis ob graue crimen capite plectitur à publica potestate.

T H E M A.

*Stipendia enim peccati mors.* Rom. 6.

B

VADENS Paulus, ut serui Dei simus, & peccati seruitutem detestemur, pluribus in hæc rationem propositis, demam ait. *Stipendia peccati mors, gratia uero Dei uita eterna.* Quasi dicat, illud homo attendere maximè solet in Domino, cui se seruum præstat, quod nam stipendum ministris præbeat, infimi enim homines si ampla præstent stipendia, plurimos sibi ministros inuenient, & maximi principes si stipendia non dent, ministris carebunt. Nunc ergo o homo, si attendere velis dignitatè Dei, & peccati infimam sortem, facile erit iudicare, quis in dominum tibi sit eligendus. Sed si sola stipendia attendas, id ipsum manifestum erit, stipendium enim Dei, quod gratia sua nobis proposuit, & iustitiam reddit, vita æterna est, stipendia vero peccati mors est, non animæ tantum, sed & corporis. Diversa omnino stipendia. *Quis, obsecro, nunc etiam principi inferuiat, si audiat, stipendia obsequij tui mors erit?* *Quis autem ei non inferuiat à quo stipendiū proponitur vitę eternę felicissimam?* Audi o peccator, cuī hero inferuias, & seruus es peccati. *Quia qui facit peccatum, seruus est peccati,* audi illius stipendia, stipendia peccati mors. *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depeſcet eos,* ait Psaltes, placet ne tibi stipendium hoc labore: in via iniquitatis, & perditionis,

Ioan. 8.

Psal. 48.

**A**ditionis, fatigaris, desudas, & operis tui merces æterna mors est.

Sed ut hoc peccati stipendium ab ouo, ut aiunt, explice mus, notanda est, ac recolenda Dei illa sententia, qua dixit Adæ: *De ligno scientiae boni, & malii non comedas, in quacunq; enim hora acomederis, morte morieris.* Træsgressus est ille præceptū, & morte incurrit, non ille solus, sed & vniuersum hominū genus, dicēte Paulo. *Per unū hominē peccatum intravit in mun-ā, & per peccatū mors, & sic in omnes homines mors pertransīt, in quo omnes peccauerunt.* Si verò quispiā dicat, parua videatur Adæ træsgressio, dū vnicum surripuit pomū, ut tam grauis in eum ferretur sententia. Respondet August. *14. de ci- uita. ca. 15.* quisquis huiusmodi damnationē nimiam, aut

**B**iniustā putat, metiri profectō nescit, quanta fuerit iniquitas in peccādo, sicut enim Abrahæ non immeritō magna obedientia prædicatur, quia ut occideret filium, res difficultima est imperata, ita & in paradiſo tanto maior inobediētia fuit, quanto id, quod præceptum est, nullius difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hominis eo prædicabilior, qua factus est obediens vsq; ad mortē, ita & inobediētia primi hominis eo detestabilior, qua factus est inobediēs vsq; ad mortē. Vbi enim magna est inobediētia poena imposta, & res à creatore facilis imperata, quis nā satis explicit quantū malū sit, non obediē in re facili, & tante potestatis Imperio, & tanto terrenti supplicio? Hæc Aug. Quod ergo leue reddere videbatur Ada peccatū, grauiſſi-

**C**um reddidit. Hoc verò ipsum grauia reddit peccata nostra, quia cū facilia sint, quę Deus præcepit, & minimi labore ea præstare possumus, nō tamen præstamus. Tenebamur enim Deo obsequi in difficilimis, quę ergo relinquitur excusatio, si facilia non præstamus? Mandata eius grauia *1. Ioan. 5.* non sunt, ut Ioan. ait, immo minima sunt, qua ratione ille dicitur: *Qui soluerit unum de mandatis istis minimis.* Non quia minimi ponderis, sed quia minimi laboris, cur ergo illa nō seruat *Deut. 30.* ues? Hac ratione Dñs ait. Mandatū hoc, quod ego præcipio tibi hodie, nō suprare est, nec procul positiū, nec in cælo sitiū, ut possis di- *Matth. 5.* cere, quis nostrū ualeat ad cælū ascendere, ut deferat illud ad nos, ut

## Cum malefactor

audiamus, atque opere compleamus? Neq; trans mare positum, ut A  
causeris, & dicas, quis à nobis poterit transfractare mare, & illud  
ad nos usque deferre, ut possimus audire, & facere quod præceptum  
est. Sed iuxta est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias il-  
lū. Quid facilius quam nō iurare, festa seruare, Dēū & pro-  
ximum diligere? Qui ergo facilis à Deo imperata non im-  
plet, reus est mortis, nec villa tueri se valet excusatione.

Sed illud mirabilius in moris sententia est, quod nō so-  
lus Adam transgressor damnatus ad mortē est, sed & om-  
ne illius semen. In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes  
peccauerunt, Quia in illo peccauimus, ad mortē omnes dā-  
nati sumus. Sicut nunc vidisti hunc hominē suspensio vi-  
tam finisse quia criminis eius exigente ad mortem iuste dā-  
natus est à prætore, ita scito, te ad mortē damnatū à Deo B

Rom. 5.

Hebr. 9.

simile.

5.

simile.

esse, nec ullum tibi appellationis remedū esse, quia statū  
est hominibus semel morti. Ab hac lege nullus exceptus fuit,  
nec Christus, nec Maria. Quid ergo mundus hic est? Pla-  
nè simile est carceri, in qua plures malefactores detinētur,  
& omnes ad mortem damnati capite plectenti sunt, sed  
hodie decem interficiuntur, cras viginti, tertia die duode-  
cim, qua lātitia affici possunt hi, qui in carcere manent, li-  
cet nunc morte non afficiantur, cum videant, socios cri-  
minis capite plecti, simileq; iudicium spectent sibi in cra-  
ftinum? Omnis homo damnatus ad mortem est, & in cu-  
stodia huius mundi, qui carcer est, omnes tenentur, hodie  
moriuntur centū, cras mille, altero die quingenti, tu, qui hac  
vides, quo pacto ridere poteris, cum scias, te socium crimi-  
nis ad eandem mortem damnatum esse? Recte loquitur ad  
nos quilibet ex defunctis, & hic, qui nunc suspensus est.  
Memor esto iudicij mei, sic enim erit et tuum, mihi hodie, tibi cras.  
Noli ergo mortem obliuisci, quæ tibi cito aderit, ad hoc  
enim ad hoc venisti spectaculum, ut præconium mor-  
tis audires, quæ tibi imminet. Si enim homo hominem  
damnat ad mortem, quia deliquit, nunquid Dei iustitia in-  
finita non te damnabit, cum deliqueris, & criminis lāse  
maiestatis reus fueris? Quemadmodum ergo cum exagi-  
tandus taurus in forum procedere debet, voce præconis  
omnes

C

- A** omnes monentur, ut sibi quisque consulat, ita mors huius delinquentis nos admonet morituros, cum & delinquentes simus, caueat ergo quisq; & in tuto se collocare studeat, ne ab hoc tauro interficiatur. Locus est homini tutus, in quo seruare possit, de quo Psal. ait. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum. Et Sapiens: Astutus uidens malum absconditum est, parvuli pertransentes sustinuerunt dispensatio. Sed quis hic locus altior, in quo lædi à tauro non possimus? Planè vita iusta, ac sancta est, in qua qui stat, à morte lædi nequit, inò vero ex ea maximum emolumenū colligit, quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, vt Psal. 115. optanda potius quam timenda sit, ac dicendum de ea, moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Num. 23.
- B** Quid enim mors iusto est, nisi laborum, ac miseriaram finis? Quid vita hæc est, nisi quædam prolixitas mortis, vt Gregorius ait: Si tibi dulcis vita ista est, non eò est, quod Gregorius dulcis sit, sed quod præfectus sis, illa enim prolixitas mortis est. Sed tibi accidit quid simile, quod accidere Simile. solet homini diu in carcere, aut triremibus versanti, vt dulcis ei vita illa appareat, cum amara sit, ac laboris plena. Iustos ergo in morte finem laborum videt, qua à modo iam Apoc. 14. dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Initium etiam illi est æternæ vita, quæ in morte abscondita est, & cum corpus destrui videtur, ac perdi, non perditur, sed seminatur, & in eo initium mirabilis resurrectionis ponitur. Sicut enim præclaram tabulam, aut lintheum pictori das, Simile.
- C** vt imaginem depingat, & ille primum carbone assumpio eam deliniat in tabula, aut lintheo, & perdi quidem, ac destruit tabula videtur, sed non ita est, expecta modicum, & colores viui superimponentur super carbonis de linea-menta, & imago præclara depingetur, qua tabula mirabilis reddatur. Ita omnino oportet, mortale & corruptibile hoc induere incorruptionem, & gloria cœlestis imaginem accipere, vt sicut portauimus imaginem terreni, por temus & cœlestis, quia reformabit corpus humilitatis nostræ Philip. 3. configuratum corpori claritatis sue, sed huius tantæ imaginis initium delineamenta carbonis sunt, quibus tabula

## Cum malefactor

corporis perdi videtur, hæc delineamēta mors ponit, qua A  
corpus destrui ac interimi apparet, sed non ita est, prima  
ista rudimenta imaginis sunt, expecta modicum, & in die  
resurrectionis videbis mirabilem in corpore constitutam  
imaginē, qua mirabilis in sanctis suis Deus appareat. Hęc,  
qua diximus, iustis accidit, qui ad mortem dānatā à mor-  
te se incolumes seruare norunt. Sed multò aliter peccato-  
ribus accidit, qui mortem non curant, & eius oblii ab ea  
se non custodiunt, & sic ab ea intercipiuntur subito, dum  
non speratur. Quibus simile accidere solet, quod viatori  
inſcio, ac ni:niū delicato, qui viam agit, & vſq; ad diuer-  
ticulum multum via peragendum reſtat, & via difficultis,  
ac mōtuosa est, ille vero hæc non attēdens, dum in via in-  
uenit pratū amēnum, dulces fontes, sy luas arboribus orna-  
tas, in his quiescit, delectatur, ac longam moram facit. Ser- B  
uus autē eius eum sapē monet de longitudine, ac difficultate  
viae, ne moram longam faciat, sed ipſe eum non audit,  
nec breuitatē dici considerat, cumq; viam arripit, nox atra  
eum circundat, & per ardua mōtis iter faciens, hic cadit,  
illic misere discerpitur, tuncq; seruus ait, nōne hæc ego tibi  
predixeram? Audi persimile, quod hominibus accidere so-  
let. Viam agit homo dum viuit, vita nostra via quādā est,  
de qua Iob: Semitam, per quam non reuertar, ambulo. Hoc pla-  
nè in hac via timendum est valde, quād semitam percurri-  
mus, per quam semel incedere licet, si enim posset homo  
bis viam hanc ambulare, & duplex ei vita cōcederetur, &  
in altera alterius errores posset corrigerē, melius se habe- C  
ret, at nunc vñica vita ei conceditur, semel ambulare per  
hanc semitam potest, per semitam, per quam non reuerte-  
tur, ambulat, ideo cauere maximē oportet. Sed hanc viam  
quidā celeriter agunt, nec eis lux deest, ad quod nos Chris-  
tus monet. Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebræ uos cōpre-  
hendant, & ideo mors illis grata adest. Quidam vero tem-  
pus vitae poruunt in hortis, pratis, syluis, & delectationibus  
huius saculi, dicentes: Non sit pratum, quod non pertranscat lu-  
xuria nostra, coronemus nos rōsis, nō prætereat nos flos t̄mportis.  
Hi viam cæli relinquunt, & in via consistunt, quibus rul-  
ta salu-

Simile.

Iob. 1 6.

Ioan. 1 2.

Sap. 2.

Folio 103

- A ta salutis morita stimulus conscientiae præbebat, qui est, seruus admonens viatorem, ut viam percurrat, ne à tenebris comprehendatur. Sed ille fidelem seruum recta consiliantem non audit, eiq; accidit, vt in morte viam agat tenebrosum, via peccatorum complanata lapidibus, nesciunt ubi corruant, & in finem illorum inferi, & tenebrae & pœne. Hinc fit, vt tunc se præcipites dent, & à conscientia redarguatur dicens, nonne ego te admonui, vt recta ageres, vt à via non declinares, nec audisti me? Sicut viatoris seruus dicere Dominum solet noctu viam agenti per aspera, nonne ego te admonui, ne in via moram ageres? Quoties, obsecro, putas in mente venisse huic homini suspenso in patibulo, quare detestatus sum disciplinam, & increpationibus prædicato rum ac confessiorum non acquieci, en quo me pertraxerunt delicta mea, ad mortem certè ignominia plenam? Simile verò omni peccatori accidere. Sapiens ait. Ne des alius honorum tuum, & amostuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpti seruis carnes tuas, & corpus tuum, & di cas, cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieci cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinavi aurem meam?
- B Omne quidem lethale crimen dignum est morte, & morte aeterna in Dei iudicio. Aliqua certè crimina sunt, quæ mortis sententia plectuntur à potestate publica, sed non omnina. Unde cū legislator quidam omnibus criminibus capi talē sententiā in legibus à se lati proposuisset, vitio ei datum est, ac de eo dictum, quod sanguine leges scripsisset. Ea vero, quæ rem publicam conturbat, grauissime ab omnibus legislatoribus punita sunt. Et ipse misuetus David ait. In matutino interficiebam omnis peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate Dñi omnes operantes iniquitatem. Sed quid significat in matutino? phrasis est scripture, qua significatur, maxima diligentia, & studio, mature, vigilanter, festinanter, ante quam inualecerit malitia, & alias inficeret, & ideo mane, id est, nulla interposita mora. Quibus verbis iudiciorum ostenditur, qua cura debeat malefactores inquirere, ac per Zz 5. scrutari,

Eccles. 21.

Prouer. 5.

Psal. 100.

## Cum malefactor

scrutari, ut in ciuitate Domini, quæ sancta esse debet, nihil sit peruersum. Sed nō vniuersa peccata lex humana punit, nec omnino omni pœna adhibita ea punit, in qua animad uertit. Hoc relinquitur diuino iudicio, quo vniuersa pecca ta ad iustum panis da sunt, in quo nullum est mortale pec catum, quod æterna pœna nō plectatur. Hominu iustitia tanquam imperfetta multa non punit, at Dei perfectissima iustitia nihil impunitum relinquit. Et de hac punitione in iudicio plene exequenda plures accipiūt verba Psal mi: *In matutino interficbam omnes peccatores terre, &c.* Si enim in persona Christi hic Psalmus exponatur, ipse est, qui peccatores interficit, dū eos damnat, & id tēpore matu rino, id est, in iudicio, quādo illuceſſet D̄ns, & illuminabit abſcōdita tenebrarū, ut fiant manifesta cōſilia cordiū. Tūc enim colliget, & separabit de regno suo omnia scādala, & prolixiſt in ignē zizania. Huic expoſitioni ſauet multum, quod habet Chaldayca paraphraſi dicens: Mūdo venturo, qui alſimilatur luci matutinæ, perdā omnes peccatores ter ræ, ut disperdam de Ierusalē ciuitate Dei omnes operarios iniquitatis. Ex hiſ patet, omne mortale peccatū eterna pœ na dignū, & ideo mortale dicitur, quia morte puniendum, quia contra Deum est, qui est bonum infinitum. Cauē ergo o homo peccatū, quia ſub eſca iſlā tet hamus, latet ve nenum mortiferū, quod te perdet, ac valſabit in aeternum. Quis, obſecro, noſſet, priuſquā fieret, quod nūc vidistiſ, ho minem iustum ſuspendendū propter furtū, videretq; eum properantem, ut aliena ſurriperet, an non ad eum clama ret, ac diceret. Cauē miſer homo, vbi enim putaste inuen turū lucrum, inuenies mortem turpiſſimam, quod si ille iſ crederet, nunquid furtum committeret? nequaquam. Quis aderet Adā volenti pomum manducare, an non diceret, caue miſer Adam, ſub hoc enim pomo latet mors tua & omnium filiorum, & in numeris aliae miſeriae. Nanquid ſi id crederet Adam, pomum comedere non certe. Audi ergo o homo quid ſimile, imo multò maius. Cum manum extendis, ut aliena ſurripias, cum concupiſciſ alienam mu liorem, pomum accipis, ſub quo latet eterna damnatio, in finit. A  
B  
C

- A** finitæ poenæ, mala innumera, & hoc planè credis, qua fides Catholica hæc est, quo ergo pactio peccatum perpetrabis? Assumis vas aquæ ut bibas, & dicit tibi quispiā, ne bibas, quia veneno infecta aqua est, & moueris, cōtinuò vas prolixis, ne mortem incurras, quomodo ergo simile non facies, audiens fidem prædicantem, mors in olla hac est, & mors æterna sub hac esca dulci, sub hoc potu suavi latet? Illud ergo in hoc supplicio nobis proposito ostenditur, quod sicut mors corporis huius hominis latebat sub aliena substancialia, ita mors corporis & animæ latet sub omni lethali peccato, quod ideo fugere debemus tanquam à facie colubri. Hinc Sapiens: Pestilente flagellato, stultus sapientior Pro. 19.  
erit si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. Et idē Pro. 21.  
**B** Sapiens ait. Multato pestilente sapientior erit parvulus. Pestilens dicitur publicus peccator, à quo fugere debemus tanquam ab eo, qui peste est infectus, & huiusmodi sunt, qui publicè damnantur, hoc ergo viso suppicio, etiam stultus ac parvulus discit sapientiam, & cauet à malo. Et contendunt publica supplicia, ut omnes timeant, ac declinent à malo, & fiant alieno periculo cauti. Sapiens verò non indiget hac admonitione, ait Sapiens, satis est, si verbo eum adinoneas. Sicut ergo in intersectione malefactoris discit homo peccati malam, & ne furca similiter suspendatur, cauet à furto. Ita discere debet in æterna damnatione vnius peccatoris quantum sit in omni peccato malum, licet latens.  
**C** Sed quoniam pestilentem flagellatum diximus eum, qui nunc patibulo suspensus est, id ita accipendum est, ut pestilens quidem fuerit, dum peccauit, sed nunc ad Deum conuersus, confessionem integrum faciens, mortem acceptans patiēter, ac Deo offerens, non iam prodigus, ac dissipator filius dicendus sit, sed similis iusto latroni, qui dixit: Nos digna facis recipimus. Et Domine memento mei, qui Luc. 23.  
iam es in regno tuo. Fiducia maxima habenda est de eorum salute, qui à publica potestate puniuntur, licet enim peccauerint, multa tamen sunt, quæ Deum eis propitium ostendunt. Et primùm illud sit, quod nunc in hoc seculo eos.

## Cum male factor

eos Deus castigat, quod signum est misericordia, & quod A  
eis propitius erit in alio seculo. Licet enim aliquando repro-  
bi in hoc mundo a Deo puniatur, & nunc initium aeternarum  
penarum eis imponat, illud tamē sit, cū cor hominis indura-  
tur, cum flagellis ad Deum non reuertitur, sed in peius pro-  
ficit, ut Pharaeo, & ei similes. Quādo vero flagello inficto,  
humiliatur homo, ac Deo subiicitur, peccatumque suum  
agnoscit, tunc verū illud habet, non punit Deus bis in idip-

Psal. 88. sum. Et illud Psalmi: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in  
uerberibus peccata eorum, misericordia autem mea non disperga ab

Nahum. 1. eo, neq; nocibo in ueritate mea. Ingeniu hoc Dei explicat Na-  
hū, cū ait. Nō confurget duplex tribulatio. Quo loco Childeus  
ait. Nō confurget domui Israël bis angustia. Septuaginta ve-  
ro legunt, nō vindicabit bis in idipsum in tribulatione. Cū B  
ergo homo iste hic poenituerit, & a Deo punitus sit, fidē dū  
nobis est, non in alio seculo in aeternū puniendum. Huius  
etia rei coniectura non leuis est, quod nouerit se moriturū  
cū pleno iudicio potiretur. Alter omniō homo dispone-  
re sua solet, dū de morte nihil cogitat, alter vero cū te mor-  
ti proximū cernit. Si enim Sap. ait. Memorare nouissima tua,

Ecccl. 7. & in aeternū non peccabis, & Moyses. Vt in am saperent, & intel-  
ligerent, ac nouissima prouiderent, quid obsecro non faciet, qui  
non solū in cogitat se moritum: non tantum nouissima  
prouidet, sed & certò nouit, statim se ex hac vita m̄ gratu-  
rū, & morte praesente quasi oculis cernit? Planè res ista ho-  
minem cōmutat, & alterū redit. Hinc sit ut peruerse cū in-  
firmis agatur, cū eis proxima mors nō prædicitur, nec ami-  
ci, sed inimici opus est, illam celare. Dic amico tuo mani-  
festè mortem inninere, vt animæ suæ consulat, multò  
enim melius consulat, si nouerit se ē vita migraturum.  
sed hoc vnum ægrotantibus accidere solet, vt infirmi-  
tate grauati, & quasi a mente alienati, plenè non  
percipiunt mortem, nec ita commouentur ea audita,  
qui infirmitas eos grauat, & quasi alienatos a se te-  
net. Cum vero damnatur ad mortem homo a iudi-  
ce, plena ratione ac integra cum sit, plenè percipit,  
quid mors sit, quam propinquum iudicium, & aliud

scu-

- A** sæculum, atque adeò melius sua curare valet. Et sicut re-  
ctius percipit nouissima quam egrotus, ita viribus præstis  
melius exequitur ea, quæ ad salutem ipsi necessaria sunt.  
Et ideo orabat Psaltes: Loquatus sum in lingua mea; notum fac  
mibi Domine suum meum, & numerum dierum meorum quis est,  
ut sciam, quid desit mihi. Ait David. Loquatus sum in lingua mea,  
idest, non solum mente optavi, ac oraui, sed & lingua, vel  
tacite mecum loquutus sum, dic mihi ô Domine, quando  
ex hac vita discedam, ut sciam, quid supersit de vita mea:  
Chaldaeus ait, ut sciam, quando deficiam à sæculo. Nesci-  
mus, quando nobis migrādum ab hac vita, & occultū hoc Mat. 35:  
nobis esse voluit Dominus, ut semper vigilemus, sed media  
nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiame i. Media
- B** nocte clamor fit, cum tempus est minus homo attendere  
potest negotiis, cum obscuratū lumen rationis est, id egro-  
tantibus accidere solet, & ideo optimū omni homini con-  
silium est, longe ante sua agere, & ideo sancti de illius tem-  
poris conuersione non adeò securi sunt. At verò homini  
cordato, valenti viribus, ac iudicio clamor fit media die, cù  
se, suaq; attendere potest, & ideo cum eo rectius agitur.
- Ex hoc autem spectaculo nobis colligendum est omni-  
no à peccato abstinere. Abstine ô homo ab eo peccato,  
propter quod homo iste in mortē traditus, admonitio tua  
huius mors est, ne simile quid perpetres, ne simile patiaris  
supplicium. Abstine deinde ab omni peccato, quia pro-  
**C** pter illud homo capite mulctatus est, & in æternum dam-  
nabitur. Et, ut quod supremum est, adiiciamus, attende nō  
solum hominem istum pro peccato suspensum, non solum  
Adamum pro vetito pomio subrepto mortuum, sed & Chri-  
stum Dominum, quia ipsius fideiussor fuit, in cruce suspen-  
sum. Si rex ita fures omnes auerfaretur, ut ministrum præ-  
cipuum filii sui suspendi præciperet, quia pomum vnicum  
ex eius horto surripuit, mirū in fuita odium ostenderet, sed  
sic res procederet, ut intercedente proximistro suo filio  
regis, ut ille liber esset, princeps pomis surreptis causa suspen-  
deretur, immensum regis odium in latrones ostenderetur,  
quis, obsecro, in eius regno surari auderet? Nonne vides ô  
homo

Psal. 88.

Simile.

## Ad Scholasticos

homo infinitum Dei in peccatum odium? Surripit pomū A  
Adā, & vt ille liber sit ab aeterna morte, Chī's pro eo intercedens cruci affigitur. Immēta charitas. Ut seruū redimeres,

filium tradidisti. Immensa peccato detestatio, cum vt ei fiat 1. Iaco. 3.

fatis Christus occiditur. Hæc scribo uobis fratres, ut non peccetis, ait Ioānes. Sed quæ sunt hæc? Inter alia dixerat Chī sanguine deleri peccata. Hoc tibi dico, vt nō peces, quod

Christi languis necessarius fuit ad peccati deletionē. Quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quis ergo peccare audeat?

Si Christus inuocens, quia fideiussor pro peccato in morte traditus est, quid de vero fiet peccatore, qui non alienis, (ed propriis peccatis oneratus est?)

Si in uiridi ligno hec fiumi, in arido quid fiet? Si innocens morti traditur, quid patietur nocēs, & deperditus homo?

Eccles. 3. 1. Quasi ergo a facie colubri fuge peccatum, vt viuere possis, &c.

A

B

C

## CONCIO.

Habita ad Scolasticos in initio studiorū,  
de ratione ac ordine studendi.

### THEMA.

Fili concupiscentia sapientiam, conserua iustitiam, &  
Deus præbebit illam tibi. Ecclesiasti. 1. c.



IC V T Logica scientia dicitur modus sciendi, quia ordinem tradit, quo reliquæ scientiæ acquirantur, & ita inquire illam primum oportet, sine qua via ad scientias non est. Ita est modus alter rectè ac utiliter sciendi, ac addiscendi literas, qui omnifidei pernecessarius est. De quo Sapiens ait. Fili concupiscentia sapientiam, conserua iustitiam &c.

A iustitia ergo, ac virtus via est ad sapientiam acquirendam, ideo illa primum conseruanda est.

Tanta planè res est iustitia, ut excedat longè omnē scien-  
tiam, & ideo scientia præferenda est. Sine scientia enim  
multi salui fiunt, sine iustitia verò nullus. Plures enumerat  
Paulus saluos factos, non in scientia literarum, sed in con-  
scientia pura, & fide non ficta. Apóstoli idiotæ erāt, ac ho-  
mines sine literis, nec de schola Rethororum, aut philosopho-  
rum assumpti, & ideo non in sublimitate sermonis, aut in  
doctrinae humanae sapientiae verbis, sed in stultitia prædicati-  
onis saluos fecerunt credentes. Qua ratione patet, primū  
omnium quærendam esse iustitiam, & eam reliquis præfe-  
rendam, etiam scientia. Hinc orat Psal. Bonitatem & discipli-  
nam, & scientiam doce me, priori loco bonitatem postulat, po-

Hebr. 11.

.similis

B steriori verò scientiam, quia illa præferenda, hæc post ha-  
benda est. Sola virtus est, quæ bonum simpliciter facit ha-  
bentem, quæ hominem diuinum reddit, & quæ dignū ef-  
ficit a terna vita, & in felicitatem ducit aeternam. Et ideo  
sicut de reliquis bonis Christus pronunciat: Quid prodest ho-  
mini, si uniuersum mundum lucetur, anima uero sua detrimetur  
patiatur, ita de nobilitate, dignitate, ac scientia dicere pos-  
sumus, quid prodest homini, si Rex, aut Imperator sit, si  
nobilis, si vniuersa nouerit, quæ in caelis, & terra sunt, si se-  
ipsum ignoret, & Deum, si virtute non ornetur? Recte Sa-  
piens ait. Si quis fuerit consummatus inter filios hominum, & ab  
eo absuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Quo lo-  
co nomine Sapientie diuina gratia intelligitur, sine qua  
C homo nihil est, licet omnibus donis in naturalibus or-  
netur.

Matth. 16.

Sapient. 9.

Sed & hoc eximium virtutis encomium est, quod non  
solum in se maxima est, sed & alia bona secum adducit ad  
eius domum, in qua illa diuerit, ac habitat. Et ideo de ea  
Salomon ait. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & in-  
numerabilis honestas per manus illius. Quia cum per virtutem  
homo Deum possideat, & in studiosi domo ille commo-  
retur, omnia bona secum adducit. Dixit Poëta:

Sap. 7.

Et genitrix & formam regina pecunia donat.

Sed

## Ad Scholasticos

Matth. 6.

Simile.

Sapient. 1.

Matth. 25.

D. Thom.

Aristo.

Sed nō ita res habet rectius diceret, regina virtus omnia do- A  
nat. Sicut vero alia tribuit, ita & scientiā, & ideo nos Sapiēs  
monet. Fili, cōcupisces sapientiā, conserua iustitiā, & Deus p̄r̄  
bebit illā tibi. Sicut alibi ait, querite primū regnū Dei, & iustitiā  
eius, & hec omnia adiiciētur uobis, ita nūc ait. Cōserua iusti-  
tiā, & Deus dabit tibi scientiā. Et huius rei plurima ex-  
pla in sanctis vidimus, quibus conseruantibus iustitiā  
multa scientia concessa est. Sicut enim cum habes mini-  
stros duos, videsq; alterum diuitias tuas perdere, male que  
in sumere in his, quae ipsi placent, alterum verò fidelē no-  
sti, qui substantia tua rectē vtitur, & in his duntaxat illam  
insumit, in quibus tu p̄cipis, huic diuitias omnes commi-  
tis, & ab altero aufers. Ita cum Deus studiosum hominem  
videt, & qui rectē vtitur scientiā, ac aliis donis, largiter ea B  
Deus cōcedit, dicens: Euge serue bone, & fide lis, qui a super pau-  
ca fāciūt fidelis supra multa te constituam. Et sic habenti dabitur, &  
abundabit, ei autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.  
Peccator scientia vtitur in vanitatem, & scientia inflatur,  
iustus verò in sui, & aliorū in profectum, ideo ille infidelis  
seruus est, à quo talentum iustē tollitur, hic autem fidelis  
cui iure plurima committuntur. Deus p̄c̄ bebit illam tibi.

Multa alia in virtute sunt, quibus studiosus homo iuu-  
tur, vt scientiam acquirat, inter quā illud vnum est, quod  
habitibus infusis disponitur intellectus, & luce diuina per-  
fussus etiam ad naturā inuestiganda sit aptior. Et deinde  
studiosus multa impedimenta tollit, quā ad scientiam  
acquirendam obstatculo sunt, vt ludos, vanas confabulatio- C  
nes, temporis iacturam, ebrietates, ac coimbellationes, &  
alii vitia, quibus tempus vanè consumitur, & homo inep-  
tus redditur scientiā, quia in maleuolum animam non introibit  
sapientia, nec habitabit in corpore subditio peccatis. Vnde Diuus  
Thomas 2. 2. quæst. 166. artic. 2. ad tertium ait. Philo-  
sophus dicit in 2. Ethicorum, ad hoc quod homo fiat vir-  
tuosus, oportet, quod seruet se ab his, ad quā maximē in-  
clinat natura. Et inde est, quod quia natura p̄cipue in-  
clinat ad timendum mortis pericula, & ad sestandū de-  
lectabilia carnis, ideo laus virtutis fortitudinis p̄c̄ -  
pue

**A** pue consistit in quadam firmitate persistendi contra huiusmodi pericula, & laus virtutis temperantie in quadam refrenatione à delectabilibus carnis. Sed quantum ad cognitionem est in homine contraria inclinatio, quia ex parte animi inclinatur homo ad hoc, quod cognitionem rerum deideret, & sic oportet, ut homo laudabiliter huiusmodi appetitum refrenet, ne immoderata serum cognitioni intendat. Ex parte vero naturae corporalis homo inclinatur ad hoc, ut laborem inquireat scientiam vitet.

Quantum ergo ad primum virus studiositatis in refrenatione consistit, ne homo vana, ac curiosa sectetur, & sic est pars temperantie. Sed quantum ad secundum laus studiositatis consistit in quadam vehementia intentionis ad scientiam rerum percipiendam, & inde nominatur studio-

**B** sitas, quia magno studio incumbit literis, remouendo vniuersa impedientia literarum assequitionem. Hęc Thomas. Ex quo patet, inter morales virtutes unam esse studiositatem, que pars temperantie est, ad quam pertinet duo, primum appetitum sciendi cohibere, ne homo curiosus sit, ut impleat illud Pauli: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Secundum ut omni cura, ac diligentia exhibita studiis literarum vacet, remoto omni sciendi impedimento. Licet ergo scientia in intellectu sit, quia applicatio intellectus ad studium literarum fit à voluntate, in illa necessaria est virtus studiositas, qua voluntas recte ordinata applicat intellectum ad scientias utiles, & cohibet à vanis, & opere studij intendere facit remouens vniuersa prohibentia. Hinc sit, ut iustus hac virtute ornatus melius, ac utilius scientiae acquirendae operam det, quia virtutem habet qua remoueat omnia impedimenta, & intellectum applicet, ut toto conatu scientie tendat.

**C** Nunc vero sigillatim explicemus, que sunt, que hic studiosus attendere debeat in scientiarum studio. Inter que primum locum obtinet intentio suis, à quo opera virtutis nomen, ac meritum precipue mutuant. Omne plane agens agit propter finem. Et homo finem agnoscit, à quo

Roma. 1. 25

Nunc vero sigillatim explicemus, que sunt, que hic studiosus attendere debeat in scientiarum studio. Inter que primum locum obtinet intentio suis, à quo opera virtutis nomen, ac meritum precipue mutuant. Omne plane agens agit propter finem. Et homo finem agnoscit, à quo

Aaa

**Ad Scholasticos**

**Aristote.** qao mouetur. Refert vero multum, si recto sine ducaris in A

operibus tuis. Si enim in fine erraueris, illud tibi accidet, quod Aristotleles ait, parvus error in principio fit maximus in fine, finis enim principium est, quo moueris ad agendum, & ideo error in fine est error in principio. Sicut vero qui in primis principiis scientiarum errorem incurreret, in reliquis omnibus erraret, ita qui in fine sibi constituto errat, in reliquis omnibus errabit. Et hic verum illud habet. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum te-nebrosum erit. Primum ergo, quod literis vacans tibi prescribere debes illud est, ut Deum, ac Dei gloriam quaeras, ut Deum agnoscas, & illi melius seruias, ut reipublicae utilis sis, ut multos filios Deo adducas. De qua re mul-

B

**Bernard.**

Bernardus serm. 36. in Cantica, ubi sic ait. Sunt namque, qui eo fine scire volunt, eo fine tantum, ut sciant & turpis cariositas est. Et sunt qui scire volunt ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non euident sub-sanantem Satyricum, & ei, qui huiusmodi eit, de cantante, scire tuum nihil est, nisi te scire sciat alter. Et sunt item, qui scire volunt, ut scientiam suam aliis vendant, verbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quaestus est. Sed sunt quoque, qui scire volunt, ut ædificant, & charitas est. Et item qui scire volunt, ut ædificantur, & prudenter est. Horum omnium soli ultimi duo non inueniemur

**Psalm. 110.** tur in abusione scientiae, quippe qui volunt intelligere, ut C  
**Iacob. 4.** benefaciant. Denique intellectus bonus omnibus facientibus.

**Simile.** Reliqui omnes audiant illud Iacobi: Scienti bonum, & non facienti peccatum esse ei. Ac si per similitudinem dicat, sumenti cibum, & non digerenti, perniciolum est ei. Cibus siquaque indigestus, & qui bonum non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpt corpus, & non nutrit. Ita & multa scientia ingesta stomacho, anime que est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdam artus animae mores scilicet atque actus transfusa atque digesta, quatenus ipsa de bonis, quae nouerit vita attestante & in tribus bona efficiatur, nonne illa scientia reparabitur in peccatum, tanquam cibus conuersus in praus noxijsque humores? An non malus humor peccatum.

An

- A** An non malitiamores prauimores? An non inflationes, labes in conscientia sustinebit, qui ciuili modi est, sciens bonum, & non faciens? An non responsum mortis, & damnationis toties in semet ipso habebit, quoties in metem veniet serino, quem dixit Deus: *Latajenuis sciens voluntatem dominis sui, & non faciles digna, plagis usurpabili multis.* Et vide, ne in persona talis animæ propheta plangeret dicens. *Ventrē Hier. 4.*  
*meum doleo, ventrem meum doleo.* In sua persona potuit haec dicere propheta, quia scientia plenus, & astuta charitate, & omnino effundere cupiens, non inueniret, qui curaret audi re, & sic quasi oneri sua sibi scientia erat, quam communicare non poterat. In persona vero eorum, qui sciunt, & non faciunt, etiam mait. *Ventrem meum doleo, plangens & eos, qui scire contemnunt, quomodo sit viuendum & eos, qui recta scientie male vivunt, & ideo bis repetit. Ventrē meū doleo.*
- Primum ergo is, qui literis vacat, recta intentione in Deum tendat, ut scire velit eo sine, ut sibi, ac aliis proficit ad edificationem. Quo sine sibi prescripto id assequetur, ut magna mercede dignus sit, audiatq. *Est merces operi tuo.* Ethicus *Hiere. 31.* ratio est, quia finis, quem intendis, herus est, ac dominus, cui inseruis, & ideo si Deum intendis in literarū studio, ab eo mercedē accipies laboris, si vero intendis honores, munera, iusticias, nō poteris à Deo mercedē petere. Si in vinea tua laboras, nū venies ad me, ut mercedē exiges laboris? Si vacati literis, ut diues essem, ut dignitates consequereris, nec Deum respexisti, quomodo à Deo mercedē laboris petes? Aliter literis vacare fidelis debet, aliter infidelis, sed hinc temporalia intendit, ille ergo eterna attēdat. Si aliud nō intendis, quā nō temporale lucrum, *Ethnici, & Publicani* hoc faciunt, attende ergo illud Pauli consilium. *Sine manusculis suis bibitis, uel uad quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite.* Si enim id prestiteris, vniuersa tua aurea erunt, & licet terra sint, in aurū metabitis. An nō pretiosissimus capillus ille es, qui cōactu suo omnia metalla in aurū commutaret? An nō huic modi capillo uteris, ut diues essem auro? Hoc certe prestat homini finis, quē in operib⁹ suis intēdit, q̄ si De⁹ sit, vniuersa hominis opera aures, ac diuinia reddit. Hec in-

078  
Ad Scholasticos

fima illa sint. Quid, obsecro, natura sua minus quam man- A  
ducare & bibere? at si in gloriam Dei id fieri, aeterna mer-  
cede digna redditur, & non solum aurea fiunt, verum &  
divina, quorum pretium ac merces solus Deus est. Mirum  
profecto hac in re hominis vnius meritum, & alterius di-  
spendium est. Vnde libet in iudicio scholasticos duos, qui in  
vna domo fuerint, & forsan in uno cubiculo, eidem scien-  
tiae operam dederunt, easdem lectiones, ac magistros au-  
dierunt, eosdem in literis labores posuerunt, & eosdem fe-  
cere profectus, & eadem praemia temporalia assequuti fue-  
runt. Ex his unus assumetur, & alter relinquetur. Vnum præ-  
mia magna, & amplissimos gloriae gradus suscipiet pro-  
laboribus in literis positos, alias vero audiet: Recepierunt B  
mercedem suam, temporalia, scilicet, quæ intenderunt, & ni-  
hil præmij accipiet ille in resurrectione iustorum. Quod si  
huius discriminis causam inquiras, illa est, quod alter Deum,  
alter terrena intendit, quæ cum receperit, recepit in mun-  
do mercedem. Quomodo enim à Deo mercedem petes  
eorum, quæ eius causa non fecisti? Si ergo non vis dicere,  
in vacuum laboravi, vanè fortitudinem meam consumpsi  
si non vis, labores tuos esse sine fructu, & inutilia opera  
tua, hoc primum statue, cum literarum ludum ingrederis,  
ut in gratia Dei sis, & literis intendas Deum agnoscere, ei  
magis inferire, proximis benefacere, & utilis reipublicæ  
esse ad Dei gloriam. Nec putes, si id facias, temporalia tibi  
non obuentura, immo ea ratione ac via illa assequeris me-  
lius. Si enim quæsieris primum regnum Dei, & iustitiam C  
eius, hæc omnia adiicientur tibi. Sic etiam Salomonis ac-  
cidit, qui cum iussus esset à Deo postulare, quod vellet, pe-  
tit diuinam sapientiam, ad quem Deus dixit, quia non  
postulasti dies multos, nec diuitias, accipies quod postula-  
sti, & quæ non petisti recipies. Id ipsum ei accedit, qui glo-  
riam Dei, ac aeternam salutem in literarum studio querit,  
accipit enim id, quod intendit, & accipit temporalia, quæ  
non quæsivit.

Math. 6.

3. Reg.

Secunda huius rei ratio est. Intende Deum in literarum  
studiis, ut pacato, ac quieto sis corde. Dic cum Psalte: Tibi  
dixit,

**A** dixit cor meum, exquisuit te facies mea, faciem tuam Domine regiram, cumque illud praesliteris, in omnibus pacem habebis, & securum, ac quieto animo eris. Sicut enim acus horologij, quoniam tetigit petram magnetem, quiescere non vallet, donec est regione sit astrum borealis<sup>1.</sup> quod vulgariter Polus dicitur, ita anima nostra, quae per fidem Deum tetigit, non quiescit, nisi cum Deum respicit, ac querit, tunc est sicut columba, que non inuenit ubi quiescet pescius, donec reuersa est ad arcum. Qui enim temporalia querit, quae mutantur, cum ipsis mutatur. Et ut Isaías ait. Cor impij quasi mare sterius, quod Genes. 8. quiescere non potest, quia extra ceterum est, & extra locum sibi conuenientem.

**B** Secundum ei attendendum, qui literis incumbit est, vt scientiam charitati aslociet, si enim scientia sola sit, licet homo sciens dicatur, tamen alia parte ignorans est, quia nescit uti scientia, vt debet, si vero scientia coniuncta sit virtuti, non solum homo scit, verum etiam nouit recte uti scientia, non ad superbiam, sed ad edificationem, & ideo perfectus in scientia est. De qua re Paulus ait. Scientia inflat, cibis Cor. 8. ritas uero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Quasi dicat, circa idolotarum scientiam habetis, sed si haec scientia sine charitate inflat, & superbias ac tumoris creatio. Vnde Sapiens: In multa sapientia multa est indignatio. Et ideo Aegyptiorum Eccles. 1.

**C** plaga fuit vesicæ turgentibus, quia sapientes huius mundi superbiunt, ac intumescunt. Charitas uero edificat, quia attendit proximorum utilitati, non querens quae sua sunt. Ideo Augustinus, addite scientiae charitatem, & utilis erit scientia. Et Aristoteles ait, scire autem nihil, aut parum prodest Aristot. ad virtutem. Addit Paulus: Si quis autem existimat scire aliquid, &c. id est, si quis inflatur scientia, & putat se sapientem, sequitur magni ducit: vel aliter, si quis non habens charitatem, sed solam scientiam inflantem, putat se sufficienter scire, hinc decipitur, quia nescit uti scientia, ad aliorum certe edificationem. Qui uero diligit, sufficienter habet scientiam, quia

## Ad Scholasticos

non solum sciens, verum etiam habet modum, quo scien- A  
tia recte vtatur, & ideo hic cognitus est à Deo, idest appro-  
batus, quia nouit Dominus, qui sunt eius. Vnde talis verè  
dicitur scire Deo eum approbante, ac gradum concedenti.  
Licet ergo scientia faciat scientem, tamen charitas facit, vt  
recte scientia vtatur, sine quo vnu recte scientia ignorantia  
est, nec homini proficia. Dicit hæc Paulus propter quos-  
dam ex Corinthiis, qui sciebant idolotata posse mandu-  
ri, sed hac scientia non recte vtebantur, quia charitate p̄r-  
dicti non erant, & ideo cum proximorum scandalō mandu-  
cabant, quod non licet. Similiter ratione omnis sciētia in pec-  
catore deturata est, quia charitate non p̄reditus ea male  
vtitur in aliorum contemptum, in vanam sui aestimatio- B  
nem, in iniulti lucri acquisitionem.

Tertium attendendum studioſo est, vt serio, & totis viri-  
bus literis incubat. Multi otiani volunt, nec laborare in lite-  
rarū studiis, & hac de causa amplius laborat, quia ea, quæ  
breui tēpore cura adhibita peragere possent, multis annis  
non assequuntur. Magni certe ducēda sciētia est, ait Bernard.  
Oſſe. 4. repulisti scientiam, repel-  
Das vbi ſupra, quia Oſea ait. Quid tu repulisti scientiam, repel-  
Dan. 12. lam & ego te, ut non ſurgaris mihi jacerdotio. Et Daniel ait. Qui  
dotti fuerint, fulgebant quæſi plenior firmamenti, & qui ad iustitiam  
erutirent plurimos, quæſi ſtelle in perpetuas eternitates. Magnū  
quid scientia est, quia ornaſtum in intelleſtus, qui potiſi-  
ma potentia hominis est, quia voluntatis magistra, docens C  
illam, quæ recta ſit via ad virtutē, quia aliis benefacere mul-  
tum potest, & eos iuare, quia re publicam tuetur, quæ à  
viris sapientibus regitur, ac conſeruitur. Si scientiam de  
mundo abſtuleris, ſolē te laſtulisse crede. Si scientia bar-  
bari homines ſunt. Et tanti duxit sapientiam Salomon, vt  
dixerit: Preposui illam regnis, & ſedibus, & iusticias nibileſſe  
duxl in comparatione illius, melior est negotiatio illius auro,  
& argento. Et omne aurum in comparatione eius arena eſt exi-  
guum. Cum ergo res hæc tanta ſit, totis neruis intendere de-  
bet studioſus, vt eam acquirat, qua ratione studioſus dici-  
tur, & studioſitas virtus hæc attendens, quia ſtudium ma-  
ximam animi intentionem significat. Virtus ergo hæc ſuo  
nomine

**A** nomine ostendit, totis viribus incumbendum literis, non oscitanter, ac negligenter. Si enim omnis ars exigit intentum animum ad discentis, multo magis scientia tanquam nobilior, qua intellectus perficitur, qui est velut tabula rasa, & ideo sicut optaret tabula depingi, & aer illuminari, si in eis voluntas esset, ita optare homo debet scientiam. Ideo Sapiens ait. *Qui cuitat discere, incidet in mala, vacandū aliquando est, & cotio sancto utendum, ideo vacare ab studiis oportet, & ideo, quas vulgo dicimus: Vacationes conceduntur.* Sicut Christus suis ait, quiescite pusillum. Et in quiete concessit natura animalibus somnum. Signum tamen bonae quietis est, redire ad operationem strenue. Ideo nunc studiis incumbe, ne incidas in mala, quidem culpæ & po-

Prov. 17.

**B** næ. Culpæ quidem, quia ut Sapiens ait. *Multam malitiā docuit otiositas in opera constitue cum, sic enim condecet illū.* In mala etiā pœnæ incidet, in paupertate, miseriā, ignominiāq; Et in hebetudine in intellectus, sicut equus non exercitatus, ineptus redditur cur sui, & natus dia in litore stans immunitiis impletur, & peripsema. Omni ergo cura studiis vaca. Hinc est, quod præclaris Philosophi orbē terre peragrarū, ut magnos inueniret magistros, ut refert Hiero. in prolog. Biblię. Plato usq; in Ægyptū venit, ut Architā Tarētinum audiret. Apolloni⁹ Thiane⁹ orbē circumiit, ut Hiarcā magistrū inueniret. Et hac de causa, ut literis liberius vacaret, plurimi Philosophi diuitias contēplerūt, & eorū quidam oculos sibi eruit. Cū igitur hac naturali lege, pronaq; mentis nostræ viteneamur cōstricti, qua excellere pulchrū du-cimus, labi autem, & errare, nescire, & decipi, & malū, & turpe putemus, non mirum si literis operam serio desimus.

Hierony.

Vt autem ea, quæ diximus præstet scholasticus, cauere debet à prauorum consuetudine, qui eū ad vitia pertrahēt & multa impedimenta literarum studiis obiiciunt. Qua in re Salomonis exemplū formidandum est, de quo sacra Regū historia ait. *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, super quibus dixit Dñs filius Isræl, non ingrediemini ad eas, neq; de ilis in gredientur ad utras, certissimè enim auertet corda uestra, ut sequimini Deos eorum.* Non se seruavit Salomon, &

3. Reg. 11.

## Ad Scholasticos

eo vsque perductus est, ut coleret idola, & eis templa ædifi caret. Quis his audit is non paueat, ac se seruet à malorum consuetudine? Si eo vsque perductus Salomon est malarū consortio mulierum, quo te non perducendum credes? Tibi ergo dictū puta, si prauis consuetudine, ac amicitia iungeris, certissime auerteret cor tuum, ut sequaris vitia eorum. Id enim in iuuenibus facilius, ac certius efficitur quā in vi ris grandioris. Iuuenes etenim natura sua faciles, ac prompti sunt ad eos mores suscipiendo, quos in sociis viderint. Similesque sunt cere blandæ, quæ sigilli impressionem facile recipit. De vitanda malorum consuetudine plura vide hoc tomo in sermone secundo de tribus inimicis animæ, in sermone de Mundo.

Vltimum denique scholastico curandum illud est, ut vi tam studiosam sibi instituat, prescribens sibi aliqua facienda, quibus in virtute proficiat. Inter quæ illa sunt præcipua, sacramentorum frequens usus, singularis ad Mariam affectus, ac deuotio, recitatio rosarij, Missæ quotidie interesse, examen conscientiae, aliqua corporis afflictio, qua aduersus rebellem carnem, quæ in iuuenibus præcipue domi natur, pugnet, piorum librorum lectio, reiectis vanis, & veneno infectis libris, & ad hæc omnia eligat sibi optimum confessarium, qui eum instituat. Cogitareque debet, simile quid sibi accidere, quod Herculi iueni, ut refert Xenophon, qui in agrum egressus duas vidit vias, alteram latam, ac spatiösam, in qua ei apparuit mulier pulchra & petitulans, monens eum, ut se sequeretur per voluptatis viam, promittens ei delicias. Vidi verò viam aliam strictiorem in qua matrona gravis erat, promittens ei, si eam teneret viam, eum Deum futurum. Cum verò Hercules hæc attulisset, deliberauit angustam tenere viam, ut Deus fieret. Has duas vias Pythagoras in literis Ypsilon describebat, cuius pars una latior, altera angustior est. Ita nunc ingredienti scholastico cholas duæ viæ proponuntur, altera negligenter in literis, commensationis, ebrietatis, ludi, luxuriaz. Altera verò virtutis, & studiositatis, via prior ampla est, via secunda angusta, sed illa ducit ad mortem, hæc ad vitam,

Xenophon.

- A vitam, via illa, via inferi est, hæc via vitæ. De quibus viis  
multa habes Dominica III & IIII. Aduenus. Schola-  
sticus iuuenis in initio est harum viarum, facileque hæc,  
vel illâ tenere potest, quod si aberret, difficile postea viâ  
reðâ tenet. Sicut enim *is*, qui in bivio est, facile tenere *simile*.  
potest viam, quam maluerit, quod si vnam teneat viam, &  
in ea multū processerit, difficile ad aliam redire poterit.  
Ita initio vitæ facile est viam virtutis attingere, si vero quis  
piam viam vitiorum tenuerit, & in ea multum temporis  
posuerit, egre ad viam virtutis redire poterit. Pertimes-  
cēda verba illa Prophetæ sunt: *Si mutare potest Äthyops pel Hieros. 1. 3.*  
*lemsuam, aut pardus varictates suas, & uos poteritis beneface*  
*re, cum didiceritis malum. Nunc ergo, cum in initio viæ es,*  
*in promptu habes virtutis viam, sine vlla difficultate eam*  
*tenere poteris, eam tene, & die cum Psalt. Cogitau vias*  
*meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Ec. viam veri- Psal. 118.*  
*tatis elegi iudicia tua non sum oblitus. Sed quæ via veritatis*
- B est, via certè vera ad ciuitatem illa est, quæ ducit ad ci-  
uitatem, nō quæ ampla, aut delitijs referta. Ita  
via veritatis illa dicitur, quæ nos ducit in  
cœlestem patriam, quæ nos ducit in  
regnū aeternum, &c.
- C

FINIS.

FINES

INDEX

LOCORVM SA-

CRÆ SCRIPTVRÆ QVI

obiter in hoc opere ex-  
plicantur.

*Primus numerus folium, secundus vero  
paginam significat.*

EX GENESI.

Cap. 2.



T Vidiit quod  
esset bonum.

31.A.

Inquacumq; ho-  
ra commederis morte morie-  
ris. 130. pag. 2.C.

Inspirauit in eo spiraculum ui-  
te. 298.B.

Posuit eum in paraliso ut ope-  
raretur. 299.B.

De ligno scientia boni & mali  
ne commendas. 363.A.

4. Quare tristis es, & cur conci-  
dit uultus tuus. 238.A.

5. Iste liberabit nos ab operibus  
manuum nostrarum, 80.C.

6. Pœnitet me fecisse hominem.  
23.A.

9. Maledictus puer Canferuus ser-  
uorum. 247. p. 2.B.

20. Memento de prehēsam. 235  
pag. 2.B.

22. Vidiit arietem inter uepres ha-  
rentem cornibus. 6. p. 2.A.  
Expectate hic cum asino donec  
reuertamur. 55.C.

26. Seuit Isaac in terra Geraræ, &  
inuenit, &c. 285. pag. 2.C.  
289. p. 2.A.

Duae sunt gentes in utero tuo.  
12. p. 2.A.

27. Del tibi Deus de rore cœli, &  
de pin-

## Index locorum

- depinguendine terra. 256.  
pag. 2. B.
35. Si contra Deū fortis faisti, quā  
to magis cōtra homines p̄r  
ualebis. 339. p. 2. A.
39. Accidit autem quadam die, ut  
intraret Ioseph, &c. 31. B.
40. Mem̄to mei, cūm bene tibiue  
rit. 256. C.
47. Si uost̄ in eis esse uiros indu-  
strios, cōstitue eas, &c. 168  
C. 285. p. 2. B.  
Alcebat eos, omnēm q̄ domū pa-  
tris sui. 342. B.
49. Congregamini filij Iacob, &  
audite Israēl. 247. A.

## EX EXODO.

- Cap. 3. V Adam & uidebo uisio-  
nē hāc magnā. 308. B
8. Abominationes Aegyptiorum  
sacrificabimus. 291. C.
13. Mementote diei buius, in qua  
egressi es sis. 291. p. 2. C.
- Armati ascenderūt filij Israēl.  
354. B.
17. Pugnabat Amalech contra Is-  
rael. 74. B. 82. C.
18. Preuide autē de omni plebe ui-  
ros sapientes. 17. p. 2. B.
19. Eritis mihi in peculium de cun-  
dīis populis. 293. A.
23. Ecce ego mittam Angelū meū  
qui precedat te. 311. A.
- Non coques H̄adū in lacte ma-  
tris. Iuc. 258. p. 2. A.

30. Non offeretis super eo thymia-  
ma. 302. 2. C.
32. Dimitte me, ut irascatur furor  
meus in eos. 25. B.
38. Fecit labrum æneum cum basi  
sua. 292. p. 2. B. 361. C.

## EX LEVITICO.

- Cap. 16. Nullus homo sit in ta-  
bernaculo, &c. 18. A
20. Sacerdotes Domini incensum  
& panes offerunt, &c. 21. C.
- Custodite legem meam & iudi-  
cia mea. 316. A.
22. Non immolabitur ovis una die  
cum filio suo. 258. p. 2. A.

## EX NUMERIS.

- Cap. 16. Tolle thuribulū, & haui-  
sto igne de altari. 248  
pag. 2. C.
- Multum erigimini filij Leui.  
286. C.
33. Quando transferitis Iordanem  
intrantes terram. 339. A.

## EX DEVTERONO.

- Cap. 4. V Os autem tulit Domi-  
nus de fornace fer-  
rea. 83. B.
7. Si dixeris in corde tuo plures  
sunt gentes. 32. A.
17. Postquam sederit Rex in regnū  
sui solio. 169. B.

## Sacræ scripturæ.

25. Si uir de sanctus sine liberis sit.

358. pag. 2. A.

32. Manus nostra exulta, & nō Do-  
minus fecit hec. 104. C.

Sagittas meas complebo in eis.  
185. p. 2 B. 188. p. 2. C.

Considerabo uouissima eorum.  
263. pag. 2. C.

33. Beniamin amantissimus Domi-  
ni. 341. A.

## EX IOS V E.

Cap. 10. C Alcate cervices eorū,  
nec eostimeatis. 81. A.

## EX LIB. IUDICVM.

1. Terram arentem dedisti mibi,  
dæ & irriguā. 275. p. 2. A.

3. Hæ sunt gentes quas Dominus  
dereliquit, ut eruditet Israēl  
199. A.

4. Damibi paululū aquæ, quia si-  
tio ualde. 273. p. 2. B.

5. Quare habitas inter duos ter-  
minos. 141. B.

Cor meum diligit principes Is-  
raēl. 73. C.

7. Multus est populus, nec trade-  
tur Madiān in manus eius.  
104. pag. 2. B.

13. Si Dominus nos occidere uoluif-  
set, &c. 240. B.

15. Tu dedisti in manus eui Sal-  
manassar. 271. pag. 2. B.

18. Sexenti uiri uenerunt in Lais  
ad populum, &c. 220. pag.  
2. A.

## EX R V T H.

Cap. 3. P Roicite de industria spi-  
cas ut absque rubore,  
&c. 244. C.

## EX LIB. I. REGVM.

Cap. 1. P Orrò loquebatur in corde  
suo. 352. A.

2. Si peccauerit uir in uirū, pla-  
cariei potest Deus. 53. C.

3. Nec uidere poterat lucernam  
Dei: antequam extingue-  
tur. 251. C.

Verbum fecit in Israel, quod  
qui audierint, &c. 72. A.

4. Afferamus ad nos de Sylo arcā  
föderis. 60. A. 75. A.

5. Caput autem Dagon, & due pal-  
mæ, &c. 290. pag. 2. B.

8. Constitue nobis regem, ut iudi-  
cet nos. 111. C.

13. Ascenderunt Satrapæ Philisti-  
norum in Masphat. 77. C.

14. Turbauit pater meus populum,  
si enim commedisset, &c. 80  
pag. 2. B.

15. Recensui, que fecit Amalech:  
Israeli. 107. C.

Porrò triumphator Israel non  
parcer. 23. A. 190. B.

16. Quando spiritus malus arripi-  
bat Saul. 247. B.

17. Quid dabitur uiro qui percus-  
serit, &c. 192. C.

Arma Philistæ posuit in

## Index locorum

tabernaculo suo. 6. A.

30. Puer Ægyptius ego sum seruus  
uiri Amalechitæ. 155. p.  
2.B.

## EX II. REGVM.

Cap. 3. **N**equaquam ut moris  
lent ignau , &c.

6. Quægloriosus fuit hodie Rex.  
209.B.

7. Quis ego sum Domine, & que  
domus mea. 110. p. 2.C.

12. Vnde Dominus, quia vir mortis  
est. 209. p. 2.C.

Etsi haec tibi parua uidetur, ad  
iiciam illi, &c. 298. p. 2.C.

14. Porro sicut Absalon non erat pul  
cher. 67. p. 2.A.

18. Tu solus pro decem milibus co  
putaris. 60. A.

19. Diligis odientes te, & odio ha  
bes diligentes. 248.C.

23. David sedens in cathedra sapien  
tissimus inter tres. 247.C.

O quis mihi daret de aquaci  
ferte. 273. C.

## EX III. REGVM.

Cap. 1. **C**um dormierit Domi  
nus rex Rex. 33. C

2. Mortem quidem mercantis, &c.  
13.B.

Contra animam suam petivit Ado  
nias Sunnanum. 98 p. 2.C

8. Si fugerit populus tuus Israel.

&c. 16.A.

10. Constituite regem, eo quod dile  
xit Deus Israel. 115.B.

11. Rex autem Salomon amauit  
mulieres. 372. C.

19. Emissit pallium super illum,  
qui statim &c. 289.C.

20. Custodi uirum istum, qui si la  
psus fuerit &c. 166. p. 2.B  
Et dixit percutere me, & ille nol  
luit percutere. 300. p. 2.C  
Vade & confortare, & sci  
to, & vide. 339. p. 2.A.

## EX III. REGVM.

Cap. 2. **V**bi est Deus Elie, etiam  
nunc. 74. p. 2.C.

S rue Dei, rex precepit, ut  
descenda. 247. p. 2.B.

6. Heu, Heu, Heu Domine mihi: quia  
mutuo illu acceperam. 111  
p. 2.C.

Vnde te possum saluare? de  
area, aut torcularis? 5. B.

10. Est cornuum rectum cum cor  
de meo. 250. A.

16. Cum uilisset altare Damasci.  
228. 3.

19. Cum accepisset literas, & legi  
scitas 79. p. 2.C.

## EX ESDRA.

2. Esd. 8. **S**TET IT Esdras super  
gradum ligneum.  
247.C.

3. Esd.

## Sacræ scripturæ.

3. Esd. 4. Videbat Apemem concubinā Regis. 127. p. 2. 3  
229. p. 2. C.

3. Esd. 6. Salmanassar subiecit fundimenta domus Domini.  
280. C.

4. Esd. 4. Plurimas a supersensum hominum offendit tibi.  
105. B.

## EX TOBIA.

Cap. 1. **C**um reuersus esset Rex Senacherib. 211.  
p. 2. B.

6. Extrah eum in fiscū. 228. A.

12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. 101. p. 2. C.

## EX IUDITH.

Cap. 7. **P**one custodes fontiū, ut non hauiant aquam.  
59. B.

8. Abrahā per multas tribulaciones probatus est. 198. C. 258  
p. 2. C.

31. Non est talis mulier super terrā in aspectu. 14. A.

## EX ESTHER.

Cap. 14. **E**sther quoque Regina confugit ad Dominum. 101. B.  
Tusci, quo l' nunquā letat fuit dilecta tua. 296. B.

## EX IOB.

Cap. 1. **E**xinde paululum mēnum tuam super eū.  
117. A.

3. Quare non in uulua mortuus sum. 161. C.

Qui expectant mortem, & non uenit. 136. C.

6. Quis det ut ueniat petitio mea,  
& quod exopto, &c. 269.  
p. 2. B.

7. Suspendim elegit anima mea.  
136. p. 2. B.

Quid est homo, quod magnificas cum. 352. p. 2. C.

Non me reprehendit cor meū.  
28. p. 2. B.

9. Neq; enim uiro, qui similis mei est, respondebo. 268. p. 2. C.  
Dies mei uelociores fuerūt cur-  
sore. 123. B.

10. Si iustus fuero, nō leuabo caput.  
87. p. 2. C.

13. Posuisti in neruo pedem meum.  
134. p. 2. C.

14. Mons cades defluit, saxū trans-  
fertur &c. 32. C.

16. Semitam, per quam non reuer-  
tar, ambulo. 364. p. 2. C.

20. Utinam impleatur uenter eius,  
ut intimirat in eum ira fur-  
ris sui. 107. p. 2. C.

Cum satiatus fuerit, arctabitur.  
188. p. 2. B.

26. Gigantes gemunt sub aquis.  
133. C.

29. Quis

# Index locorum

29. *Quis mibi det, ut sim iuxta mentes pristinos.* 305. pagina.  
 2.C.  
 30. *Clamo, & non exaudis me, sto, & non respicias.* 217. pagi.  
 2.C.  
 31. *Quis mihi tribuat adiutorem.*  
 8.C.  
 32. *Per singulos gradus meos pro-nuntiabo illum.* 8.p.2.B.  
 33. *Si fuerit Angelus pro eo lo-quens.* 335.A.  
 34. *Qui regnare facit hominem hy-pocritam.* 118.C.  
 38. *Per quam uiam lux spargitur.*  
 300. A.  
*Vsque huc uenies, & hic confrin-gestumētes fluctus.* 218.B.  
*Nunquid ingressus es profun-dum maris.* 80. A.  
*Quis conclusit ostijs mare.*  
 128.B.  
 29. *Nunquid alligabis Rhinocero-ta ad arandum loro suo.* 202  
 pag.2.A.  
*Nunquid præbebis equo fortitu-dinem.* 203.B.  
*Innidulo meo moriar, & sicut palma.* 262.A.  
 40. *Faciem eius præcedit egestas.*  
 305.C.  
*Nunquid illudes ei quasi aui.*  
 217.B. 20.B.  
 41. *Non ut crudelis suscitabo eum.*  
 199.C.

## EXPSALMIS.

- Psal. 2. *Quare fremuerūt gen-tes & populi, &c.*  
 73.A.  
*Reges eos in uirga ferrea;* 82.  
 p.2.C.  
*Et nunc reges intelligite.* 83:  
 pag.2.C.  
 7. *Consumetur nequitia peccatorū.*  
 280.p.2.C. 242.p.2.C.  
 8. *Quid est homo quod memor est eius.* 352.p.2.C.  
 10. *Vides quoniam tu laborem & do-lorem consideras.* 108.p.  
 2.A.  
*Pluet super peccatores laqueos ignis.* 187.p.2.B.  
 14. *Dominus quis habitabit in taber-naculo tuo.* 347.B.  
 16. *Dominus illuminatio mea.* 93  
 pag.2.B.  
 18. *Sime si non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* 218.C.  
*Cælenarrant gloriā Dei.* 299  
 pag.2.B.  
 21. *Titulus uictori procerua matu-tina.* 271.p.2.A.  
*Circundederunt me canes multi*  
 271.pag.2.A.  
 24. *Respic in me & miserere mei.*  
 35.A.  
*Quoniam odio iniquo oderunt me.* 212.p.2.  
 26. *Abscedit me in tabernaculo suo*  
 265.p.2.A.  
*Tibi dixit cor meum, exquisi-tum te*

## Sacrae scripturæ.

- uitte facies mea. 370. p. 2. C.  
28. Vox Domini preparans cœrus,  
et reuelabit, &c. 310. B.  
29. Auertisti faciem tuam et factus  
sum, &c. 35. A.  
30. Quam magna multitudo dulce-  
dinus tue. 345. C.  
31. Conuersus sum in crux mea  
ducofigitur spina. 30. p. 2. C.  
Quoniam tacui in heterogenia  
ossa mea. 42. A.  
37. Misericordia factum est, et curuatus  
sum. 241. p. 2. B.  
38. Loquutus sum in lingua mea.  
367. A.  
Notum fac mihi Domine finem  
meum. 138. p. 2. A.  
39. In capite libri scriptum est de  
me ut sacerdem voluntatem.  
277. C.  
41. Sicut desiderat cœrus ad fontes  
aquarem. 271. p. 2. A.  
42. Emittit lucem tuam et uerita-  
tem tuam. 35. C.  
43. Non enim in arcu meo sperabo.  
274. p. 2. A.  
Neque enim in gladio suo pos-  
sederunt terram. 86. A. 104.  
pag. 2. A.  
Exurge quare obdermis Domini  
ne. 255. pag. 2. B.  
48. Laborauit in æternum, et uiuet  
adhuc in finem. 190. A.  
Sicut oves in inferno posui  
sunt. 198. A.  
50. Et peccatum meum contra me  
cessit. 235. p. 2. B.  
11. p. 1.
151. Tota die iniustiam cogitauit  
linguas suæ. 327. C.  
Tunc uidebunt iusti et super eum  
ridebunt. 210. p. 2. A.  
Beati quorum remissæ sunt ini-  
quitates. 41. B.  
57. Prinqua intelligeret spinæ ue-  
stre xhamnum. 110. 8. A.  
61. Quousq; irruitis in hominem, in  
terficitis, &c. 272. p. 2. B.  
65. Holocasta medullata offeram  
tibi. 77. A.  
67. Farasti in conspectu meo men-  
sam. 75. p. 2. B.  
68. Appone iniuitatem super ini-  
quitates eorum. 70. C.  
Saluum me fac Deus, quoniam  
intrauerunt aquæ, &c. 259.  
A.  
Dederunt in escam meam fel,  
et insu mea, &c. 270. p.  
2. C.  
70. Ne proicias me in tempore se-  
ne quietis meæ. 303. C.  
Quoniam non cognoui literatu-  
ram. 172. B.  
72. Quam bonus Israël Deus, &c.  
mel autem penè moti sunt  
pedes. 106. C.  
73. Exurge Domine et iudica cau-  
san tuam. 79. C.  
Superbia eorum, qui te oderunt,  
assecidit semper. 211. p. 2. B.  
75. Terribili ei qui auferit spiritum  
principum. 128. p. 2. A.  
76. Renuit consolari anima mea.  
230. p. 2. C.  
B. b. 79. Qui

# Index locorum

79. Qui regis Israhel intende, qui  
     deducis, ex c. 8. p. C.  
 80. Si populus meus audisset me,  
     Israhel, ex c. 70. p. 2. C.  
 83. Beatus vir cuius est auxilium  
     abstr. 3. p. C.  
 88. Beatus populus qui fecit libera-  
     tiam, ex c. 349. B. 350. pag.  
     2. B.  
 89. Vixi ab in uirga iniurias  
     eorum, ex c. 366. p. 2. A.  
 89. Letatim sumus pro diebus, qui  
     nobis nos humilitati, ex c. 200. B.  
 90. Quoniam Angelis suis maledixit  
     de te, ex c. 311. A.  
 92. Dominu tuam decet sanctitudo,  
     ex c. 222. p. 2. A.  
 95. Dicite in nationibus quia regna-  
     uit a ligno Deus, ex c. 7. A.  
 100. In iustino interficiebas om-  
     nes peccatores terrae, ex c. 365.  
     C.  
 101. Aruit cor meum quia oblitus  
     sum comedere panem meu-  
     num, ex c. 59. p. 2. B. u. maior.  
 102. Quomodo miseretur pater fi-  
     liorum, misertus est Domi-  
     nus, ex c. 241. p. 2. C.  
 103. Panis cor hominis confirmet,  
     ex c. 88. A.  
 105. Et uictus est Moyses propter  
     eos, ex c. 228. A.  
 110. Patres nostri in Egypto non  
     intellexerunt mirabilis tua  
     47. pag. 2. B.  
 106. Et appropinquauerunt usque ad  
     portas mortis, ex c. 68. p. 2. A.
102. Dixit et stetit spiritus procel-  
     lae, ex c. 201. B.  
 108. Os meum aperui, et attraxi spi-  
     ritum, ex c. 34. C.  
 109. Tu es sacerdos in aeternum se-  
     cundum ordinem Melchis-  
     dei, ex c. 23. B.  
 110. Iurauit Dominus et non poeni-  
     tebit cum, ex c. 22. p. 2. C.  
 118. Propter herbae biorum tuo-  
     rum ego custodiui uias duras  
     192. B.  
 120. Ampula opprobrium meum  
     quod suspicatur sum, ex c. 30. A.  
 121. Omnis consummationis uidi fi-  
     nem, ex c. 280. C. 281. p. 2. A.  
 122. Bonitate, et disciplina, et scien-  
     tiam docce me, ex c. 68. B.  
 136. Proba me Deus et seito cor  
     meum, et interroga, ex c.  
     243. pag. 2. B.  
 147. Lauda Hierusalem Dominum,  
     et cetera, et adipice frumenti sa-  
     ti atque, ex c. 193. p. 2. C.

## EX PROVERBIIS.

- Cap. 2. Si quesieris sapientiam qua-  
     si pecuniam, ex c. 32. C.  
 5. Ne de saliens honorem tuum, et  
     annosthos crudeli, ex c. 365. B.  
 9. Scientia sanctorum prudentia,  
     324. B.  
 10. Quasi per risum fultus opera-  
     tur scelus, ex c. 30. A.  
 11. Nea proderum diuinitate in die  
     ultimo, ex c. 116. pag. 2. C.

## sacrae scripturæ.

14. Innocens credit omnino verbo, astutus considerat gressus. 2 1 5.  
 pag. 2. A.
16. Pondus & statuta iudicia Domini  
 ni. 1 0 6. p. 2. A.
19. Pestilens flagellatio stultus sa-  
 plior erit. 3 6 6. B.
21. Testis mendax peribit, vir obe-  
 diens loquetur historias. }  
 3 0 9. p. 2. B.
23. Quando sederis ut comedas cibas  
 principe. 5 1. B. 10 H.
27. Astutus uidens malum abscon-  
 ditus est. 2 1 5. pag. 2. A.  
 3 6 4. A.
28. Beatus homo, qui semper est pauci-  
 dus. 2 0 1. p. 2. A.
29. Humilem spiritu suscipiet glo-  
 riam. 4 4. C.
30. Generatio que sibi uidetur mu-  
 da. 3 4. pag. 2. A.  
 Ne accusetseruum ad Dominum  
 suum, 2 5 1. p. 2. C.

## EX ECCLESIASTE.

- Cap. 3. Tempus seminandi, &  
 tempus metendi. 2 4.  
 pag. 2. C.
4. Custodi prudem tuum, ingrediens  
 domum Dei. 3 0 9. pagina. 2.  
 C. 3 3 4. C.
5. Ne temere loquaris, &c. 3 3 4.  
 C.
9. Quodcumque potest manus tua  
 infra operare. 2 2 4. p.  
 2. B.

10. Initium omnis peccati super-  
 bia, qui tenuerit illam, &c.  
 2 2 5. pag. 2. C.
- Vidi seruos in equis, & princi-  
 pes ambulantes super terrā.  
 2 2 8. pag. 2. A.
- In pigritiis humiliabitur conti-  
 gnatio. 3 0 6. p. 2. C. 3 1.  
 pag. 2. C.
- Fili mi in mansuetudine serua  
 animam tuam. 2 3 2. A.
11. Si spiritus potestatem habens  
 ascenderit super te. 2 0 2. A.  
 2 1 9. pag. 2. B.

## EX SAPIENTIA:

- Cap. 11. In malevolam animam non  
 intrabit sapientia. 3 6 8.  
 pag. 2. C.
2. Dixerunt impij, & exiguum  
 & cū tedium est tempus uite  
 nostre. 1 2 1. pag. 2. B.
2. Coronem nos rosis antequam  
 mancefantur. 1 1 1. A.
3. Iustorum anime in manu Dei  
 sunt. 2 8 5. A.
7. In emolumenis nutritus sum.  
 1 0 1. 1 1 4. A.
- Sum ego mortalishomo, simi-  
 laril hominibus. 1 1 8. p 2. C.
- Quoniam antecedebat me sa-  
 pientia. 3 4 2. pag. 2. B.
8. Non habet amaritudinem con-  
 uersatio eius. 3 3 1. pagina  
 1 1 8 2. C. 2 1 1 0 3. X. 1
- Et sciui quoniam aliter non  
 possem esse cotines. 2 3 2. C.

# Index locorum

10. Descenditque cum illo infameam,  
et in inimicis &c. 265. C  
Honestavit illum in laboribus.  
100. B
13. A magnitudine enim speciei crea-  
tur a. 3. 44. C
18. Inneste pôderis, quam habebat.  
27. p. 2. C

## EX CANTICIS.

- Cap. 1. O Lrum effusum nomen  
suum. 2. p. 2. B
2. Ut filium inter spinas sic ami-  
cam a. 6. A
3. Egressynini filie Sion, & uide  
ter regem uestrum. 68. A
- NON Quasi uirgula fumi ex aroma-  
tibis. 257. p. 2. A
- Quae est ista que ascendit sicut  
uirgula fumi. 126. C.
346. p. 2. C
4. Cyprus cum Nardo, Nardus &  
coccus. 126. B
5. Animam a liquefacta est. 246.
121. p. 2. A
6. Terribilis ut castrorū acies or-  
dinata. 221. p. 2. A
- Pulchra ut luna, eleata ut sol.  
14. p. 2. B
7. Venter tuus sicut acceruus tri-  
tici. 12. p. 2. A
8. Apprehendam te, & ducam in  
domum matris meæ. 350. C.

## EX ECCLESIAST.

- Cap. 4. N On confundaris confi-

- gia, ad terri peccata tua. 34. B
- Pro anima tua ne confundaris  
dicere uerum. 43. B
6. Amico fidelium nullæ est compara-  
tio. 42. p. 2. A
- In opere ipsis modicum labo-  
rabis. 348. p. 2. B
10. Initium omnis peccati superbia.  
41. p. 2. C
19. Audisti uerbum proximi tui.  
326. p. 2. C
20. Hodie faceretur quis, & cras  
expedit. 90. p. 2. C
21. Quasi à facie colubris fugi pec-  
catum. 35. p. B
24. Qui creauit me, requieuit in ta-  
bernaculo meo. 12. B
26. Difficile exuetur negotians a ne-  
gligentia. 172. A
28. Flagelli plaga liuorem facit.  
327. p. 2. C
30. Mortuus est pater eius, & quasi  
non est mortuus. 111. A
180. p. 2. A
33. In omnibus operibus tuis pre-  
excellens esto. 52. pagin.  
12. B
- Multam malitiam docuit otiosi  
tas 226. p. 2. A
34. Sicut qui apprehendit uentum,  
& sequitur umbram.  
123. C
- Vnus ædificans, & unus de-  
struens. 97. p. 2. B
38. In mortuum producio lachry-  
mas & quasi dira passus.  
144. C

# sacræ scripturæ.

41. Mors, sanguis, contentio, romphæa. 66.B.  
 46. Ut sit memoria eorum in benedictione. 354.C  
 Quorum non est corruptum cor  
356.pug. 2.A  
 47. Ipse quasi signaculum in dextera manu Israeli. 267.A  
 Sicut adeps separatus à carne,  
sic David. 296.C
- EX ISAIA.

- Cap. 1. **Q**uo mibi multitudo uitimaru uestrarum.  
76.p.2.C.  
 2. Oculi sublimes hominis humilitati sunt. 183.B  
 3. Apprehendet enim uir fratrem suum domesticum. 265.  
pag. 2.A  
 5. Qui dicitis festinet, & cito ueniat. 83.p.2.B  
 Qui dicitis bonum malum, & malum bonum. 209.p.2.B  
 10. Mandauit ei, ut auferat spolia, & diuidat prædam. 169.A  
 12. Notas facite populis adiuventione eius. 87.C  
 Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. 59.B.  
233.pag.2.C.  
 24. Agitatione agitatitur terra, si-  
cute ebrius. 189.p.2.C.  
 25. Et faciet Dominus in monte hoc conuinium pinguium. 199.  
pug. 2.B

26. Nomen tuum, & memoriale tuum  
in desiderio animæ. 2.p.2.A  
 Vrbs fortitudinis nostræ Sion.  
288.p.2.C. 355.B  
 In terra sanctorum iniquè ges-  
tit. 291.A  
 Possederunt nos Domini abs-  
quæ te. 297.A  
 Anima mea desiderauit te in  
nocte. 322.A  
 28. Væ coronæ superbiæ filii E-  
phraim. 9.B  
 Quem docebit scientiam, &c.  
ablattatos a lacte. 124.pa-  
gina. 2.A  
 Delebitur foedus uestrum cum  
morte. 279.A  
 30. A uoce Domini paucibit Asur  
uirga percussus. 84.B. 189  
pag. 2.B  
 Præparata est ab heri To-  
pheth. 186.p.2.B  
 37. Cui exprobrasti, & quem blas-  
phemasti? 79.p.2.C  
 40. Qui sperant in Dño mutabunt  
fortitudinem. 288.p.2.A  
 43. Glorificabit me bestia agri.  
256.pag.2.C  
 44. Artifex lignarius fecit norma  
158.p.2.C  
 49. Dixit Sion, dereliquit me Do-  
minus. 199.p.2.A  
 Muri tui coram oculis meis sem-  
per. 355.p.2.B  
 52. Reuelauit Dominus brachium  
suum. 22.p.2.B  
 53. Omnes nos sicut oves errau-  
it

## Index locorum

- mus. 32. pag. 2. A  
54. Ad punctum in modico dereliquite. 265. B  
56. Latifscabo eos in domo orationis m<sup>r</sup>. e. 331. p. 2. A.  
58. Me etenim de die in die querrunt. 96. p. 2. B  
61. Omnes qui uiderint eos cognoscent illos. 27. pag. 2. B.  
150 pag. 2. B  
66. Et ponam in eis signum, & mitam ex eis. 150. C.
30. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. 70. pagina. 2. B.  
51. Desertum faciam in mari eius, & siccabo uenam eius. 274 p. 2. B.

## EX THRENIS.

- Cap. 3. **R** Epleuit me amaritudinis nibus. 279. B. 303 pag. 2. C

## EX HIEREMIA:

- Cap. 1. **E**cce constitui te hodie super gentes, & regna pergent. 236. pag. 2. C  
2. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam. 303. pag. 2. C.  
4. Ventrem meū doleo. 370. A.  
6. State super vias uestras & interrogate. 62. A.  
7. Duplici contritione contere eos. 155. C  
8. Nemo quod bonum est loquitur, nullus est, qui agat, &c. 31. C  
Nunquid resina non est in Gallaad. 238. p. 2. A  
12. Desolatione desolata est terra. 244. p. 2. B  
13. Sedete in terra, quoniam descendet de capite uestro corona gloria. 9. C  
17. Perdix fouet, quae non peperit. 2. C.

## EX EZECHIELE.

- Cap. 4. **S**um me tibi laterem, & scribe in eo ciuitatem. 197. C  
16. Haec fuit iniquitas Sodomæ sororistæ. 225. p. 2. C.  
22. Quæsiu de eis uirum, qui interponeret se p<sup>r</sup>e. 248 p. 2. B.  
28. Non erit ultra spina dolorē inferens. 9. p. 2. C.  
Etu Cherub extentus, & protegens. 13. p. 2. C.  
39. Conuenite, concurrите undiq; ad uictimam. 76. C.  
48. Et nomen ciuitatis illius Domini nusi bidem. 196. A.

## EX DANIELE.

- Cap. 1. **I**n quibus nulla esset macula, decoros forma. 26. pag. 2. C.  
2. Exceptis diis, quorum cum hominib

## Sacrae scripturæ.

- minibus non est conuersatio.  
330. pag. 2.C.
4. Videba, & ecce arbor in medio  
terre. 113. pag. 2.B.
5. Apparuerunt digiti quasi homi-  
nis. 177.A.
8. Vidi arietem uentilantem cor-  
nib⁹ cōtra Orientē. 182.A
10. Succidite arborem, procidite  
ramos. 129.p.2.C

## EX OSEA.

- Cap. 7. Cōmmederunt alieni ro-  
burcius. 306.p.2 C
- Veis, quoniā recesserunt à  
me, uastabuntur. 66. pagi.  
2.B.
9. Ephraim quasi uis auolauit,  
gloria eorum à partu. 113  
pag 2.A
11. Quomodo dabo te Ephraim.  
108. pag.3
12. In fortitudine sua directus est  
cum Angelo. 139.B
13. De manu mortis liberabo eos,  
de morte redimam eos. 137  
pag.2.C
- Collig t: est iniq̄itas Ephra-  
im. 41.A
14. Tollite uobiscum uerba, & con-  
uertimini. 33.p.2.B

## EX AMOS.

- Cap. 1. S Vper tribus sceleritus  
Damasci. 107. pagi.  
2.C

3. Tantummodo uos cognoui ex  
omnibus generationibus ter-  
re. 66.C
4. Ego prohibui à uobis imbrems  
cum adhuc tres menses. 65.  
pag. 2.B

## EX IONA.

- Cap. 2. P Elagus operuit caput  
meum. 6.C.
4. Præparauit Dominus hederā.  
117. pag. 2.C

## EX MICHAËA.

- Cap. 6. Q Vid dignum offerant  
Deo. 47. p 2.A.
7. Præcocas ficus desiderauit ani-  
ma mea. 315.A

## EX NAHVM.

- Cap. 1. N Oc̄ojurget duplex tri-  
bulatio. 362.A.
3. Plures fecisti negotiationes tuas,  
quim stellæ sunt cæli. 171.C

## EX ABACVCH.

- Cap. 2. S Vper custodiam meā sta-  
bo, & figam gradum.  
300.C
3. Ingrediatur putredo in ossibus  
meis, & subter me scateat. 191.B

## EX SOPHONIA.

- Cap. 1. V lsiabo uper principes,  
&c. & qui induit iunct  
ueste perigrina. 290. C.  
300. pag. 2 A

## Index locorum

### EX AGGAEO.

**C**ap. 1. **P**onite corda uestra super uias uestras, semina stis multum. 169.A

### EX ZACHARIA.

**C**ap. 3. **E**T ostendit mihi Domi nus iesum sacerdotem magnum. 335.B

4. Manus Zorobabel fundauerunt eam. 280.p.2.B.

8. Apprehendent decem homines ex omnibus linguis. 348. pag.2.C

9. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius. 45.p.2 B. 233.p.2.C. 78.p.2.C

14. Erit, quod super frænum equi est, sanctum. 288.B

### EX MACHABAEIS.

**L**ib. 1. **E**T post hec decidit in le-  
ctū, & cognovit, quod

moretetur. 156.pagina.2.C

2. Omnis qui zelum habet legis, exeat post me. 208.C

3. Quoniā nō in multitudine exer citus vicit oria belli. 105.C

5. Faciamus & ip̄i nobis nomen. 220.A

7. Homo sacerdos de semine Aarō uenit, nō decipiet nos. 113.3

**L**ib. 2. Sacerdotes accepto igne de al-

Cap. 1. tari absconderunt. 319.B. 330.B

3. Virgines, que conclusæ erant, procurebant. 292.p.2.C

6. Recessit somnus ab oculis meis. 125.p.2.A

### EX MATTHAEO.

**C**ap. 6. **Q**uerite primum regnum Dei, & iustitiā eius. 172.p.2.A

7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. 326.B

10. Vermis eorum non morietur. 198.C

11. Venite ad me omnes qui laboratis. 161.B. 266.C.

12. Ecce nos reliquimus omnia, & sequitur sumus te. 296. pagina.2.B

13. Quem qui inuenit homo, pre gaudio, &c. 348.p.2.A  
Sinite utraque crescere usque ad messem. 107. pagina. 2.B

15. Habenti dabatur & abundabit, & autem, &c. 149. pagina. 2.A

16. Unus uestrum diabolus est. 221.A

19. Centuplum accipiet, & uitam æteruan posidebit. 294. pag.2.C

21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti. 199.C

23. Sanguis eius super nos, & su per filios nostros. 273.C

24. Duo erant in lecto, & unus affu metur.

## Sacræ scripturæ.

metur. 292.B.

26. Hæc quoticecunque feceritis.

2.A

Transeat à me calix iste, uerum  
tamen non mea. 264. pag.

2.A

## EX MARCO.

Cap. 13. **M**agister aspice quales  
lapides. 318.B

## EX LVCA.

Cap. 1. **E**t regnicius non erit fi-  
nis. 7.B

2. Et tuam ipsius animam pertran-  
sibit gladi<sup>o</sup> doloris. 259.B

3. Ge*n*ima uiperarū quis uos do-  
cebit. 326. pag. 2.A

Qui habet duas tunicas, det  
unam non habenti. 169.C

9. Tollat crucem suam quotidie.  
245. p. 2.B.

Vis dicimus, et descendat ig-  
nis. 247. p. 2.C

11. Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie. 61. pagi-  
na. 2.B

Si ego in Beelzebub eiicio dæ-  
monia. 19. p. 2.C

12. Non est unus passer in obliuio-  
ne coram Deo. 102. pagi-  
na. 2.C

13. Dicite uulpi illi, hodie, et cras  
eiicio dæmonia. 277.A

Putatis quod si Galilæi pre-

omnibus peccatores fuerūt;

72.A

14. Omnis, qui se humiliat, exalta-  
bitur. 43. pag. 2.A

## EX IOANNE.

Cap. 6. **Q**ui manducat me, uiuet  
propter me. 55.C

Durus est sermo iste, et quis po-  
test sustinere illud. 59.C

12. Qui mihi ministrat, honorifi-  
cabit eū pater meus. 352.  
pag. 2.A

14. Si diligitis me mandata mea ser-  
uate. 287. p. 2.C

Quem mundus non potest reci-  
pere, nec scit eum. 204. pa-  
gina. 2.C

16. Usque modo non petitis quic-  
quam in nomine meo. 99.B

Exemplum meum dedi uobis.  
26.A

19. Stabat iuxta crucem Maria ma-  
ter eius. 258. p. 2.A

20. Potestatem habeo ponendi ani-  
mam meam. 283. pagina  
2.A

Cum insufflauit dixit, accipi-  
te spiritum sanctum. 34.C

## EX ACTIS APO- stolorum.

Cap. 4. **C**redentium erat cor  
unum & anima una

325.B

Bbb 5 g. Cur

# Index locorum

5. Cur tentauit Satan cor tuū men-  
tiri Spiritui sancto. 39. p. 4.  
gina. 2. C.
17. Cui titulus erat ignoto Deo.  
65. C.
- AD ROMANOS.**
- Cap. 1. **R**euelatur tra Dei dece-  
lo super omnem ini-  
quitatem. 70. p. 2. A.
3. Quid amplius Iudeo, quam  
Græco, & quæ utilites, &c.  
310. C.
5. Regnauit mors ab Adam usque  
ad Moysem. 133. p. 2. C.
- Per unum hominem peccatum  
introuit in mundū. 363. A.
6. Non regnet peccatum in nostro  
mortali corpore. 230. C.  
233. A.
7. Non quod volo bonum ago, sed  
quod odi malum. 131. C.
8. Spiritus adiuuat infirmitatem  
nostram. 100. p. 2. C.
- Omnis creatura in gemiscit, &  
parturit. 146. p. 2. C.
11. Tu autem fide stas, noli altum  
sapere, sed time. 71. pagi-  
na. 2. C.
12. Spe gaudentes, in tribulatione  
patientes. 11. p. 2. C.
- Vt exhibeat corpora uestra hostiā  
uiuentem. 296. A.
13. Plenitudo ergo legis est dile-  
ctio. 324. pag. 2. C.
15. Debemus autem nos firmiores.  
229. C.

## EX 1. CORINTHIO.

- Cap. 1. **Q**uoniam diuites facti estis  
in illo. 45. p. 2. C.
2. Nec oculus uidit, nec auris au-  
dituit. 194. pag. C.
4. Mibi pro minimo est, ut a no-  
bis iudicer. 210. A.
5. Non ego sed gratia Dei meū.  
237. pag. 2. A.
6. Contemptibiles, qui sunt in Ec-  
clesia, constituite. 17. p. 4.  
gina. 2. B.
- An nescitis quod membra ue-  
stra templum sunt Spiritus  
sancti. 232. pag. 2. A.
- Nescitis quoniam corpora ue-  
stra membra sunt, Christi.  
231. A.
9. Et illi quidem ut corruptibilem  
coronam accipiant. 9. p. 4.  
gina. 2. A.
10. Non patietur uos tentari ultra  
id quod potestis. 202. B.
11. **Q**uod tescunq; manducabitis pa-  
rem hunc. 2. A.
- Ideo inter uos multi imbecilles  
53. pag. 2. C. 60. pagina.  
2. C.
- Reus erit corporis et sanguini-  
nis Domini. 60. p. 2. A.
12. Non diuidicans corpus Domi-  
ni. 55. pag. 2. B.
15. Absorptia est mors in uictoria  
ubi est mors uictoria tua?  
53 pag. 2. B.

Semi-

## sacræ scripturæ.

Seminatur in corruptione,  
surgit in incorruptionem.  
134.C

## EX 2. AD CORINTH

- Cap.1. **S**upradictum gratia tu-  
mus, 267.B  
2. Non ignoramus cogitationes  
eius. 114.p.2.C  
4. Deus, qui dixit de tenebris la-  
men splendescere. 349.B  
8. Altissima paupertas eorum  
abundabit in diuitias. 293  
p.2.C  
9. Qui parcè seminat, parcè &  
metet. 52.pag.2.C  
10. Arma militie nostræ non car-  
nalis 72.p.2.C  
12. Sufficit tibi gratia mea. 109.  
B.  
Virtus infirmitate perficitur  
200.pag.2.C  
Ne magnitudo revelationum  
extollat me. 201.A

## AD GALATAS.

- Cap.4. **M**ajoris testamenti me  
dicatore est. 258.B  
5. Si spiritu ducimini, nō estis sub  
lege. 288.C  
Currebatis bene, quis uos impe  
diuit. 294.p.2.A

## AD EPHESIOS.

- Cap.3. **E**autē, qui potest omnia  
facere superabundan  
ter. 89.C

## AD PHILIPPEN.

- Cap.1. **M**ibi uiuere Christus est,  
& mori lucru. 135.  
pag.2.C  
2. Dedit illi nomen quod est super  
omne nomen. 3.C  
3. Multi ambulant, quos se pè di-  
cebam uobis. 226.p.2.C

## AD COLOSSEN.

- Cap.1. **A**dimplco ea que desunt  
passioni Christi in  
carne mea. 67.p.2.C  
Spolians principatus & pote-  
stutes 81.p.2.C  
Impleamini agnitione uolun-  
tatis eius. 288.B  
Qui dignos nos fecit in par-  
tem fortis sanctorū. 299.A

## 1.THESSALONICEN.

- Cap.3. **N**e forte tentauerit uos  
is, qui tentat. 211.  
pag. 2.A  
4. Visciat unusquisque uas suum  
possidere. 244.A

## 2. THESSALONIC.

- Cap.1. **C**um uenerit glorificari  
in sanctis suis. 354.  
pag. 2.B  
2. Ideo immittet illis Deus ope-  
rationem erroris. 71.C

# Index locorum

## EX 1. AD TIMOTH.

Cap. 2. **O**bsecro primum omnium fieri obsecrations. 49.A.115.C

6. Tu autem homo Dei haec fuge, sectare iustitiam. 19.B

## 2. AD TIMOTHÆVM

Cap. 4. **M**inisterium tuum implice. 4.C

Bonum certamen certavi, consummaui. 199. pagina. 2.C

## AD HEBRÆOS.

Cap. 5. **Q**vi in diebus carnis sue preces, supplicatio- nesq. 23. pag. 2.B. 249.B

Cū deberetis esse magistri propter tempus. 341.p.2.B

7. Accedens per semetipsum ad Deum. 24.C

9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. 48.A

Vbi testamentum est, mōrē ne- cessē est intercedat. 279.B Statutum est hominibus semel mori 363.2.B

10. Non deserentes collectionē no- stram. 136.C

11. Aspiciens enim in remunera- tionem. 192.p.2.A

12. Aspicientes in authorem fidei. 276.B.

## EX IACOBO.

Cap. 1. **V**Nusquisque tentatur à concupiscentia sua. 242.A.

4. Hodie autem crastino ibimus in illam ciuitatem. 175.p.2.C

5. Patientes igitur estote fratres usque ad aduentum. 90.C

Heliashomo erat similis nobis passibilis. 100.A

## EX CANONIC.PETR.

1. Cap. 4. **A**nte omnia autem mu- tuam in nobis cha- ritatem. 330.A

2. Cap. 1. Fratres magis satagite, ut per bona opera certā ue- stram uocationem facia- tis. 38.p.2.C

## EX CANONIC.IOAN.

1. Cap. 1. **S**I dixerimus quod pec- catum non habemus 28.pag.2.A

2. Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris. 49.C. Vos qui audistis ab initio, in uobis permaneat. 61. pag. 2.C

Nunc filij Dei sumus, sed non dum apparuit quid erimus. 193.A

5. Totus mundus in maligno posi- situs est. 206.B

EX

## Sacræ scripturæ.

EX IVDA THADÆO.

S *P*ramantes confusiones suas.  
128.C.

EX APOCALYPSI.

Cap. 1. S *imilis filio hominis uesti*  
*tus podere.* 27. pag.

2.B.

*In ore eius gladius acutus.*  
185.C

*Ego sum Alpha, & omega. princi-*  
*cipium & finis.* 282. A.

2. Vincenti dabo manna abscondi-  
tum. 345.B

*Sed habeo aduersum se pauca.*  
305.B

3. Suadeo tibi emere à me aurum  
ignitum. 319.p.2.A.

8. Stetit Angelus ante altare ha-  
bens thuribulum. 334.pag.

2.C

*Factum est silentium in celo.*  
337.p.2.B.

12. Factum est prælium magnum in  
celo. 72.p.B

14. Ecce agnus stabat supra mon-  
tem Sion. 212.B.

*Mitte falcem tuam acutam, &*  
*uindemia.* 128.p.2.C

*Vidi sedentem similem filio ho-*  
*minis habentem in capite suo*  
*coronam auream.* 7.p.2.A.

15. Exite de illa populus meus, &  
ne participes sitis. 207.C

19. De ore eius procedit gladius ex  
utriusque parte acutus. 83.C

22. Et ostendit mihi fluum aquæ  
uiue. 63.C.

## INDEX

Ex

# INDEX RERUM ET VERBORVM, QVÆ in hoc opere continentur.

*Numerus primus indicat folium: Secundus  
paginam cum litera.*

## A.

- A**negatio passionū quam meritoria fit. 242. p. 2. A  
Abnegatio affectuum per orationem & quam necessaria fit. 339. B. quam difficilis. 339. pag. 2. C  
Absentia Dei quomodo ferēda est. 349. B  
Accusatores in die iudicij qui erunt. 183. pag. 2. B  
Adam ad quid positus fuit in paradiſo. 299. B  
Adam ubi fuit norma religiosorum & in quo. 298. A  
Adam cur tam grauerter punitus est. 363. A  
Adæ datum est ut ponat nomina rebus. 1. B.

- Adinventiones Dei quales esse dicantur. 87. C  
Affectus, & inclinationes naturales cognoscēdē sunt. 243. B  
Alexander noluit figurari nisi ab Apelle. u. p. 2. A  
Amor Christi in quibus membris eius maxime ostēditur. 6. C  
Amor Dei magis acquiritur ex patientia quam speculatio. ne. 324. B  
Amor non plene gaudet nisi ob sequendo rebus amati. 287. B  
Amantissimi sumus nostri. 95. C  
Animæ vastatio quam digna est sicut. 33. p. 2. A  
Animæ salus summum bonum est

& verborum.

- e**st, corporis insimum. 116.  
p. 2.B. 1. s. q. 1. c. 1. d.  
**A**nima carcer, & catena est cor-  
pus. 131. B. 134. pag. 2.C.  
139. B.  
**A**nima bonum est exire à cor-  
pore. 135. A.  
**A**nima suspendit desideratū  
136. p. 2.B.  
**A**nima instrumentum ad ope-  
ra est corpus. 143. p. 2.C.  
**A**nima plus est in amato, quā in  
corpore. 259. C.  
**A**nimus cito laetatur in exerci-  
tio virtutis. 303. B.  
**A**nimus quomodo sit renouan-  
dus. 306. C.  
**A**nim⁹ querēs Deū nō quiescit  
donec illū inueniat 336. p. 2.C.  
**A**ngelicus custodus deuotio defen-  
dit nos s̄ spē. 214. C.  
**A**naus apud Egypios signifi-  
catur per coronam. 8.B.  
**A**nnus nouitiatus religiosū ad  
quid ordinetur. 293. C.  
**A**ntichristus cum venerit, mili-  
tauit maximē contra Eucha-  
ristiam 59. pag. 2.A.  
**A**quila natura & ingenium.  
278. pag. 2.A.  
**A**quila renouatio est figura no-  
stræ renouationis. 306. pagi.  
2.A.  
**A**rietis natura, & eius ingenium  
182. A.  
**A**stumere verba est cōfiteri. 33.  
pag. 2.B.
- A**theniensis cur inuocabat Deū  
ignotum. 65. B.  
**A**uerrois in quo carpebat legem  
Christi. 79. A.  
**A**uxilium Deitriplex in tribu-  
lationibus 264. B.  
Baptismi & poenitentie diffe-  
rentia. 358. B.  
Baptismus comparatur proba-  
tie pīseing. 360. p. 2.B.  
Beatitudinis cognitio quā neces-  
saria & utilis. 191. p. 2.B.  
Beatitudinis tractatio quam iu-  
cunda. 192. pag. 2.B.  
Beatitudo est cōuiuum pinguiū  
medullariorū. 193. B.  
Beatitudinis diuitię qua ratione  
superent omnia temporalia.  
194. A.  
Beatitudinis gloria exup erat vi-  
sa, audita, & intellecta. 195. A.  
Beatitudo est h̄ereditas Domini.  
196. B.  
Beatitudo accidentalis ex quo  
consistat. 196. p. 2.A.  
Benignitas Dei, & patientia in  
puniendo. 208. A.  
Bona temporalia etiam conce-  
duntur nobis per Christum.  
82. p. 2.C.  
Bona temporalia libet minima  
sint ex circumstantia sunt ma-  
xima. 117. p. 2.B.  
Bonatemporalia non liberant ho-  
minem ab infirmitate & mor-  
te. 148. pag. 2.C.

Bona

# Index rerum & verborum.

Bona temporalia datur à Deo, ut seruētur eius mādata. 156.B  
Bona temporalia sāpē continuantur, & non relinquuntur à religiosis. 295.pag. 2. A.  
Bona temporalia relinquere est signum perfectionis. 317. A.  
Bona temporalia non sunt astricta. 318.C.  
Bonitate ingreditur ad scientias & disciplinas. 368.A.

## C.

**C**aro incitat ad voluptuosa & turpia. 224.p.2.B.  
Carnis castigatio quam necessaria. 227.p.2.B.  
Caro mouetur sine rationis impetu. 229.p.2.B  
Caro dicitur opprobrium nostrum. 230.A.  
Carnis peccatum maximè punitur à Dō. 230.p.2.A  
Capilli significat superfluas cogitationes. 19.B  
Capillorum tonsura quid significet. 19.A  
Caput & cor sunt membra precipua hominis. 6.B  
Castitatis voto quid offeramus Deo. 296.A  
Charitas operit multitudinem peccatorum. 41.C  
Charitas semper conseruanda est 319.B. 251.C. septem gratus eius. 320.B. facit interra vitam cælestem. 325.C.

ea cognoscuntur veri Christiani. 325.p.2.B. in quo cōsistat. 326.A. quam benigna sit. 329.B

Centuplum quod religiosis promittuntar quid sit. 295.B  
Christi amor in quibus maximè ostenditur. 6.C  
Christus vicit Dāmonē eius armis. 6.B  
Christus est liber scriptus intus & foris. 8.C  
Christi corona est nudus iustorū 10.A  
Christus est sacerdos in aeternū 22.p.2.C  
Christus in Absalone figuratus est, & in quibus. 76.A  
Christi capilli dicuntur eius metita 67.p.2.C  
Christum intendere quomodo cupiant Angeli & homines. 68.A  
Christus & in cælo, & in terra est omnia omnibus. 75.C  
Christi caro in eucharistia est caro omniū pinguium. 76.C  
Christus spoliauit potestates, & principatus. 81.p.2.C  
Christus arefecit mortis venas. 138.A  
Christus venit ad iudicium particulare. 177.C  
Christus dicitur aries, & quare. 182.A  
Christus constitutus est iudex omnium. 181.B.

Chri-

## & verborum.

Christus dicitur aries, & quare.  
182.A

Christus est tenerim⁹ ligni ver-  
miculus. 247.pag. 2.A

Christi oratio pro cognoscēdis  
inimicis quotmodo exaudita  
fuit. 249.p. 2.B. Quo tempo  
re illam fecit. 247.pag. 2. B.  
Prius orat pro transgressoribus  
quam cōsoletur matrem  
suam. 248.C. Opposuit se in  
hac oratione irae Dei. 248.  
p. 2.C. Dedit in hac oratione  
exemplum nouum. 249. pa.  
2.C. 250.C. Excusat peccata  
hominum. 250.B. & p. 2.C.  
151.pag. 2.B.

Christus quare crucifixus fuerit  
inter latrones. 253.p. 2.B

Christus moritur in cruce tan-  
quam in nidulo suo. 262. A.  
In passione subiit poenā sen-  
sus, non vero damni. 263.p.  
2.C. Quot modis fuerit à Pa-  
tre derelictus. 264.B

Christus non oravit absolute ca-  
licem transire à se. 264. pa-  
gina. 2.A

Christus quomodo elegerit su-  
spendū in anima. 266.p2.A

Christus in passione compara-  
tus est ceruo. 261.C. Sitis eius  
ex quibus procedebat. 271.  
p. 2.A. Maxima fuit in corpo-  
re eius sitis. 271. pag. 2. B.  
multo maior fuit in anima.  
272.p. 2.A

Christo tempus suæ passionis  
parum visum est præ amoris  
magnitudine. 269.C

Christus quare sitiens moria-  
tur. 274.C

Christus cur comparetur pisci  
Tobiæ. 274.A

Christus satisfecit pro peccatis  
etiam in particulari. 275.A

In Christo omnia sunt consum-  
mata. 277.A

Christus in cruce vocavit mor-  
tem inclinato capite. 284.A

Christ⁹ cur multa docuit de mor-  
tificatione. 349.p. 2.C.

Christus ostendit nobis viā pau-  
peratis. 294.A

Christum imitari in virtutibus  
quam necessarium, & quo-  
modo. 340.A

Cognitio peccatorum est donū  
Dei. 34.pag. 2.B

Communio spiritualis quomo-  
do quotidie facienda. 50.B

Communicare in mortali quam  
graue peccatū sit. 53. C. 60.  
pag. 2.A

Concionator debet habere in se  
quæ docet. 151.p. 2.A

Confessarius bonus eligendus  
est & qualis. 34.A

Confessarij officium quale sit.  
236.p. 2.C

Confessio nulla & informis est  
ex defectu examinis. 36.A

Confessionis præceptū non es-  
se graue pondus. 39 p. 2.A

Ccc Con-

## Index Rerum

- Confessionem dimidians cui est  
similis. 39. p. 2. C.
- Confessio sacramentalis conue-  
niētissime est instituta. 40. C.
- Confessio aliqua peccatorū est  
antiquissima. 42. A.
- Conscientiae examen quomo-  
do faciendum est. 30. p. 2. B.
- Conscientiae vermis quomodo  
cruciet in inferno. 189. C.
- Consilia reddunt hominem san-  
ctum, præcepta iustū. 288. C.
- Consilijs, præcepta melius ser-  
uantur. 288. p. 2. A.
- Consilia malorum quantum no-  
ceant, & quale peccatū. 209.  
pag. 2. A.
- Consilia comparantur pennis  
auium. 288. p. 2. A.
- Consilia sunt antemurale ciui-  
tatis. 288. C.
- Consuetudo prava difficile to-  
litur. 241. A.
- Continentia est donum Dei, &  
à Deo petendum. 232. p. 2. B.
- Contemplatio quæ sit & quo-  
modo habeatur. 337. p. 2. A.
- Eius via quæ sit. 338. B. 342  
p. 2. B. C. Multa iuuāt ad eā,  
& quæ sint. 343. p. 2. A. Eius  
dulcedo incenſibilis. 345.  
B. 347. pag. 2. A. Dicitur  
mons in vertice montis. 347  
C. Est duplex, in intellectu &  
voluntate. 348. B. Est circu-  
laris, recta, & obliqua. 350.  
pagi. 2. A. Eius materia est
- Deus, & quomodo. 351. A.
- Contemplatiū semper assistit  
Deo. 346. p. 2. C.
- Conuersio peccatoris nō est nisi  
à Deo. 34. p. 2. C. Pēdet etiā  
ab ipso homine. 239. C.
- Cordis mūditia præparatur ani-  
ma ad Eucharistiam. 54. pa-  
gina. 2. A.
- Corona Christi ex qua materia  
fuit composita. 6. C.
- Corona Christi significat eius  
regnum aeternum. 7. A.
- Corona peccatoris quæ dicitur  
9. B.
- Corona iustorum conficitur ex  
spinis. 9. pag. 2. B.
- Corporis castigatio quam ne-  
cessaria. 245. p. 2. B.
- Corpora nostra dicuntur mem-  
bra Christi. 231. A. Sunt in san-  
ctificationem data. 233. A.
- Sunt templa Spiritus sancti  
232. p. 2. A.
- Crux cuiusque est onus & obli-  
gatio proprij status. 4. pagi-  
na. 2. A.
- Crux cathedra fuit Christi.  
247. C.
- Cydaris est ornamentum capi-  
tis & quale. 7. p. 2. A.

## D.

- D**auid in tabernaculo posuit  
gladium victoriæ. 6. B.
- Dæmones timent reliquias san-  
ctorum. 353. p. 2. B.

Despe-

## & verborum.

Desperatio, & pusillanimitas  
quantum noceat. 237. p. 2. C  
Detractor comparatur ferræ.  
327. p. 2. A. Eiusdē quā sint  
contumeliosa verba ibid. C  
Detractionis vitiū maximē fu-  
giendum. 326. B.  
Deus nō denegat, quæ petimus  
licet differat dare. 89. pag. 2.  
A. 107. C  
Deus denegat minima, & con-  
cedit magna. 105. pag. 2. A.  
109. B  
Dei iudicia modo non intelligū-  
tur. 106. p. 2. A  
Dei & hominis in puniēdo dif-  
ferentia. 108. p. 2. B  
Deus nunquam deficit, licet om-  
nia deficiant. 116. B  
Deo recurrentum est in omni-  
bus necessitatibus. 119. C  
Deus aliter punit iustos, ac in-  
iustos. 127. A  
Deus est infinite bonus licet pu-  
niat pœna inferni. 186. pagi-  
na. 2. C  
Dei promissio non statim im-  
pletur. 198. C  
Deus reliquit nobis inimicos &  
quare. 198. p. 2. B. 200. pa-  
gina. 2. A  
Deus dat fortitudinem in tribu-  
lationibus. 203. p. 2. B  
Deus aliquos ex hominibus eli-  
git in suos. 293. B  
Deus al. quando se abscondit in  
oratione. 265. C

Deus quomodo honoret suos in  
hac vita. 352. p. 2. B. Et om-  
nia quæ iustorum sunt, 353.  
p. 2. A. 354. p. 2. A  
Deo & Angelis spectaculū su-  
mus, quando pugnamus con-  
tra vitiū. 222. B  
Dei nomina ex effectibus su-  
muntur. 3. B  
Diabolus quam noster inimi-  
cus. 211. A. 212. A  
Diabolus curat maxime retrahere ab Eucharistia percep-  
tione. 59. B  
Diabolus quomodo infirmus fa-  
ctus sit nobis. 82. B  
Diabolus aliter abstulit memo-  
riam mortis Adamo & nobis  
174. B  
Diabolus quare nos persequa-  
tur. 211. p. 2. A. 212. p. 2. B  
Diabolus odit hominē tāquam  
imaginem Dei. 211. p. 2. B  
Diabolipotentia & eius astutiae  
213. A. B. p. 2. B. 215. A. B.  
Diabolus nō cogendo, sed sua-  
dēdo nocet. 213. C. p. 2. B. C  
Diabolus potest alterare spiri-  
tus vitales, & animales, & hu-  
mores corporis. 214. C  
Diaboli suasionibus non cre-  
dendum. 215. p. 2. B  
Diabolus obseruat inclinatio-  
nes vt tentet. 216. B  
Diabolus diuersos diuersisten-  
tationibꝫ tentat. 216. pa. 2.  
A. 217. C

Ccc 2 Diabo.

## Index Rerum

- Diabolus suadet multa, quæ nō  
sunt peccata, & quare. 216.  
pag. 2.B. diurna tentatione  
vexat. 217. pag. 2.C. ingerit  
turpissimæ tentationes. 218.  
B. Ierupulis inquietat. 218.  
pag. 2.B. ad mutantum statu-  
tum, velexere itum invitat.  
219. pagin. 2.A. incipieutes  
ad indiscretos feruores inci-  
tat. 219. p. 2. C. hominibus  
tanquam suo instrumento uti-  
tur. 220 pag. 2.C. quo ordi-  
ne pugnat. 221. C.
- Diabolus fontes austert quibus  
misericordia Dei ad nos ve-  
nit. 274. B.
- Diaconorum munus in Eccles-  
ia quod sit. 20 pag. 2.B
- Dies passionis Christi vocatur  
dies lætitiae eius. 10.p. 2.A
- Dies ultimus quilibet dies est  
pensandus. 175. A
- Divitiæ diffusæ nomina dant re-  
bus, quibus diffunduntur. 2.  
pag. 2.C
- Divites paucis sint contenti, ne  
multa amittant. 171. p. 2.A.
- Divites difficile exeuntur à pec-  
catis. 172. A.
- Divites duo respicere debet, vt  
saluentur. 172. p. 2.B
- Divitiæ quam vanæ sunt & nō  
durant. 225. C
- Divites quam sollicitè congre-  
gregant divitias. 225. A
- Divites saluarinon est impossi-  
bile, sed difficile. 316. p. 2. B
- Dolor de peccatis necessarius,  
& qualis debeat esse. 36 pa-  
gin. 2.B.C
- E.
- Ecclesiæ cōtemptibiles qui  
dicantur. 17. p. 2.C
- Ecclesia habet potestatem pu-  
niendi. 72. p. 2.A
- Ecclesia potest se vlcisci in infide-  
les haereticos illam de bellan-  
tes ibidem. C
- Ecclesia habet duos gladios ad  
puniendum 73. A
- Ecclesia instituit imperatoriam  
potestatem. 73. C
- Ecclesia adiuuatur à regibus, vt  
se defendat. 73. p. 2.A
- Ecclesia adiuuanda est maxime  
orationibus. 74. A
- Ecclesiæ potestates duæ sunt.  
83. pag. 2.B
- Ægyptij mortui effigiem in con-  
stituuis ponebant. 174. p. 2.C.
- Æternitatis pœna quam maxi-  
ma in damnatis. 189. p. 2.B
- Euangelium dicitur sal terræ, &  
quare. 169. C
- Eucharistia dicitur mensa prin-  
cipis. 51. C
- Eucharistia cum consideratio-  
ne sumenda. 51. C. propter  
negligentiam nostram nō  
facit maximos suos effe-  
ctus in nobis 51. p. 2.A. cō-  
tinet realiter Christi per-  
sonam

## & verborum.

sonam. 52. A. quam præparationem exigat. 52. C. Facit vnionē animę cum Deo. 52. B. Dat gratiam ex vi sacramenti. 52. C. Quam dispositio[n]e requirat. 52. C. 53. C. Eucharistiae susceptione pluri[m]ae virtutes exercētūr. 53. A. Eucharistia generat viros fortes, & igneos. 55. p. 2. A. Habet omnē vim sanandi. 56. B. Est memoriale passionis Christi. 56. pag. 2. A. est vere cibus confortans hominē. 59. pag. 2. B.

Eucharistiam frequentare quam vtile bonum. 61. C. Id antiquissimum. ibidē. Usus eius approbatur maxime à sanctis. 62. B.

Eucharistiam frequentare non tollit reuerentiam. 62. p. 2. C. Eucharistia dicitur panis pinguis. 64. B. Cur dicatur pal[lium] Eliæ. 74. p. 2. B. Est mēsa Angelis, & hominibus diversimode. 75. pag. 2. B. Pro nobis est sacrificium, & sacra mentū. 76 p. 2. B. Dicitur lapis testimonij. 77. p. 2. B. Est pignus gloriae & omnium bonorum. 78. pag. 2. B. Eucharistia dicitur mare, cuius guttae sunt fructus eius. 80. A. Vincit omnes difficultates. 81. B. Eucharistie sacrificio placatur

Deus. 76. p. 2. C. Est antidotum omniū malorū. 244. A. Examen conscientiae quotidie est faciendum. 30. p. 2. B. Ad confessionem est necessarium. 8. 35. p. 2. C. Exempla malorum quantum noceant. 208. p. 2. B. Exempla malorum sunt arma hostis mundi. 205. p. 2. C. Exire de mundo quid sit, & quā necessarium. 208. C. 207. p. 2. A.

### F.

Fruor in nostris operib[us] quā necessarius. 303. B.

Fruor spiritus quam sit iam di minutus nostris temporibus.

303. pag. 2. B. Fruorem quā excitat. 307. A.

Ferrea virga dicitur in scriptura dominium durum. 83. B.

Festa cur instituantur in lege. 3.

p. 2. C.

Fides actuanda in susceptione Eucharistie. 55. p. 2. B.

Fide disponitur animus ad charitatem. 92. A.

Fides in Chananæa quā operabatur, & quam magna fuerit.

92. B.

Fides Susannæ & Ionæ quam magna fuerit. 92. C.

Fides & perseverantia probantur in oratione. 93. C.

Filiij parentum imitatores debent esse. 153. p. 2. A.

Ccc 3 Filij

& verborum.

Fili⁹ Dei sumus, sed nō dū ap-  
paruit qui dērimus. 193.B

Fili⁹ parentum verba extrema  
dēbet cōseruare. 252.p.2.C

Finis mudi quam proximus est  
ex multorum sententiā. 151.B

Finis studiorum quis debeat es-  
se. 369.C

Flagellatione n̄ r̄ q̄ debent  
respicere vt vtiles sint. 68.C

Francisci Xauier vita & sancti-  
tas. 161.p.2.B

Francisci Borgiae Ducis Gan-  
dia poenitentia. 245.p.2.B.  
G.

**G**audium non solum est de  
répossessione, sed de spe pos-  
sessionis. 141.p.2.C

**G**loria sunt diversi gradus ex  
meritis. 9.B

**G**loria mundi similis est statua  
Nabuchodonosor. 122.p.2.A

**G**loria mundi similis hederæ Io.  
nae. 122.B

**G**loria hominis & regis similis  
cuiusam lapidi. 122.p.2.B

**G**loria mundi præterit, & est  
quædam figura. 123.B

**G**ratia liet animā sanet, non ta-  
mē carnis omīnus. 23.p.2.A

**G**ratia datur ad mensuram dis-  
positionis. 54.A

**G**ratia corrigit affectus, & incli-  
nationes. 241.C

**G**ratia thesaurū aperuit Christus  
mortu⁹ sua. 259.C

**G**ratia amissione extrema est

malorum. 305.A

**G**ratia amissioni quæ signa pre-  
cedant. 305.C

**G**ratiae Deo agendæ sunt pro  
victoriis nostris. 36.B. 163.

B. 104.C

**G**ratiarū actio post communio-  
nem quam fructuosa. 58.B

**G**ratiarum actio est clavis bo-  
norum Dei. 86.B

**G**ubernatores quātū debeat ex  
cedere alios in virtute. 164.C

**G**ubernatio reipublicæ quan-  
tum pendeat à diuina scien-  
tia. 164.B

**G**ula inflamatur libido. 226.  
A.

**H**æresis solet esse maxima  
punitio peccatorū. 70.p.2.C. 71.C

**H**æresis est extremum malorū  
in hac vita. 72.A

**H**æretici quomodo sunt puniē-  
di. 72.C

**H**omo non potest non peccare  
venialiter saltem. 28.C

**H**omo bonus quotidie se exa-  
minat. 31.B

**H**omo salvatur in lege gratię fa-  
cilius multo. 319.p.2.B

**H**omines impudentes vsum fa-  
ctariorum ſauhifimiles, &  
in quo. 80.p.2.B

**H**omo quā intrimus sine suscep-  
tione Eucharisticę. 80.p.2.B

**H**omo citoſime vultu vindicare.

# Index Rerum

108. pag. 12. C. n. 1. q. d. 17  
**H**omines similes pueris in aet-  
uirēdis diuītiis. 116. p. 2. C  
**H**ominū triplex genus decedē-  
tium ē vita. 143. C. n. 1. q. d. 17  
**H**ominē insequitur mors ab ini-  
tio vita. 145. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**ominum miseria quantæ in  
hac vita. 146. p. 2. C. n. 1. q. d. 17  
**H**omo non moreretur ex priui-  
legio, si conseruasset iustitiam  
originalem. 175. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**omo consideratur ut particu-  
laris persona, & ut pars vniuersi.  
180. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**omo agit & operatur propter  
finem. 192. A. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**omo homini quasi diabolus  
est. 221. A. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**omo est mediū inter Angelos  
& bruta. 223. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**omo vetus & nouus quis di-  
catur, & quomodo induen-  
dus ex Christo. 290. A. n. 1. q. d. 17  
**H**onor debetur corporibus dei  
functorum. 143. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**ora mortis sāpē meditanda  
antequam veniat. 175. B. n. 1. q. d. 17  
**H**ora mortis multa cruciant ho-  
mines. 175. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**H**umilitas conseruat dona spiri-  
tualia. 29. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**I**nhum quid est necessariū  
ad recipiendam Eucaristiā.  
57. p. 2. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**I**esu nomen est musica dulcis-  
toda. 1. I. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**I**mā. 2. pagina. 2. A  
**I**esus quare dicatur nomen su-  
um premium Dei. 3. A. B  
**I**esus est titulus vasis, in quo  
sunt remedia infirmitatū no-  
strarum. 5. B  
**I**esus est epilogus operum Dei.  
2. C  
**I**esu nomen signū religionis So-  
cietatis Iesu. 150. B  
**I**gnatius fundator societatis Ie-  
su dicitur quintus Angelus  
Apocalypsis. 149. p. 2. A  
**I**gnatij virtutes maxime & mul-  
ta. 152. A. B. C  
**I**gnatij natuitas, & vita, & eius  
conuersio. 154. p. 2. A  
**I**maginatio debet colligi ad cō-  
federationē eucharisticę. 55. A  
**I**ncarnatio est excellētissimum  
opus Dei. 2. C  
**I**nclinatio mala nō reddit homi  
nem malū necessario. 241. B  
**I**nclinatio alleuat peccata corā  
coram Deo. 241. p. 2. C  
**I**nclinationes particulares cog-  
noscentia. 243. B  
**I**ngratitudo quam odibilis sit  
298. A  
**I**ndicorum duo genera ex Dic-  
tione. 80. B  
**I**nsufflatio quid significet in scri-  
ptura. 34. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**I**ntentio quomodo rectificanda  
sq. 5. C. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**I**nfernī pena cōtinebit omnes  
dolores. 188. p. 2. B. n. 1. q. d. 17  
**Ccc 4**      **I**nfernī

# Index Rerum

- I**nfernī vltio est ad Dei gloriam  
186.A
- I**nfernī poena retrahit homines  
à peccato. 187.A
- I**nfernī ignis quomodo cruciet  
damnatos. 188.B
- I**nfernī poena alia & alia erit  
Inferndiversitate criminum.  
pro .A
- I**nfernī poena eterna iustè infli-  
gitur propter unum peccatū  
mortale. 190.C
- I**ubilæus est annus remissionis.  
357.p.2.C Dicitur tertius  
baptismus. 360.C Est dilu-  
uium misericordiae. 358.A  
Comparantur labro xeno.  
361.C Ad quid cōcedatur,  
& quid efficiat 358.C
- I**udicium Dei duplex in hac vi-  
ta, & in alia. 36.C
- I**udicij misericordiae est con-  
fessio. 36.C
- I**udicium particulare quam ti-  
mendum. 177.p.2.B
- I**udicium Dei nō timetur, quia  
non consideratur. 178.B
- I**udicij locus & qua figura appa-  
rebit Christus in eo. 184.C
- I**udicij modus erit nētalis sen-  
tentia vero ore Christi profe-  
retur. 184.p.2.C
- I**udicantes alios se ipsiūn condē-  
nat. 326.B
- I**udicantes alios viperis compa-  
rantur. 326.p.2.A
- I**udicantes iudicantur ab abjs.  
326.pagina.1.B
- I**udices debent punire malefa-  
ctores. 365.B
- I**ustus etiam minima peccata vi-  
tare conatur. 30.B
- I**usti optant mortē propter non  
peccandum. 28.p.2.C
- I**usti omnia relinquunt, vt glo-  
riam absqueātur. 136.p.2.C
- I**ustorum animē quomodo sint  
in manu Dei. 138.B
- I**ustus quomodo sentiat mis-  
erias huius vitæ. 139.B
- I**usti cruciantur vidēdo tot pec-  
cata in mundo. 140.B
- I**ustus ex morte a'iorum capit  
vtilitates. 146.B
- I**ustorum labores finientur in  
morte. 148.A
- I**usti laudandi & prædicandili  
cet non sint in numerum san-  
ctorum relati. 148.p.2.B
- I**usto datur quod aufertur ab  
iniusto. 149.C
- I**ustus cōparatur equo. 201.A.  
203.B
- I**ustus terrorem incutit diabolo.  
203.p.2.C
- I**usti quomodo consolentur in  
tribulationibus. 264.p.2.A  
265.C
- I**usti diuersi node auxiliantur à  
Deo. 266.C
- I**ustus non est sub lege, id est nō  
opprimitur ab ea. 288.C
- I**ustitia Dei in hac vita sicut gla-  
dus est in vagina. 185.C
- L. Labor

& verborum.

L.

**L**abor & dolor est in omni  
statu. 87. p. 2. B.

Lachrymarū Ezechiae quæ sue  
rit causa. 110. p. 2. A.

Lachrymandum est pro mor  
tuis. 144. C.

Lapidis philosophalis natura.  
145. C.

Latrones ambo utrum blasphe  
mauerint Christum. 254. B.

Latronis boni confusio & pe  
nitentia. 254. p. 2. B.

Latro bonus Christum excusat,  
& se accusat. 255. B.

Latro bonus confundit Iudeos  
in sua cōfessione. 255. p. 2. C.

Latro gratia factus est dignus re  
gnocitorum 256. p. 2. C.

Latronis boni fides quam ma  
xima. 257. C. Spes & chari  
tas eius. ibidem.

Latrones duo simul portabant  
racemum, idest, Christum.  
257. pag. 2. A.

Leges sunt in Euangelio pro om  
ni statu dirigendo. 169. B.

Leges mundi arma Demonis,  
& quantum noceant. 209. A.

Legem habuit homo in omni  
statu. 287. p. 2. B.

Legem si nō faciat frenū. 288. B.

Liberalitas Dei quam maxima  
sit. 341. p. 2. C.

Lingua præcipitationis quæ sit,  
& quæ verba eius. 327. C.

Lutherus fuit stella cadens de

celo. 149. pagina. 2. B.

M.

**M**ariae deuotio est signum  
prædestinationis. 12. B.  
234. C.

Mariæ filius adoptiuus est præ  
destinatus. 12. C.

Mariæ uteruſ dicitur aceruſ  
triticī & quare. 12. p. 2. A.

Mariæ auxilium quam necessa  
rium sit peccatoribus. 13. A.

Maria est scala, qua ad se Deus  
trahit peccatores. ibidem.

Maria propter se debet amari.  
13. B.

Maria quantum ametur à bea  
tis. 13. p. 2. A.

Mariæ pulchritudo quanta fue  
rit. ibidem C.

Maria dicitur celum, & quare.  
14. B.

Maria est mediatrix nostra. 14.  
p. 2. C.

Mariæ gratissimum est frequen  
tare sacramēta, & recitatē Ro  
sarium. 372. p. 2. A.

Mariæ auxilio relinquitur des  
peratus. 16. C.

Maria defendit peccatores in  
hora mortis. ibidem.

Maria virgo cur sletit iuxta cru  
cem. 258. p. 2. A.

Maria virgo martyr fuit, &  
plusquam martyr. 259. B.

Maria quomodo concurrebat  
ad nostram redemptionem.  
259. p. 2. B.

Ccc 5

Maria

## Index Rerum

- Mari || virgo dilectissima Deo  
est. 259. p. 2. C
- Maria virgo immolata est cum  
Chro animo & corpore. 260. B
- Maria data est nobis in matrem  
261. C
- Maria virgo cur no vocata ma-  
ter sit, sed mulier. 262. p. 2. B
- Mare cōparatur glorię, & quare  
siccatus est in passione Christi  
gloria corporis eius. 274. p-  
gina. 2. B
- Melchisedech typus fuit sacer-  
dotij Christi. 23. C
- Militia spiritualis cōparatur tē-  
porali, & in quibus. 157. C
- Missa est cōpendium totū religio-  
nis Christianę. 45. p. 2. A Re  
presentat passiōnē Chri. 2. A
- Missa est sacrificium laudis &  
consummatio omnium sacri-  
ficiorum. 46. p. 2. B.
- Missa dicitur sacrificiū gratiarū  
actionis. 47. p. 2. A Dicitur  
sacrificiū placationis. 48. A.  
Sacrificiū impetratiōnis. 48.  
pag. 2. C
- Missa sacrificiū quomodo offe-  
ferendum Deo cum auditur  
49. A. maximum valorē con-  
tinet. 49. C
- Missa sacrificiū cum deuotio-  
ne assidue est. 50 p. 2. B. 77. A
- Morimur dupl̄iciter mundo, &  
carni. 348. A
- Mors est iustis finis laborum:  
364. B
- Mors peccatorum qualis sit.  
364. pag. 2. A
- Mortem præuenire oportet ne  
sentiatur. 123. p. 2. A
- Mortis memoria abstrahimur a  
vīis mundi nis. 124. C
- Mortis memoria incitatur iusti  
ad bona opera. 124. p. 2. B
- Mortis hora peccator circunda-  
tur peccatis. 125. p. 2. A
- Mortis hora iustos animant bo-  
na opera. 126. B
- Mors non est supplicium bonis  
sed malis. 127. A
- Mors principum in terrorē in-  
ducit. 128. B
- Mors relata est in meritum, &  
gloriā hominum. 130. C
- Mors optanda tanquam finis  
laborum. 130. p. 2. B
- Mors dicitur vriuerſum malū.  
132. C
- Mortē Deus nō fecit, sed homi-  
nes vocauerūt illā. 132 p. 2. C
- Mors ut a peccato procedit ma-  
la est. 133. p. 2. A
- Mors quomodo bona debeat  
affirmari. 134. B
- Mors est lucrum animæ. 135.  
pag. 2. C
- Mortem expectant iusti sicut  
thesaurum. 136. C
- Mors semper ante oculos habet  
da. 137. C. 142. B
- Mortis die incipit iusti fructus.  
137. p. 2. B
- Mors dicitur fons quo transiit

ad

& verborum.

ad vitam. 139. pag. 2. B  
Mors diuidit omnia regna &  
honores, &c diuitias. 174. A.  
**M**ortis summa certitudo, & in-  
certitudo. 175. p. 2. C.  
Mortuorum corpora sepeliend  
a sunt cum honore. 144. C.  
Mundus nescit spiritum verita-  
tis. 204. 2. C.  
Mundus triplex dicitur, & mali  
mundus dicuntur. 205. A.  
Mundus persequitur bonos. 205  
pag. 2. B.  
Mundus similis est carceri, &  
quare. 363. pag. 2. B.

N.

**N**azareus floridus interpre-  
tatur. 6. A.  
Negotiation optima vtilissima  
est reipublicæ. 170. C.  
Negotiation quam periculosa sit.  
170. p. 2. A.  
Negociatores duo respicere de-  
bent ut saluētur. 172. p. 2. B.  
Nobilitas quāti habeatur apud  
homines. 113. A.  
Nobilitatis fundamentū est esti-  
matio hominum. 113. B.  
Nobilis nō est, nec debet estima-  
ri, qui turpiter agit, ibidem. C.  
Nobilium gloriatio quam vana  
sit. 113. p. 2. A.  
Nobiles quā pauci respondeant  
suis genitoribus. 113. p. 2. C.  
**N**omen ponitur loco rei cuius  
est substituens. 3. p. 2. C.

Nomen imponere est actus do-  
minij. 1. A.

Nomina Dei ex effectib⁹ in no-  
bis sumuntur. 3. B.

O.

**O**bedientie voto quid offe-  
ramus Deo. 296. p. 2. A.  
Obedientia est seruitus volun-  
taria. 296. p. 2. B.  
Obediētia se tradit homo in to-  
tum Deo. 296. p. 2. C. Exer-  
ceri debet in minimis. 211. C.  
Est quasi continuū sacrificiū.  
315. p. 2. A. Nō pauca repu-  
tat minima. 314. pag. 2. B.  
Eius resignatio. 297. B.

Oculus duplex in homine fidei  
& visionis. 140. C.  
Officium suum quēque exacte  
perficere quam gratum Deo  
sit. 4. C.

Officia minorum ordinum, que  
& quid significant. 19. C.

Omnia bona & mala reuelanda  
sunt in iudicio. 184. p. 2. B.

Opera egregia cur memoriae  
mandentur. 1. p. 2. B.

Opera magis meritoria sunt  
propter difficultatē. 242. C.

Opera nostra quomodo dicantur  
consummata. 281. C.

Opera meliora Deo offerenda  
sunt. 307. C.

Orationibus quantum iuuetur  
Ecclēsia. 64. A.

Oratio cū intuitu corporis Chri-  
sti quam

## Index Rerum

- Ni quam potes sit. 74. p. 2. B  
Oratio nostra coniuncta sacrificio Eucharistie omnia impetrat. 77. C  
Orandum pro quibus est & quo ordine. 49. B  
Orandum Deo est ut hereticos subiiciat Ecclesie. 79. C  
Orandum est ut infideles resipiscant. 85. A  
Orationis perseverantia quam necessaria ad impetrandum. 89. pa. 2. B. Eius duo fructus pro diuersis temporibus. 90. C.  
Oratio non sit ut inclinemus ad nos Deum, sed ut cognoscamus nostras necessitates. 91. A. B  
Oratio est quedam catena, & ad quid deseruiat. 91. C  
Oratio in peccato impedit impetrationem scepè. 96. C. 97. B. & p. 2. C  
Oratio ut exaudiatur debet esse de necessariis ad salutem animę 98. p. 2. B. Debet respicere gloriam Dei. 99. A. Debet fieri nomine Christi, & quid hoc sit. 99. B. C  
Oratio iulorum quam potens sit circa Deum. 99. pa. 2. C.  
Orationis fructus inueniuntur in iustis etiam. 100. A  
Orationes multorum statim exaudit̄ sunt. 101. A  
Orationis ale sunt ieiunium, & elemosyna. 101. p. 2. C  
Orationis vis & efficacia optime ex origine. 103. pa. 2. A  
Propter quas causas regulariter non auditur. 106. p. 2. B  
Oratio multorum quam efficax sit, & potens. 120. A  
Orandum est ut vita in melius commutetur. 120. p. 2. B  
Orationis vis ad emendandam vitam. 244. p. 2. B  
Cratione largitur nobis Deus bona sua. 330 p. 2. B  
Oratio impeditur a diabolo. 331 B. Ea consolamur a Deo. 331 B. Unimur cum eo. 336. p. 2. B. Ea thesauros Dei aperimus. 332. B. Ea certam nostram vocationem facimus. 333. A  
Statues redit labores. 333. C. & pa. 2. C. Preparatione ad eam debet fieri. i. 334. B  
Oratione armamur ad tribulationes. 336. C  
Orationis fructus quanti & qui sint. 340. A. Eius licetitas ferenda est. 349. B  
Oratio silentij quæ dicatur. 351 pag. 2. B  
Originalis iustitia quid efficiebat in homine. 224. B  
Osculari manus quid significet in scriptura. 84. A  
Offa sanctorum virtutes significant. 357. A  
Otium quam magnum damnum sit. 226. p. 2. A  
Otium fugiendum maxime. 371 pag. 2. A

Oze

& verborum.

Oxe supplicium propter contactatum arcæ. 61. A

P..

**P**arentes pōnt nomina filiis propter dominū. fol. 1. B  
Parentes & consanguinei primū alendi sunt à diuitiis. 171. A.

Paradisi priuilegia quæ fuerint. 298. p. 2. A.

Pascere in scriptura idem est quod depascere. 84. p. 2. B.  
Paupertatis votum est lūmē perfectionis. 293. p. 2. B. est necessarium fundamentum religionis. 343. p. 2. C. eam retinuerunt Apo'l'oi. 344. A.

Paupertas debet conseruari etiā in minimis. 294. pag. 2. A. præmium quod illi correspōdet. 294. p. 2. C.

Paupertatis laus, & virtus maxima. 316. B.

Pax & quies quæ prouenit ex confessione. 44. A.

Peccator est similis ericio spina rum. 10. C.

Peccator quando induratur propinquus est ad punitionem. 103. A.

Peccatores quid colligunt ex vita breuitate. 121. pag. 2. B.

Peccatores dicuntur viri sanguinum, & non dimidiant dies suos. 138. A.

Peccatorum mors quot habeat tormenta. 141. B

Peccatorē non cognoscere malitiā quāta miseria sit. 147. C

Peccatorum consortia quā sunt fugienda. 208. A.

Peccatores sunt puniēdi ad correctionem aliorum. 366. A.

Peccata aliqua cur relinquuntur hominibus. 29. B.

Peccata radicitus sunt euellen da. 31. pag. 2. A.

Peccatis duobus modis occur rendum est. 31. p. 2. B.

Peccato aliquo particulari resistendum. 32. B.

Peccatū est totalis vastatio animæ. 33. C.

Peccatorum cognitio quam necessaria sit. 34. p. 2. A.

Peccatorum numerus quomo do explicandus. 39. A.

Peccatis peccata solet Deus punire, & quam maxime. 70. C.

Peccata hominis sunt numerata, & statuta à Deo ut puniat 107. pag. 2. B.

Peccatorum excessus qui dicitur. 108. A. B.

Peccatum est summum malum & infirmitas pessima. 117. B.

Peccat homo quasi per risum. 130. A.

Peccatum est vera mors. 140. pag. 2. C.

Peccatum quia contra Deum est infinitū malū. 175. p. 2. A.

Peccandi

## Index Rerum

- Peccandi cōsuetudo difficilem  
facit conuersiōnem. 241. A
- Perseuerantia quanti momenti  
sit. 32. C
- Poderis vestis quę fuerit, & eius  
fabrica. 27. p. 2. C
- Potestas clauium est in Ecclesia  
359. B.
- Pœna damni, & sensus corres-  
pondet cōuerſioni, & auersio  
ni à Deo. 185. p. 2. A
- Pœna damni quantum malum  
sit ibidem. A. 187. p. 2. A
- Pœna sensus quam magna. 188  
C.
- Pœnitētia est iterabilis baptis-  
mus. 358. B. Cōparatur ma-  
riæneo. 360. p. 2. B
- Pœnitētia & satisfactiones quā  
graues olim ponebātur. 359  
pag. 2. B
- Prædestinatus dicitur filius ado-  
ptius Mariae. 12. C
- Prelatus qualis eligēdus est. 164  
p. 2. C. Duplici charitate de-  
bet esse præditus. 165. C.
- Prelatorū nomina in scriptura.  
165. p. 2. C. Eorū cura. 166.  
A. Eorum bonum exemplū.  
167 A
- Prelatus est oraculum Dei. 310.  
C. Dicitur Angel⁹. 310. p. 2. B
- Præsentia Dei quibus modis ha-  
benda est. 262. B
- Proficere in virtute quā necessa-  
rium in religione. 304. C.
- Propositū non peccandi dece-  
re in quo consilat. 308. C
- Prouidentia Dei nihil non respi-  
cit. 102. p. 2. B
- Prouidentia Dei erga suos. 94.  
B.
- Punitio Dei in hac vita conti-  
nuatur sapè in alia. 84. B.
- Punitio Dei in hac vita est ad  
correctionem. 84. C
- Principia prima omnibus sunt  
communia & vera. 121. B
- R.
- R efugium laborum nostrorū  
Eucharistiam est. 88. A
- Reguli natura & proprietas in  
videndo. 146. A
- Regimē animarū est sciēt: a sciē-  
tiarum, & fugiendū. 168. B
- Reipublicæ consistentia in quo  
sita sit. 163. p. 2. B. Constat  
ex duobus. 17. B
- Religiosus est quoddam mira-  
culum, & in quibus. 308. B
- Religiosus quare consilia aggre-  
ditur. 288. A
- Religiosorū vellis Christus est;  
289. p. 2. A. Eorū obligatio  
ad perfectionē. 289. C 292.  
B. Eorū arma quę sint. 289. B
- Religiosorum vellis peregrina-  
tur dicatur. 290. C
- Religiosi vivunt in terra sancto-  
rum. 291. A
- Religiosi immolant abomina-  
tiones Ägyptiorum. 291. B
- Religiosi qui arroganter ince-  
dunt

## & verborum.

dunt qui sunt. 290.C  
Religiosi in seculo impediuntur ad perfectionem. 291.C Dicuntur peculiū Dei. 293.A Datur eis annus probationis. 293.C Eorum differentia in profectu religionis. 292.B  
Religiosi quam multa dona habent a Deo. 298.B  
Religiosi in suis regulis habent suā perfectionē. 301.A. 300.C. 302.p.2.C Eorum opera minima magna sunt. 301.C  
Religiosorum casus regulariter nō est repētinus. 306.p.2.C  
Religiosorum vincula sunt vota. 314.A  
Religiosi quam pauci perfecti vnde quaque. 343.B  
Religio comparatur pallio Eliæ quare, & in quibus. 289.C  
Religio est terra Geraris quam fecit Isaac. 289.B  
Religionis ingressu mutantur vestimenta, &c quare. 290.A.  
Religionis limen ingredi, vel saluare quid sit. 290.C  
Religionis ingressus magnum beneficium Dei est. 291.p.2.C  
Religio non est status novus sed antiquissim⁹. 292.p.2.B Est paradisus hominum. 298.C Est terra sancta. 310.A  
Religio est carcer sapientia & quaē eius catena. 314.p.2.B  
Religio est thesaurus in agro absconditus. 348.p.2.A

Reliquiae sanctorum venerandas sunt. 353.p.2.A  
Reliquiae sunt murus ciuitatum 355.B Sunt nobis in exemplum. 356.B  
Remissio peccatorū dicitur potestas, & claves. 33.p.2.C  
Rerum diuisio quare introducta est. 169.p.2.C  
Respirare est idem quod confiteri peccata. 34.p.2.A  
Rex cur maxime desideretur in omni natione. 111.B  
Regem petendo peccauerū Israēlitæ 111.p.2.B  
Regem malum permittit Deus propter peccata populi. 114.C Dat bonum propter bona populi. 115.B  
Rex in republica sicut lucerna eius est. 118.A  
Rex optimus est donum & signum dilectionis Dei. 118.B.

## S.

**S**acerdotum munus excellens omni seculari. 17.pagina. 2.A  
Sacerdos vocatur Angelus Dei 17.pag. 2.C  
Sacerdotium mutat homines in Angelos. 18.B  
Sacerdotum sanctitas quæ requiratur. 21.B. 26.p.2.C  
Sacerdos debet orare pro universo mundo. 21.p.2.A  
Sacer-

# Index Rerum

- Sacerdos cur vocetur cor Ecclesie & stomachus. 21.C  
Sacerdotum differentia in lege scripta & noua quæ sit. 22.C  
Sacerdos est mediator inter Deum & homines. 23.pagina. 2.A  
Sacerdotij Christi & aliorum quæ sit differentia. 24.C  
Sacerdotum potestas maxima 24.p.2.A.B.C  
Sacerdotibus quæ reverentia debatur. 27.p.2.A  
Sacramentorum frequentia & vsus. 233.p.2.C  
Sacrificiū quid significet in scriptura. 46.B  
Sacrificia, & orationes offerendæ sunt pro animab. 143.A  
Sacilegium magnum communicare in mortali, & quare 53.pag.2.B  
Sanctos habemus patronos in celo. 357.C  
Satisfactio pro peccatis quam necessaria sit. 235.p.2.B.  
Saturitas panis & abundantia quam sit nocua. 225.p.2.C  
Scala celi ex laboribus conficitur. 87.pag.2.C  
Scholastici aliquas deuotiones habeant. 372.p.2.A  
Scientia quibus circumstantiis est associanda. 371.A  
Sepulchra ponebantur prope ecclesias & quare. 174.pagina. 2.A  
Sigillum confessionis quale est. 42.p.2.A.B  
Similis natura ingenium cum ali quid insequitur. 183.p.2.A  
Situs Christi in cruce significat credentes raros. 273.C  
Societas Iesu quintus ordo mendicantium est. 150.A  
Societatis patres missi in omnem terram. 150.p.2.C  
Societatis Iesu encomium ex multis autoribus. 150.p.2.A  
Societas malorum maximè fugienda. 372.C  
Sollicitudo nostra quam maxima est in iis quæ sunt ad nos 95.p.2.A  
Spes in Deo collocanda est. 88.C  
Speculum optimū mors est hominibus. 145.pag.2.A  
Spina significat peccatum. 10.C.pag.2.C  
Stipendium peccati mors est. 362.p.2.A  
Subdiaconorum munus quod fit in Ecclesia. 20.C.  
Subdiaconi dicebantur Nathanieli antiquitus. 20. pagina. 2.A  
Superbia primum vitium in homine 225.p.2.C  
Sybilla Erithra qui dixerit de poculo Christi. 271.B.

T. Tem.

& verborum.

T.

**T**empore omnia obruuntur  
& cadunt. 1.p.2.B  
Tentationibus carere maxima  
tentatio est. 20.C  
Testamentum Christi finitum  
est in Cruce. 258.B  
Testamenti Christi legata quæ  
fuere. 258.B  
Theologia nostra & parua &  
magna est. 324.pag.2.C  
Thesaurus Ecclesiæ aperitur in  
necessitatibus eius. 360.A  
Thophet quid sit & quid signi-  
ficet. 186.p.2.B  
Tonsura prima non est ordo, &  
quid significet. 18.pag.2.A  
Tormentum mortis non tangit  
iustos sed peccatores & quo-  
modo. 138.p.2.B  
Tribulationes & labores à Deo  
mittuntur. 65.B. Sæpè mit-  
tuntur propter peccata. 66.A  
Tribulationem nostram multa  
subleuant. 89.A. Quid cogi-  
tandum tempore tribulatio-  
nis, ut consolemur. 89.A  
Tribulationes immittit Deus  
maximo amore. 107.A 258  
pag.2.B  
Tribulationib' pascit suos Deus  
199.B.  
Tribulationes misericorditer  
mittuntur à Deo. 200.B. Eo  
rum utilitates quæ sint. 200.  
pag.2.C


Tribulatio humiliat animum.  
201.A. Cōseruat virtutes. ibi  
ad pag. 2.B. In ea non est  
deiciendus animus. 202.C  
Tribulari non est miserum. Sed  
vinci in tribulatione est mi-  
serimum. 202.A  
Tribulatione sine consolatione  
aliquando vexantur iusti.  
267.B  
Tribulatio sine consolatione est  
probatio magnæ fidei. 267.  
pag.2.B  
Triplex dignitas ad receptionē  
eucharistia. 60.B.C  
Tygridis natura & ingenium.  
278.C.

V.

**V**erecundia in confessione  
maximum est damnum,  
si propter eam reticeatur pec-  
catum 39.p.2.B  
Verba Christi in Cruce quam  
suavia & dulcia fuere. 247.A  
Vinum mixtū est fides cum ma-  
ris operibus. 276.A  
Virginitatis laus, & virtus ma-  
xima. 312.A  
Virtus & potentia nominis Ie-  
su. 3.p.2.B.4.C  
Virtutis tres sunt gradus in ho-  
mine. 9.A  
Virtus quam desperata sit in mu-  
ndo. 209.A. Et quanti facien-  
da est. 210.B  
Virtus difficilis videtur à longe  
Ddd insp.e

## Index Rerum

- inspecta. 238. p. 2. C
- Virtus addiscenda est ante omnem doctrinam. 368. p. 2. A
- Virtus tollit impedimenta scientiarum. 368. p. 2. B
- Virtus duas habet difficultates ex obiecto, & perseverantia. 306. B
- Vita beatitatis est omnibus communi principium, verum bonis & malis. 121. p. 2. B
- Vita hominis quasi ludus quidam est. 129. A
- Vita quomodo melior sit morte. 133. A
- Vita hæc dicitur umbra mortis. 147. A
- Vita nostra est vita pœnitentiae & mortificationis. 228. pagina. 2. B
- Vita noua inchoanda est post pœnitentiam. 236. B
- Vitam nouam inchoare quam difficile. 237. B
- Vnus animæ cum Deo quomodo fiat. 341. B.
- Vocatio diuina dicitur spiracula
- lum vitæ. 298. p. 2. A
- Vocatio ad religionem certissimè est à Deo. 300. p. 2. C
- Voluntas Dei in obedientia manifestatur. 310. C.
- Voluntas aliquando rapitur à Deo sine discr. u. 347. B
- Voluntas inflammat in receptione Eucharistie. 55. pag. 2. C
- Voluntas diuina quam primum adimplenda est. 349. A
- Vsus sacramentorum corrigit maximè vitam. 245. B
- Vota sunt vincula religiosorum. 314. A. Dicuntur via trium dierum. 291. p. 2. B
- Vox Dei quomodo intelligatur præparare cœruos. 310. B
- X.
- X Enocratis dictum de amico moriente. 141. pagina. 2. C
- Xerxes plorauit videndo suum exercitum, & quare. 140. B
- INDEX



INDEX  
CONCIONVM  
QVAE IN HOCLIBRO  
CONTINENTVR.



- N Festo nominis Iesu, fol. 1.  
In festo coronae Christi Domini. fo:  
5. pag. 2.  
De singulari deuotione ad beatam  
Mariam Virginem, & de eius rosario,  
fol. 11.  
Ad initiandos sacris ordinibus, fol. 17.  
De sacerdotio in missa noua, fol. 22.  
De examine omnium operum, fol. 28.  
De confessione conciones duas, fol. 33.  
De missa diuinissimo sacrificio, fol. 45.  
De præparatione ante Eucharistia sumptionem  
adhibenda, fol. 51.*

Ddd 2 De

*De Eucharistia sacramento*, fol. 59.

*In supplicatione publica ad pluuiam petendam*,  
fol. 64. pag. 2.

*In supplicatione publica quando fideles verberibus se cadunt*, fol. 67.

*In oratione l. supplicatione publica, pro expeditione bellica contra haereticos*. fol. 69. pag. 2. *Conciones duas.*

*In supplicatione cum Deo gratiae referuntur pro victoria obtenta*, fol. 81. pag. 2.

*Cum nostris rediret ab Anglia re infecta*, fol. 86:  
pag. 2. *Conciones 3.*

*In Natiuitate principis maximi*, fol. 110.

*In supplicatione publica pro salute regis*, fol. 116.

*In exequijs*. 121.

*In morte magni principis*. 127.

*In exequijs praecipue religiosi, & perfecti viri*.  
132.

*In exequiis viri illustris ac fortis*. 137.

*In exequijs defunctorum quas (horas) Hispanè nuncupamus*, fol. 142. pag. 2.

*In obitu patris Ignatij fundatoris societatis Iesu*. 148. pag. 2.

*In electione prælati vel Abbatissæ*, fol. 165. p. 2.  
Con-

*Concio habita ad negotiatores, fol. 168. p. 2.*

*De quatuor nouissimis Conciones. 4. 173. Et sequentibus.*

- *De tribus hominis inimicis, Cōciones. 6. 198.*  
*Et sequentibus.*

*De renouatione veteris hominis Ccio. 2. 235.*

*De septem verbis Domini Conciones. 7. 246.*  
*pag. 2. Et sequentibus.*

*In ingressu religionis. 287. p. 2.*

*In professione religiosi. l. monialis. 292. p. 2.*

*Cōciones. 10. ad religiosos de optimo religionis statu. De feroore, de religione & tribus votis. De Dei & proximi dilectione, de oratione & contemplatione, fol. 297. pag. 2. Et sequentibus.*

*In collocatione vel ostensione reliquiarū. 352.*

*In publicatione bullæ, aut iubilai. 357. p. 2.*

*Cum aliquis capite plectitur. 362. p. 2.*

*Ad scholasticos in initio studiorum. 367. p. 2.*

*F I N I S.*

*Registrum*

¶ A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V.  
X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn  
Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa. Bbb. Ccc. Ddd.


*Omnes sunt quaterni.*





O mites nuntiū dūscritiū.


Regis regum


A V B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U  
E Y Z A E B P C G D S F H C G H P J F K T I M W N  
Q O P B Q d R r S C T r A X K Y Z A Y s s T P P C C D S G














43

35

OSORIO  
SILVA  
CONTION  
T. I.

1.230